image
not
available



Digitized by Google

Digitized by Google

ARNOBII AFRI
ADVERSUS GENTES
LIBRI VII.

Cum Recenſione Viri Celeberrimi, & integris omnium commentariis.

Editio noviſſima atque omnium accuratiſſima.

LUGDUNI BATAVORUM,
Ex Officinâ IOANNIS MAIRE. cIↃ IↃ CLI.

I
8. 82. F. 52
L. Du Burc. —
Digitized by Google

8-22-F-53

Digitized by Google

NOBILISSIMO AMPLISSIMO-QVE VIRO,

D. HENRICO THIBAUT,

Equiti Aurato, Domino de SINT-AECHTE-KERCK, BURCHGRAVENSTEEN, THO-LINS-BRUGGE, in Veteri & Novo VOSSE-MAER, & DOMBURGO minori &c. In conſeſſu Illuſtr. ac Præpot. D.D. ORDINUM ZEE-LANDIAE, eorundemque Res Maritimas curantium Collegio, delegato ordinario, Exconſuli & Senatori urbis MIDDELBURGENSIS, ſupremi FLANDRIAE Concilii aſſeſſori, & Societatis INDIAE Orientalis Curatori, &c.

S. P.

Vir Nobiliſſime,

SOLENNIS illa & laudata eſt conſuetudo, Virorum Illuſtrium in ipſo librorum limine patrocinium quærere, quo à contemptu malevolorum ſe vindicare poſſint ii, qui utilitati publicæ omnes ſuos labores deſtinarunt. Vivimus enim hodie ſub tali ſæculo, ut optimi quique libri ſub reprehenſionem maxime cadant, atque adeo nonnulli tum demum officium ſuum feciſſe videntur, ſin ex æmu-

 latio-

Digitized by Google

latione vel invidia illa ſugillent, quibus ipſi meliora præſtare nequeunt. Calumniis certare egregia hodie laus cenſetur,neq; veritati,ſed affectibus ſe mancipare miſerrima hodie ſervitus eſt: propriumque eſt noſtri ſæculi malum maledictis eos circumvenire, quos virtute & eruditione ſuperare non poſſint. Livor itaq; & obtrectatio paſſim bonorum operum impedimenta ſunt & venena. Cui rei ut obviam iremus, Tibi potiſſimum Nobiliſſime THIBAUTI, ARNOBIUM hunc noſtrum, magnæ facundiæ & ingenii autoré, magno labore & impenſis noſtris elucubratum offerimus, ut ſub tanti viri præſidio Editio hæc noſtra apud omnes bonos & eruditos favorem accipiat, quem omnes tanquam optimum, eruditumque exoſculantur. Virtutes ego hic veſtras longo verborum ambitu non deprædicabo, quia tua morum modeſtia, cum quotidie laudanda facias, laudes tamen non facile admittit. Magni & excelſi ſpiritus eſt ea contemnere, quibus vulgus potiſſimum aſſurgit, benefactorum autem ſolam conſcientiam teſtem habere. Alioqui quam diffuſus hic laudum campus eſſet, ſi religionem, ſi prudentiam, ſi patriæ incredibilem amorem,ſi erga ſtudia prolixum favorem oſtentare vellemus. Quas omnes virtutes neque capere noſter animus, neque voluntas noſtra exprimere poteſt. Ignoſce itaque nobis,

Vir

Digitized by Google

Vir Nobiliſſime, ſi & laudes veſtras hic prætereamus, & Arnobium hunc ſublimi tuo nomini conſecremus. Quod primo auſus non fueram, admirabilis tua effecit humanitas. Quam neque maxima dignitas mutavit, ſed auxit atq; illuſtriorem reddidit. Superbia plerumque honorum comes, ſed tua & quidem propria eſt ſumma affabilitas morumq; comitas. Itaq; ſolo prope intuitu omnes ſingulosque trahis obligaſque. Eademque humanitas hanc Dedicationem expreſſit, non ut fieri ſolet, mercedis aliqua expectatio. Liceat nobis fateri, Vir Nobiliſſime, nos in libera patria nati nemini ſervire mercedis cauſa didicimus, neq; lucri ſpes ulla verba nobis extrahit, ſed ipſa rei veritas. Interea tamen rogamus, N.V. ut favorem tuum, quem omnibus bonis largiri ſoles, etiam nobis impertiri non dedigneris. Vale Vir Nobiliſſime & Ampliſſime. Datæ Lugd. Batav. Anno cIc Iↄ c LI. v. Ianuar.

Veſtri Nominis & Dignitatis Humillimus cultor

IOANNES MAIRE.

IN

Digitized by Google

Contenta in hâc Noviſſima Editione

ARNOBII.

TEXTUS *ex caſtigatione viri celeberrimi accuratiſſimus.*

THEODORI CANTERI NOTAE.

GODESCHALCI STEWECHII ELECTA.

GEBHARTI ELMENHORSTII obſervationes ad ARNOBIUM, & in eundem collectanea variarum Lectionum, cum duplici indice in Arnobium & Arnobianas obſervationes.

DESIDERII HERALDI Animadverſiones & Caſtigationes.

Proxime ſecundo volumine in lucem prodibunt MINUTIUS FOELIX, IULIUS FIRMICUS de Errore Profanarum Religionum, & alii omnes, qui contra GENTES ſcripſere inter Patres, cum integris omnium commentariis.

Poſtmodum omnes Græcos Patres Gr. & Latine edituri ſumus, qui contra GENTES ſcripſere.

Digitized by Google

AD

LECTOREM.

ARNOBIUM *Afrum adversus Gentes abstrusæ eruditionis summique ingenii autorem omnium luculentis & quidem integris commentariis auctum tibi exhibemus, Humanissime Lector. Reconditæ hoc sapientiæ promptuarium, quo fatua gentilium religio exploditur, vera confirmatur, omni laude majus est. Quis enim Eloquentiæ nervos, rationum pondera, exquisitas sententias cum pervolvit, non abripitur in amorem & desiderium tanti autoris? Vbique triumphat florentissima ejus dictio, atque ipsi adeo gentiles suo jugulantur gladio. Calamus ille simul omnes tacentes gentilium Deos perfodit, confecit. Ipsi dii, si tales Dii essent, erubescerent, ubi audirent hic sua crimina, atque insulsas de se confictas fabulas. Libro quidem secundo Autor noster Gnosticorum sequitur opinionem de immortalitate animarũ, & aliis in locis à veritate Christiana nonnihil recedit. Sed hoc condonandum illi, qui ex Ethnicismi tenebris recens ad veritatem Christianam pervenerat. Idem huic autori evenit, quod iis solet, qui ex carcere tenebricoso in lucem perducti visum adhuc dubium habent. In cæteris subtilis, disertus, ingenio & facundia pollens, Ethnicismi debellator fortissimus. Recte itaque Hieronymus in Epistola ad Tranquillinum:* Ego Origenem propter eruditionem sic interdum legendum

Digitized by Google

ſini, qui ſuæ editioni aliorum correctiones præcipue Petri Chiaconi Hiſpani, viri eruditiſſimi immiſcuit, adſperſit. Vltimo Deſiderius quoque Heraldus ad Arnobii lib. VII. *animadverſiones luculentas & caſtigationes edidit. Quorum omnium lucubrationes in unum corpus conjecimus, ita ut nihil huic editioni deſit, quod vel votis exoptari poſſit. Obnixe tamen rogamus eruditos omnes, ut ſi nonnulla in hunc autorem noſtrum obſervaverint, quæ editionem merentur, ad nos tranſmittant, ea confeſtim calci hujus operis adjiciemus. Sin autem labor hic noſter placuerit erudito huic ſæculo, conſtituimus duobus voluminibus omnes Patres tam Græcos quam Latinos, qui contra gentes ſcripsêre, cum integris omnium commentariis typis vulgare. Interim his utere, fruere Humaniſſime Lector, & ſi quid melius noveris, candidus imperti. Vale iterum atque iterum.*

ARNO-

ARNOBII
DISPVTATIONVM
ADVERSVS GENTES
LIBER PRIMUS.

QUONIAM comperi nonnullos, qui ſe plurimum ſapere ſuis perſuaſionibus credunt, inſanire, bacchari, & velut quiddam promptum ex oraculo dicere: poſtquam eſſe in mundo Chriſtiana gens cœpit, terrarum orbem periſſe, multiformibus malis affectum eſſe genus humanum: ipſos etiam cœlites derelictis curis ſolemnibus, quibus quondam ſolebant inviſere res noſtras, terrarum ab regionibus exterminatos: ſtatui pro captu ac mediocritate ſermonis contraire invidiæ, & calumnioſas diſſolvere criminationes; ne, aut illi ſibi videantur, popularia dum verba depromunt, magnum aliquid dicere; aut ſi nos talibus continuerimus à litibus, obtinuiſſe ſe cauſam putent, victam ſui vitio, non aſſertorum ſilentio deſtitutam. Neque enim negaverim validiſſimam eſſe accuſationem iſtam, hoſtilibuſque condignos odijs nos eſſe, ſi apud nos eſſe conſtiterit cauſas, per quas ſuis mundus aberravit ab legibus, exterminati ſunt Dij longe, examina tanta mœrorum mortalium importata ſunt ſæculis. Inſpiciamus igitur opinionis iſtius mentem, & hoc quod dicitur, quale ſit; ſummotiſque omnibus contentionum ſtudijs, quibus obſcurari & contegi

contemplatio rerum ſolet, an ſit iſtud quod dicitur verum, momentorum parium examinatione pendamus. Efficietur enim profecto rationum conſequentium copulatu, ut non impij nos, magis ſed illi ipſi reperiantur criminis iſtius rei, qui ſe numinum profitentur eſſe cultores, atque inveteratis religionibus deditos. Ac primum ab his illud familiari & placida oratione perquirimus: poſtquam eſſe nomen in terris Chriſtianæ religionis occœpit, quidnam inviſitatum, quid incognitum, quid contra leges principaliter inſtitutas, aut ſenſit, aut paſſa eſt rerum ipſa, quæ dicitur appellaturque natura? Numquid in contrarias qualitates prima illa elementa mutata ſunt, ex quibus res omnes conſenſum eſt eſſe concretas? Numquid machinæ hujus & molis, qua univerſi tegimur & continemur incluſi, parte eſt in aliqua relaxata aut diſſoluta conſtructio? Numquid vertigo hæc mundi, primigenij motus moderamen excedens, aut tardius repere, aut præcipiti cœpit volubilitate raptari? Numquid ab occiduis partibus attollere ſe aſtra, atque in ortus fieri ſignorum cœpta eſt inclinatio? Numquid ipſe ſiderum Sol princeps, cujus omnia luce veſtiuntur, atque animantur calore, exarſit, intepuit, atque in contrarios habitus moderaminis ſoliti temperamenta corrupit? Numquid Luna deſivit redintegrare ſe ipſam, atque in veteres formas novellarum ſemper reſtitutione traducere? Numquid frigora, numquid calores, numquid tepores medij, inæqualium temporum confuſionibus occiderunt? Numquid longos habere dies bruma, & revocare tardiſſimas luces nox cœpit æſtatis? Numquid ſuas animas expiraverunt venti emortuiſque flaminibus neque cœlum coactatur in nubila, nec madori ex imbribus arva ſuccedunt? Commendata ſemina tellus recuſat accipere, aut frondeſcere arbores nolunt? Sapor frugibus eſculentis, & viteis liquoribus mutatus eſt? Olearum ex bacculis cruor tæter exprimitur, nec lumini ſubminiſtra-

miniſtratur extincto? Animalia terris ſueta, atque in aquis degentia non ſuriunt, nec concipiunt? Fœtus non in uteris ſumptos ſuis moribus, & ſua lege cuſtodiunt? Ipſi homines denique quos per inhabitabiles oras terræ ſparſit prima incipienſque nativitas, non matrimonia copulant nuptiarum ſolemnibus juſtis? Non dulciſſimas procreant liberorum ſtirpes? Non negocia publica, non privata, & familiares res agunt? Non, ut cuique libitum eſt per diverſas artium diſciplinarumque rationes ingenia dirigunt, & ſtudioſæ referunt gnavitatis uſuras? Non regnant? Non imperant quibus ſors rerum attributa eſt talium? Non auctiores quotidie dignitatibus, & poteſtatibus fiunt? Judiciorum diſceptationibus præſunt? Leges interpretantur & jura? Nonne omnia cætera, quibus vita ſuccingitur & continetur humana, ſuis omnes in gentibus patriorum celebrant inſtitutionibus morum? Cum igitur hæc ita ſint, neque ulla inruperit novitas, quæ tenorem perpetuum rerum diſſociata continuatione diduxerit: quid eſt iſtud, quod dicitur, invectam eſſe labem terris, poſtquam religio Chriſtiana intulit ſe mundo, & veritatis abſconditæ ſacramenta patefecit? Sed peſtilentias, inquiunt, & ſiccitates, bella, frugum inopiam, locuſtas, mures, & grandines, reſque alias noxias, quibus negocia incurſantur humana, Dij nobis important injurijs veſtris atque offenſionibus exaſperati. Si in rebus perſpicuis, & nullam deſiderantibus defenſionem, non ſtoliditatis eſſet diutius immorari, oſtenderem profecto replicatis prioribus ſæculis, mala iſta, quæ dicitis, non eſſe incognita, non repentina: nec poſtquam gens noſtra felicitate donari hujus vocaminis meruit, irrupiſſe has labes, & infeſtari cœpiſſe diſcriminum varietate mortalia. Si enim nos ſumus in cauſa, & in noſtri criminis meritum excogitatæ ſunt hæ peſtes, unde novit antiquitas miſeriarum hæc nomina? Unde bellis ſignificatum dedit? Peſtilentiam, grandines,

qua potuit ratione ſignare ? aut inter ſuas voces, quibus oratio explicabatur, aſſumere ? Nam ſi novella ſunt hæc mala, & ab recentibus ducunt offenſionibus cauſas, quî potuit fieri, ut eis rebus verba formaret, quas nec ipſa ſciebat expertam ſe eſſe, neque ullis comperiſſet majorum in temporibus factitatas ? Penuria, inquit, frugum, & anguſtiæ frumentariæ arctius nos habent. Antiqua enim & vetuſtiſſima ſæcula neceſſitatis iſtius aliquando fuerunt expertia ? Nonne ipſa nomina, quibus cenſentur hæc mala, teſtificantur & clamant nullum ab his unquam immunem abiſſe mortalium ? Quod ſi ad credendum difficilis res eſſet, teſtimonijs agere poſſemus auctorum, quantæ, quoties, & quæ gentes famem ſenſerint horridam, & aggerata interierint vaſtitate. Caſus frequentiſſimi grandinis accidunt, atque adterunt cuncta. In literis enim priſcis comprehenſum & compoſitum non videmus, etiam imbres ſaxeos totas ſæpe communiſſe regiones ? Difficiles pluviæ ſata faciunt emori, & ſterilitatem indicunt terris. Immunis enim antiquitas malis ab his fuit ; cum etiam flumina cognoverimus ingentia limis inaruiſſe ſiccatis. Peſtilentiæ contagia urunt genus humanum. Annalium ſcripta percurrite linguarum diverſitatibus ſcripta, univerſas diſcetis gentes ſæpenumero deſolatas, & viduatas ſuis eſſe cultoribus. Ab locuſtis, ab muribus, genus omne acciditur atque adroditur frugum. Hiſtorias ite per veſtras, & ab iſtis peſtibus inſtruemini quoties prior ætas affecta ſit, & paupertatis ad miſerias venerit. Terrarum validiſſimis motibus tremefactæ nutant uſque ad periculum civitates. Quid ? hiatibus maximis interceptas urbes cum gentibus ſuperiora tempora non viderunt, aut ab hujuſmodi caſibus fortunas habuere ſecuras ? Quando eſt humanum genus aquarum diluvijs interemptum ? Non ante nos ? Quando mundus inceuſus in favillas & cineres diſſolutus eſt ? Non ante nos ? Quando urbes ampliſſimæ marinis

marinis coopertæ ſunt fluctibus? Non ante nos? Quando cum feris bella, & prælia cum leonibus geſta ſunt? Non ante nos? Quando pernicies populis venenatis ab anguibus data eſt? Non ante nos? Nam quod nobis objectare conſueſtis bellorum frequentium cauſas, vaſtationes urbium, Germanorum & Scythicas irruptiones, cum pace hoc veſtra & cum bona venia dixerim, quale ſit iſtud quod dicitur, calumniarum libidine non videtis. Ut ante millia annorum decem, ab inſula quæ perhibetur Atlantica Neptuni, ſicut Plato demonſtrat, magna erumperet vis hominum & innumeras funditus deleret atque extingueret nationes, nos fuimus cauſa? Ut inter Aſſyrios & Bactrianos Nino quondam Zoroaſtreque ductoribus non tantum ferro dimicaretur & viribus, verum etiam magicis & Chaldæorum ex reconditis diſciplinis, invidia noſtra hæc fuit? Ut Helena Dijs ducibus atque impulſoribus rapta, & ſuis eſſet dirum & venturis temporibus fatum, religionis noſtræ attributum eſt crimini? Ut ille immanis Xerxes mare terris immitteret, & greſſibus maria tranſiret, noſtri nominis effectum eſt cura? Ut ex Macedoniæ finibus unus exortus adoleſcens Orientis regna & populos captivitate & ſervitio ſubjugaret, nos fecimus, atque excitavimus cauſas? Ut modo Romani, velut aliquod flumen torrens; cunctas ſubmergerent atque obruerent nationes, nos videlicet numina præcipitavimus in furorem? Quod ſi hominum nullus eſt, qui, quæ jamdudum geſta ſunt, noſtris audeat temporibus imputare, quemadmodum poſſimus miſeriarum eſſe præſentium cauſæ, cum novi fiat nihil, ſed ſint omnia vetera, & nullis antiquitatibus inaudita? Quanquam iſta quæ dicitis bella Religionis noſtræ ob invidiam commoveri, non ſit difficile comprobare, poſt auditum Chriſtum in mundo non tantum non aucta, verum etiam majore ex parte furiarum compreſſionibus imminuta. Nam cum hominum vis tanta magiſte-

rijs ejus acceperimus ac legibus, malum malo rependi non oportere; injuriam perpeti quam irogare esse præstantius; suum potius fundere, quam alieno polluere manus & conscientiam cruore: habet à Christo beneficium jamdudum orbis ingratus, per quem feritatis mollita est rabies, atque hostiles manus cohibere à sanguine cognati animantis occœpit. Quod si omnes omnino, qui homines se esse non specie corporum, sed rationis intelligunt potestate, salutaribus ejus pacificisque decretis aurem vellent commodare paulisper, & non fastu & supercilio luminis, suis potius sensibus, quam illius commonitionibus crederent: universus jam dudum orbis mitiora in opera conversis usibus ferri, tranquillitate in mollissima degeret, & in concordiam salutarem incorruptis fœderum sanctionibus conveniret. Sed si per vos, inquiunt, nihil rebus incommodatur humanis, unde sunt hæc mala, quibus urgetur & premitur jamdudum miseranda mortalitas? Sententiam me poscis huic necessariam nihil causæ. Neque enim præsens atque in manibus posita disceptatio in id sumpta est, ut ostenderem vel probarem quibus unaquæque res causis & rationibus fieret: sed ut maledicta criminis tanti procul esse ab nobis ostenderem. Quod si præsto, si facto & argumentis insignibus rei veritas explicatur, unde sint hæc mala, vel ex quibus profluant fontibus principijsque, non curo. Ac ne tamen omnino quid de rebus hujusmodi sentiam, nihil videar interrogatus expromere, possum dicere. Quid enim si prima materies, quæ in rerum quatuor elementa digesta est, miseriarum omnium causas suis continet in rationibus involutas? Quid si siderum motus certis signis, partibus, temporibus, lineis pariunt hæc mala, & subjectis afferunt variorum discriminum necessitates? Quid si statis temporibus rerum vicissitudines fiunt, atque ut in maritimis æstibus, modo secundæ res affluunt, modo rursus refluunt

malis

malis reciprocantibus prosperа? Quid si materiæ fæx ista, quam sub nostris calcamus ingressibus, hanc habet sibi legem datam, ut expiret nocentissimos halitus, quibus corruptus aër iste, & corporibus labem ferat, & negocia infirmet humana? Quid si, quod proximum vero est, quidquid nobis videtur adversum, mundo ipsi non est malum, omniaque quæ fiunt nostris commoditatibus statuentes, opinionibus improbis criminamur eventa naturæ? Plato ille sublimis apex philosophorum & columen, sæva illa diluvia, & conflagrationes mundi, purgationem terrarum suis esse in commentarijs prodidit: nec vir prudens extimuit humani generis subversionem, cladem, ruinas, interitus, funera, rerum innovationem vocare: etenim juventutem his quandam redintegratis viribus comparari. Non pluit, inquit, cœlum, & frumentorum inopia nescio qua laboramus. Quid enim? Inservire elementa tuis necessitatibus postulas? atque, ut vivere mollius & delicatius tu possis, obsequia temporum tuis debent commoditatibus se dare? Quid enim si hoc pacto navigationis cupidissimus conqueratur ventos jam diu non esse, & cœli conquievisse flaturas? Numquid ideo dicendum est pernicioſam esse tranquillitatem illam mundi, quia vectoribus impediat vota? Quid si sole aliquis torrere se suetus, & acquirere corpori siccitatem, ratione consimili conqueratur frequentissimis nubilis jucunditatem serenitatis ablatam: numquid ideo dicenda sunt nubila inimica obductione pendere, quia libidini non permittitur ociosæ rutilare se flammis, & causas potionibus præparare? Eventa hæc omnia, quæ fiunt & accidunt mole sub hac mundi, commodulis non nostris, sed ipsius pendenda sunt rationibus ordinibusque naturæ. Nec si aliquid accidit, quod nosmetipsos, aut res nostras parum lætis successibus fovit, continuo malum est, & in exitiabilis rei opinione ponendum. Pluit mundus, aut non pluit, sibimet pluit, aut non pluit:

pluit: & quod forſitan neſcias, aut uliginem nimiam ſiccitatis ardore decoquit, aut longiſſimi temporis ariditatem pluviarum effuſionibus temperat. Peſtilentias, morbos, fames, atque alias ſuggerit malorum exitiabiles formas. Unde tibi eſt ſcire, ne quod exuberat, ſic tollat, ut per ſua diſpendia modum rebus luxuriantibus figat? Tu audeas dicere, hoc & illud eſt in mundo malum, cujus explicare, diſſolvere, neque originem valeas, neque cauſam? Et quia tuas impediat deliciarum, forſitan & libidinum, voluptates, pernicioſum eſſe atque aſperum dicas? Quid ergo, quia frigus membris tuis adverſum eſt, & congelare, conſtringere ſanguinis tui fervorem ſolet, idcirco in mundo hiems eſſe non debet? Et quia perferre, ſuſtinere, flagrantiſſimos ſoles non potes, ex anno æſtas tollenda eſt, atque alijs legibus alia rurſus ordinanda natura? Veratrum venenum eſt hominibus. Numquid ob hanc cauſam non debuit naſci? Ovilibus inſidiatur lupus. Numquid in culpa natura eſt, quod lanitijs extulit importuniſſimam beluam? Morſu animam ſerpens tollit. Maledicam ſic primordijs rerum, quod tam ſæva prodigia genituris ſpirantibus addiderunt? Superciliosa nimium res eſt, cum ipſe ſis non tuus, aliena etiam in poſſeſſione verſeris, potentioribus dare conditionem velle ut id fiat, quod cupias, non quod in rebus inveneris, antiquis conſtitutionibus fixum. Quare habere ſi locum veſtras vultis querimonias, homines prius eſt ut doceatis unde, vel qui ſitis, vobiſne ſit genitus & fabricatus mundus, an in eum veneritis alienis ex regionibus inquilini. Quod cum dicere non ſit veſtrum, neque explicare poſſitis, cujus rei cauſa ſub hac cœli convexione verſemini, deſiſtite arbitrari pertinere ad vos quicquam: cum ea quæ fiunt, non partiliter fiant, ſed ad cenſus ſummam redeant referanturque totius. Chriſtianorum, inquiunt, cauſa, mala omnia Dij ferunt, & interitus comparatur ab ſuperis frugibus. Rogo

cum

cum hæc dicitis, non calumniari vos improbe in apertis conſpicitis manifeſtiſque mendacijs? Trecenti ſunt anni fermè, minus vel plus aliquid, ex quo cœpimus eſſe Chriſtiani, & terrarum in orbe cenſeri. Numquid omnibus his annis continua fuerunt bella, continuæ ſterilitates, pax nulla in terris, nulla protinus vilitas aut abundantia rerum fuit? Hoc enim primum efficiendum eſt ei, qui nos arguit, perpetuas & juges calamitates fuiſſe has, nunquam omnino reſpiraſſe mortalia, & ſine ullis, ut dicitur, ferijs, multiplicium formas ſuſtinuiſſe diſcriminum. Atquî vidimus medijs his annis, medijſque temporibus, è victis hoſtibus innumerabiles eſſe victorias reportatas: prolatos imperij fines, & in poteſtatem redactas inauditi nominis nationes: ſæpenumero maximos annonæ fuiſſe proventus, vilitates, atque abundantias rerum tantas, ut commercia ſtuperent univerſa, pretiorum auctoritate proſtrata. Quemadmodum enim res agi, & uſque ad hoc tempus genus quî durare mortalium, ſi non omnia, quæ uſus poſceret, ſubminiſtraret fertilitas rerum? Sed fuerunt aliquando nonnulla in neceſſitatibus tempora? & relaxata ſunt abundantijs. Rurſus contra voluntatem quædam bella adminiſtrata? & victorijs poſtmodum ſucceſſibuſque correcta. Quid ergo dicemus? injuriarum noſtrarum deos modo memores eſſe, modo eſſe rurſus immemores? Si quo tempore fames eſt, irati eſſe dicuntur, ſequitur ut abundantiæ tempore irati & difficiles non ſint: atque ita perducitur res eo, ut vicibus ludicris & ponant, & repetant iras, & in integrum ſe ſemper offenſionum recordatione reſtituant. Quanquam iſtud quod dicitur, quale ſit explicabili non poteſt comprehenſione cognoſci. Si Alamannos, Perſas, Scythas, idcirco voluerunt devinci, quod habitarent & degerent in eorum gentibus Chriſtiani; quemadmodum Romanis tribuere victoriam, cum habitarent & dege-

rent in eorum quoque gentibus Chriſtiani ? Si in Aſia, Syria, idcirco mures & locuſtas effervescere prodigialiter voluerunt, quod ratione consimili habitarent in eorum gentibus Chriſtiani ; in Hiſpania, Gallia, cur eodem tempore horum nihil natum eſt, cum innumeri viverent in his quoque provincijs Chriſtiani ? Si apud Getulos, Tinguitanos hujus rei cauſa ſiccitatem ſatis ariditatemque miſerunt, eo anno cur meſſes ampliſſimas Mauris Nomadibuſque tribuerunt, cum religio ſimilis his quoque in regionibus verteretur ? Si in civitate unaqualibet fame plurimos emori noſtri nominis averſione fecerunt, cur ibidem annonaria caritate non tantum corporis non noſtri, verumetiam Chriſtianos ditiores & locupletiſſimos reddiderunt ? Aut igitur cuncti nihil læti habere debuerunt, ſi malorum cauſa nos ſumus : nationibus enim ſumus in cunctis : aut cum mixta videatis cum incommodis læta, deſinite nobis adſcribere id quod offendit res veſtras, cum nihil lætis officiamus & proſperis. Si enim ego ut male ſit facio, cur ut bene ſit non obſto ? Si ut inopia magna ſit, meum nomen in cauſa eſt ; cur nihil impedio ut ſit feracitas maxima ? Si ut in bellis accipiatur vulnus ego dicor afferre fortunam ; cur duelles cùm pereunt, lævum augurium non ſum, nec adverſus ſpes bonas mali ominis obſcœnitate traducor ? Et tamen ô magni cultores atque antiſtites numinum, cur ut iraſci populis Chriſtianis auguſtiſſimos illos aſſeveratis deos, ita non advertitis, non videtis, affectus quam turpes, quam indecoras numinibus attribuatis inſanias ? Quid eſt enim aliud iraſci, quàm inſanire, quàm furere, quàm in ultionis libidinem ferri, & in alterius doloris crucem efferati pectoris alienatione bacchari ? Hoc ergo dij magni norunt, perpetiuntur, & ſentiunt, quod feræ, quod beluæ, quod mortiferæ continent venenato in dente natrices. Quod levitatis in homine, quod terreno in animante culpabile eſt,

eſt, præſtans illa natura, & in perpetuæ virtutis firmitate conſiſtens, ſcire aſſeveratur à vobis. Et quid ergo ſequitur neceſſario, niſi ut ex eorum luminibus ſcintillæ emicent flammeæ, æſtuet anhelum pectus, ſpuma jaciatur ex ore, & ex verbis ardentibus labrorum ſiccitas inalbeſcat? Quod ſi verum eſt iſtud, & eſt exploratum, & cognitum, efferveſcere deos ira, & hujuſmodi motus perturbatione jactari, immortales & perpetui non ſunt, nec in divinitatis alicujus exiſtimatione ponendi. Ubi enim eſt ullus, ſicut ſapientibus videtur, affectus, ibi eſſe neceſſe eſt paſſionem. Ubi paſſio ſita eſt, perturbationem conſentaneum eſt conſequi. Ubi perturbatio eſt, ibi dolor & ægritudo eſt. Ubi dolor & ægritudo eſt, imminutioni & corruptioni jam locus eſt. Quæ duo ſi vexant, adeſt vicinus interitus, mors omnia finiens, & cunctis adimens ſentientibus vitam. Quid quod iſto modo non tantum illos leves & fervidos, verum, quod ab dijs convenit procul eſſe dimotum, & iniquos inducitis, & injuſtos, & æquitatis vel modicæ nullam prorſus obtinere rationem. Quid eſt enim tam injuſtum, quàm alijs iraſci, & alios lædere? de hominibus conqueri, & innoxia dilacerare frumenta? Chriſtianum nomen odiſſe, & diſpendijs omnibus ſuos labefactare cultores? An numquid idcirco in vos etiam ſæviunt, ut inteſtinis vulneribus concitati in ultionem conſurgatis illorum? Ergo humana patrocinia dij quærunt, & niſi veſtra fuerint aſſertione protecti, idonei non ſunt ipſi, qui propulſare, defendere, ſuas valeant contumelias? Quinimo ſi verum eſt ardere illos ira, permittite illis poteſtatem ſui, defendant ſe ipſi, atque in ultionem majeſtatis offenſæ, inteſtinas exerant experianturque virtutes. Poſſunt nos, ſi voluerint, æſtu, poſſunt nocentiſſimo frigore, poſſunt auris peſtilibus, poſſunt morborum obſcuriſſimis cauſis enecare, conſumere, atque ab omni penitus cœtu exterminare mortali.

Aut ſi malum conſilium eſt aggredi nos vi, emittant aliquod indicationis ſignum, per quod eſſe liquidum cunctis poſſit invitiſſimis nos eis habitare ſub cœlo. Vobis ſecundas tribuant valetudines: adverſas nobis, ac peſſimas. Opportunis imbribus veſtra irrigent rura: pluviarum quicunque ſunt rores noſtris ab agellulis abigant. Lanitia curent veſta numeroſis fœtibus multiplicari: ſterilitatem infauſtam noſtris pecuarijs inferant. Ex olivis veſtris atque vinetis plenam faciant autumnitatem fundi: at ex noſtris exprimi unum prohibeant palmitibus rorem. Ad extremum & ultimum, in veſtro ore præcipiant ſuam fruges retinere naturam: at vero in noſtro mel amarum fieri, olearum fluenta ranceſcere, & ſub ipſis poſitum labris in acoris perfidiam vinum repente mutari. Quod cum minime fieri teſtificentur res ipſæ, neque minus ad nos quicquam, neque ad vos plurimum redundare vitalibus ex beneficijs conſtet, libido quæ tanta eſt, inimicos atque hoſtes deos eſſe contendere Chriſtianis, quos in rebus triſtiſſimis atque lætis, nihil abs te videas ratione in aliqua diſcrepare? Si verum vobis permittitis, ac ſine ullis aſſentationibus dici: verba ſunt hæc, verba ſunt, res immo per calumnias creditæ, non cognitionis alicujus teſtimonio comprobatæ. Cæterum dij veſtri, & qui habere, qui ferre nominis hujus auctoritatem condigni ſunt, neque iraſcuntur, neque indignantur, neque quod alteri noceat, inſidioſis machinationibus conſtruunt. Etenim revera eſt impium, & ſacrilegia cuncta tranſcendens, ſapientem illam credere beatiſſimamque naturam magnum aliquid putare, ſi ſe ſibi aliquis adulatoria humilitate ſubmittat: & ſi fuerit non factum, deſpectam ſe credere, & ab ſummi culminis decidiſſe faſtigio. Puerile, puſillum eſt & exile, vix & illis conveniens, quos jamdudum experientia doctorum dæmonas appellat & heroas, non noſſe cœleſtia, & in hac rerum materia

craſſiore

craſſiore conditionis ſuæ exortes verſari. Veſtra ſunt hæc, veſtra ſunt irreligiosè opinata , & irreligioſius credita. Quinimo , ut verius proloquar , haruſpices has fabulas, conjectores , arioli , vates , & nunquam non vani coucinnavere fanatici : qui ne ſuæ artes intereant , ac ne ſtipes exiguas conſultoribus excutiant jam raris , ſi quando vos velle rem venire in invidiam compererunt , negliguntur dij , clamitant , atque in templis jam raritas ſumma eſt. Jacent antiquæ deriſui cærimoniæ, & ſacrorum quondam veterrimi ritus religionum novarum ſuperſtitionibus occiderunt: & merito humanum genus tot miſeriarum anguſtijs premitur , tot laborum excruciatur ærumnis. Et homines brutum genus , & quod ſitum ſub lumine eſt cæcitate ingenita nequeuntes videre , audent aſſeverare furioſi, quod vos credere non erubeſcitis ſani ? Ac ne quis nos tamen diffidentia reſponſionis , tranquillitatis exiſtimet deos donare muneribus , innoxias affingere his mentes , atque ab omni perturbatione dimotas, concedamus, ſicut libitum vobis eſt , intendere in nos iras , ſanguinem illos ſitire noſtrum , & jamdudum nos cupere mortalium ſubmovere de ſæculis. Sed ſi non eſt moleſtum, non grave , ſi communis officij res eſt , non ex gratia ſed ex vero diſceptationis hujus diſpectare momenta , audire à vobis expoſcimus , quæ nam ſit hæc ratio , quæ cauſa , propter quam in nos tantum & dij ſæviant ſuperi , & aſperati homines inardeſcant ? Religiones, inquiunt, impias , atque inauditos cultus terrarum in orbem trahitis. Quid , ô participes rationis audetis homines proloqui, quid effutire , quid promere temerariæ vocis deſperatione tentatis ? Deum principem , rerum cunctarum quæcunque ſunt dominum , ſummitatem omnium ſummorum obtinentem, adorare , obſequio venerabili invocare , in rebus feſſis totis ut ita dixerim ſenſibus amplexari, amare , ſuſpicere , execrabilis religio eſt & infauſta , im-

pietatis & ſacrilegij plena, cærimonias antiquitus inſtitutas novitatis ſuæ ſuperſtitione contaminans? Hoccine eſt quæſo audax illud facinus & immane, propter quod maxime cœlites aculeos in nos intendunt irarum atque indignationum ſuarum? propter quod vos ipſi, cum libido incefferit ſæva, exuitis nos bonis; exterminatis patrijs ſedibus, irrogatis ſupplicia capitalia, torquetis, dilaceratis, exuritis, & ad extremum nos feris & beluarum laniatibus objectatis? Quiſquis iſtud in nobis damnat, aut in aliqua ducit criminatione ponendum, is aut nomine appellandus eſt hominis, quamvis ille videatur ſibi? aut Deus eſſe credendus eſt, quamvis ipſe ſe eſſe mille profiteatur in vatibus? Trophonius nos impios, Dodonæus aut Jupiter nominat, & ipſe dicetur Deus, atque in ordine computabitur numinum, qui aut ſummo ſervientibus regi crimen impietatis affingit, aut ſibi torquetur majeſtatem ejus, cultumque præponi? Delius Apollo, vel Clarius, Didymæus, Phileſius, Pythius, & is habendus divinus eſt, qui aut ſummum Imperatorem neſcit, aut ignorat à nobis quotidianis ei precibus ſupplicari? Qui ſi pectorum ſecreta neſciret, nec quid in intimis ſenſibus contineamus, agnoſceret; ſummum tamen invocare nos Deum, & ab eo, quod poſtulamus orare, vel auribus potuit ſcire, vel ipſius vocis ſono, qua utimur in precibus, noſcitare. Nondum eſt locus ut explicemus omnes iſti, qui nos damnant, qui ſint, vel unde ſint; quantum poſſint, vel noverint; cur ad Chriſti paveant mentionem; diſcipulos cur ejus inimicos habeant & inviſos: quod tamen humanum pollicentibus ſenſum una pariter definitione figamus: nihil ſumus aliud Chriſtiani, niſi magiſtro Chriſto ſummi regis ac Principis veneratores: nihil, ſi conſideres, aliud invenies in iſta religione verſari. Hæc totius ſumma eſt actionis: hic propoſitus terminus divinorum officiorum, hic finis. Huic omnes ex more proſternimur,

ſternimur, hunc collatis precibus adoramns, ab hoc juſta, & honeſta, & auditu ejus condigna depoſcimus. Non quo ipſe deſideret ſupplices nos eſſe, aut amet ſubſterni tot millium venerationem videre. Utilitas hæc noſtra eſt, & commodi noſtri rationem ſpectans. Nam quia proni ad culpas, & ad libidinis varios appetitus vitio ſumus infirmitatis ingenitæ, patitur ſe ſemper noſtris cogitationibus concipi: ut dum illum oramus, & mereri ejus contendimus munera, accipiamus innocentiæ voluntatem, & ab omni nos labe delictorum omnium amputatione purgemus. Quid dicitis, ô ſacri, quid divini interpretes juris? Meliorisne ſunt cauſæ, qui Grundules adorant Lares, Aios Locutios, Limentinos, quàm ſumus nos omnes, qui Deum colimus rerum patrem, atque ab eo depoſcimus rebus feſſis languentibuſque tutamina? Et illi cati, ſapientes, prudentiſſimi vobis videntur, nec reprehenſionis ullius, qui Faunos, qui Fatuas, civitatumque Genios, qui Pauſos reverentur, atque Bellonas. Nos hebetes, ſtolidi, fatui, obtuſi pronunciamur & bruti, qui dedidimus nos Deo, cujus nutu & arbitrio omne quod eſt, conſtat, & in ſententiæ ſuæ perpetuitate defixum eſt. Hanccine ſententiam promitis? hanc legem conſtituitis? hanc promulgatis, ut honoribus afficiatur ampliſſimis quiſquis veſtros adoraverit ſervulos? crucem mereatur extremam quiſquis ipſis dominis ſupplicarit? In civitatibus maximis, atque in potentioribus populis ſacra publicè fiunt ſcortis meritorijs quondam, atque in vulgarem libidinem proſtitutis; nullus tumor indignationis in dijs eſt. Templa ſelibus, ſcarabeis, & buculis, ſublimibus ſunt elata faſtigijs; ſilent irriſæ numinum poteſtates, nec livore afficiuntur ullo, quod ſibi comparatas animantium vilium conſpiciunt ſanctitates. Nobis ſolis ſunt inimici, nobis aſperrimi Dij hoſtes, quia patrem veneramur illorum, per quem, ſi ſunt, eſſe & habere ſubſtantiam

tiam ſui numinis majeſtatiſque cœperunt ; à quo ipſam deitatem ut ita dicam ſortiti ſe eſſe ſentiunt, & in rerum numero recognoſcunt ? cujus voluntate & arbitrio, & interire, & ſolvi, nec ſolvi poſſunt, nec interire? Nam ſi omnes concedimus unum eſſe principem ſolum, quem nulla res alia vetuſtate temporis antecedat, poſt illum neceſſe eſt cuncta & nata eſſe & prodita, & in ſui nominis proſiluiſſe naturam. Quod ſi fixum & ratum eſt, erit nobis conſequens confiteri, & deos eſſe nativos, & à principe rerum fonte ortus ſui originem ducere. Qui ſi ſunt nativi, & geniti, & interitionibus utique periculiſque vicini. At enim eſſe creduntur immortales, perpetui, & nullius unquam participes finis. Ergo iſtud munus Dei patris & donum eſt, ut infinita meruerint iidem eſſe per ſæcula, cum ſint labiles ſolubileſque natura. Atque utinam daretur in unius ſpeciem concionis toto orbe contracto oratione hac uti, & humani in generis audientia collocari. Ergone impiæ religionis ſumus apud vos rei, & quod caput rerum & columen venerabilibus adimus obſequijs, ut convitio utamur veſtro, infauſti & athei nuncupamur ? Et quis magis rectius horum feret invidiam nominum, quàm qui alium præ hoc Deum, aut novit, aut ſciſcitatur; aut credit ? Nonne huic omnes debemus hoc ipſum primum quòd ſumus ? quod eſſe homines dicimur ? quod ab eo vel miſſi, vel lapſi cæcitate hujus in corporis continemur ? Non quòd incedimus, quòd ſpiramus & vivimus, ab eo ad nos venit, vique ipſa vivendi efficit nos eſſe, & animali agitatione motari ? Nonne ab hoc effluunt cauſæ, per quas noſtra fulcitur ſalus variarum munificentia voluptatum ? Mundus iſte in quo degitis, cujus eſt ? aut quis ejus vobis adtribuit fructum poſſeſſionemque retinere ? Quis, ut ſubjectas res cernere, ut contrectare, ut conſiderare poſſetis, publicum iſtud lumen dedit ? Quis, ne fixa pigritiæ ſtupore torpeſcerent

pescerent elementa vitalia, solis igneis constituit ad rerum incrementa futuros? Solem Deum cum esse credatis, conditorem ejus, opificemque non quæritis? Luna cum apud vos Dea sit, non similiter scire curatis genitor ejus & fabricator quis sit? Nonne cogitatio vos subit considerare, disquirere, in cuia possessione versemini? cuia in re sitis? cujus ista sit, quam fatigatis terra? cujus aër iste, quem vitali reciprocatis à spiritu? cujus abutimini fontibus, cujus liquore? quis ventorum dispoſuerit flamina? quis undosas excogitaverit nubes? quis seminum frugiferas potestates rationum proprietate distinxerit? Apollo vobis pluit? Mercurius vobis pluit? Æsculapius, Hercules, aut Diana rationem imbrium tempestatumque finxerunt? Et hoc fieri quî potest, cum in mundo profiteamini eos natos, certoque tempore sensum arripuisse vitalem? Si enim temporis antiquitate mundus eos antevenit, & priusquam nati sunt, jam noverat pluvias tempestatesque natura, nullum serius nati pluendi jus habent, neque eis inferere rationibus se possunt, quas invenerunt hic agi, & majore ab auctore tractari. O maxime, ô summe rerum invisibilium procreator! O ipse invise, & nullis unquam comprehense naturis! dignus, dignus es vere si modo te dignum mortali dicendum est ore, cui spirans omnis intelligensque natura, & habere & agere nunquam desinat gratias: cui tota conveniat vita genu nixo procumbere, & continuatis precibus supplicare. Prima enim tu causa es, locus rerum ac spacium, fundamentum cunctorum quæcunque sunt, infinitus, ingenitus, immortalis, perpetuus, solus, quem nulla deliniat forma corporalis, nulla determinat circumscriptio, qualitatis expers, quantitatis, sine situ, motu, & habitu, de quo nihil dici & exprimi mortalium potis est significatione verborum: qui, ut intelligaris, tacendum est; atque, ut per umbram te possit errans investigare

ſuſpicio, nihil eſt omnino mutiendum. Da veniam rex ſumme tuos perſequentibus famulos : & quod tuæ benignitatis eſt proprium , fugientibus ignoſce tui nominis & religionis cultum. Non eſt mirum , ſi ignoraris : majoris eſt admirationis , ſi ſciaris. Niſi forte audet quiſquam, hoc enim furioſæ reſtat inſaniæ , ambigere , dubitare, an ſit iſte Deus, an non ſit : explorata fidei veritate , an rumoris caſſi opinatione ſit creditus. Audimus enim quoſdam philoſophandi ſtudio deditos , partim ullam negare vim eſſe divinam , partim an ſit quotidie quærere. Alios caſibus fortuitis , & concurſionibus temerarijs ſummam rerum conſtruere , atque diverſitatis impetu fabricari : cum quibus hoc tempore nullum nobis omnino ſuper tali erit obſtinatione certamen. Aiunt enim ſana ſentientes , contradicere rebus ſtultis ſtultitiæ eſſe majoris. Sermo cum his nobis eſt , qui divinum eſſe conſentientes genus , de majoribus dubitant , cum iidem eſſe plebeia atque humiliora fateantur. Quid ergo ? res tantas argumentis nitemur atque elaborabimus obtinere ? Diſcedat hæc longè , atque à nobis procul, procul inquam, ut dicitur , averruncetur amentia. Ita eſt enim periculoſum argumentis aggredi , Deum principem comprobare , quam ratione hujuſmodi eſſe illum , velle cognoſcere. Nec quidquam refert , aut diſcrepat , utrumne neges illum , an aſſeras , atque exiſtere fatearis : cum in eadem culpa ſit , & aſſertio talis rei , & abnegatio refutatoris increduli. Quiſquamne eſt hominum , qui non cum iſtius principis notione diem primæ nativitatis intraverit ? cui non ſit ingenitum , non affixum, imò ipſi penè in genitalibus matris non impreſſum , non inſitum , eſſe Regem ac Dominum , cunctorum quæcunque ſunt moderatorem ? Ipſa denique hiſcere ſi animantia muta potis eſſent , ſi in linguarum noſtrarum facilitatem ſolvi : immo ſi arbores, glebæ, ſaxa , ſenſu animata vitali vocis ſonitum quirent &

verbo-

verborum articulos integrare, ita non duce natura, & magiſtra, non incorrupta ſimplicitatis fide, & intelligerent eſſe Deum, & cunctorum dominum ſolum eſſe clamarent? Sed fruſtra, inquit, nos falſo, & calumnioſo inceſſitis & appetitis crimine, tanquam eamus inficias eſſe Deum majorem: cùm à nobis & Jupiter nominetnr, & optimus habeatur & maximus: cumque illi anguſtiſſimas ſedes, & Capitolia conſtituerimus immania. Diſſimilia copulare, atque in unam ſpeciem cogere inducta confuſione conanimi. Nam Deus omnipotens mente una omnium, & communi motalitatis aſſenſu, neque genitus ſcitur, neque novam in lucem aliquando eſſe prolatus, nec ex aliquo tempore cœpiſſe eſſe, vel ſæculo. Ipſe eſt enim fons rerum, ſator ſæculorum ac temporum. Non enim ipſa per ſe ſunt, ſed ex ejus perpetuitate perpetua, & infinita ſemper continuatione procedunt. At verò Jupiter, ut vos fertis, & patrem habet & matrem, avos, avias, fratres: nunc nuper in utero matris ſuæ formatus, abſolutus menſibus & conſummatus decem, ignotam ſibi in lucem ſenſu irruiſſe vitali. Ergo, ſi hæc ita ſunt, Jupiter eſſe Deus qui poteſt? cum illum eſſe perpetuum conſtet, perhibeatur alter à vobis, & dies habuiſſe natales, & pavefactus re nova lamentabilem extuliſſe vagitum? Sed ſint, ut vultis, unum, nec in aliquo vi numinis, & majeſtate diſtantes: ecquid ergo injuſtis perſequimini nos odijs? Quid, ut ominis peſſimi, noſtri nominis inhorreſcitis mentione, ſi, quem Deum colitis, eum & nos? aut quid in eadem cauſa vobis eſſe contenditis familiares Deos, inimicos atque infeſtiſſimos nobis? Etenim, ſi una religio eſt nobis vobiſque cummunis, ceſſat ira cœleſtium: ſin nobis infeſti ſunt ſolis, manifeſtum eſt neſcire & vos, & illos Deum: quem Jovem non eſſe ipſis clarum eſt indignationibus numinum. Sed non, inquit, idcirco dii vobis infeſti ſunt, quod omnipotentem colatis Deum: ſed quod

hominem natum, & quòd perſonis infame eſt vilibus crucis ſupplicio interemptum, & Deum fuiſſe contenditis, & ſupereſſe adhuc creditis, & quotidianis ſupplicationibus adoratis. Si vobis jucundum eſt, amici, ediſſertate quinam ſint hi dij, qui à nobis Chriſtum coli, ſuam credant ad injuriam pertinere? Janus Janiculi conditor, & civitàtis Saturniæ Saturnus auctor? Fauna Fatua, Fauni uxor, Bona dea quæ dicitur, ſed in vini melior & laudabilior potu? Indigetes illi, qui flumen repunt, & in alveis Numici cum ranis & piſciculis degunt? Æſculapius, & Liber pater, Coronide ille natus, & ex genitalibus matris alter fulmine præcipitatus? Mercurius utero fuſus Maiæ, &, quod eſt divinius, candidæ. Arquitenentes Diana & Apollo, circumlati per fugas matris, atque in inſulis errantibus vix tuti? Dioneia Venus proles, viri materfamilias Troici, atque inteſtini decoris publicatrix? In Trinacriæ finibus Ceres nata; atque in floribus legendis occupata Proſerpina? Thebanus, aut Tyrius Hercules, hic in finibus ſepultus Hiſpaniæ, flammis alter concrematus Oetæis? Tyndaridæ Caſtores, equos unus domitare conſuetus, alter pugillator bonus, & crudo inexuperabilis ceſtu: Titanes & Bocores Mauri, & ovorum progenies Dij Syri? Apis Peloponneſi proditus, & in Ægypto Serapis nuncupatus? Æthiopicis ſolibus Iſis furva mærens perditum filium, & membratim conjugem lancinatum? Præterimus, & tranſgredimur Opis ſoboles regias: quas in libris auctores veſtri, quæ fuerint, & quales, vobis ediſcentibus prodiderunt. Hice ergo Chriſtum coli, & à nobis accipi, & exiſtimari pro numine, vulneratis accipiunt auribus? & obliti paulo ante ſortis fuerint & conditionis cujus, id, quod ſibi conceſſum eſt, impertiri alteri nolunt? Hæc eſt juſtitia cœlitum? hoc deorum judicium ſanctum? Nonne iſtud livoris eſt atque avaritiæ genus, non obtrectatio quædam ſordens, ſuas emi-

nere

nere tantummodo velle fortunas, aliorum res premi, & in contempta humilitate calcari? Natum hominem colimus. Quid enim? Vos hominem nullum colitis natum? non unum & alium? non innumeros alios? quinimo non omnes, quos jam templis habetis veſtris, mortalium ſuſtuliſtis ex numero, & cœlo ſideribuſque donaſtis? Si enim forte vos fugit, ſortis eos humanæ, & conditionis fuiſſe communis; replicate antiquiſſimas literas, & eorum ſcripta percurrite, qui vetuſtati vicini, ſine ullis aſſentationibus cuncta veritate in liquida prodiderunt. Jam profecto diſcetis, quibus ſinguli patribus, quibus matribus fuerint procreati, qua in nati regione, qua gente, quæ fecerint, egerint, pertulerint, actitarint, quas in rebus obeundis adverſorum ſenſerint, ſecundantiumque fortunas. Sin autẽ ſcientes uteris eſſe geſtatos, & frugibus eos victitaſſe terrenis, nihilominus tamen nobis nati hominis objectatis cultum, res agitis ſatis injuſtas, ut id in nobis conſtituatis eſſe damnabile, quod & ipſi vos factitatis: aut, quæ vobis licere permittitis, conſimiliter alijs licitum eſſe nolitis. Sed concedamus interdum, manum veſtris opinationibus dantes, unum Chriſtum fuiſſe de nobis, mentis, animæ, corporis, fragilitatis, & conditionis unius: nonne dignus à nobis eſt tantorum ob munerum gratiam Deus dici, Deuſque ſentiri? Si enim vos Liberum, quòd uſum reperit vini: ſi, quòd panis, Cererem: ſi Æſculapium, quòd herbarum: ſi Minervam, quòd oleæ: ſi Triptolemum, quòd aratri; ſi denique Herculem, quòd feras, quòd fures, quòd multiplicium capitum ſuperavit compeſcuitque natrices, divorum retuliſtis in cœtum: honoribus quantis afficiendus eſt nobis, qui ab erroribus nos magnis inſinuata veritate traduxit? Qui velut cæcos paſſim, ac ſine ullo rectore gradientes, ab deruptis, ab devijs, locis planioribus reddidit. Qui, quod frugiferum primo atque humano generi ſalutare, Deus monſtravit

quid ſit, quis, quantus, & qualis. Qui profundas ejus atque inenarrabiles altitudines, quantum noſtra quivit mediocritas capere, & intelligere permiſit & docuit. Qui, quo autore, quo patre mundus iſte ſit conſtitutus & conditus, fecit benigniſſime ſciri. Qui nativitatis ejus exprompſit genus, & nullius aliquando cognitione præſumptam materiam illius. Unde ignibus ſolis genitalis fervor adſcitur. Cur luna ſemper in mutuis damnis ac crementis, annualibus cauſis lucem ſemper atque obſcuritatem reſumens. Animalium origo quæ ſit: rationes quas habeant ſemina. Quis ipſum finxerit hominem, quis informarit, vel ex materiæ quo genere conſtructionem ipſam confirmaverit corporum. Quid ſit ſenſus, quid anima: advolaritne ad nos ſponte, an cum ipſis ſata ſit & procreata viſceribus: mortis particeps degat, an immortalitatis perpetuitate donata ſit. Qui ſtatus nos maneat, cum diſſolutis abierimus à membris. Viſurine nos ſimus, an memoriam nullam noſtri ſenſus & recordationis habituri. Qui arrogantiam conſtrinxit noſtram, & elatas ſupercilio cervices modum fecit ſuæ infirmitatis agnoſcere. Qui animantia monſtravit informia nos eſſe, vanis opinionibus fidere, nihil comprehenſum habere, nihil ſcire, & quæ noſtros ſita ſunt ante oculos, non videre. Qui, quod omnia ſuperavit, & tranſgreſſum eſt munera, ab religionibus nos falſis religionem traduxit ad veram. Qui ab ſignis inertibus atque ex viliſſimo formatis luto ad ſidera ſublevavit & cœlum: & cum domino rerum Deo ſupplicationum fecit verba atque orationum colloquia miſcere. Venerabar, ô cæcitas; nuper ſimulacra modo ex fornacibus prompta, in incudibus deos & ex malleis fabricatos: elephantorum oſſa: picturatas veternoſis in arboribus tænias ſi quando conſpexeram, lubricatum lapidem & ex olivi unguine ſordidatum, tanquam ineſſet vis præſens, adulabar, affabar, & beneficia poſcebam nihil

ſentiente

ſentiente de trunco: & eos ipſos, divos, quos eſſe mihi perſuaſeram, afficiebam contumelijs gravibus: cùm eos eſſe credebam ligna, lapides, atque oſſa, aut in hujuſmodi rerum habitare materia. Nunc doctore tanto in vias veritatis inductus, omnia iſta, quæ ſint, ſcio: digna de dignis ſentio, contumeliam nomini nullam facio divino: & quid cuique debeatur, vel perſonæ, vel capiti, inconfuſis gradibus atque auctoritatibus tribuo. Ita ergo Chriſtus non habeatur à nobis Deus? nec qui omnium alioquin vel maximus poteſt excogitari, divinitatis afficiatur cultu, à quo jamdudum tanta & accepimus dona viventes, & expectamus, dies cum venerit, ampliora? Sed patibulo affixus interijt. Quid iſtud ad cauſam? Neque enim qualitas & deformitas mortis dicta ejus immutat aut facta, aut eo minor videbitur diſciplinarum ejus autoritas, quia vinculis corporis non naturali diſſolutione digreſſus eſt, ſed vi illata deceſſit. Pythagoras Samius ſuſpicione dominationis injuſta vivus concrematus in fano eſt: numquid ea, quæ docuit vim propriam perdiderunt, quia non ſpiritum ſponte, ſed crudelitate appetitus effudit? Similiter Socrates civitatis ſuæ judicio damnatus capitali affectus eſt pœna: numquid irrita facta ſunt, quæ ſunt ab eo de moribus, virtutibus, & officijs diſputata, quia injuria expulſus è vita eſt? Innumerabiles alij gloria, & virtute, & exiſtimatione pollentes, acerbiſſimarum mortium experti ſunt formas: ut Aquilius, Trebonius, Regulus: numquid idcirco poſt vitam judicati ſunt turpes; quia non publica lege fatorum, ſed mortis aſperrimo genere lacerati, excruciatique perierunt? Nemo unquam innocens male interemptus infamis eſt, nec turpitudinis alicujus commaculatur nota: quia non ſuo merito pœnas graves, ſed cruciatoris perpetitur ſævitate. Et tamen, ô iſti qui hominem nos colere morte functum ignominioſa ridetis; nonne Liberum & vos patrem membratim

bratim ab Titanis diſcerptum fanorum conſecratione mactatis ? Nonne Æſculapium medicaminum repertorem, poſt pœnas & ſupplicia fulminis, cuſtodem nuncupaviſtis & præſidem ſanitatis, valetudinis, & ſalutis ? Nonne ipſum Herculem magnum ſacrificijs, hoſtijs, & thure invitatis iucenſo, quem ipſi vos fertis vivum arſiſſe poſt pœnas, & concrematum in funeſtis buſticetis ? Nonne illum Attin Phrygem abſciſſum, & ſpoliatum viro Magnæ matris in adytis deum propitium, deum ſanctum Gallorum conclamatione teſtamini ? Nonne ipſum Romulum patrem, ſenatorum manibus dilaceratum centum, & Quirinum eſſe Martium dicitis, & ſacerdotibus, & pulvinaribus honoratis, & in ædibus adoratis ampliſſimis, & poſt hæc omnia cœlum aſcendiſſe juratis ? Aut igitur ridendi & vos eſtis, qui homines graviſſimis cruciatibus interemptos deos putatis, & colitis : aut, ſi certa eſt ratio, cur id vobis faciendum putetis, & nobis permittite ſcire, quibus iſtud cauſis, rationibuſque faciamus. Natum hominem colitis. Etiam ſi eſſet id verum locis ut in ſuperioribus dictum eſt, tamen pro multis, & tam liberalibus donis, quæ ab eo profecta in nobis ſunt, Deus dici appellarique deberet. Cùm verò deus ſit re certa, & ſine ullius rei dubitationis ambiguo, inficiaturos arbitramini nos eſſe, quàm maximè illum à nobis coli, & præſidem noſtri corporis nuncupari ? Ergone, inquiet aliquis furens, iratus, & percitus, Deus ille eſt Chriſtus ? Deus, reſpondebimus, & interiorum potentiarum Deus : & quod magis infidos acerbiſſimis doloribus torqueat, rei maximæ cauſa à ſummo rege ad nos miſſus. Poſtulabit forſitan inſanior & furioſior factus, an ſe ita res habeat, quemadmodum dicimus, comprobari. Nullâ major eſt comprobatio, quàm geſtarum ab eo fides rerum, quàm virtutum novitas, quam omnia victa decreta, diſſolutaque fatalia, quæ populi genteſque ſuo geri

ſub lumine nullo diſſentiente videre: quæ nec ipſi audent falſitatis arguere, quorum antiquas ſeu patrias leges vanitatis eſſe pleniſſimas atque inaniſſimæ ſuperſtitionis oſtendit. Occurſurus forſitan rurſus eſt cum alijs multis calumnioſis illis & puerilibus vocibus: magus fuit, clandeſtinis artibus omnia illa perfecit, Ægyptiorum ex adytis angelorum potentium nomina, & remotas furatus eſt diſciplinas. Quid dicitis, ô parvuli, incomperta vobis, & neſcia temerariæ vocis loquacitate garrientes? Ergone illa, quæ geſta ſunt, dæmonum fuere præſtigiæ, & magicarum artium ludi? Poteſtis aliquem nobis deſignare, monſtrare ex omnibus illis Magis, qui unquam fuere per ſæcula, conſimile aliquid Chriſto milleſima ex parte qui fecerit? qui ſine ulla vi carminum, ſine herbarum & graminum ſuccis, ſine ulla aliqua obſervatione ſollicita ſacrorum, libaminum, temporum? Non enim urgemus, & quærimus, quæ ſeſe ſpondeant facere, vel in quibus generibus actuum ſoleat omnis illorum doctrina & experientia contineri. Quis enim hos neſciat aut imminentia ſtudia prænoſcere, quæ neceſſario velint nolint ſuis ordinationibus veniunt? aut mortiferam immittere quibus libuerit tabem: aut familiarum dirumpere charitates: aut ſine clavibus reſerare, quæ clauſa ſunt: aut ora ſilentio vincire: aut in curriculis equos debilitare, incitare, tardare; aut uxoribus, & liberis alienis, ſive illi mares ſint, ſive fœminei generis, inconceſſi amoris flammas, & furiales immittere cupiditates: aut ſi utile aliquid videantur audere, non propria vi poſſe, ſed eorum, quos invocant, poteſtate? Atqui conſtitit Chriſtum ſine ullis adminiculis rerum, ſine ullius ritus obſervatione, vel lege, omnia illa quæ fecit, nominis ſui poſſibilitate feciſſe: & quod proprium, conſentaneum, dignum Deo fuerat vero, nihil nocens, aut noxium, ſed opiferum, ſed ſalutare, ſed auxiliaribus plenum bonis poteſtatis munificæ liberalitate

beralitate donasse. Quid dicitis, ô iterum ? Ergo ille mortalis, aut unus fuit è nobis, cujus imperium, cujus vocem popularibus & quotidianis verbis missam, valetudines, morbi, febres, atque alia corporum cruciamenta fugiebant ? Unus fuit è nobis, cujus præsentiam, cujus visum gens illa nequibat ferre mersorum in visceribus dæmonum, conterritaque vi nova membrorum possessione cedebat ? Unus fuit è nobis, cujus fædæ vitiligines jussioni obtemperabant pulsæ statim, & concordiam colorum commaculatis visceribus relinquebant ? Unus fuit è nobis, cujus ex levi tactu stabant profluvia sanguinis, & immoderatos cohibebant fluores ? Unus fuit è nobis, cujus manus intercutes & veternosæ fugiebant undæ, penetrabilis ille vitabat liquor, & turgentia viscera salutari ariditate deflabant ? Unus fuit è nobis, qui claudos currere præcipiebat ? Etiam operis res erat porrigere mancos manus ; & articuli immobilitates jam ingenitas explicabant: captos membris assurgere; etiam suos referebant lectos alienis paulo ante cervicibus lati : viduatos videre luminibus ; etiam cœlum diemque cernebant nullis cum oculis procreati. Unus, inquam, fuit è nobis, qui debilitatibus varijs, morbisque vexatos centum, aut hoc amplius, semel una intercessione sanabat ? cujus vocem ad simplicem furibunda & insana explicabant se maria ? procellarum turbines tempestatesque fidebant ? qui per altissimos gurgites pedem ferebat inlutum ? calcabat ponti terga undis ipsis stupentibus, in famulatum subeunte natura ? qui sequentium se millia quinque, quinque saturavit è panibus, ac, ne esse præstigiæ incredulis illis viderentur & duris, bis senarum sportarum sinus reliquiarum fragminibus aggerebat? Unus fuit è nobis, qui redire in corpora jamdudum animas præcipiebat efflatas, prodire ab aggeribus conditos? & post diem funeris tertium pollinctorum voluminibus expediri, Unus fuit è nobis,

qui,

qui, quid ſinguli voluerent, quid ſub obſcuris cogitationibus continerent, tacitorum in cordibus pervidebat? Unus fuit è nobis, qui cum unam emitteret vocem, ab diverſis populis, & diſſona oratione loquentibus, familiaribus verborum ſonis, & ſuo cuique utens exiſtimabatur eloquio? Unus fuit è nobis, qui cum officia religionis certæ ſuis ſectatoribus traderet, mundum totum repente complebat, quantuſque, & qui eſſet, revelata nominis immenſitate monſtrabat? Unus fuit è nobis, qui depoſito corpore innumeris ſe hominum prompta in luce detexit? qui ſermonem dedit, atque accepit, docuit, caſtigavit, admonuit? qui ne illi ſe falſos vanis imaginationibus exiſtimarent, ſemel, iterum, ſæpius familiari collocutione monſtravit? qui juſtiſſimis viris etiamnunc impollutis, ac diligentibus ſeſe, non per vana inſomnia, ſed per puræ ſpeciem ſimplicitatis apparet? cujus nomen auditum fugat noxios ſpiritus? imponit ſilentium vatibus? haruſpices inconſultos reddit? arrogantium magorum fruſtrari efficit actiones, non horrore, ut dicitis, nominis, ſed majoris licentia poteſtatis? Et hæc quidem ſummatim expoſita, non ea ratione protulimus, tanquam magnitudo facientis ſolis in his eſſet perſpicienda virtutibus. Quanta ſint enim hæc, vel exilitatis cujus reperientur & ludi, ſi traditum fuerit noſci, ex quibus ad nos regnis, cujus numinis miniſtrator advenerit? Quæ quidem ab eo geſta ſunt, & factitata, non ut ſe vana oſtentatione jactaret, ſed ut homines duri, atque increduli ſcirent non eſſe, quod ſpondebatur, falſum: & ex operum benignitate, quid eſſet Deus verus, jam addiſcerent ſuſpicari. Simul & illud volumus ſciri, cum ſummatim, ut dictum eſt, enumeratio facta geſtorum eſt, non ea ſolum Chriſtum potuiſſe, quæ fecit, ſed conſtituta etiam exuperaſſe fatorum. Nam ſi, ut liquet & conſtat, debilitates, & corporum paſſiones, ſurdi, manci, & muti, nervorum contractio, &

amiſſio luminis, fatalibus accidunt irroganturque decretis, & ſolus hæc Chriſtus correxit, reſtituit, atque ſanavit: ſole ipſo eſt clarius, potentiorem illum fuiſſe, quàm fata ſunt, cùm ea ſolvit & vicit, quæ perpetuis nexibus, & immobili fuerant neceſſitate devincta. Sed fruſtra, inquit neſcio quis, tantum arrogas Chriſto, cum ſæpe alios ſciamus, & ſcierimus deos, & laborantibus plurimis dediſſe medicinas, & multorum hominum morbos valetudineſque curaſſe. Non inquiro, non exigo, quis Deus, aut quo tempore, cui fuerit auxiliatus, aut quem fractum reſtituerit ſanitati: illud ſolum audire deſidero, an ſine ullius adjunctione materiæ, id eſt, medicaminis alicujus, ad tactum morbos juſſerit ab hominibus evolare, imperaverit, fecerit & emori valetudinum cauſam, & debilium corpora ad ſuas remeare naturas. Chriſtus enim ſcitur, aut admota partibus debilitatis manu, aut vocis ſimplicis juſſione aures aperuiſſe ſurdorum, exturbaſſe ab oculis cæcitates, orationem dediſſe mutis, articulorum vincula relaxaſſe, ambulatum dediſſe contractis, vitiligines, querqueras, atque intercutes morbos, omniaque alia valetudinum genera, quæ humana corpora ſuſtinere neſcio quæ voluit importuna crudelitas, verbo ſolitus imperioque ſanare. Quid ſimile dij omnes, à quibus opem dicitis ægris & periclitantibus latam? Qui ſi quando ut fama eſt nonnullis attribuere medicinam, aut cibum aliquem juſſerunt capi, aut qualitatis alicujus ebibi potionem, aut herbarum & graminum ſuccos ſuperponere inquietantibus cauſis, ambulare, ceſſare, aùt re aliqua, quæ officiat abſtinere: quod eſſe non magnum, nec admirationis alicujus ſtupore condignum promptum eſt, ſi volueritis attendere: medici enim ſic curant; animal humi natum, nec confiſum ſcientiæ veritate, ſed in arte ſuſpicabili poſitum, & conjecturarum æſtimationibus nutans. Nulla autem virtus eſt medicaminibus amovere, quæ noceant: benefi-

beneficia iſta rerum, non ſunt curantium poteſtates: &, ut ſit laudabile ſcire, qua quos conveniat medicina aut arte curari, locus hujus laudis non in Deo, ſed in homine conſtitutus eſt. Hunc enim non eſt turpe rebus extrinſecus ſumptis valetudinem hominis feciſſe meliorem: indecorum Deo eſt, non ipſum per ſe poſſe, ſed externarum adminiculis rerum ſanitatem incolumitatemque præſtare. Et quoniam beneficia ſalutis datæ aliorum numinum comparatis, & Chriſti: quot millia vultis à nobis debilium vobis oſtendi, quot tabificis affectos morbis, nullam omnino retuliſſe medicinam, cum per omnia ſupplices irent templa, cum Deorum ante ora proſtrati, limina ipſa converrerent oſculis: cum Æſculapium ipſum datorem, ut prædicant, ſanitatis, quoad illis ſuperfuit vita, & precibus fatigárent, & invitarent miſerrimis votis? Nonne alios ſcimus malis ſuis commortuos, cruciatibus alios conſenuiſſe morborum, pernicioſius alios ſeſe habere cœpiſſe, poſtquam dies nocteſque in continuis precibus, & pietatis expectatione triverunt? Quid ergo prodeſt oſtendere unum, aut alterum fortaſſe curatos, cum tot millibus ſubvenerit nemo: & plena ſint omnia miſerorum, infeliciumque delubra? Niſi forte dicatis, opem bonis ab dijs ferri, malorum miſerias deſpici. Atqui Chriſtus æqualiter bonis, maliſque ſubvenit: nec repulſus ab hoc quiſquam eſt, qui rebus auxilium duris contra impetum poſtulabat injuriaſque fortunæ. Hoc eſt enim proprium Dei veri, potentiæque regalis, benignitatem ſuam negare nulli, nec reputare quis mereatur, aut minime: cum naturalis infirmitas peccatorem hominem faciat, non voluntatis, ſeu judicationis electio. Dicere porrò meritis opem laborantibus ab dijs ferri, hoc eſt in medio ponere, & dubitabile, quod aſſeras, facere: ut & ille, qui ſanus eſt factus, fortuito poſſit videri eſſe ſervatus: & ille, qui non eſt, non meriti cauſa, ſed infirmitate creda-

tur valetudinem expellere non potuiſſe divina. Quid? quòd iſtas virtutes, quæ ſunt à nobis ſummatim, non ut rei poſcebat magnitudo, depromptæ, non tantum ipſe perfecit vi ſua, verum quod erat ſublimius, multos alios experiri, & facere ſui nominis cum affectione permiſit. Nam cum videret futuros vos eſſe geſtarum ab ſe rerum, diviniſque operis abrogatores, ne qua ſubeſſet ſuſpicio, magicis ſe artibus munera illa beneficiaque largitum, ex immenſa illa populi multitudine, quæ ſuam gratiam ſectabatur admirans, piſcatores, opifices, ruſticanos, atque id genus delegit imperitorum, qui per varias gentes miſſi, cuncta illa miracula ſine ullis fucis atque adminiculis perpetrarent. Verbo ille compeſcuit verminantium membrorum cruces: & illi verbo compeſcuerunt furialium vermina paſſionum. Imperio ille uno exturbavit à corporibus dæmonas, & exanimatis ſuos reſtituit ſenſus: ſub eorum tortantes & illi ſe caſibus, juſſione non alia ſanitati & conſtantiæ reddiderunt. Ille notas albicantium vitiliginum manu admota deterſit: liniamenta & hi corporum haud diſſimili conciliavere contactu. Uliginoſa ille & turgentia viſcera ſiccitatem juſſit recuperare nativam: & famuli ejus hoc modo ſtatuerunt errantes aquas, & à pernicie corporum ſuos labi juſſere per tramites. Ille ulcera oris immenſi, & recuſantia perpeti ſanitatem intra unius verbi moram continuato frenavit à paſtu: & illi haud aliter contumaciam canceris ſævi ad ſubeundam cicatricem circumſcriptis evaginationibus compulerunt. Inceſſum ille claudis dedit, viſum luminibus cæcis, interemptos revocavit ad vitam: nec minus & hi quoque contractionem relaxavere nervorum, luce oculos implevere jam perdita, & ab tumulis remeare defunctos exequiarum converſione juſſerunt. Neque quicquam eſt ab illo geſtum per admirationem ſtupentibus cunctis, quod non omne donaverit faciendum parvulis illis & ruſticis, & eorum

rum ſubjecerit poteſtati. Quid dicitis, ô mentes incredulæ, difficiles, duræ, alicui ne mortalium Jupiter ille Capitolinus hujuſmodi poteſtatem dedit? Curionem, aut Pontificem maximum, quinimmo dialem, quod ejus eſt, flaminem iſto jure donavit? Non dicam, ut mortuos excitaret, non ut cæcis reſtitueret lucem, non ut membrorum ſitum enervatis redderet, & diſſolutis: ſed ut puſtulam, reduviam, papulam, aut vocis imperio, aut manus contrectatione comprimeret. Ergo illud humanum fuit, aut ex ore terrenis ſtercoribus innutrito tale potuit jus dari, talis licentia proficiſci, & non divinum, & ſacrum? aut ſi aliquam ſuperlationem res capit, pluſquam divinum, & ſacrum? Nam ſi facias ipſe, quod poſſis, & quod tuis ſit viribus potentatuique conveniens, admiratio non habet quod exclamet: id enim quod potueris, feceris, & quod præſtare debuerit vis tua, ut operis eſſet una, & ipſius qui operaretur, qualitas. Tranſcribere poſſe in hominem jus tuum: & quod facere ſolus poſſis, fragiliſſimæ rei donare, & participare faciendum, ſupra omnia ſitæ eſt poteſtatis, continentiſque ſub ſeſe eſt rerum omnium cauſas, & rationum facultatumque naturas. Age nunc veniat quæſo perigneam zonam magus interiore ab orbe Zoroaſtres, Hermippo ut aſſentiamur autori Bactrianus: & ille conveniat, cujus Cteſias res geſtas hiſtoriarum exponit in primo Armenius Zoſtriani nepos, & familiaris Pamphilus Cyri, Apollonius, Damigero, & Dardanus, Velus, Julianus, & Bæbulus, & ſi quis eſt alius, qui principatum & nomen fertur in talibus habuiſſe præſtigijs: permittant uni ex populo in officium ſermonis dandi ora coarticulare mutorum, ſurdorum auriculas returare, ſine luminibus procreatis oculorum redintegrare naturas, & in frigentia olim membra ſenſus animaſque reducere. Aut ſi ardua res iſta eſt, neque alijs permittere talium poſſunt operum poteſtates, ipſi faciant, & cum ſuis ritibus

bus faciant, quidquid malefici graminis nutricant terrarum ſinus, quidquid virium continet fremor ille verborum, atque adjunctæ carminum neceſſitates, non invidemus, adjiciant; non interdicimus, colligant. Experiri libet & recognoſcere, an cum ſuis efficere dijs poſſint, quod ab ruſticis Chriſtianis juſſionibus factitatum eſt nudis. Deſiſtite, ô neſcij, in maledicta convertere res tantas, nihil ei nocitura qui fecit, periculum allatura ſed vobis: periculum, inquam, non parvulum, nec in rebus exiguis, ſed in præcipuis conſtitutum. Siquidem res anima precioſa eſt, nec ipſo ſe homini quidquam poteſt carius inveniri. Nihil, ut remini, magicum, nihil humanum, præſtigioſum, aut ſubdolum, nihil fraudis delituit in Chriſto, derideatis licet ex more atque in laſciviam diſſolvamini cachinnorum. Deus ille ſublimis fuit, Deus radice ab intima, Deus ab incognitis regnis, & ab omnium principe Deus ſoſpitator eſt miſſus, quem neque ſol ipſe, neque ulla, ſi ſentiunt, ſidera, non rectores, non principes mundi, non denique dij magni, aut, qui fingentes ſe Deos genus omne mortalium territant, unde aut qui fuerit, potuerunt noſcere vel ſuſpicari. Et merito. Exutus at corpore, quod in exigua ſui circumferebat parte, poſtquam videri ſe paſſus eſt, cujus eſſet aut magnitudinis ſciri, novitate rerum exterrita univerſa mundi ſunt elementa turbata, tellus mota contremuit, mare funditus refuſum eſt, aër globis involutus eſt tenebrarum, igneus orbis ſolis tepefacto ardore diriguit. Quid enim reſtabat ut fieret, poſtquam Deus eſt cognitus is, qui eſſe jamdudum unus judicabatur è nobis? Sed non creditis geſta hæc. Sed qui ea conſpicati ſunt fieri, & ſub oculis ſuis viderunt agi, teſtes optimi, certiſſimique auctores, & crediderunt hæc ipſi, & credenda poſteris nobis haud exilibus cum approbationibus tradiderunt. Quinam iſti ſint, fortaſſe quæritis? Gentes, populi, nationes, & incredulum illud genus

nus humanum. Quod niſi aperta res eſſet, & luce ipſa, quemadmodum dicitur, clarior, nunquam rebus hujuſmodi credulitatis ſuæ commodarent aſſenſum. An numquid dicemus illius temporis homines uſque adeo fuiſſe vanos, mendaces, ſtolidos, brutos, ut, quæ nunquam viderant, vidiſſe ſe fingerent? & quæ facta omnino non erant, falſis proderent teſtimonijs, aut puerili aſſertione firmarent? cumque poſſent vobiſcum & unanimiter vivere, & inoffenſas ducere conjunctiones, gratuita ſuſciperent odia, & execrabili haberentur in nomine? Quod ſi falſa, ut dicitis, hiſtoria illa rerum eſt, unde tam brevi tempore totus mundus iſta religione completus eſt? aut in unam coire qui potuerunt mentem gentes regionibus diſſitæ, ventis, cœli convexionibuſque dimotæ? Aſſeverationibus illectæ ſunt nudis, inductæ in ſpes caſſas, & in pericula capitis immittere ſe ſponte temeraria deſperatione voluerunt, cum nihil tale vidiſſent, quod eas in hos cultus novitatis ſuæ poſſit excitare miraculo. Imo quia hæc omnia & ab ipſo cernebant geri, & ab ejus præconibus, qui per orbem totum miſſi beneficia patris & munera ſanandis animis hominibuſque portabant, veritatis ipſius vi victæ, & dederunt ſe Deo, nec in magnis poſuere diſpendijs membra vobis projicere, & viſcera ſua lanianda præbere. Sed conſcriptores noſtri mendaciter iſta prompſerunt, extulere in immenſum exigua geſta, & anguſtas res ſatis ambitioſo dilatavere præconio. Atqui utinam cuncta referri in ſcripta potuiſſent, vel quæ ab ipſo geſta ſunt, vel quæ ab ejus præconibus pari jure & potentia terminata. Magis vos incredulos faceret vis tanta virtutum, aut apprehendere locum fortaſſe poſſetis quo videretur eſſe ſimilimum veri & incrementa rebus appoſita, & inditas ſcriptis & commentarijs falſitates. Sed neque omnia conſcribi, aut in aures omnium pervenire potuerunt geſta gentibus in ignotis, & uſum neſcien-

tibus literarum : aut, ſi qua ſunt literis, conſcriptionibuſque mandata, malevolentia dæmonum, quorum cura & ſtudium eſt hanc intercipi veritatem, & conſimilium his hominum, interpolata quædam, & addita, partim mutata, atque detracta, verbis, ſyllabis, literis, ut & prudentium tardaret fidem, & geſtorum corrumperet auctoritatem. Sed nunquam fuerit, his bene, ut Chriſtus qui fuerit, literarum teſtimonijs colligatur: cujus in id ſolum dimiſſa ſunt cauſa, ut ſi eſſe conſtiterit ea vera, quæ dicimus, confeſſione omnium Deus fuiſſe monſtretur. Non creditis ſcriptis noſtris? & nos veſtris non credimus ſcriptis. Falſa de Chriſto compingimus? & vos de dijs veſtris inania & falſa jactatis. Neque enim cœlo Deus aliquis lapſus eſt, aut ſuis res veſtras commentatus eſt manibus, aut ratione conſimili noſtris rebus, & religionibus derogavit. Ab hominibus hæc ſcripta? & illa ſunt ab hominibus ſcripta, mortalibus ediſſertata ſermonibus. Et quidquid dicere de noſtris conſcriptoribus intenderitis, & de veſtris hæc dicta paribus ſumite atque habetote momentis. Vultis vera eſſe, quæ in veſtris comprehenſa ſunt ſcriptis? & quæ in noſtris conſignata ſunt literis, confiteamini neceſſe eſt eſſe vera. Falſitatis arguitis res noſtras? & nos veſtras arguimus falſitatis. Sed antiquiora, inquitis, noſtra ſunt, ac per hoc fidei & veritatis pleniſſima. Quaſi verò errorum non antiquitas pleniſſima mater ſit, & non ipſa pepererit res eas, quæ turpiſſimas dijs notas ignominioſis concinnaverunt in fabulis. Ante millia enim annorum decem non potuerunt falſa & audiri, & credi? aut non ſimillimum veri eſt, fidem vicinis & finitimis, quàm ſpatiorum ineſſe longinquitate diſtantibus? Teſtibus enim hæc, illa opinionibus aſſeruntur, & proclivius multo eſt, minus eſſe in recentibus fictionis, quam in antiqua obſcuritate ſubmotis. Sed ab indoctis hominibus, & rudibus, ſcripta ſunt, & idcirco non ſunt facili auditione

ditione credenda. Vide ne magis hæc fortior cauſa ſit, cur illa ſint nullis coinquinata mendacijs, mente ſimplici prodita, & ignara lenocinijs ampliare. Trivialis & ſordidus ſermo eſt. Nunquam enim veritas ſectata eſt fucum, nec quod exploratum & certum eſt, circumduci ſe patitur orationis per ambitum longiorem. Collectiones, enthymemata, definitiones, omniaque illa ornamenta, quibus fides quæritur aſſertionis, ſuſpicantes adjuvant, non veritatis liniamenta demonſtrant. Cæterum qui ſcit, quid ſit illud quod dicitur, nec definit, nec colligit, neque alia ſectatur artificia verborum, quibus capi conſueti ſunt audientes, & ad conſenſum rei circumſcriptionis neceſſitate traduci. Barbariſmis, ſolœciſmis, obſitæ ſunt, inquit, res reſtræ, & vitiorum deformitate pollutæ. Puerilis ſane, atque anguſti pectoris reprehenſio: quam ſi admitteremus, ut vera ſit, abjiciamus ex uſibus noſtris quorundam fructuum genera, quòd cum ſpinis naſcuntur, & purgamentis alijs, quæ nec alere nos poſſunt, nec tamen impediunt perfrui nos eo, quod principaliter antecedit, & ſaluberrimum nobis voluit eſſe natura. Quid enim officit, ô quæſo, aut quam præſtat intellectui tarditatem, utrumne quid grave, an hirſuta cum aſperitate promatur? inflectatur quod acui, an acuatur quod oportebat inflecti? aut qui minus id, quòd dicitur, verum eſt, ſi in numero peccetur, aut caſu, præpoſitione, participio, conjunctione? Pompa iſta ſermonis, & oratio miſſa per regulas concionibus, litibus, foro judicijſque ſervetur, deturque illis imo, qui voluptatum delinimenta quærentes, omne ſuum ſtudium verborum in lumina contulerunt. Cum de rebus agitur ab oſtentatione ſubmotis, quid dicatur ſpectandum eſt, non quali cum amœnitate dicatur: nec quid aures commulceat, ſed quas afferat audientibus utilitates; maximè cum ſciamus etiam quoſdam ſapientiæ deditos non tantũ abjeciſſe ſermonis cultum, verumetiam,

cum poſſent ornatius atque uberius eloqui, trivialem ſtudio humilitatem ſecutos, ne corrumperent ſcilicet gravitatis rigorem, & ſophiſtica ſe potius oſtentatione jactarent. Enimvero diſſoluti eſt pectoris in rebus ſerijs quærere voluptatem: & cum tibi ſit ratio cum male ſe habentibus atque ægris, ſonos auribus infundere dulciores, non medicinam vulneribus admovere. Quanquam, ſi verum ſpectes, nullus ſermo natura eſt integer, vitioſus ſimiliter nullus. Quænam eſt enim ratio naturalis, aut in mundi conſtitutionibus lex ſcripta, ut hic paries dicatur, & hæc ſella? cum neque ſexus habeant fœmininis generibus maſculiniſque diſcretos, neque quiſquam docere doctiſſimus me poſſit, ipſum hic & hæc, quid ſint, aut cur ex his unũ, ſexum virile deſignet, fœmininis generibus id quod ſequitur applicetur. Humana iſta ſunt placita, & ad uſum ſermonis faciendi non ſanè omnibus neceſſaria: nam & hæc paries forſitan, & hic ſella dici ſine ulla reprehenſione potuiſſent, ſi ab initio ſic dici placuiſſet, & à ſequentibus ſæculis communi eſſet in ſermocinatione ſervatum. Et tamen, ô iſti, qui pollutas res noſtras vitiorum criminamini fæditate, ſtribiligines & vos iſtas libris illis in maximis atque admirabilibus non habetis? Nonne alius hæc utria, alius dicitis hos utres? cœlus, & cœlum? non item filus & filum? non item crocus, & crocum? non item fretus, & fretum? non item apud vos eſt poſitum hoc pane, & hic panis? hic ſanguinis, hoc ſanguen? candelabrum & jugulum ratione eadem jugulus & candelaber? Nam ſi ſingula nomina non poſſunt genera plura habere, quàm ſingula: neque eadem poſſunt hujus eſſe generis, & illius, genus enim tranſire genus in alterum non poteſt, tam peccat qui genera maſculina fœmininis pronunciat legibus, quam ab eo peccatur, qui articulos maſculinos fœmininis generibus anteponit. Atqui vos conſpicimus & res maſculinas fœmininè, & fœmineas maſculinè,

ſculinè, & quas eſſe dicitis neutras, & illo, & hoc modo ſine ulla diſcretione depromere. Aut igitur nulla eſt culpa indifferenter his uti, & fruſtra nos dicitis ſolœciſmorum obſcœnitate deformes: aut ſi certum eſt ſingula quibus debeant rationibus explicari, in ſimilibus vitijs vos quoque verſamini: quamvis Epicadios omnes, Cæſellios, Verrios, Scauros teneatis, & Niſos. Sed ſi Deus, inquiunt, fuit Chriſtus, cur forma eſt in hominis viſus? & cur more eſt interemtus humano? An aliter potuit inviſibilis illa vis, & habens nullam ſubſtantiam corporalem, inferre & commodare ſe mundo, concilijs intereſſe mortalium, quàm ut aliquod tegmen materiæ ſolidioris aſſumeret, quod oculorum ſuſciperet injectum, & ubi ſe figere inertiſſimæ poſſet contemplationis obtutus? Quis eſt enim mortalium, qui quiret eum videre, quis cernere, ſi talem voluiſſet inferre ſe terris, qualis ei primigenia natura eſt, & qualem ſe ipſe in ſua eſſe voluit vel qualitate, vel numine? Aſſumpſit igitur hominis formam, & ſub noſtri generis ſimilitudine potentiam ſuam clauſit, ut & videri poſſet, & conſpici: verba faceret, & doceret: atque omnes exequeretur res eas, propter quas in mundum venerat faciendas, ſummi regis imperio & diſpoſitione ſervatis. Quid enim, dicit, rex ſummus ea, quæ in mundo facienda eſſe decreverat, ſine homine ſimulato non quibat efficere? ſi oporteret ita fieri, quemadmodum dicitis, ita fortaſſe feciſſet: quia non oportuit, aliter fecit. Quare iſto voluit, & illo genere noluit, latent taliter involutæ, & vix ullis comprehenſibiles cauſæ, quas accipere fortaſſe potuiſſes, ſi non eſſes jamdudum ad non accipiendum paratus: & prius te formares ad non credendi frontem, quàm tibi eſſet expoſitum id, quod noſſe atque audire conquireres. Sed more eſt hominis interemptus. Non ipſe: neque enim cadere divinas in res poteſt mortis occaſus: nec interitionis diſſolutione dilabi id, quod eſt

unum & ſimplex: nec ullarum partium congregatione compactum. Quis eſt ergo viſus in patibulo pendere, quis mortuus eſt? homo, quem induerat, & ſecum ipſe portabat. Incredibile dictu eſt, & cæcis obſcuritatibus involutum. Si velis, non cæcum eſt, & ſimilitudine proxima conſtitutum. Si quo tempore Sibylla, præſaga oracula illa depromens fundebat vi, ut dicitis, Apollinis plena, ab impijs eſſet cæſa atque interempta latronibus: numquid Apollo diceretur in ea eſſe occiſus? Si Bacis, ſi Helenus, Martius, alijque ſimiliter vates hariolantes eſſent vita & luce privati, numquid aliquis diceret, lege eos humanitatis extinctos, qui illorum per ora loquentes, vias rerum poſtulantibus explicabant? Mors illa, quam dicitis, aſſumpti hominis fuit, non ipſius: geſtaminis, non geſtantis: quam nec ipſam perpeti ſuccubuiſſet, tanta ſi non agenda res eſſet, & inexplicabilis ratio fati clauſis patefacienda myſterijs. Quæ ſunt iſta, inquies, clauſa atque obſcura myſteria? Quæ nulli nec homines ſcire, nec ipſi, qui appellantur dij mundi, parte queunt aliqua ſuſpicionis atque opinationis attingere, niſi quos ipſe dignatus eſt cognitionis tantæ impertire muneribus, & in abditos receſſus theſauri interioris inducere. Vides enim ſi nollet inferri ſibi à quoquam manus, ſumma illi fuiſſe contentione nitendum, ut hoſtes ab ſe ſuos vel poteſtate inverſa prohiberet? Qui cæcis reſtituerat lumina, is efficere ſi deberet, non poterat cæcos? Qui debilibus integritatem, is debiles reddere difficultati habuit, aut labori? Qui claudos præcipiebat incedere, is motus alligare membrorum nervorum duritia neſciebat? qui extrahebat à tumulis mortuos, huic arduum fuerat letum cui vellet indicere? Sed quia fieri ratio ea, quæ fuerant deſtinata, poſcebat: & hic in ipſo mundo, nec modo quàm geſtum eſt alio, inæſtimabilis illa atque incredibilis lenitas injurias in ſe hominum, puerilibus pro ineptiis ducens, manus in

ſe por-

ſe porrigi ab immanibus paſſa eſt duriſſimiſque latronibus, nec imputandum putavit, quid illorum diſſignaſſet audacia, dummodo ſuis oſtenderet, quid ab ſeſe expectare deberent. Cum enim de animarum periculis multa, mala de illarum contra inſinuator, magiſter atque auctor, ad officiorum convenientium fines, ſuas leges & conſtituta direxit: non ſuperbiæ faſtum comminuit? non libidinum extinxit flammas? non hiatum compreſſit aviditatis? non tela extorſit è manibus atque omnia ſeminaria totius vitioſitatis abſcidit? Ipſe denique non lenis, non placidus, non acceſſu facilis, non familiaris affatu, non humanas miſerias indoleſcens, omnes omnino crucibus & corporalibus affectos malis unica illa benignitate miſeratus reddidit & reſtituit ſanitati? Quid ergo vos ſubigit, quid hortatur, maledicere, convitiari, inexpiabiles cum eo conſerere ſimultates, quem redarguere, quem tenere, nemo hominum poſſit ullius facinoris in reatu? Tyrannos ac reges veſtros, qui poſtpoſito deorum metu donaria ſpoliant populanturque templorum: qui proſcriptionibus, exilijs, cædibus nudant nobilitatibus civitates: qui matronarum pudorem ac virginum vi ſubruunt atque eripiunt licentioſa, appellatis indigetis, atque divos: & quos odijs acrioribus conveniebat à vobis carpi, pulvinaribus, aris, templis, atque alio mactatis cultu, ludorum & celebritate natalium: nec non & illos omnes, qui conſcriptione voluminum multiformi maledictis mordacibus carpunt publicos mores: qui luxurias ac vitas veſtras ſecant, urunt, dilacerant: qui in temporis poſteris notas ſcriptorum perpetuitate prolatant: qui matrimonia perſuadent habenda eſſe communia: qui cum pueris cubitant formoſis, laſcivientibus, nudis: qui pecudes vos eſſe, qui fugitivos, qui exules, qui viliſſimæ ſervos notæ, furioſos prædicant & inſanos: admirantes, plaudentes ad cœli ſuſtollitis ſydera, bibliothecarum reponitis in arcanis,

nis, quadrigis & ſtatuis muneramini, & quantum eſt in vobis velut quadam æternitate donatis immortalium teſtificatione titulorum: ſolum Chriſtum convellere, dilacerare, poteſtis ſi Deum, vultis, imo ſolum ſi liceat beluarum agreſtium ritu cruentis oribus mandere, comminutis cum oſſibus tranſvorare. Quodnam quæſo ob meritum, dicite, cujus ob peccati culpam? quid ab eo commiſſum eſt, quod tenorem inflecteret recti, & in odia vos aſpera furialibus ſtimulis concitaret? Quia animarum veſtrarum cuſtodem ſe miſſum ſolo indicavit ab rege? quia vobis immortalitatem ferre, quam vos habere conſiditis humanis paucorum aſſeverationibus ſuaſi? Quod ſi eſſet apud vos certum falſa illum dicere, ſpes etiam vaniſſimas polliceri, nec ſic video fuiſſe cauſam, cur eundem deberetis odiſſe, cur hoſtili animadverſione damnare. Imo, ſi animus vobis clemens fuiſſet & mitis, vel propter id ſolum eum deberetis amplecti, quòd optabilia vobis ſponderet & proſpera: quòd bonarum eſſet nuncius rerum; quòd ea prædicaret, quæ nullius animum læderent: ſecurioris quinimo expectationis impleret. O ingratum & impium ſæculum! ô in privatam perniciem incredibili pectoris obſtinatione paratum! Si aliquis ad vos medicus ex ſummotis veniſſet & nunquam vobis regionibus cognitis, medicamen pollicens tale, quod à veſtris corporibus omnia omnino prohiberet morborum & valetudinum genera, non certatim omnes accurreretis? non blanditijs omnibus atque honoribus fotum familiaria ſuſciperetis in mœnia? non illud medicaminis genus optaretis eſſe certiſſimum, non verum, quod immunes vos fore ab tam innumeris vexationibus corporum, uſque ad ultimos fines ſponderet ætatis? & licet ambigua res eſſet, committeretis vos tamen, nec potionem incognitam dubitaretis haurire ſpe ſalutis propoſita, atque amore incolumitatis incenſi. Eluxit atque apparuit Chriſtus rei maximæ

nunciator, auſpicium fauſtum portans & præcsnium ſalutare credentibus. Quænam eſt iſta crudelitas, inhumanitas quæ tanta, quinimo, ut verius loquar, faſtidium, ſupercilium, nunciatorem muneris & portitorem tanti, non tantum verborum maledictionibus ſcindere, verumetiam bello gravi atque omnibus perſequi telorum effuſionibus & ruinis? Non placent ea, quæ dicit, & cum offenſionibus audiuntur à vobis? pro ludicris ea vaticinationibus computate. Stolidiſſimas res loquitur, & fatua dona promittit? ridete ut ſapientes vos viri, & in ſuis erroribus fatuitatem relinquite volutari. Quænam eſt hæc feritas, ut repetamus quæ dicta ſunt ſæpius, quæ libido tam carnifex, inexpiabile bellum indicere nihil de te merito? Dilacerare, ſi detur, eum velle per viſcera, qui nõ modo nullum intulerit malum nulli, ſed æqualiter benignus hoſtibus diceret, quidnam his ſalutis Deo portaretur à principe: quid eſſet facto opus, ut interitum fugerent, & immortalitatem conſequerentur ignotam? Cumque novitas rerum, & inaudita promiſſio audientium turbaret mentes, & credulitatem faceret hæſitare, virtutum omnium dominus, atque ipſius mortis extinctor hominem ſuum permiſerit interfici, ut ex rebus conſequentibus ſcirent in tuto eſſe ſpes ſuas, quas jamdudum acceperant de animarum ſalute, nec periculum mortis alia ſe poſſe ratione vitare?

LIB. I. EXPLICIT.

FARNO-

ARNOBII DISPVTATIONVM ADVERSVS GENTES

LIBER SECUNDUS.

HOc in loco tribui ſi ulla facultas poſſet, vellem cum his omnibus, quibus nomen inviſum eſt Chriſti, ab inſtituta principaliter defenſione diverticulo pauliſper facto, talia verba miſcere. Si nullam eſſe ducitis contumeliam, reſpondere aliquid interrogatos, ediſſertate nobis & dicite quid rei, quid cauſæ eſt, quod tam gravibus inſectamini Chriſtum bellis? vel quas ejus continetis offenſas, ut ad ejus nominis mentionem rabidorum pectorum efferveſcatis ardoribus? Numquid regiam ſibi vindicans poteſtatem, terrarum orbem cunctum legionibus infeſtiſſimis occupavit, & pacatas ab exordio nationes alias delevit ac ſuſtulit, alias ſibi parere cervicibus compulit ſubjugatis? Numquid ardoribus avaritiæ flagrans univerſas opes illas, quibus ſe genus humanum ſtudioſe contendit impleri, poſſeſſionis ſuæ mancipio vindicavit? Numquid libidinũ cupiditatibus geſtiens pudicitiæ repagula vi fregit, aut alienis furtim inſidiatus eſt matrimonijs? Numquid arrogantiæ ſupercilio tumidus injurias & contumelias paſſim ſine ullius perſonæ diſcriminibus irrogavit? Qui ſi dignus non eſſet, cui auſcultare deberetis, & credere: vel hoc ipſo fuerat non aſpernandus

nandus à vobis, oſtenderet quod vias vobis ad cœlum, & vota immortalitatis optaret, ut non in cunctos lumen & prætenderit vitæ, & periculum ignorationis amoverit? At enim odio dignus eſt, quod ex orbe religiones expulit, quod ad Deorum cultum prohibuit accedi. Ergóne ille religionis extinctor, & impietatis auctor arguitur, qui veram in orbem religionem induxit? qui hominibus cæcis, & revera in impietate degentibus, pietatis aperuit januas, & cui ſe ſubmitterent, indicavit? An ulla eſt religio verior, officioſior, potentior, juſtior, quam Deum principem noſſe, ſcire Deo principi ſupplicare, qui bononorum omnium ſolus caput, & fons eſt, perpetuarum pariter fundator & conditor rerum, à quo omnia terrena cunctaque cœleſtia animantur, motu irriganturque vitali; & qui ſi non eſſet, nulla profectò res eſſet, quæ aliquod nomen, ſubſtantiamque portaret? Niſi fortè dubitatis an ſit iſte, de quo loquimur, imperator: & magis eſſe Apollinem creditis, Dianam, Mercuum, Martem. Da verum judicium, & hæc omnia circumſpiciens, quæ videmus, magis an ſint Dij cæteri dubitabit, quam in Deo cunctabitur, quem eſſe omnes naturaliter ſcimus: ſive cum exclamamus, ô Deus, ſive cum illum teſtem Deum conſtituimus improborum, & quaſi nos cernat, faciem ſublevamus ad cœlum. Sed minoribus ſupplicare Dijs homines vetuit. Dij enim minores qui ſint, aut ubi ſint, ſcitis? Perſtrinxit vos aliquando ſuſpicio eorum aut mentio, ut meritò feratis indignè abrogatos his cultus, & honoris impertitione viduatos. Quod ſi non mentis elatio, & typhus qui appellatur à Græcis, obſtaret atque officeret vobis, jamdudum ſcire potuiſſetis, quid aut quare prohibuerit fieri, intra fines quos ſtare voluerit religionem veram; quantum vobis periculum naſceretur ex eo, quod putaretis obſequio, vel ex quibus malis emergeretis, ſi inſidioſo renunciaretis errori. Verum hæc omnia

illuſtrius commemorabuntur & planius , cum ulterius prorſus fuerimus evecti. Monſtrabimus enim Chriſtum non impietatem docuiſſe nationes, ſed ab latronibus peſſimis miſerorum hominum imprudentiam vindicaſſe. Non credimus, inquitis, vera eſſe quæ dicit. Quid enim? quæ vos negatis vera eſſe, apud vos liquent, cum imminentia, & nondum caſſa, nullis poſſint rationibus refutari? Sed & ipſe quæ pollicetur, non probat. Ita eſt. Nulla enim, ut dixi, futurorum poteſt exiſtere comprobatio. Cum ergo hæc ſit conditio futurorum, ut teneri & comprehendi nullius poſſint anticipationis attactu; nonne purior ratio eſt, ex duobus incertis, & in ambigua expectatione pendentibus, id potius credere, quod aliquas ſpes ferat, quam omnino quod nullas? In illo enim periculi nihil eſt, ſi quod dicitur imminere, caſſum fiat & vacuum: in hoc damnum eſt maximum, id eſt ſalutis amiſſio, ſi cum tempus advenerit, aperiatur non fuiſſe mendacium. Quid dicitis ô neſcij, etiam fletu & miſeratione digniſſimi? Ita non extimeſcitis, ne forte hæc vera ſint, quæ ſunt deſpectui vobis, & præbent materiam riſus? nec ſaltem vobiſcum ſub obſcuris cogitationibus volvitis, ne quod hoc die credere obſtinata renuitis perverſitate, redarguat ſerũ tempus, & irrevocabilis pœnitentia caſtiget? Nonne vel hæc ſaltem fidem vobis faciunt argumenta credendi, quod jam per omnes terras in tam brevi temporis ſpatio, immenſi nominis hujus ſacramenta diffuſa ſunt? quod nulla jam natio eſt tam barbari moris, & manſuetudinem neſciens, quæ non ejus amore verſa molliverit aſperitatem ſuam, & in placidos ſenſus aſſumpta tranquillitate migraverit? quod tam magnis ingenijs prædiți Oratores, Grammatici, Rhetores, Conſulti juris ac Medici, philoſophiæ etiam ſecreta rimantes, magiſteria hæc expetunt, ſpretis quibus paulo ante fidebant? quod ab dominis ſe ſervi cruciatibus affici, quibus ſtatuerint, malunt, ſolvi

conju-

conjuges matrimonijs, exheredari à parentibus liberi, quam fidem rumpere Chriſtianam, & ſalutaris militiæ ſacramenta deponere? quòd cum genera pœnarum tanta ſint à vobis propoſita religionis hujus ſequentibus leges, augeatur res magis, & contra omnes minas atque interdicta formidinum animoſius populus obnitatur, & ad credendi ſtudium prohibitionis ipſius ſtimulis excitetur? An numquid hæc fieri paſſim & inaniter creditis? fortuitis incurſibus adſumi has mentes? Itane iſtud non divinum & ſacrum eſt, aut ſine Deo, eorum tantas animorum fieri converſiones, ut cũ carnifices unci, alijq́ue innumeri cruciatus, quemadmodum diximus, impendeant credituris, veluti quadam dulcedine atque omnium virtutum amore correpti, cognitas accipiant rationes, atque mundi omnibus rebus præponant amicitias Chriſti? Niſi forte obtuſi & fatui videntur hi vobis, qui per orbem jam totum conſpirant, & coëunt in iſtius credulitatis aſſenſum. Quid ergo? vos ſoli ſapientiæ conditi atque intelligentiæ vi mera, neſcio quid aliud videtis, & profundum? ſoli eſſe nugas intelligitis hæc omnia, ſoli verba & pueriles ineptias, ea quæ nobis promittimus principali ab rege ventura? Unde quæſo eſt vobis tantum ſapientiæ traditum? unde acuminis, & vivacitatis tantum? vel ex quibus ſcientiæ diſciplinis tantum cordis aſſumere, divinationis tantum potuiſtis haurire? Quia per caſus, & tempora declinare verba ſcitis, & nomina? quia voces barbaras, ſoloeciſmoſq́ue vitare? quia numeroſum, & inſtructum, compoſitumq́ue ſermonem, aut ipſi vos noſtis efferre, aut incomptus cùm fuerit, ſcire? quia Fornicem Lucilianum, & Marſyam Pomponij obſignatum memoria continetis? quia quæ ſint in litibus conſtitutiones, quot cauſarum genera, quot dictionum, quid ſit genus, quid ſpecies, oppoſitum à contrario quibus rationibus diſtinguatur; idcirco vos arbitramini ſcire quid ſit falſum, quid

verum, quid fieri poſſit, aut non poſſit; quæ imorum ſummorumque natura ſit ? Nunquam ne illud vulgatum perſtrinxit aures veſtras, Sapientiam hominis, ſtultitiam eſſe apud Deum ? Primum ecquid ipſi penitus perſpicitis vos ipſos, ſi quando de rebus diſceptatis obſcuris, & naturalia pergitis reſerare ſecreta, & ipſa, quæ dicitis, quæ aſſeveratis, quæ capitali plerumque contentione defenditis, neſcire, & unumquemque ſuſpiciones ſuas pro probatis, & comprehenſis pertinaci obluctatione tutari ? Quid enim, ſi verum perſpiciamus, etiam ſi omnia ſæcula in rerum inveſtigatione ponantur, ſcire per nos poſſumus, quos ita cæcos & ſuperbos neſcio quæ res protulit, & concinnavit invidia, ut cum nihil ſciamus omnino, fallamus nos tamen, & in opinionem ſcientiæ ſubinflati pectoris tumore tollamur? Ut enim divina prætéream, & naturali obſcuritate res merſas, poteſt quiſquam explicare mortalium id, quod Socrates ille comprehendere nequit in Phædone : homo quid ſit, aut unde ſit, anceps, varius, mobilis, pellax, multiplex, multiformis ? in quos uſus prolatus ſit ? cujus ſit excogitatus ingenio ? quid in mundo faciat ? cur malorum tanta experiatur examina? utrum ne illum tellus uliginis alicujus converſa putrore, tanquam vermes animaverit, tanquam mures ? an fictoris alicujus, & fabricatoris manu lineamenta hæc corporis, atque oris acceperit formam ? Poteſt, inquam, ſcire in medio hæc poſita, atque in ſenſibus conſtituta communibus, quibus cauſis mergamur in ſomnos, quibus evigilemus, quibus modis fiãt inſomnia, quibus viſa? immò quod ambigit in Theæteto Plato vigilemus aliquando, an ipſum vigilare, quod dicitur, ſomni ſit perpetui portio ? & quid agere videamur, inſomnium cum videre nos dicimus ? Radiorum & luminis intentione videamus, an rerum imagines advolent, & noſtris in pupulis ſidant ? utrum ſapor in rebus ſit, an palati contagionibus fiat? quibus

bus ex cauſis pili nigrorem ingenitum ponant, neque omnes pariter, ſed paulatim adjiciendo caneſcant? Quid ſit quod humores univerſi unum corpus efficiant mixtione, ſolum oleum reſpuat immerſionem in ſe pati, ſed in ſuam naturam impenetrabilem ſemper perſpicuè colligatur? Ipſe denique animus, qui immortalis à vobis & Deus eſſe narratur, cur in ægris æger ſit, in infantibus ſtolidus, in ſenectute defeſſus, delira, & fatua, & inſana? Quorum infirmitas; & inſcientia miſerabilis hoc magis eſt, quòd cum fieri poſſit ut veri aliquid aliquando dicamus, & hoc ipſum nobis incertum ſit, an veri aliquid dixerimus. Et quoniam ridere noſtram fidem conſueſtis, atque ipſam credulitatem facetijs jocularibus lancinare, dicite ô feſtivi, & meraco ſapientiæ tincti & ſaturi potu, éſtne operis in vita negocioſum aliquod atque actuoſum genus, quod non fide præeunte ſuſcipiant, ſumant, atque aggrediantur actores? Peregrinamini, navigatis: non domum vos credentes peractis negociationibus remeaturos? Terram ferro ſcinditis, atque oppletis ſeminum varietate: non credentes vos frugem percepturos eſſe vicibus temporarijs? Conjugalia copulatis conſortia: non futura eſſe credentes caſta, & officioſi fœderis in maritos? Liberorum ſuſcipitis prolem: non incolumen credentes fore, & per gradus ætatis venturam ſenectutis ad metas? Ægritudines corporum medicorum committitis manibus: non credentes morbos poſſe mitigata aſperitate leniri? Bella cum hoſtibus geritis: non victoriam vos credentes præliorum ſucceſſionibus relaturos? Veneramini Deos & colitis: non credentes illos eſſe, & propitias aures veſtris ſupplicationibus accommodare? Quid illa de rebus ab humana cognitione ſepoſitis, quæ conſcribitis ipſi, quæ lectitatis, oculata vidiſtis inſpectione, & manibus tractata tenuiſtis? Nonne veſtrum quicunque eſt, huic vel illi credit auctoribus? non quod ſibi perſuaſerit

quis

quis verum dici ab altero, velut quadam fidei adſtipulatione tutatur? Qui cunctorum originem eſſe dicit ignem, aut aquam, non Thaleti, aut Heraclito credit? qui cauſam in numeris ponit, non Pythagoræ Samio, non Architæ? qui animam dividit, & incorporales conſtituit formas, non Platoni Socratico? qui quintum elementum principalibus applicat cauſis, non Ariſtoteli Peripateticorum patri? qui ignem minatur mundo, & venerit cum tempus, arſurum, non Panætio, Chryſippo, Zenoni? qui individuis corporibus mundos ſemper fabricatur & deſtruit, non Epicuro, Democrito, Metrodoro? qui nihil ab homine comprehendi, atque omnia cæcis obſcuritatibus involuta, non Archeſilæ, Carneadi? non alicui denique Academiæ veteris, recentioriſque cultori? Ipſi denique principes, & prædictarum patres ſectarum, nonne ipſa ea quæ dicunt, ſuis credita ſuſpicionibus dicunt? Vidit enim Heraclitus res ignium converſionibus fieri? concretione aquarum Thales? Pythagoras numeros ire? incorporales formas Plato? individuorum Democritus concurſiones? aut illi, qui autumant, nihil poſſe omnino comprehendi, an ſit verum quod dicunt, ſciunt? aut ipſum, quod definiunt, veritatis eſſe intelligunt pronuntiatum? Cum igitur comperti nihil habeatis & cogniti, omniaque illa, quæ ſcribitis, & librorum comprehenditis millibus, credulitate aſſeveretis duce, quænam hæc eſt iudicatio tam injuſta, ut noſtram derideatis fidem, quam vos habere conſpicitis noſtra in credulitate communem. Sed ſapientibus vos viris omnibuſque inſtructis diſciplinarum generibus creditis? nempe illis, qui nihil ſciſcunt, nec pronunciant unum: qui pro ſuis ſententijs bella cum adverſantibus conſerunt; & pervicacia ſemper digladiantur hoſtili: qui dum alter alterius labefactant, deſtruunt, convelluntque decreta, cuncta incerta fecerunt, nec poſſe aliquid ſciri ex ipſa diſſenſione monſtrarunt. Sed officiant

hæc

hæc nihil, nihilque impediant, quo minus eis credere atque auſcultare debeatis: & quid eſt, quod in hac parte, aut vos plurimum habeatis, aut nos minus? vos Platoni, vos Cronio, vos Numenio, vel cui libuerit creditis: nos credimus, & acquieſcimus Chriſto. Iniquitas hæc quanta eſt, ut cum utrique auctoribus ſtemus, ſitque nobis & vobis unum & ſocium credere, vobis velitis dari, quod ita ab illis dicatur, accipere, vos ea quæ proferuntur à Chriſto, audire & ſpectare nolitis? Atqui ſi cauſas cauſis, partes partibus voluerimus æquare, magis nos valemus oſtendere, quid in Chriſto fuerimus ſecuti, quàm in philoſophis quid vos. Ac nos quidem in illo ſecuti hæc ſumus: opera illa magnifica, potentiſſimaſque virtutes, quas varijs edidit exhibuitque miraculis, quibus quivis poſſet ad neceſſitatem credulitatis adduci, & judicare fideliter, non eſſe quæ fierent hominis, ſed divinæ alicujus atque incognitæ poteſtatis. Vos in philoſophis virtutes ſecuti quas eſtis, ut magis vos illis, quàm nos Chriſto oportuerit credere? Quiſquam ne illorum aliquando verbo uno potuit, aut unius imperij juſſione, non dicam maris inſanias, aut tempeſtatum furores prohibere, compeſcere: non cæcis reſtituere lumina, aut ſine luminibus natis dare: non ad vitam revocare defunctos: non annoſas diſſolvere paſſiones: ſed quod leviſſimum multo eſt, feruunculum, ſcabiem, aut inhærentem ſpinulam callo una interdictione ſanare? Non quo illos negemus, aut morum eſſe integritate laudabiles, aut non omni genere ſtudiorum & diſciplinarum peritos: nam & verbis eos luculentiſſimis ſcimus loqui, & compoſitionibus fluere levigatis, concludere acutiſſime ſyllogiſmos, ordinare ſequaciter inductiones ſuas, reddere definitionibus formulas, partiri, dividere, multa dicere de numerorum generibus: multa de muſicis, geometricas res etiam ſuis ſcitis & præceptionibus explicare. Sed quid iſtud ad cauſam?

numquid enthymemata, ſyllogiſmi, reſque aliæ ſimiles, ſcire illos veritatem ſpondent : aut ea re digni ſunt, quibus neceſſariò debeat rebus de obſcuriſſimis credi? Perſonarum contentio non eſt eloquentiæ viribus, ſed geſtorum operum virtute pendenda. Ille non eſt dicendus auctor bonus, qui ſermonem candidulè prompſit: ſed qui, quod pollicetur, divinorum operum proſequitur ſponſione. Argumenta vos nobis, & ſuſpicionum argutias profertis, quibus ipſe ſi Chriſtus, cum pace hoc ejus, & cum vénia dixerim, populorum in conventibus uteretur, quis acquieſceret, quis audiret, quis eum promitteret apertè aliquid judicare? aut quis caſſa & nuda jactantem quamvis eſſet imprudens, & facilitatis ſtolidæ ſequeretur? Virtutes ſub oculis poſitæ, & inaudita illa vis rerum, vel quæ ab ipſo fiebat palàm, vel ab ejus præconibus celebrabatur in orbe toto: ea ſubdidit appetitionum flammas, & ad unius credulitatis aſſenſum mente una concurrere gentes & populos fecit, & moribus diſſimillimas nationes. Enumerari enim poſſunt, atque in uſum computationis venire ea, quæ in India geſta ſunt, apud Seras, Perſas, & Medos, in Arabia, Ægypto, in Aſia, Syria, apud Galatas, Parthos, Phrygas, in Achaia, Macedonia, Epiro, in inſulis & provincijs omnibus, quas Sol oriens atque occidens luſtrat: ipſam denique apud dominam Romam, in qua cum homines ſint Numæ regis artibus, atque antiquis ſuperſtitionibus occupati, non diſtulerunt tamen res patrias linquere, & veritati coaleſcere Chriſtianæ. Viderant enim currum Simonis magi, & quadrigas igneas Petri ore diffiatas, & nominato Chriſto evanuiſſe. Viderant, inquam, fidentem Dijs falſis, & ab eiſdem metuentibus proditum, pondere præcipitatum ſuo, cruribus jacuiſſe præfractis: poſt deinde perlatum Brundam, cruciatibus & pudore defeſſum ex altiſſimi culminis ſe rurſum præcipitaſſe faſtigio. Quæ omnia vos geſta neque ſcitis,

ſcitis, neque ſcire voluiſtis, neque unquam vobis neceſſaria judicaſtis: ac dum veſtris fiditis cordibus, & quod typhus eſt ſapientiam vocatis, dediſtis circumſcriptoribus locum, illis inquam noxijs, quorum nomen intereſt obſolefieri Chriſtianum, ſuperfundendi caligines, atque obſcurandi res tantas, eripiendæ vobis fidei, ſubjiciendiq́ue contemptus: ut, quia ſibi præſentiunt finem pro meritis imminere, vobis quoque immitterent cauſam, per quam periculum adire poſſetis, & viduari benignitate divina. Interea tamen, ô iſti, qui admiramini, qui ſtupetis doctorum & philoſophiæ ſcita, ita non injuſtiſſimum ducitis inequitare, illudere tanquam ſtulta nobis & bruta dicentibus: cum vel ea, vel talia reperiamini & vos dicere, quæ à nobis dici pronunciariq́; ridetis? Nec mihi cum his ſermo eſt, qui per varia ſectarum diverticula diſſipati, has atque illas partes opinionum diverſitate fecerunt. Vos vos appello, qui Mercurium, qui Platonem, Pythagoramq́ue ſectamini: voſq́ue cæteros, qui eſtis unius mentis, & per eaſdem vias placitorum inceditis unitate. Audetis ridere nos, quod patrem rerum, ac Deum veneramur & colimus: quoq́ue illi dedamus & permittamus ſpes noſtras? Quid Plato veſter in Theæteto, ut eum potiſſimum nominem, nónne animo fugere ſuadet è terris, & circa illum ſemper, quantum fieri potis eſt, cogitatione ac mente verſari? Audetis ridere nos, quòd mortuorum dicamus reſurrectionem futuram? quam quidem nos dicere confitemur: ſed à vobis aliter, quàm ſentiamus, audiri. Quid in Politico idem Plato? nónne cum mundus occœperit ab occiduis partibus exoriri, & in cardinem vergere qui orientis eſt ſolis, rurſus erupturos homines telluris è gremio ſcribit, ſenes, canos, decrepitos, & cum anni cœperint accedere longiores, per eoſdem gradus, quibus hodie creſcitur, ad incunabula infantiæ exituros? audetis ridere nos, quod animarum noſtrarum provideamus ſa-

luti, id eſt ipſi nobis? Quid enim ſumus homines, niſi animæ corporibus clauſæ? Vos enim non omnes pro illarum geritis incolumitatibus curas? non quòd vitijs omnibus, & cupiditatibus abſtinetis, metus ille vos habet, ne, velut trabalibus clavis affixi, corporibus hæreatis? Quid illi ſibi volunt ſecretarum artium ritus, quibus affamini neſcio quas poteſtates, ut ſint vobis placidæ, neque ad ſedes remeantibus patrias obſtacula impeditionis opponant? Audetis ridere nos, cum gehennas dicimus, & inextinguibiles quoſdam ignes, in quos animas dejici ab earum hoſtibus, inimiciſque cognovimus? Quid? Plato idem veſter in eo volumine, quod de animæ immortalitate compoſuit, non Acherontem, non Stygem, non Cocytum fluvios, & Pyriphlegetontem nominat, in quibus animas aſſeverat volvi, mergi, exuri? Et homo prudentiæ non pravæ, & examinis judicijque perpenſi, rem inenodabilem ſuſcipit, ut cum animas dicat immortales, perpetuas, & corporali ſoliditate privatas, puniri eas dicat tamen, & doloris afficiat ſenſu. Quis autem hominum non videt, quod ſit immortale, quod ſimplex, nullum poſſe dolorem admittere? quod autem ſentiat dolorem, immortalitatem habere non poſſe? Nec tamen ejus auctoritas plurimum à veritate declinat. Quamvis enim vir lenis, & benevolæ voluntatis inhumanum eſſe crediderit, capitali animas ſententia condemnare, non eſt tamen abſonè ſuſpicatus jaci eas in flumina torrentia flammarum globis, & cœnoſis voraginibus tætra. Jaciuntur enim, & ad nihilum redactæ, interitionis perpetuæ fruſtratione vaneſcunt. Sunt enim mediæ qualitatis, ſicut Chriſto auctore compertum eſt, & interire quæ poſſint Deum ſi ignoraverint, vitæ & ab exitio liberari, ſi ad ejus ſe minas atque indulgentias applicarint. Et ut quod ignotum eſt pateat, hæc eſt hominis mors vera, hæc nihil reſiduum faciens. Nam illa, quæ ſub oculis cernitur, animarum eſt à

corpo-

corporibus dijugatio, non finis abolitionis extremus. Hæc, inquam, eſt hominis mors vera, cũ animæ neſcientes Deum per longiſſimi temporis cruciatum conſumentur igni fero, in quem illas jacient quidam crudeliter ſævi, & ante Chriſtum incogniti, & ab ſolo ſciente detecti. Quare nihil eſt quod nos fallat, nihil quod nobis polliceatur ſpes caſſas, id quod nobis à quibuſdam dicitur viris, immoderata ſui opinione ſublatis, animas immortales eſſe, Deo, rerum ac principi gradu proximas dignitatis, genitore illo ac patre prolatas, divinas, ſapientes, doctas, neque ulla corporis attrectatione contiguas. Quod quia verum & certum eſt, & à perfecto ſumus inemendabili perfectione prolati, inculpabiles, & ideo irreprehenſibiles vivimus, boni, juſti, & recti, vitioſitatis nullius rei. Nulla cupiditas nos vincit, nulla libido dehoneſtat, virtutum omnium ſervamus atque integramus tenorem. Et quia uno ex fonte omnium noſtrum defluunt animæ, idcirco unum convenienſque ſentimus: non moribus, non opinionibus diſcrepamus: Deum omnes novimus, nec quot in orbe ſunt homines, ſunt ſententiæ totidem, neque infinita varietate diſcretæ. At dum ad corpora labimur, & properamus humana, ex mundanis circulis ſequuntur nos cauſæ, quibus mali ſimus & peſſimi, cupiditatibus atque iracundia ferveamus, exerceamus in flagitijs vitam, & in libidinem publica venalium corporum proſtitutione damnemur. Et quemadmodum ſe poſſunt incorporalibus corpora conjungere: aut à Deo principe res factæ, ab infirmioribus cauſis ad vitiorum dehoneſtamenta traduci? Vultis homines iſtũ typhũ, ſuperciliumque deponere, qui Deum vobis adſciſcitis patrem, & cum eo contenditis immortalitatem habere vos unam? Vultis quærere, perveſtigare, rimari, quid ſitis voſipſi, cujus ſitis, cenſeamini quo patre, quid in mundo faciatis, quanam ratione naſcamini, quo pacto proſiliatis ad vi-

tam? Vultis tumore depoſito cogitationibus tacitis pervidere animantia, nos eſſe, aut conſimilia cæteris, aut non plurima differitate diſtantia? Quid eſt enim, quod nos ab eorum indicet ſimilitudine diſcrepare? vel quæ in nobis eminentia tanta eſt, ut animantium numero dedignemur adſcribi? Oſſibus illis fundata ſunt corpora, & nervorum colligatione devincta: & nobis comparili ratione ex oſſibus fundata ſunt corpora, & nervorum colligatione devincta. Auras accipiunt naribus, & per anhelitum recreatas reddunt: & nos ſpiritum conſimiliter ducimus, & reſpiramus commeatibus crebris. Femininis generibus, maſculiniſque diſtincta ſunt: in totidem & nos ſexus noſtro ſumus ab auctore formati. Edunt per uteros fœtus, & corporalibus concilijs procreant: & nos corporum conjugationibus naſcimur, & ex alvis fundimur atque emittimur matrum. Cibo ſuſtentamur & potu, & ſuperfluas fœditates inferioribus egerunt abiciuntque poſticis: & nos cibo ſuſtentamur & potu, & quod natura jam reſpuit, per eoſdem effundimus tramites. Cura illis eſt omnibus famem prohibere mortiferam, & neceſſario invigilare pro victu: quid aliud nos tantis egimus in occupationibus vitæ, niſi ut ea quæramus, quibus famis periculum devitetur, & infelix ſollicitudo ponatur? Morbos illa & inedias ſentiunt, & ad ultimum ſenectute ſolvuntur: quid enim? nos immunes malis ab his ſumus, & non eadem ratione morborum incommoditatibus frangimur, & ſenectutis deſtruimur tabe? Quod ſi & illud verum eſt, quod in myſterijs ſecretioribus dicitur, in pecudes atque alias beluas ire animas improborum, poſtquam ſunt humanis corporibus exemptæ, manifeſtius comprobatur, vicinos nos eſſe, neque intervallis longioribus diſparatos. Siquidem res eadem nobis & illis eſt una, per quam eſſe animantia dicimur, & motum agitare vitalem. Sed rationales nos ſumus, & intelligentia vincimus genus omne muto-

mutorum. Crederem iſtud veriſſimè dici, ſi cum ratione & conſilio cuncti homines viverent, ſervarent officiorum tenorem, abſtinerent ab illicitis ſeſe, negotia turpia non adirent, neque quiſquam pravitate conſilij, atque ignorantiæ cæcitate contraria ſibimet atque inimica depoſceret. Vellem tamen ſcire quænam ſit hæc ratio, per quam ſumus potiores animalium generibus cunctis: quia nobis domicilia fecimus, quibus poſſimus hyemalia frigora, & æſtatis flagrantias evitare? Quid? animantia cætera hujus rei providentiam non habent? Nónne alia cernimus opportuniſſimis ſedibus nidulorum ſibi conſtruere manſiones: alia ſaxis & rupibus tegere & communire ſuſpenſis: excavare alia telluris ſola, & in foſſilibus foveis tutamina ſibimet & cubilia præparare? Quod ſi miniſtras manus illis etiam donare parens natura voluiſſet, dubitabile non foret, quin & ipſa conſtruerent mœnium alta faſtigia, & artificioſa excuderent novitate. Tamen in his ipſis, quæ roſtris atque unguibus faciunt, multa ineſſe conſpicimus rationis & ſapientiæ ſimulacra, quæ homines imitari nulla meditatione poſſumus, quamvis ſint nobis opifices manus, atque omni genere perfectionis artifices. Veſtem illa non norunt, ſellas, naves, atque aratra compingere: nec denique ſupellectilem cæteram, quàm familiaris uſus expoſcit. Non ſunt iſta ſcientiæ munera, ſed pauperrimæ neceſſitatis inventa. Neque cum animis artes cœli ex penetralibus ceciderunt: ſed exquiſitæ, & natæ ſunt in terris hic omnes, & cum proceſſu temporum paulatim meditatione conflatæ. Quod ſi haberent ſcientias animæ, quas genus & habere divinum atque immortale condignum eſt, ab initio homines cuncti omnia ſcirent, nec ſæculum eſſet ullum, quod artis eſſet ignarum alicujus, aut rerum experientia non paratum. Nunc verò inops vita, & multarum indigens rerum, fortuita conſpiciens quædam commodulè provenire, dum imitatur, experitur

peritur & tentat, dum labitur, reformat, immutat, ex assidua reprehensione, parvas & concinnavit scientiolas artium, & ad unum exitum temporibus plurimis coëmendata perduxit. Quòd si homines penitus aut ipsos se nossent, aut intellectum Dei suspicionis alicujus acciperent aura, nunquam sibi adscisserent divinam immortalemque naturam: nec existimarent quiddam magnificum se esse, quia sibi craticulas, trulleos, crateraſque fecerunt: quia subuculas, suppara, lænas, lacernulas, trabeas, cultros, loricas, & gladios: quia rastra, securiculas, vomerem. Nunquam, inquam, crederent, typho & arrogantia sublevati, prima esse se numina, & æqualia principis summitati, quia grammaticam, musicam, oratoriam pepererunt, & geometricas formulas. In quibus artificijs quidnam insit admirabile non videmus, ut ex eorum inventione credatur esse animas potiores & sole & sideribus cunctis, & hunc totum cujus membra sunt hæc, mundum & dignitate & substantia præterire. Quid enim aliud se spondent vel insinuare posse, vel tradere, quàm ut regulas nominum, differentiasque noscamus? ut intervalla in vocum sonis? ut loquamur suadenter in litibus? ut terrarum continentias metiamur? Quæ si secum animæ divinis ex regionibus attulissent, aut esset necessarium scire, omnes ea jamdudum in omni orbe tractarent: neque ullum hominum reperiretur genus, quod non esset his omnibus æqualiter atque uniformiter eruditum. Nunc vero in mundo quotus quisque est musicus, dialecticus, & geometres? quotus orator, poëta, grammaticus? Ex quo apparet ut sæpius dictum est inventa hæc esse locorum necessitate, ac temporum, neque divinas, eruditas advolavisse huc animas: quòd neque omnes doctæ sint, neque discere omnes possint, & sint in his plurimæ acuminis obtusioris, & bardi, & ad discedendi studium plagarum coërcitione cogantur. Quòd si ea, quæ discimus, reminiscentias

niſcentias eſſe conſtaret, ut antiquis opinionibus ſcitum eſt, conveniebat nos omnes ab una veritate venientes unum noſſe, unumque reminiſci: non habere diverſas, non plurimas diſſidenteſque ſententias. Nunc verò cum ſinguli aliud atque aliud aſſeramus, manifeſtum & promptum eſt, nihil nos attuliſſe de cœlo, ſed hic nata addiſcere, & ſuſpicionibus coalita vindicare. Et ut vobis clarius manifeſtiuſque monſtremus cujus ſit pretij homo, quem ſimillimum creditis potentiæ ſuperioris exiſtere, concipite animis hanc imaginem veſtris, & quod fieri ſi aggrediamur poteſt, tanquam ſi ſimus aggreſſi, ſimilitudinis aſſumptione teneamus. Sit igitur nobis tellure in effoſſa locus habitabilis, formam cubilis efficiens, tecto & parietibus clauſus, non algidus in frigore, non fervoris nimius in calore: ſed ita temperatus & medius, ut nec frigoris hyemalis ſenſum, nec ardorem validum perpetiatur æſtatis. In hunc ſonus omnino nullius incidat vocis, non avis, non beſtiæ, non tempeſtatis, non hominis, non denique fragoris alicujus, aut concrepantis terribiliter cœli. Excogitemus deinde quemadmodum lumen accipiat, non ex illato igni, neque ex ſole conſpecto, ſed nothum aliquid fiat, quod imaginem luminis caligine interpoſita mentiatur: janua non una ſit, nec ſit introitus rectus: ſed adeatur inflexibus flexuoſis: nec recludatur aliquando, niſi cum neceſſaria ratio poſtularit. Nunc quoniam imagini præparavimus ſedem, accipiamus deinceps mox aliquem natum in loci illius hoſpitium, quod habeat rem nullam, & ſit inane ac vacuum: Platonica licet aut Pythagorea progenie, aut horum alicuius, qui acuminis perhibentur fuiſſe divini, aut ex Deûm reſponſis ſapientiſſimi nuncupati. Quod cùm actum fuerit, nutriri ut debeat ſequitur, ut alimonijs convenientibus educari. Adhibeamus igitur & nutricem, quæ ſemper ad eum nuda, ſemper ſilens accedat, verbum nullum faciens,

nec in ſermones aliquos ora & labra diducat : ſed cùm mammas dederit, & conſequentia ſupplerit officia, datum quieti linquat, & ante fores clauſas dies nocteſque continuet. Poſcit enim plerumque res, nutricias adeſſe curas, & obſervare temporarios motus. At verò cùm cœperit ſolidioribus cibis infans debere fulciri, nutrice inferãtur ab eadem, veſte ut diximus poſita, & tenore reticentiæ ſervato. Ipſe autem, qui infertur cibus ſit unus atque idem ſemper; nihil materia differens, nec per varios redintegratus ſapores: ſed aut fitilla de milio, aut ſit panis ex farre, aut ut fæcula imitemur antiqua ex cinere caldo glandes, aut ex ramis agreſtibus bacculæ. Potio autem vini ſit prorſus incognita, nec ſedandæ aliud admoveatur ſiti, quàm liquor purus è fontibus, caldore ignis intactus: &, ſi fieri potis eſt, manibus ſubminiſtratus cavis. Fiet enim familiaris è more conſuetudo in naturam verſa; nec appetitio porrigetur ulterius, eſſe amplius neſciens, quod petatur. Quorſum igitur hæc ſpectant? Ut, quoniam creditum eſt animas divinas à Deo, immortales eſſe, & ad hominum corpora diſciplinis cum omnibus advolare, experiamur ex iſto, quem hoc genere voluimus educari, capiátne res fidem, an ſit leviter credita, & fruſtrabili expectatione præſumpta. Procedat igitur nobis ſolitudine in operta nutritus, quot vultis annos agens? vultis vicenarius? vultis tricenarius? Immo cùm annos fuerit quadraginta permenſus, mortalium concilijs inferatur: & ſi verum eſt illũ principalis eſſe ſubſtantię portionem tam lætam, ex fontibus vitæ derivatum hic agere, antequam notitiam rei ſumat alicujus, aut ſermone imbuatur humano, det reſponſum rogatus, quiſnam ſit ipſe, aut quo patre, quibus ſit in regionibus editus, quo pacto, aut quânam ratione nutritus, quid operis aut negotij celebrans anteacti temporis decurrerit ævitatem. Ita ille non omni pecore, ligno, ſaxo obtuſior atque hebetior

betior ſtabit? non miſſus in res novas, & nunquam ſibi ante cognitas, ipſum ſeſe eſt ante omnia neſciturus? Poterſtne, ſi quæras, ſol quid ſit oſtendere, terra, maria, ſidera, nubes, nebula, pluviæ, tonitrua, nix, grando? Poterit arbores ſcire quid ſint, herbæ aut gramina, taurus, equus, aut aries, camelus, elephantus, aut mulus? Eſurienti ſi dedetis uvam, muſtacium, cæpe, carduum, cucumerem, ficum, ſciet poſſe ſedari omnibus ex his famem? aut quo genere ſingula eſſe debeant eſui? Ignem ſi plurimum feceris, aut venenatas circumpoſueris beſtias, nonne ibit per medias flammas, viperas, ſolifugas, eſſe noxias neſciens, & timere ipſum quid ſit ignorans? Jam verò ſi veſtem, ſi ſupellectilem ponas in medio tam urbanam, quàm ruſticam, erſtne idem ut poſſit diſcriminare cui negotio res quæque conveniat? cujus muneris accommodata ſint uſui? Indicet in quos habitus veſtis ſtragula facta ſit, mitra, ſtrophium, faſcia, pulvinus, muccinium, læna, calautica, mantele, maſtruca, ſoccus, ſolea, calceus? Quid ſi adiicias rota quid ſit, aut tribula, vannus, dolium, cupa, trapetum, vomis, aut cribrum, mola, buris aut ſarculum? Quid arquata ſi ſellula, acus, ſtrigilis, polubrum, ſiliquaſtrum, trulla, lancicula, candelabrum, batiaca, ſcopæ, ſcyphus, ſaccus? Quid ſi cithara, tibia, argentum, æs, aurum, codex, radius, liber? Quid inſtrumenta ſi cætera, quibus vita ſuccingitur & continetur humana? Ita, ut diximus, ille non bovis ritu aut aſini, porci, aut ſi ullum eſt animal tardius, conſpiciet hæc quidem, formatura varia res ſpectans, ſed quæ ſint ſingula neſciens, & quam in cauſam poſſideantur ignorans? nonne vocem, ſi fuerit neceſſitate aliqua coactus emittere, ut ſollemne eſt mutis, inarticulatum neſcio quid ore hiante clamabit? Quid in Menone ô Plato, quædam rationibus numeri admota ex puerculo ſciſcitaris, & ex ejus niteris reſponſionibus comprobare, quæ diſcamus non diſcere, ſed in eorum

memoriam, quæ antiquitus noveramus, redire ? Qui ſi tibi verè reſpondet, non enim nos convenit fidem rebus abjudicare quas dicis, non rerum ſcientia, ſed intelligentia ducitur : & ex eo, quòd aliquos numeros quotidianis habet ex uſibus notos, fit ut ſequatur rogatus, & ipſa illum ſemper multiplicationis adducat acceſſio. Quod ſi verè confidis immortales huc animas, & plenas ſcientiæ pervolare, adoleſcentulum iſtum rogare deſinito, quem eſſe conſpicis gnarum rerum, & humanitatis in finibus conſtitutum. Quadragenarium iſtum ad te voca, & ex eo percontare, non abſtruſum aliquid, non volutum, non de triangulis, non de quadratis, quid ſit cubus, aut dynamis, ſeſquioctavus, aut ſeſquitertius ultimo ; ſed quod in medio ſitum eſt, bis bina, bis terna, quam efficiant ſummulam quærito. Volumus videre, volumus ſcire, quid rogatus reſpondeat, an inquiſitam expediat quæſtionem. Ita ille ſeuſurus eſt, quamvis ei pateant aures, an aliquid dicas, an aliquid quæras, an tibi ab ſeſe reſponderi aliquid poſtules: & non ſtipes ut aliquis, aut Marpeſia, ut dictum eſt, rupes, ſtabit elinguis & mutus, hoc ipſum ignorans & neſciens, ſecum potius an cum altero colloquaris, cum altero ſermocineris, an ſecum : oratio ſit iſta, quam promis, an ſonitus vocis, nihil rerum ſignificans, ſed inani continuatione pertractus ? Quid dicitis, ô viri pluſquam ſatis eſt vobis ex aliena generoſitate tribuentes ? Hæc eſt anima docta illa quam dicitis, immortalis, perfecta, divina, poſt Deum principem rerum, & poſt mentes geminas locum obtinens quartum, & affluens ex crateribus vivis ? Hic eſt ille pretioſus, & rationibus homo auguſtiſſimis prædítus, mundus minor qui dicitur, & totius in ſpeciem ſimilitudinis fabricatus atque formatus : nullo melior, ut apparuit, pecore, obtuſior ligno, ſaxo. Qui neſciat homines, & in mutis ſemper ſolitudinibus degat, idẽ erit iners, valeat manere quamvis annis vivus innumeris, &

nunquam

nunquam nodis corporeis eximatur. Sed cùm ſcholas attigerit, & magiſtrorum fuerit inſtitutionibus eruditus, efficietur prudens, doctus, & quam nuper habuerat, imperitiam ponet. Et aſellus, & bos æquè uſu atque aſſiduitate cogente, diſcit arare ac molere: equus jugum ſubire, & agnoſcere in curriculo flexiones: camelus ſeſe ſubmittere, ſive cum ſumit onera, ſive cum ponit: columba manu miſſa revolare ad dominicas ſedes: canis cum invenerit prædam, cohibere & continere latratum: verba pſittacus integrare, & nomina corvus expromere. Sed ego cùm audio neſcio quid præſtans animam dici, Deo vicinum & proximum, ſcientem huc omnia ſuperioribus adventare de ſæculis: nolo illam diſcere, ſed docere: nec ex docta, ut dicitur, elementariam fieri: ſed retinentem res ſuas corporibus ſemet circumligare terrenis. Niſi enim ſeſe habuerit res ita, diſcerni qui poterit utrum ne illud quod audit, remiuiſcatur, an diſcat? cum multo facilius ſit credere, diſcere illam quod neſciat, quàm oblitam, quod paulò ante ſciebat; & oppoſitu corporis amitti repetentiam priorum. Et ubi eſt illud quod dicitur, incorporales animas ſubſtantiam non habere? Quod enim nullius eſt corporis, oppoſitione alterius non impeditur, nec poteſt aliquid ſuaderi perdere id, quod non poteſt tactum rei oppoſitæ ſuſtinere. Ut enim numerus in corporibus conſtitutus, quamvis mille corporibus obruatur, intactus & inviolabilis conſtat; ita neceſſe eſt animas, ſi ſunt, ut perhibetur, incorporeæ, oblivionem priorum nullam pati: quamvis eas ſolidiſſimæ corporum circumligaverint junctiones. Quid, quòde adem ratio non tantum incorporeas indicat eas non eſſe, verumetiam privat immortalitate has omni, & ad fines applicat, quibus vita conſueta eſt terminari. Quidquid enim cauſa ingruente nonnulla ita mutatur & vertitur, ut integritatem ſuam retinere non poſſit: id neceſſe eſt judicari natura eſſe paſſivum.

vum. Quod autem eſt promptum atque expoſitum paſſioni, corruptibile eſſe ipſa paſſibilitate interveniente denunciatur. Ergo, ſi & animæ perdunt omne quod noverant, corporalibus vinculis occupatæ, patiantur neceſſe eſt aliquid, quod eas efficiat oblivionis induere cæcitatem. Neque enim nihil omnino perpeſſæ, aut integritatem conſervantes ſuam, poſſunt rerum ſcientiam ponere, aut in alios habitus ſine ſui mutabilitate tranſire. Atqui nos arbitramur, quod eſt unum, quod immortale, quod ſimplex, quacunque in re fuerit, neceſſario ſemper ſuam retinere naturam, nec debere aut poſſe aliquid perpeti, ſi modò eſſe perpetuum cogitat, & in finibus propriæ immortalitatis hærere. Omnis enim paſſio leti atque interitus janua eſt, ad mortem ducens via, & inevitabilem rebus afferens functionem: quam ſi ſentiunt animæ, & tactui ejus atque incurſionibus cedunt; uſu & illis eſt vita non mancipio tradita; quamvis aliter quidam inferant, & rei tantæ fidem ſuis in argumentationibus ponant. Ac ne tamen inſtructi non plenius abeamus, ſcire avemus à vobis, quemadmodum dicitis, animas, cum terrenis fuerint corporibus involutæ, priorum reminiſcentiam non habere: cum in ipſis corporibus poſitæ, & prope inſenſibiles eorum commixtione perfectæ, pertinaciter & fideliter teneant ea, quæ ante annos plures, ſi velis dicere vel octoginta, vel hoc amplius, vel fecerunt, vel paſſæ ſunt, vel loquutæ ſunt, vel audierunt? Si enim obſtaculo perficitur corporis, ne meminerint eorum, quæ jamdudum, & ante hominem ſciebant, magis eſt ut ea debeant oblivi-ſci, quæ concluſæ in corporibus factitarunt, quam quæ foris poſitæ, nondum hominibus conjugatæ. Quod enim rebus ingreſſis priorum repetentiam detrahit, & intra ſe geſta irrecordabili debet obliteratione deperdere. Una enim cauſa res duas efficere, ac ſibi contrarias non poteſt, ut aliorum memorias ſopiat, alia patiatur actoris in recordationem

dationem venire. Quod ſi animæ, quas vocatis, membrorum impediuntur obſtaculo, quo minus artes ſuas antiquas reminiſcantur: in corporibus ipſis quemadmodum conſtitutæ meminerunt & ſciunt animas ſe eſſe, & corporalem ſubſtantiam non habere, immortalitatis conditione mactatas? quem teneant in rebus gradum? quo ſint ordine à Deo patre diſcretæ? ad infima hæc mundi quanam ratione pervenerint? quas ex quibus circulis qualitates, dum in hæc loca labuntur, attraxerint? Quemadmodum, inquam, ſciunt doctiſſimas ſe fuiſſe, & obſtructione corporum amiſiſſe quæ noverant? Et hoc ipſum enim neſcire debuerant, ſi aliquid eis labis corporalis invexiſſet adjunctio. Nam ſcire quid fueris, & quid hodie non ſis, non eſt ſignum memoriæ perditæ, ſed comprobatio indiciumque ſervatæ. Quæ cum ita ſe habeant, deſinite quæſo, deſinite res parvas, atque exigui mominis immanibus pretijs æſtimare. Deſinite hominem proletarius cum ſit, claſſicis, & capite cũ cenſeatur, adſcribere ordinibus primis: cum ſit inops, pauper lare, & tugurij pauperis, nec patris clari, tantis cum meritis nuncupare. Cum enim vos oporteret viros recti atque integritatis auctores, typhum & arrogantiam frangere, quorum malis cuncti extollimur, & inanium diſtendimur vanitate: non tantum accidere mala iſta cenſetis, verum, quod gravius multo eſt, addidiſtis cauſas, quibus & vitia creſcerent, & inemendabilis nequitia permaneret. Quis eſt enim hominum, quamvis ille ſit indolis infamia ſemper atque ignominioſa fugientis, qui, cum dici exaudiat, viris ab ſapientibus maximè, immortales animas eſſe, nec fatorũ eſſe obnoxias legibus, non in omnia flagitia præceps ſe ruat, nõ ſecurus, intrepidus res obeat atque aggrediatur illicitas? non denique omnia ſuis cupiditatibus largiatur, quæ libido impotens juſſerit, impunitatis præterea etiam libertate munita. Quid enim prohibebit, quo minus hæc faciat?

faciat ? metus ſupernæ poteſtatis , judiciumque divinum? Et qui poterit territari formidinis alicujus horrore , cui fuerit perſuaſum , tam ſe eſſe immortalem , quàm ipſum Deum primum ? nec ab eo judicari quidquam de ſe poſſe: cum ſit una immortalitas in utroque, nec in alterius altera conditionis poſſit æqualitate vexari. Sed memoratæ apud inferos pœnæ , & ſuppliciorum generibus multiformes ? Ecquis erit tam brutus , & rerum conſequentias neſciens , qui animis incorruptibilibus credat , aut tenebras tartareas poſſe aliquid nocere , aut igneos fluvios, aut cœnoſis gurgitibus paludes , aut rotarum volubilium circumactus ? Quod enim contiguum non eſt, & ab legibus diſſolutionis tutum eſt, licet omnibus ambiatur flammis torrentium fluminum , volvatur in cœno , ſaxorum imminentium caſibus , & immanium montium operiatur ruinis , illibatum neceſſe eſt permaneat & intactum , neque ullum ſenſum mortiferæ paſſionis aſſumere. Quid quòd iſta perſuaſio non tantum eſt incitatrix ad vitia , libertate ex ipſa peccandi , verumetiam philoſophiæ ipſius cauſam tollit , & inaniter eam ſuſcipi ſupervacanei operis difficultate declarat. Nam ſi verum eſt, animas nullius eſſe participes fiuis, & cum omnibus ſæculis ævorum perpetuitate procedere ; quid periculi res habet, contemptis prætermiſſiſque virtutibus , quibus eſt contractior atque horridior vita , voluptatibus ſe dare , ac per omnia libidinum genera effrenatum ſpargere immenſæ cupiditatis ardorem ? Ne delicijs marceat , & corrumpatur mollitudine vitiorum . Et qua poterit ratione corrumpi id, quod immortale, quod ſemper eſt , & nulli obnoxium paſſioni? Ne ſordeſcat , & polluatur actionum turpium fœditate. Et qui poterit pollui , corporalem quod ſubſtantiam non habet ? aut ubi ſedem contaminatio ponere , ubi ſpacium nullum eſt , in quo nota ſe poſſit ipſius contaminationis affigere? Rurſus verò ſi animæ leti adeunt januas, Epicuri ut ſen-

ut ſententia definitur nec ſic cauſa eſt competens, cur expeti philoſophia debeat: etiamſi verum eſt purgari hac animas, atque ab omni puras vitioſitate præſtari. Nam ſi communiter obeunt, & in ipſis corporibus ſenſus eis deperit extinguiturque vitalis; non tantum eſt erroris maximi, verum ſtolidæ cæcitatis, frenare ingenitos appetitus, cohibere in anguſtijs vitam, nihil indulgere naturæ, non quod cupidines juſſerint atque inſtigaverint facere, cùm nulla te præmia tanti laboris expectent cùm dies mortis advenerit, & corporalibus ſueris vinculis exolutus. Medietas ergo quædam, & animarum anceps ambiguaque natura, locum philoſophiæ peperit, & cauſam cur appeteretur invenit: dum periculum ſcilicet ex malis iſte formidat admiſſis: alter concipit ſpes bonas, ſi nihil ſceleris faciat, & cum officio vitam juſtitiaque traducat. Inde eſt quod inter doctos viros, & ingeniorum excellentia præditos, de animarum qualitate certamen eſt: & eas alij dicunt mortali eſſe natura, nec divinam poſſe ſubſtantiam ſuſtinere: alij verò perpetuas, nec in naturam poſſe degenerare mortalem. Quod iſtud ut fiat, medietatis efficitur lege: quòd & illis argumenta ſunt præſto, quibus eas paſſivas atque interibiles invenitur: & his contra non deſunt, quibus eſſe divinas immortaleſque monſtratur. Hæc cùm ita ſe habeant, & cùm ab ſummo traditum teneamus auctore, non eſſe animas longè ab hiatibus mortis & faucibus conſtitutas: poſſe tamen longævas ſummi principis munere ac beneficio fieri, ſi modò illum tentent ac meditentur agnoſcere, ejus enim cognitio fermentum quoddam eſt vitæ, ac rei diſſociabilis glutinum, tum deinde feritate, atque inhumanitate depoſitis, reſumant ingenia mitiora, ut ad illud, quod dabitur, eſſe poſſint paratæ, quid eſt quod à vobis tanquam bruti & ſtolidi judicemur, ſi propter hos metus liberatori dedimus & mancipavimus nos Deo? Adverſus ictus noxios, & venenatos

natos colubrarum morſus remedia ſæpe conquirimus, & protegimus nos laminis, Pſyllis, Marſis vendentibus, alijſque inſtitoribus atque planis: ac ne nobis frigora ſoleſque incommodent rapidi, munimenta domorum ac veſtium ſolicitæ præparamus diligentia cautionis. Mortis nobis cùm proponatur metus, id eſt, animarum interitus, quid non ex communi facimus ſenſu, quo amamus nos omnes, quod eum qui nobis ſpondet tali à periculo liberaturum retinemus, amplectimur animiſque ipſis noſtris, ſi modò juſta eſt viciſſitudo, præponimus. Vos veſtrarum animarum ſalutem in ipſis vobis reponitis, fierique vos Deos veſtro fiditis inteſtinoque conatu: at vero nos nobis nihil de noſtra infirmitate promittimus, naturam intuentes noſtram virium eſſe nullarum, & ab ſuis affectibus in omni rerum contentione ſuperari. Vos cùm primum ſoluti membrorum abieritis è nodis, alas vobis affuturas putatis, quibus ad cœlum pergere, atque ad ſidera volare poſſitis: nos tantam reformidamus audaciam, nec in noſtra ducimus eſſe poſitum poteſtate ſedes ſuperas petere: cùm & hoc ipſum habeamus incertum, an vitam accipere mereamur, & ab lege mortalitatis abduci. Vos in aulam dominicam tanquam in propriam ſedem remeaturos vos ſponte, nullo prohibente præſumitis: at verò nos iſtud, rerum ſine domino fieri neque ſperamus poſſe, neque ulli hominum tantum poteſtatis attribui licentiæque cenſemus. Cum igitur hæc ita ſint, quænam injuſtitia tanta eſt, ut fatui vobis credulitate in iſta videamur, cum vos & ſimilia credere, & in eadem videamus expectatione verſari? Si irriſione exiſtimamur digni, quòd ſpem nobis hujuſmodi pollicemur, & vos eadem expectat irriſio, qui ſpem vobis immortalitatis adſciſcitis. Si tenetis aliquam ſequiminique rationem, & nobis aliquam portionem ex iſta ratione concedite. Si nobis hæc gaudia, hoc eſt viam fugiendæ mortis, Plato in Phædro

dro promiſiſſet, aliúsve ex hoc choro, poſſetque eam præſtare, atque ad finem pollicirationis adducere, conſentaneum fuerat ejus ſuſcipere nos cultus, à quo tantum doni expectaremus & muneris. Nunc cùm eam Chriſtus non tantum promiſerit, verumetiam virtutibus tantis manifeſtaverit poſſe compleri: quid alienum facimus, aut ſtultitiæ crimen quibus rationibus ſuſtinemus, ſi ejus nomini, majeſtatique ſubſternimur, à quo ſperamus utrumque, & mortem cruciabilem fugere & vitæ æternitate donari? Sed ſi animæ, inquiunt, mortales & qualitatis ſunt mediæ, immortales quemadmodum fieri medijs ex qualitatibus poſſunt? Si nos iſtud neſcire dicamus, ac tantummodo auditum ex potentiore credidiſſe, ubi noſtra videbitur credulitas lapſa, ſi omnipotenti credidimus regi nihil eſſe difficile, nihil arduum? ſi quod impoſſibile nobis eſt factu, illi poſſibile, atque admodum executioni paratum? Eſt enim quod obſtare ejus voluntatibus poſſit, aut quod eſſe voluerit non neceſſario ſequatur ut fiat? An numquid noſtris ex diviſionibus colligemus, quid aut fieri poſſit, aut non poſſit: nec rationes conſiderabimus noſtras tam eſſe mortales, quàm ſumus nos ipſi, & nullius apud principem mominis? Et tamen ô iſti, qui mediæ qualitatis animas eſſe non creditis, & in medio limite vitæ atque interitus contineri, nonne omnes omnino, quos eſſe opinatio ſuſpicatur, Dij, angeli, dæmones, aut nomine quocunque ſunt alio, qualitatis & ipſi ſunt mediæ, & in ambiguæ ſortis conditione mutabiles? Nam ſi omnes concedimus, unum eſſe rerum patrem, immortalem atque ingenitum ſolum, nihilque omnino ante illum, quod alicujus vocaminis fuerit, invenitur: ſequitur ut hi omnes quos opinatio credidit Deos eſſe mortalium, aut ab eo ſint geniti, aut eo jubente prolati. Si ſunt prolati & geniti, & ordinis ſunt poſterioris & temporis: ſi ordinis poſterioris & temporis, ortus neceſſe eſt habeant, & exordia nativi-

tatis, & vitæ. Quod autem habet introitum, & vitæ incipientis exordium, neceſſariò ſequitur ut habere debeat & occaſum. Sed immortales perhibentur Dij eſſe. Non ergo natura, ſed voluntate Dei patris, ac munere. Quo igitur pacto immortalitas largitoris eſt donum Dei circa prolatos, & animas hoc pacto dignabitur immortalitate donare, quamvis eas mors ſæva poſſe videatur extinguere, & ad nihilum redactas irremeabili abolitione delere. Plato ille divinus multa de Deo digna, nec communia ſentiens multitudini, in eo ſermone ac libro, cui nomen Timæus inſcribitur, Deos dicit & muudum corruptibiles eſſe natura, neque eſſe omnino diſſolutionis expertes: ſed voluntate Dei regis ac principis vinctione in perpetua contineri. Quod enim rectè ſit vinctum, & nodis perfectiſſimis colligatum, Dei bonitate ſervari: neque ullo ab alio, niſi ab eo qui vinxit, & diſſolvi, ſi res poſcat, & ſalutari vinctione donari. Ergo ſi res eſt ita, nec aliud convenit vel exiſtimare vel credere, quid animas admiramini mediæ dici qualitatis à nobis, cum numinibus ipſis dicat Plato medias eſſe naturas, ſed ad continuam & inocciduam vitam principali benevolentia ſubrogari? Si enim forte neſcitis, & antea vobis incognitum propter rei novitatem fuit, accipite ſero, & diſcite ab eo, qui novit, & protulit in medium Chriſto, non eſſe animas regis maximi filias, nec ab eo, quemadmodum dicitur, generatas cœpiſſe ſe noſſe, atque in ſui nominis eſſentia prædicari, ſed alterum quempiam genitorem his eſſe, dignitatis & potentiæ gradibus ſatis plurimis ab Imperatore dijunctum: ejus tamen ex aula & eminentium nobilem ſublimitate natalium. Quòd ſi eſſent, ut fama eſt, dominicæ prolis, & poteſtatis animæ generatio principalis, nihil eis ad perfectionem defuiſſet virtute perfectiſſima procreatis: unum omnes intellectum habuiſſent, unumque conſenſum, aulam ſemper incolerent regiam, nec prætermiſſis

missis beatitudinis sedibus, in quibus augustissimas noverant retinebantque doctrinas, imprudenter appeterent terrena hæc loca, tenebrosis ut corporibus involutæ inter pituitas & sanguinem degerent; inter stercoris hos utres, & saccati obscœnissimas sœrias. Sed habitari oportuit & has partes, & idcirco huc animas, tanquam in colonias aliquas, Deus omnipotens misit. Et quid homines prosunt mundo, aut ob rei cujus sunt necessarij causam, ut non frustra debuisse credantur parte in hac agere, & terreni esse corporis inquilini? Ad consummandam molis hujus integritatem, partem aliquam conferunt: & nisi fuerint additi, imperfecta & clauda est universitatis hæc summa? Quid ergo? si homines non sint, ab officijs suis cessabit mundus? vicissitudines suas non peragent sidera? æstates atque hiemes non erunt? ventorum flamina contitescent? nec ex coactis & pendentibus nubilis ad terram decident imbres ariditatibus temperamenta laturi? Atqui necesse est, cuncta suos ire per cursus, nec ab ordinis dati continuatione discedere, etiam si nomen in mundo nullum hominis audiatur, orbisque iste terrarum solitudinis vacuæ silentio conticescat. Quemadmodum ergo jactatur habitatorem debuisse regionibus his addi, cùm ab homine liqueat nihil ad mundi perfectionem redire, omniaque ejus studia commoditatem semper spectare privatam, nec à finibus propriæ utilitatis abscedere? Quid enim prodest mundo, ut ab rebus incipiam serijs, maximos reges hic esse? Quid tyrannos, quid dominos, quid innumeras alias atque amplissimas potestates? Quid rei militaris experientissimos duces, capiendarum urbium peritos? in equestribus prælijs aut in pedestri pugna immobiles atque invictissimos milites? Quid oratores, grammaticos, poëtas? Quid scriptores, dialecticos, musicos? Quid pantominos, quid mimulos, histriones, cantores, tuba, tibia, calamoque flatantes? Quid cursores,

quid pugiles, quadrigarios, desultores, grallatores, funiambulos, præstigiatores? Quid cybiarios, salinatores, bolonas, unguentarios, aurifices, aucupes, vannorum sirpiarumque vitores? Quid fullones, lanarios, phrygiones, coquos, panchristarios, muliones, lenones, lanios, meretrices? Quid institorum alia genera, quid professorum & artium, quibus enumerandis omnis ætas angusta est, rationibus conferunt & constitutionibus mundi, ut sine hominibus condi non potuisse credatur, nec obtenturus integritatem sui, nisi ei conditio animalis miseri, & supervacui jungeretur? Nisi fortè rex mundi, quod temeritatis est maximæ humano ex ore depromere, idcirco ex se genitas huc animas misit, ut quę fuerant apud se deæ, corporei tactus & metariæ circumscriptionis expertes, humana immergerentur in semina, fœminarum ex genitalibus prosilirent, ineptissimos ederent continuarentque vagitus, exugerent fellitantes mammas, proluvie linerent & madidarent se sua: tum ad silentium pavidæ nutricis motibus, & crepitaculis adducerentur auditis. Idcirco animas misit, ut quæ fuerant simplices, & bonitatis nuper innoxiæ, simulare in hominibus discerent, dissimulare, mentiri, circumscribere, fallere, adulatoria humilitate captare, mente aliud volvere, aliud in facie polliceri: illaqueare, decipere dolis atque insidijs nescios, per innumeras artes malitiarum venena conquirere, & ad usum temporis pellaci mobilitate formare? Idcirco animas misit, ut in pacata & placita tranquillitate degentes, assumerent ex corporibus causas, quibus feræ fierent & immanes, simultates atque inimicitias gererent, consererent inter se bella, expugnarent atque everterent civitates: servitutis opprimerent & manciparent se jugo: & ad ultimum fierent alterius altera potestatis natalium conditione mutata? Idcirco animas misit, ut immemores veritatis effectæ, & quidnam esset Deus oblitæ, simulacris inertibus

bus ſupplicarent, ligna, æra, & lapides, divina alloquerentur ut numina, auxilia poſcerent eos cæſorũ animantium cruore, nullam ſui facerent mentionem: quinimo ex his aliæ ut dubitarent ſe eſſe, aut ullum eſſe penitus abnegarent? Idcirco animas miſit, ut quæ in ſedibus proprijs mente fuerant una, intellectu & ſcientia paribus, poſtquam formas induere mortales, opinionum diſcriminibus diſſiderent: aliud alijs juſtum, aliud utile videretur, & rectum: de appetendis rebus, fugiendiſque certarent, malorum ac bonorum alios aliæ conſtituerent fines: veritatem cupientibus noſcere rerum opponeretur obſcuritas, & velut oculorum luminibus viduæ, nihil certum viderent, & per ancipites ſemitas ſuſpicionum inducerentur errore? Idcirco animas miſit, ut cùm animantia cætera ſponte natis alerentur, & nulla ſatione prolatis, neque domorum aut veſtium tutamina ſibi; aut velamenta conquirerent, miſerabilis iſtis neceſſitas adderetur ut cum impendijs maximis, perpetuiſque ſudoribus domos ſibi conſtruerent, membrorum conficerent tegmina, ſupellectilem variam diurnorum contraherent egeſtati, imbecillitatis auxilia animalibus mutuarentur à mutis, vim facerent terris, ut non ſua ſufficerent gramina, ſed imperatas extollerent fruges, & cum ſanguinem totum in ſubigenda tellure fudiſſent, rubigine, grandine, ſiccitate, ſpem laboris amitterent, & ad ultimum vi famis humanis cadaveribus incubarent: & ab hominum formis tabifica macie diſſociarentur abjunctæ? Idcirco animas miſit, ut quæ ſecum commorantes poſſeſſionis alicujus nullum unquam habuiſſent amorem, avariſſimæ hic fierent, & in habendi ſtudium inexaturabili pectoris ardeſcerent appetitu: effoderent altos montes, & viſcera ignota terrarum in materias verterent alieni nominis, atque uſus: penetrarent abditas diſcrimine cum capitis nationes, & tranſlatis mercibus caritatem ſemper, vilitatemque capta-

captarent: exercerent avidum atque injuſtiſſimum fœnus, & miſerorum è ſanguine ſupputandis ſe angerent inſomnia nominibus. Poſſeſſionum ſemper producerent fines, & quamvis provincias totas rus facerent unum? pro arbore una, pro ſulco, forum litibus tererent? cum amicis & fratribus inexpiabiles ſuſciperent ſimultates? Idcirco animas miſit, ut quæ dudum fuerant mites & feritatis affectibus neſciæ commoveri, macella ſibi, & amphitheatra conſtituerent, loca ſanguinis & publicæ impietatis: ex quibus in altero mandi homines cernerent, & beſtiarum laniatibus diſſipari: interficere ſe alios nullius ob meriti cauſam, ſed in gratiam voluptatemque ſeſſorum, ipſoſque illos dies, quibus tantum committeretur nefas, in gaudiis communibus ducerent, & feſta hilaritate ſacrarent: at in altero verò animalium miſerorum diſcerperent viſcera, alias aliæ raperent, ut canibus mos eſt & vulturijs, portiones, ſubigerent dentibus, & crudeliſſimo ventri darent, & in tam ſævis atque horridis moribus ſortem ſuam flerent, quas ab talibus menſis paupertatis anguſtiæ vindicarent: pro beatis ac felicibus viverent, quarum ora & faciem tam crudeles polluerent apparatus? Idcirco animas miſit, ut divini ponderis & gravitatis oblitæ, gemmas, lapillos, margaritas, caſtitatis diſpendio compararent, innecterent his colla, laminas pertunderent aurium, conficiendis quærerent corporibus fucos, imminuerent frontes limbis, fuligine oculos obumbrarent, nec in formis erubeſcerent maſculorum calamiſtris vibrare cæſariem, cutem corporis levigare, incedere poplitibus nudis, omnique alio cultu vigorem virilitatis & exponere, & in habitum fœminarum delitiaſque molliri? Idcirco animas miſit, ut viarum aliæ infeſtarent meatus, aliæ circumſcriberent neſcios, teſtamenta ſupponerent falſa, venenatas conficerent potiones, domos ut effringerent noctibus, ſollicitarent, abigerent, præ-

prævaricarentur & proderent, ſaporum faſtidia ut excuterẽt palato, ut in coquendis alitibus pinguitudinem noſſent retinere labentem, ut ſpirulas & botulos facerent, iſicia, catillamenta, lucanica, ſuminatam cum his carnem, & glaciali conditione tuceta ? Idcirco animas miſit, ut res ſancti atque auguſtiſſimi nominis ſymphoniacas agerent & fiſtulatorias hic artes, ut inflandis bucculas diſtenderent tibijs, cãtionibus ut præirent obſcœnis, numeroſos iterarent ſcabillorũ concrepationibus ſonores, quibus animarum alia laſciviens multitudo incompoſitos corporum diſſolveretur in motus, ſaltitaret & cantaret, orbes ſaltatorios verteret, & ad ultimum clunibus & coxendicibus ſublevatis lumborum criſpitudine fluctuaret ? Idcirco animas miſit, ut in maribus exoleti, in fœminis fierent meretrices, ſambuciſtriæ, pſaltriæ, venalia ut proſternerent corpora, vilitatem ſui populo publicarent, in lupanaribus promptæ, in fornicibus obviæ, nihil pati renuentes, ad oris ſacri comparatæ ſtuprationem ? Quid dicitis, ô ſuboles, ac primi progenies numinis ? Ergóne ſapientiæ illæ, atque ex cauſis principalibus proditæ genera hæc animæ turpitudinum, criminum, malitiarumque noverunt? atque ut exercerent, ut gererent, ut percelebrarent hæc mala, habitare juſſæ ſunt has partes, & humani corporis circumjectione veſtiri ? Et mortalium quiſquam eſt rationis alicujus accipiens ſenſum, qui ordinatum exiſtimet mundum propter has eſſe, ac non potius ſedem ac domicilium conſtitutum, in quo omne quotidie perpetraretur nefas, maleficia cuncta confierent, inſidiæ, fraudes, doli, avaritia, rapinæ, vis, ſcelus, audacia, obſcœnitas, turpitudo, flagitium, mala omnia cætera, quæ in orbe homines toto mente noxia pariunt, & labem machinantur in mutuam ? Sed ſua, inquitis, voluntate, non regis juſſione venerunt. Et ubi pater omnipotens fuit, ubi regiæ ſublimitatis auctoritas, ut eas prohiberet abſcedere, nec in præ-

cipites labi permitteret voluptates? Si enim degeneres futuras locorum immutationibus sciebat, scire autem debuerat causarum ut omnium constitutor, aut extrinsecus aliquid accessurum his esse, quod eas faceret obliviſci suæ dignitatis & decoris; millies, ut ignoscat oraverim; universorum non alius quàm ipse est causa: siquidem perpessus est evagandi eas habere jus liberum, quas retenturas non esse integritatis suæ habitum prævidebat. Atque ita perficitur, ut nihil interſit omnino voluntariè venerint, an illius obtemperaverint jussioni: cùm non prohibendo quòd oportuerat prohiberi, cessatione crimen fecerit proprium, & retentionis dissimulatione permiserit prius. Sed procul hæc abeat sceleratæ opinionis immanitas, ut Deus credatur omnipotens, magnarum & invisibilium rerum sator & conditor, procreator, tam mobiles animas genuisse gravitatis ac ponderis constantiæque nullius, in vitia labiles, in peccatorum genera universa declives: cumque eas tales atque hujusmodi sciret, in corpora ire jussisse, quorum inductæ carceribus sub procellis agerent tempestatibusque quotidie fortunæ, & modò turpia facerent, modò paterentur obscœna: naufragijs, ruinis, incendiorū conflagrationibus ut perirent. Pauperies alias, alias ut mendicitas premeret, ut ferarum paterentur aliæ laniatus, muscularum aliæ ut interirent veneno, claudæ ut incederent aliæ, ut aliæ lumen amitterent, ut articulis sederent aliæ colligatis, morbis denique objectarentur ut cunctis, quos infelix & miseranda mortalitas diversarum sustinet dilaceratione pœnarum: tum deinde oblitæ unius esse se fontis, unius genitoris & capitis, germanitatis convellerent atque abrumperent jura: urbes suas everterent, popularentur hostiliter terras, servos de liberis facerent, insultarent virginibus, & matrimonijs alienis, odissent invicem sese, aliorum gaudijs & felicitatibus invidereut: tum deinde se omnes maledicerent, carperent, & sæ-

& ſævorum dentium mordacitate laniarent. Sed procul hæc abeat, ut eadem rurſus frequentiuſque dicamus, tam immanis, & ſcelerata perſuaſio, ut ille ſalus rerum Deus, omnium virtutum caput, benignitatis & columen; atque ut eum laudibus extollamus humanis, ſapientiſſimus, juſtus, perfecta omnia faciens, & integritatis ſuæ conſervantia manſiones, aut aliquid fecerit claudum, & quod minus eſſet à recto, aut ulli rei fuerit miſeriarum aut diſcriminum cauſa, aut ipſos actus quibus vita tranſigitur & celebratur humana, ordinaverit, juſſerit, & à ſua ſuere conſtitutione præceperit. Minora hæc illo ſunt, & magnitudinis ejus deſtruentia poteſtatem: tantumque eſt longè ut iſtarum auctor rerum eſſe credatur, ut in ſacrilegæ crimen impietatis incurrat quiſquis ab eo conceperit hominem eſſe prognatum, rem infelicem & miſeram, qui eſſe ſe doleat, qui conditionem ſuam deteſtetur & lugeat: qui nulla alia de cauſa ſeſe intelligat procreatum, quàm ne materiam non haberent per quam diffunderent ſe mala, & eſſent miſeri ſemper, quorum cruciatibus paſceretur neſcio qua vis latens, & humanitati adverſa crudelitas. Sed ſi parens, etiam genitor animarum, inquitis, Deus non eſt, quo auctore progenitæ, & qua ſunt ratione prolatæ? Si infucata vultis audire, nec ab aliqua vocis oſtentatione deducta; item confitemur nos iſtud ignorare, neſcire, ſcientiamque tantæ rei non tantum noſtram ducimus infirmitatem fragilitatemque tranſire, verumetiam poteſtatum, quæ in mundo ſunt, omnium, & quæ numina ſe eſſe opinionibus uſurpavere mortalium. Sed quas Dei negamus, cujus ſint debemus oſtendere? Nihil iſtud neceſſario ſequitur. Non enim ſi negemus muſcas, ſcarabæos, & cimices, nitedulas, curculiones, & tineas omnipotentis eſſe opus regis: ſequaciter poſtulandum à nobis eſt, ut quis ea fecerit, inſtituerit-que dicamus. Poſſimus enim nulla cum reprehenſione

neſcire, quis & illis originem dederit, & obtinere non eſſe Deo à ſuperiore prolata tam ſupervacua, tam vana, tam ad nullas pertinentia rationes, quinimo aliquando & noxia, & neceſſarijs importantia læſiones. Conſimiliter hic quoque cum animas renuamus Dei eſſe principis prolem, non continuo ſequitur, ut explicare debeamus quonam parente ſint editæ, & cauſis cujuſmodi procreatæ. Quis enim nos prohibet, aut unde enatæ ſint, prodierintque neſcire, aut eas non eſſe Dei progeniem ſcire? Quanam, inquitis, ratione, qua via? Quia omni vero veriſſimum eſt, certoque certiſſimum, nihil rerum à principe, ſicut ſæpius dictum eſt agi, fieri, ſtatui, niſi quod oporteat & conveniat fieri, niſi quod ſit plenum & integrum, & in ſuæ integritatis perfectione finitum. Porro autem conſpicimus homines, id eſt animas ipſas, quid enim ſunt homines niſi animæ corporibus illigatæ? ſcævitate innumerabili vitiorum ipſos ſe indicare non eſſe patricij generis, ſed ex mediocribus familijs procreatos. Namque alios videmus immites, facinoroſos, audaces, temerarios, præcipites, cæcos, fictos, diſſimulatores, mendaces, ſuperbos, arrogantes, avaros, cupidos, libidinoſos, inconſtantes, invalidos, & ſua ipſos decreta conſervare nequeuntes. Quod utique non eſſent, ſi generoſitas eos aſſereret principalis, & ab rerum capite deſcendentium ducerent honeſtamenta natalium. Sed & boni, dicetis, ſunt in rebus humanis viri, ſapientes, juſti, inculpatis atque emendatiſſimis moribus. Nullam referimus quæſtionem an ulli aliquando fuerint tales, in quibus omnino nihil iſta ipſa, quæ dicitur, deſideraret integritas. Sint licet perhoneſti, fuerintque laudabiles, tenuerint apicem perfectionis ſummum, nec in aliquo lapſu eorum aliquando claudicaverit vita: ſed audire depoſcimus quot ſint aut fuerint numero, ut ex multitudinis magnitudine metiamur, an oppoſitio juſta ſit facta, & an æqualitatis compenſa-

penſatione librata. Unus, duo, tres, quatuor, decem, viginti, centum: certè numero definiti, & nominum forſitan comprehenſionibus terminati. At genus humanum non ex bonis pauculis, ſed ex cæteris omnibus æſtimari convenit, & ponderari. In toto enim pars eſt, non totum in parte: & univerſitas debet attrahere portiones, non portionibus univerſitas applicari. Quid enim ſi hominem dicas, captum membris omnibus, & ejulantem ex cruciatibus aſperis, idcirco eſſe ſanum, quod unius unguiculi nullum perpetiatur dolorem? aut eſſe auream terram, quòd in verrucula collis unius inſint exiguæ miculæ, quibus naſcitur colliquefactis aurum, & admiratio congregatione conquiritur? Qualitatem materiæ univerſitas elementi probat, non pulviſculi flabiles: nec mare continuo dulce eſt, ſi mitioris aquæ guttas alicujus adjeceris atque immiſeris numeri: conſumitur enim minuties iſta immenſo, & modo non parvi, ſed eſſe nullius exiſtimandum eſt mominis, quod per omnia diffuſum perit, & in magni corporis intercipitur vaſtitate. Vos humano in genere bonos eſſe dicatis viros, qui ut eſſe credantur, comparatio forſitan efficiat peſſimorum? Quinam iſti ſunt? dicite. Philoſophi, credo, qui ſe eſſe ſolos ſapientiſſimos autumant, & vi hujus nominis ſupercilium fuſtulerunt. Nempe illi, qui cum ſuis quotidie cupiditatibus pugnant, & affectus ex animis inſitos proturbare, pellere, pertinaci moliuntur obluctatione virtutum: qui ne in vitia proritari facultatis poſſint alicujus inſtinctu, patrimonia & divitias fugiunt, & cauſas ſibi afferant lapſus. Quod cùm faciunt & curant, apertiſſimè animas eſſe indicant labiles, & infirmitate ad vitia proclives. Noſtra autem ſententia, quod bonum natura eſt, neque emendari, neque corrigi ſe poſcit: immò ipſum debet quid ſit malum neſcire, ſi generis forma cujuſque in ſua cogitat integritate perſtare: neque enim contrarium inſitum eſſe

contrario potis eſt, aut in impari paritas, aut dulcedo in amaritudine contineri. Qui ergo luctatur animorum ingenitas corrigere pravitates, is apertiſſime monſtrat imperfectum, probabilem ſe eſſe quamvis omni conatu & pervicacia contendat. Sed riſui vobis eſt noſtra reſponſio, quòd cum regias ſuboles eſſe animas abnegemus, non referamus contrà, ex quibus ſint cauſis atque originibus procreatæ. Quod eſt enim criminis genus, aut rei eſſe alicujus ignarum, aut ipſum, quod neſcias, ſine aliqua profiteri diſſimulatione neſcire? Aut uter magis videtur irriſione eſſe digniſſimus vobis, qui ſibi ſcientiam nullam tenebroſæ rei alicujus aſſumit, an ille, qui retur ſe ex ſe apertiſſimè ſcire id, quod humanam tranſiliat notionem, & quod ſit cæcis obſcuritatibus involutum? Si penitus ſpectetur rei cujuſque natura, in ſimili & vos eſtis, quam in nobis reprehenditis, cauſa. Non enim, quia dicitis ab ipſo animas rege deſcendere, ac ſuccedere in hominum formas, exploratum aliquid dicitis, & in luce poſitum manifeſtiſſimæ veritatis. Conjicitis enim, non ſcitis: ſuſpicamini, non tenetis. Nam ſi ſcire eſt illud, quod ipſe tu videris, aut cognoveris animo continere, nihil eorum quę aſſeritis, poteſtis vos dicere aliquando vidiſſe: id eſt animas, ſede ab ſupera & regione deſcendere. Suſpicione ergo utimini, non cognitionis expreſſæ fide. Quid eſt autem ſuſpicio, niſi opinatio rerum incerta, & in nil expoſitum jaculatio mentis illata? Ergo qui ſuſpicatur, non tenet, nec in lumine poſitus cognitionis incedit. Quod ſi verum, & fixum eſt apud rectos & ſapientiſſimos judices; & iſta veſtra, qua fiditis, pro ignoratione eſt habenda ſuſpicio. Ac ne tamen vobis tantummodo cenſeatis conjecturis uti ac ſuſpicionibus licere, & nos eaſdem poſſumus, quoniam commune eſt quod interrogatis, expromere. Unde inquitis homines, & ipſorum hominum quid, aut unde ſunt animæ? Unde ſunt elephanti, tauri, cervi,

cervi, muli, asini? Unde leones, equi, canes, lupi, pantheræ? eorumque quæ vivunt, quid autunde sunt animæ? Neque enim fidem res habet, ut Platonico ex illo cratere, quem conficit miscetque Timæus, aut horum animæ venerint, aut locusta, mus, sorex, blatta, rana, centipeda, animata esse credantur, & vivere, quia eadem ex elementis ipsis causa est illis, atque origo nascendi. Si ad animalia gignenda, quæ in singulis his degunt, insunt abditæ atque obscurissimæ rationes, nam & videmus alios ex sapientibus dicere, tellurem esse hominum matrem, aquam cum ea alios, aërium spiritum alios his jungere, solem vero nonnullos esse horum opificem, & ex ignibus animatos ejus vitali agitatione motari, quod si & hæc non sunt, & est aliqua res alia, alia causa, alia ratio, potestas alia denique inauditi nobis atque incogniti nominis, genus quæ hominum finxerit, & rerum constitutionibus applicarit, nónne fieri potis est, ut exorti homines ita sint, nec ad Deum primum nativitatis eorum referatur auctoritas? Quid enim putamus habuisse rationis Platonem illum magnum, piè sanctèque sapientem, cum hominis fictionem Deo removit à maximo, & ad minores nescio quos transtulit: cumque ejusdem noluit sinceritatis esse mixturas humani animarũ generis, cujus animam fecerat universitatis istius: quàm quòd hominis fabricam indignam esse rebatur Deo, nec rei flaccidæ fictionem magnitudini ejus & eminentiæ convenire? Ergo cum hæc ita sint, non absonè neque inaniter credimus, mediæ qualitatis esse animas hominum, utpote ab rebus non principalibus editas, juri subjectas mortis, parvarum & labilium virium: perpetuitate donari, si spem muneris tanti Deum ad principem conferant, cui soli potestas est talia corruptione excluſa largiri. Sed stulte istud credimus. Quid ad vos? Ineptissime, fatue. Ubi vobis nocemus, vel quam vobis facimus aut irrogamus injuriam, si omnipotentem

tentem confidimus Deum habiturum esse rationem nostri, cum abire à corporibus cœperimus, & ab orci faucibus, quemadmodum dicitur, vindicari? Ergóne, inquiet aliquis, sine Dei voluntate quidquam potis est fieri? Considerandum est nobis sollicitè, & cura inspiciendum non parva, ne dum honorare nos Deum tali interrogatione censemus, in contrarium labamur nefas, majestatis ejus eminentiam destruentes. Qua ratione, qua causa? Quoniam si cuncta ejus voluntate conficiuntur, nec citra ejus nutum quidquam potest in rebus vel provenire, vel cadere, necessariò sequitur ut mala etiam cuncta voluntate ejus intelligantur enasci. Sin autem dicere voluerimus contra, pessimorum ab eo rejicientes causas, mali esse conscium, generatoremque nullius: incipient videri, aut eo invito res pessimæ fieri, aut, quod sit immane dixisse, nesciente, ignaro, ac nescio. Rursus autem si dicere nulla esse voluerimus mala, sicut esse nonnullis opinatum & placitum reperimus, reclamabunt cunctæ gentes, universæque nationes, cruciatus nobis ostentantes suos, & discriminum species multiformes, quibus puncta per singula genus uritur, & laceratur humanum. Tum deinde à nobis exquirent, cur mala si nulla sunt, ab operibus vos certis, & facinoribus abstinetis? Cur non omnia facitis, quæ impatiens jusserit atque imperaverit libido? Cur in noxios denique terribilibus pœnas constituitis legibus? Nam stoliditas inveniri quæ major potest, quàm mala esse nulla contendere, & tanquam malos perdere & condemnare peccantes? Quæ cum esse consenserimus victi, & universa his scatere nominaliter annuerimus humana, consequetur ut rogitent, cur ergo hæc mala Deus omnipotens non aufert, sed esse perpetitur, & cum omnibus sæculis pertinaci continuatione procedere? Si intellectus nobis affuerit Dei regis, ac principis, nec per impias vagari suspicionum voluerimus insanias, respondeamus

neceſſe

neceſſe eſt, neſcire nos iſta: nec quæ nullis poſſent facultatibus comprehendi, expetiſſe aliquando aut ſtuduiſſe cognoſcere, meliuſque ducentes, quinimo potius, magis in inſcientiæ finibus atque ignorantiæ permanere, quàm ſine Dei dicere nihil fieri voluntate, ut ſimul intelligatur, & malis eum cauſas dare, & miſeriarum eſſe innumerabilium conditorem. Mala ergo, dicetis, unde ſunt hæc omnia? Ex elementis, inquiunt, & ex eorum inæquabilitate, ſapientes. Quod fieri qui poſſit, ut quæ ſenſum & judicium non habent, malitioſa eſſe perhibeantur & noxia: aut non ille ſit potius malitioſus & noxius, qui res peſſimas, & nocentiſſimas futuras in alicujus operis aſſumpſit effectum: eorum eſt, qui aſſerunt, pervidere. Quid ergo nos, unde? Reſponſionis neceſſitas nulla eſt. Sive enim poſſumus dicere, ſive minus valemus, nec poſſumus, utrumque apud nos parvum eſt: nec in magnis ponderibus ducimus, vel ignorare iſtud, vel ſcire: unum ſolum poſuiſſe contenti, nihil à Deo principe quod ſit nocens atque exitiabile proficiſci. Hoc tenemus, hoc novimus, in hac una conſiſtimus cognitionis & ſcientiæ veritate, nihil ab eo fieri, niſi quod ſit omnibus ſalutare, quod dulce, quod amoris & gaudij, lætitiæque pleniſſimum: quod infinitas habeat atque incorruptibiles voluptates, quod ſibi quiſque contingere votis omnibus expetat, foriſque ab his eſſe exitiabile ac mortiferum ducat. Cætera quæcunque ſunt alia, quæ in quæſtionibus aſſolent controverſijſque verſari, quibus genitoribus orta ſint, vel quibus auctoribus fiant, neque noſſe contendimus, neque inquirere aut veſtigare curamus. Suis omnia relinquimus cauſis, nec ad id quod expetimus, eſſe nobis adjuncta atque applicata judicamus. Quid eſt enim quod humana ingenia labefactare, diſſolvere ſtudio contradictionis non audeant, quamvis illud, quod infirmare moliuntur, ſit purum, & liquidum, & veritatis obſignatione munitum?

Aut quid rursus asserere verisimilibus argumentis non queunt, quamvis sit apertissimè falsum, quamvis evidens manifestumque mendacium? Cum enim sibi persuaserit, quis esse aliquid, aut non esse, amat quod opinatur asserere, & acumine alios anteire, maximè si agatur res summota, & abdita, & caligine involuta naturæ. Mundum quidam ex sapientibus æstimant neque esse natum, neque ullo esse in tempore periturum: immortalem nonnulli, quamvis eum conscribant esse natum & genitum. Tertijs vero collibitum dicere est, & esse natum, & genitum, & ordinaria necessitate periturum. Et cum ex istis opinionibus trinis unam esse necesse sit veram, cunctis tamen argumenta non desunt, quibus & sua decreta confirment, & aliorum subrumpant & labefaciant scita. Eundem hunc alij elementis ex quatuor tradunt, & pronunciant stare, ex geminis alij, ex singulis tertij. Sunt qui ex his nullo, sed individua corpora ejus esse materiem & primam originem dicant. Cumque ex his vera sit una sententia, aut nulla ex his certa, similiter hic quoque argumenta omnibus præsto sunt, quibùs & ea, quæ dicunt, vera esse constituant, & redarguant positas in aliorum sententijs falsitates. Sic & Deos nonnulli esse abnegant: prorsus dubitare se alij an sint uspiam dicunt: alij vero existere, neque humana curare: immo alij perhibent, & rebus interesse mortalium, & terrenas administrare rationes. Cum ergo hæc ita sint, neque aliter fiat, quin sit unum ex omnibus verum, pugnant tamen argumentis omnes, neque singulis deest id, quod probabiliter dicant, sive cum suas res asserunt, sive cum alienis opinionibus contradicunt. Non alia, neque absimili ratione de animarum ab his conditione disseritur. Hic enim eas retur & esse perpetuas, & supersse mortalium functioni: supersse ille non credit, sed cum ipsis corporibus interire. Alterius verò sententia est, nihil eas continuo perpeti,

sed

ſed poſt hominem poſitum aliquid eis ad vitam dari; mortalitatis deinde in jura ſuccedere. Et cum omnia nequeant veri eſſe conſortia, ita tamen fortibus & validiſſimis probationibus omnes agunt, ut reperire non poſſis quidnam tibi videatur falſum: quamvis ex omni parte diverſa dici aſpicias, & rerum contrarietatibus diſſona. Quod utique non fieret, ſi certum aliquid tenere curioſitas poſſet humana, vel quod videretur inventum, aliorum omnium comprobaretur aſſenſu. Inaniſſima igitur res eſt, & ſupervacui operis, tanquam ſcias aliquid promere, aut velle ſcire contendere, quod etſi ſit verum, poſſe videas deſtrui: aut acceptare pro vero id, quod forſitan non ſit, & ex more hallucinantium proferatur. Et merito res ita eſt. Non enim divina divinis, ſed rationibus pendimus & conjectamus humanis: atque, ut fieri meruiſſe quid remur, ita eſſe oportere contendimus. Quid ergo? Nos ſoli ignoramus, neſcimus, quiſnam ſit animarum conditor, quiſnam conſtitutor? quæ cauſa hominem finxerit? mala unde proruperint? vel cur ea rex ſummus & eſſe patiatur, & confici, neque à rebus propellat humanis? Vos enim horum quicquam exploratum habetis, & cognitum? Si ſuſpicionum exponere volueritis audaciam, poteſtis explicare ac promere, mundus iſte, qui nos habet, utrum non ſit genitus, an tempore in aliquo conſtitutus? Si conſtitutus, & factus eſt, quonam operis genere, aut rei cujus ob cauſam, poteſtis inducere, atque expedire rationem? cur non fixus atque immobilis maneat, ſed orbico ſemper circumferatur in motu? ſua ipſe ſe ſponte & voluntate circumagat, an virtutis alicujus impulſionibus torqueatur? locus ipſe ac ſpacium, in quo ſitus eſt ac volutatur, quid ſit? infinitus, finitus? inanis, an ſolidus? axis eum ſuſtineat extremis cardinibus nitens; an ipſe ſe potius vi propria ſufferat, & ſpiritu interiore ſuſpendat? Poteſtis interrogati planum facere,

ſcientiſſimeque monſtrare, quid nivem in plumeas ſubaperiat cruſtulas? Quidnam fuerit rationis & cauſæ, ut non ab occiduis partibus dies primus exurgeret, & lucem in oriente finiret? Quemadmodum ſol ipſe uno eodemque contactu tam varias res efficiat, quinimo contrarias? Quid ſit luna, quid ſtellæ? cur una ſpecie aut illa non maneat, aut per omne mundi corpus fruſtilla hæc ignea convenerit, atque oportuerit figurari? alia ex his parva, ampliora & majora ſint alia? obtuſi hæc luminis, acutioris illa & fulgidæ claritatis? Si præſto eſt quod libuerit ſcire, & in aperto rerum eſt ſcientia conſtituta, ediſſertate nobis & dicite, quibus modis fiant & rationibus pluviæ? ut in ſuperis partibus, atque in aëris hoc medio ſuſpenſa aqua teneatur, natura res labilis, & ad fluorem ſemper decurſionemque tam prona. Ediſſertate, inquam, & dicite, quid ſit quod grandinem torqueat: quod guttatim faciat pluviam labi; quod imbres: quod nives plumeas, & fulgora dilatarit: ventus unde oriatur, & quid ſit: cur temporum viciſſitudines inſtitutæ, cum ſtatui unum poſſet, & una eſſe ſpecies cœli, nihil ut rerum deſideraret integritas. Quæ eſt cauſa, quæ ratio, ut maria ſalſa ſint, aut terrarum hæ dulces, aliæ ſint amaræ vel frigidæ? Quo ex materiæ genere humanorum corporum concreta & ſtabilita ſunt viſcera? unde oſſa ſolidata? Quid inteſtina, quid venas fiſtulatas, & commeabiles fecerit? Cur cum eſſet utilius oculis nos illuminare compluribus ad periculum cæcitatis, duorum ſumus anguſtijs applicati? Beluarum & anguium tam infinita atque innumerabilia genera, cujus rei ſunt cauſa vel informata, vel prodita? Quid in mundo faciunt bubones, immuſſuli, buteones? quid alites & volucres cæteræ? Quid formicarum & vermium genera, in varias labes perniciesque naſcentia? quid pulices? quid impudentes muſcæ, araneæ, ſorices, mures, ſanguiſugæ, tippulæ? Quid ſpinæ, quid ſentes, quid avenæ,

næ, quid lolium? quid herbarum, aut fruticum ſuaveolentia naribus, aut triſtia in odoribus ſemina? Immò, ſi aliquid ſciri, comprehendi aut aliquid ſi poſſe cenſetis, quid ſit triticum dicite, far, hordeum, milium, cicer, faba, lenticula, melo, cuminum, porrina, ulpicum, cepe? Non enim ſi fructui vobis ſunt, & ciborum medijs in generibus conſtituta, expeditum aut promptum eſt, quid ſint ſingula, ſcire: cur talibus figurata ſint formis: fuerit neceſſitas aliqua, ut non alios ſapores, alios odores, alios colores, quam quos habent ſingulæ res, habere debuerint, an & alios potuerint ſumere. Ipſa deinde hæc quid ſint, ſapor dico, ut eſt ſapor, & cetera qualitatum diſtantias quibus ex rationibus ducant. Ex elementis, inquitis, & ex principalibus originibus rerum. Amara ſunt enim elementa, vel dulcia, odoris ſunt alicujus, vel coloris, ut ex eorum concretione credamus partitas eſſe in naſcentibus qualitates, quibus aut ſuavitas naſcitur, aut ſenſibus offenſio comparatur? Cum igitur & vos ipſos tantarum ac tot rerum fugiant origines, fugiant cauſæ, fugiant rationes, neque dicere, neque explanare poſſitis quid ſit aut factum aut quare, aut cur oportuerit non eſſe, verecundiam convellitis & dilaceratis noſtram, qui quæ nequeunt ſciri, neſcire nos confitemur, neque ea conquirere aut inveſtigare curamus, quæ comprehendi liquidiſſimum eſt non poſſe, quamvis mille per corda ſuſpicio ſe porrigat atque intendat humana. Et ideo Chriſtus licet vobis invitis Deus, Deus inquam Chriſtus, hoc enim ſæpe dicendum eſt, ut infidelium diſſiliat & dirumpatur auditus, Dei principis juſſione loquens ſub hominis forma, cum mortalium ſciret cæcam eſſe naturam, neque ullam poſſe comprehendere veritatem poſitarum nec ante oculos rerum, pro comperto habere & cognito quidquid ſibi eſſe ſuaſiſſet, & prorſus ſuſpicionibus hæſitare, litigioſas ſerere atque intendere quæſtiones: omnia iſta

nos linquere & posthabere præcepit ; neque in res eas, quæ sint à nostra procul cognitione dimotæ, infructuosas immittere cogitationes : sed quantum fieri potis est, ad dominum rerum tota mente, atque animo proficiscì, sustolli ab his locis, atque in eum traducere suspensas pectoris conversiones, memoriam ejus habere perpetuam; & licet nulla possit imaginatione formari, auras tamen nescio quas ejus sibi contemplationis affingere. Rebus enim ex omnibus, quæ augustæ continet divinitatis obscuritas, solum esse indubitabilem, solum verum, & de quo nullus ambigere, nisi amens possit & desperationis insanæ ; quem satis sit scire, ut nihil aliud noveris : sisque veram & maximam scientiam consequutus, in Deo rerum capite & cognitione defixus. Quid est, inquit, vobis investigare, conquirere, quisnam hominem fecerit ? animarum origo quæ sit ? quis malorum excogitaverit causas ? orbe sit sol amplior, an pedis unius latitudine metiatur ? alieno ex lumine, an proprijs luceat fulgoribus luna ? quæ neque scire compendium, neque iguorare detrimentum est ullum. Remittite hæc Deo, atque ipsum scire concedite, quid quare, aut unde sit : debuerit esse, aut non esse: semper natum sit aliquid, an ortus primigenios habeat: aboleri conveniat, an reservari: exuri, dissolvi, an repetita integritate renovari. Vestris non est rationibus liberum implicare vos talibus, & tam remota ab utilitate curare. Res vestra in aucipiti sita est, salus dico animarum vestrarum, & nisi vos applicatis Dei Principis notioni, à corporalibus vinculis exolutos expectat mors sæva, non repentinam afferens extinctionem, sed per tractum temporis cruciabilis pœnæ acerbitate consumens. Neque illud obrepat, aut spe vobis aëria blandiatur, quòd à sciolis nonnullis, & plurimum sibi arrogantibus dicitur : Deo esse se gnatos, nec fati obnoxios legibus : si vitam restrictius egerint, aulam sibi ejus patere, ac post hominis functionem,

ctionem, prohibente se nullo, tanquam in sedem referri patritam: neque quod Magi spondent, commendaticias habere se preces, quibus emollitæ nescio quæ potestates, vias faciles præbeant ad cœlum contendentibus subvolare: neque quod Etruria libris in Acheronticis pollicetur, certorum animalium sanguine numinibus certis dato, divinas animas fieri, & ab legibus mortalitatis educi. Blandimenta hæc cassa sunt, & inanium fomenta votorum. Servare animas alius, nisi Deus omnipotens non potest: nec præterea quisquam est, qui longævas facere, perpetuitatis possit & spiritum subrogare, nisi qui immortalis & perpetuus solus est, & nullius temporis circumscriptione finitus. Cum enim Dij omnes, vel quicunque sunt veri, vel qui esse rumore atque opinione dicuntur, immortales & perpetui voluntate ejus sint & beneficij munere; qui fieri potis est, ut alij præstare id quod ipsi sunt, valeant, cum alienum id habeant, & majori ex potentia commodatum? Cædat licet hostias quantas libet Etruria: humana sibi omnia sapientes negent: Magi cunctas emolliant & commulceant potestates: nisi à Domino rerum datum fuerit animis id, quod ratio postulat, idque per mandatum, multum postea pœnitebit fuisse irrisui, cum ad sensum cœperit interitionis accedi. Sed si, inquiunt, Christus in hoc missus à Deo est, ut infelices animas ab interitionis exitio liberaret, quid secula commeruerunt priora, quæ ante ipsius adventum mortalitatis conditione consumpta sunt? Potestis enim scire, quid sit cum eis animis actum priscorum veterrimorumque mortalium? Subventum & his an sit ratione aliqua, consultum atque provisum? Potestis, inquam, scire id, quod Christo potuit docente cognosci; infinita, an finita sint secula, ex quo in terris esse genus hominum cæpit? quando primum animæ coporibus alligatæ? quis auctor vinctionis istius, quinimmo ipsius quisnam hominis fabricator?

tor? quò priorum abſceſſerint animæ? quibus in mundi partibus, aut regionibus fuerint corruptibiles, an contra? potuerintne accedere ad periculum moriendi, niſi tempore neceſſario conſervator occurriſſet Chriſtus? Exponite has curas, & incognitas vobis relinquite quæſtiones: miſeratio & illis impertita eſt regia, & æqualiter per omnes divina beneficia cucurrerunt: conſervatæ ſunt, liberatæ ſunt, & mortalitatis ſortem conditionemque poſſuerunt. Quo genere, quæ, quando? Si arrogantia, ſi typhus, ſi elatio abeſſet à vobis, jam dudum hoc eo ſcire potuiſtis auctore. Sed ſi generis Chriſtus humani, ut inquitis, conſervator advenit, quur omnino non omnes æquali munificentia liberat? Non æqualiter liberat, qui æqualiter omnes vocat? aut ab indulgentia principali quemquã repellit, aut deſpuit, qui ſublimibus, infimis, ſervis, fœminis, pueris, uniformiter poteſtatem veniendi ad ſe facit? Patet, inquit, omnibus fons vitæ, neque ab jure potandi quiſquam prohibetur, aut pellitur. Si tibi faſtidium tantum eſt, ut oblati reſpuas beneficium muneris, quinimo ſi tantum ſapientia prevales, ut ea, que offeruntur à Chriſto, ludum atq; ineptias nomines: quid invitans in te peccat, cujus ſolæ ſunt hæ partes, ut ſub tui juris arbitrio fructum ſuæ benignitatis exponat? Sortem vitæ eligendi nulli eſt, inquit Plato, Deus cauſa, neque alterius voluntas adſcribi poteſt cuiquam rectè, cum voluntatis libertas in ipſius ſit poſita poteſtate, qui voluit. An numquid orandus es, ut beneficium ſalutis ab Deo digneris accipere, & tibi aſpernanti, fugientique longiſſime, infundenda in gremium eſt divinæ benevolentiæ gratia? Vis ſumere quod offertur, atque in tuos uſus convertere? conſulueris tu tibi. Aſpernaris, contemnis, & deſpicis? tu te muneris commoditate privaveris. Nulli Deus infert neceſſitatem: imperioſa formidine nullum terret. Neque enim neceſſaria noſtra illi ſalus eſt, ut compendij aliquid diſpendiivè patiatur,

patiatur, ſi aut Deos nos fecerit, aut ad nihilum redigi corruptionis diſſolutione permiſerit. Immo, inquit, ſi Deus eſt potens, miſericors, conſervator, convertat nobis mentes, & invitos faciat ſuis pollicitationibus credere. Vis ergo eſt iſta, non gratia: nec Dei liberalitas principis, ſed ad vincendi ſtudium, puerilis atque animi contentio. Quid eſt enim tam injuſtum, quam repugnantibus, quàm invitis extorquere in contrarium voluntates, inculcare quod nolint, & quod refugiant animis? prius nocere, quàm proſis? & priore detracto, in alienum habitum ſententiamque traducere? Tu qui te verti, & vim deſideras perpeti, ut id quod nolis efficias, atque arripias coactus: cur reſpuis aſſumere voluntate id, quod verſus deſideras atque immutatus efficere? Nolo, inquit, & voluntatem non habeo. Quid ergo criminaris Deum, tanquam tibi deſit? Opem deſideras tibi ferre, cujus dona & munera non tantum aſperneris & fugias, verum inania verba cognomines, & jocularibus facetijs proſequaris? Chriſtianus ergo ni fuero, ſpem ſalutis habere non potero? Ita eſt, ut ipſe proponis. Partes enim ſalutis dandæ, conferendique animis, quod tribui convenit, neceſſariumque eſt applicari, ſolus à Deo patre injunctum habet & traditum, ita ſe habentibus remotis atque interioribus cauſis. Ut enim Dij certi, certas apud vos habent tutelas, licentias, poteſtates, neque eorum ab aliquo id, quod ejus non ſit poteſtatis ac licentiæ, poſtulatis: ita unius pontificium Chriſti eſt, dare animis ſalutem, & ſpiritum perpetuitatis apponere. Si enim patrem creditis Liberum dare poſſe vindemiam, medicinam non poſſe: ſi Cererem fruges, ſi Æſculapium ſanitatem, ſi Neptunum aliud, aliud poſſe Junonem, Fortunam, Mercurium, Vulcanum, rerum eſſe ſingulos certarum ac ſingularum datores: & hoc neceſſe à nobis eſt, ut debeatis accipere, à nullo animas poſſe vim vitæ atque incolumitatis accipere, niſi ab

eo, quem rex ſummus huic muneri officioque præfecit. Hanc omnipotens Imperator eſſe voluit ſalutis viam: hanc vitæ, ut ita dixerim, januam. Per hunc ſolum eſt ingreſſus ad lucem, neque aliàs datum eſt vel irrepere, vel invadere, cæteris omnibus clauſis atque inexpugnabili arce munitis. Licet ergo tu purus, & ab omni fueris vitiorum contaminatione purgatus, conciliaveris illas atque inflexeris poteſtates, ad cœlum redeunti ne vias cludant atque obſepiant tranſitum, ad immortalitatis accedere nullis poteris contentionibus præmium, niſi, quod ipſam immortalitatem facit, Chriſto attribuente perceperis, & veram fueris admiſſus ad vitam. Nam quod nobis objectare conſueſtis, novellam eſſe religionem noſtram, & ante dies natam propemodum paucos, neque vos potuiſſe antiquam & patriam linquere, & in barbaros ritus peregrinoſque traduci, ratione iſtud intenditur nulla. Quid enim ſi hoc modo culpam velimus infligere prioribus illis atque antiquiſſimis ſeculis, quod inventis frugibus glandes ſpreverint, & repudiaverint arbuta? Quod corticibus contegi, & amiciri deſierint pellibus, poſtquam veſtis excogitata eſt textilis, uſu & commoditate ſuccinctior? aut quod ſtructis domibus, & lautioribus ſucceſſibus inſtitutis, non antiquas adamaverint caſulas, nec ſub rupibus & cavernis præoptaverint ut beluæ permanere? Commune eſt omnibus, & ab ipſis penè incunabulis traditum, bona malis anteferre, inutilibus utilia præponere, & quod eſſe conſtiterit pretioſius, lætius, id conſectari & petere; in eoque defigere ſpem ſalutis, & ſalutarium commodorum. Itaque cum nobis intenditis averſionem à religione priorum, cauſam convenit ut inſpiciatis, non factum: nec quid reliquerimus opponere, ſed ſecuti quid ſimus potiſſimum, contueri. Nam ſi mutare ſententiam culpa eſt ulla, vel crimen, & à veteribus inſtitutis in alias res novas voluntateſque migrare; criminatio

natio iſta & vos ſpectat, qui toties vitam conſuetudinemque mutaſtis; qui in mores alios, atque alios ritus priorum condemnatione tranſiſtis. Numquid enim quinque in claſſes habetis populum diſtributum, veſtri olim ut habuere majores? Numquid magiſtratus per populum creatis? Militaria, urbana, communia quæ ſint comitia, ſcitis? Servatis de cœlo, aut otioſas facitis obnunciationibus actiones? Cum paratis bella, ſignum monſtratis ex arce? aut fetialia jura tractatis? Per clarigationem repetitis res raptas? aut Martium diſcrimen obeuntes ſpem prælij ſumitis, & ex acuminibus auſpicatis? In poteſtatibus obeundis leges conſervatis annarias? in donis, in muneribus Cincias? in cohibendis Cenſorias ſumptibus? In penetralibus coliginis perpetuos fovetis focos? Sacras facitis menſas ſalinorum appoſitu, & ſimulacris Deorum? Cum in matrimonia convenitis, toga ſternitis lectulos, & maritorum Genios advocatis? Nubentium crinem cœlibari haſta mulcetis? Puellarum togulas Fortunam defertis ad virginalem? Matresfamilias veſtræ in atrijs operantur domorum, induſtrias teſtificantes ſuas? potionibus abſtinent vini? affinibus & propinquis oſculari eas jus eſt, ut ſobrias comprobent atque abſtemias ſe eſſe? In Albano antiquitus monte nullos alios licebat, quàm nivei tauros immolare candoris. Nonne iſtum morem religionemque mutaſtis, atque ut rufulos liceret dari Senatus conſtitutum ſanctione? Cum Romulo, Pompilioque regnantibus, percocta planè ac madida concremarentur dijs exta, nonne rege ſub Tullio ſemicruda cœpiſtis, & leviter animata porricere, priſca obſervatione contempta? Ante adventum in Italiam Herculis, cum ex Apollinis monitu patri Diti ac Saturno humanis capitibus ſupplicaretur, & hunc ſimiliter morem, non fraude callidula, & nominum ambiguitate mutaſtis? Cum igitur & vos ipſi modo illos mores, modo illas leges fueritis ſequuti,

quuti, multaque vel erroribus cognitis, vel animadverſione meliorum ſint à vobis repudiata, contemta; quid eſt à nobis factum contra ſenſum judiciumque commune, ſi majora & certiora delegimus, nec ſumus nos paſſi falſorum religionibus attineri? Sed novellum nomen eſt noſtrum, & ante dies paucos religio eſt nata, quam ſequimur. Ut interim concedam, id quos nobis objicitur intentionis eſſe non falſæ: quid eſt enim in negocijs hominum, quod vel opere corporis & manibus fiat, vel ſolius animi diſciplina & cognitione teneatur, quod non ex aliquo cœperit tempore, & in uſum exierit experientiamque mortalium? Ede an Philoſophia, Muſica, cæteræque omnes artes, quibus vita eſt, & culta, & expolita communis, cum hominibus natæ ſunt, & non potius nuper, quinimo penè paulo ante, agitari, intelligi, celebrarique cœperunt? Antequam Tages Thuſcus oras contingeret luminis, quiſquam hominum ſciebat, aut eſſe noſcendum, condiſcendumque curabat an fulminum caſibus, aut extorum aliquid ſignificaretur in venis? Quando ſiderum motus, aut ratio cœpta eſt genethliaca ſciri? non poſt Theutin Ægyptium, aut poſt Atlantem, ut quidam ferunt, geſtatorem, bajulum, tibicinem illum ac deſtinam cœli? Sed quid ego hæc parva? ipſi Dij immortales, quorum modo aditis templa, & numina ſuppliciter adoratis, ſicut veſtris literis atque opinionibus traditur, non eſſe, non ſciri ab temporibus cœperunt certis, & impoſitis nominum appellationibus nuncupari? Nam ſi verum eſt, ex Saturnio atque ejus uxore Jovem ſuis cum fratribus procreatũ; ante nuptias & partus Opis nuſquam fuerat Juppiter tam ſupremus, quàm Stygius: nuſquam ſali dominus, nuſquam Juno: quinimo alius nullus, genitoribus duobus exceptis, cœli habitabat in ſedibus: ſed ex eorum concubitu concepti, & nati ſunt, & ſpiritum hauſere vitalem. Certo ergo à tempore Deus eſſe Jupiter cœpit, certo

cultus

cultus & ſacrificia commereri, certo fratribus in poteſtatibus anteponi. Rurſus vero ſi Liber, Venus, Diana, Mercurius, Apollo, Hercules, Muſæ, Tyndaridæ Caſtores, ignipotenſque Vulcanus, Jove patre ſunt proditi, & genitore Saturnio procreati, antequam Memoria, quàm Alcmena, Maia, Juno, Latona, Leda, Dione, tum & Semela Dieſpitri factæ ſunt compreſſionibus fœtæ, nuſquam & hi gentium, nec in aliqua parte rerum fuere naturæ, ſed ex conventu Jovis inſeminati & nati ſunt, & aliquem ſenſum ſui habere cœperunt. Et hi quoque à tempore eſſe cœperunt certo, & in numero numinum, ſacrorum ad cærimonias invocari. Quod ipſum ſimiliter dicere tranſlatum in Minervam licebit. Si enim Jovis, ut aſſeveratis, ex cerebro ſine ullius ſeminis emicuit jactu; antequam eſt Dieſpiter genitus, & in utero matris corporeæ formam circumſcriptionis accepit, certum eſt utique Minervam non fuiſſe, neque rerum in numero, aut ulla eſſe in ſubſtantia computatam. Sed ex quo capite Jovis enata eſt, & eſſe res cœpit nonnulla in eſſentia conſtituta. Habet ergo primigenios ortus, & à certo cœpta eſt tempore Dea dici, ſacris in ædibus ſtatui, & inviolabili religione ſanciri. Quod cum ita ſe habeat, cum de novitate loquimini religionum noſtrarum, veſtræ vobis in mentem non veniunt, nec curatis inſpicere quando ſint exorti Dij veſtri, quas origines habeant, quas cauſas, vel ex quibus proruperint emicuerintque radicibus. Cujus eſt autem pudoris, quinimo, inverecundiæ cujus, quòd agere te videas, in eo alterum reprehendere? maledicti & criminis loco dare ea, quæ in te poſſint reciprocata viciſſitudine retorqueri? Sed quod agimus nos novum eſt, quod autem vos, priſcum eſt, & nimiæ vetuſtatis. Et quid iſtud aut vos juvat, aut noſtram cauſam rationemque contritat? Nova res eſt quam gerimus? quandoque & ipſa vetus fiet. Vetus quam vos agitis? ſed temporibus quibus

cœpit nova fuit ac repentina. Religionis autem auctoritas non eſt tempore æſtimanda, ſed numine: nec colere qua die, ſed quid, cœperis, convenit intueri. Ante quadringentos annos religio, inquit, veſtra non fuit. Et Dij veſtri non fuerunt ante millia annorum duo. Quibus iſtud rationibus colligi, aut quibus ſupputationibus poteſt? Non difficilibus, non obſcuris, ſed quas poſſit videre, qui volet, & contrectare, quemadmodum dicitur, manibus. Quis Jovem cum fratribus genuit? genialibus Opis adjunctus Saturnus, ut vos fertis, Cœlo atque Hecata procreatus. Quis Picum Fauni patrem, atque avum Latini? Saturnus, ut vos iidem veſtris ſcriptis atque auctoribus traditis. Ergo ſi hæc ita ſunt, ſequitur ut Picus & Jupiter germanitatis ſibi ſociati ſint jure, utpote uno ex ſanguine, unoque ex ſemine procreati. Conſentaneum eſt ita eſſe quod dicitur. Ab Jove & Pico quot ſunt generis uſque ad Latinum gradus? trini, ut indicat ſeries. Vultis Faunus, Latinus, & Picus, annis vixerint vicenis atque centenis? ultra enim negatur poſſe hominis vita produci. Æſtimatio juſta & liquida eſt. Trecenti ergo ſunt pleni, & ſexaginta poſt hos anni. Res ita eſt, ut indicat ſupputatio. Cujus ſocer Latinus fuit? Æneæ. Genitor is Aſcanij. cujus? Albani oppidi conditoris. Quot apud Albam regnatum eſt annis? quadringentis, & prope bis denis. Ætatis urbs Roma cujus eſſe in annalibus indicitur? Annos ducit quinquaginta & mille, aut non multum ab his minus. Ergo ab Jove, qui frater eſt Pici, quique pater eſt minorum, & reliquorum Deorum, anni ad hæc tempora propè millia duo ſunt, aut pleni, ut largiamur ætati. Quod cum redargui non poſſit, non tantum recens nata religio oſtenditur, quam obitis: ſed infantes, & parvulos eſſe ipſos adhuc Deos, quibus tauros atque alias hoſtias cum periculo corruptionis ſuggeritis, quos oportebat adhuc mammis, atque ſtillato lacte nutriri. At religiones veſtræ

multis

multis annis præcedunt noſtram, & eo ſunt veriores, quòd vetuſtatis auctoritate munitæ ſunt. Et quid eas prodeſt annis quamplurimis anteire, cum à certo cœperint tempore? aut ſpatij cujus ſunt millia annorum duo, ſeculorum tantis comparata cum millibus? Ac tamen ne cauſam tam longa prodere diſſimulatione videamur, niſi moleſtum eſt, dicite, omnipotens, & primus Deus novella vobis videtur res eſſe, & qui eum venerantes colunt, inauditas, incognitas, repentinas agitare atque inducere religiones? Eſt ne illo antiquius quicquam? aut quod eum præcedat re, tempore, nomine, poteſt aliquid inveniri? Nonne ſolus ingenitus, immortalis, & perpetuus ſolus eſt? Quis caput ac fons rerum eſt? non ipſe? Cui debet æternitas hoc ipſum, quod nuncupatur æternitas? non ipſi? Infinita ut prodeant ſecula, non ex ejus perpetuitate perficitur? indubitabile iſtud & verum. Non ergo quod ſequimur novum eſt, ſed nos ſero addidicimus, quidnam ſequi oporteat & colere: aut ubinam convenire, & ſpem ſalutis affigere, & ſalutaria ſubſidia collocare. Nondum enim affulſerat, qui viam monſtraret errantibus, & caligine in altiſſima conſtitutis cognitionis lumen immitteret, & ignorationis diſcuteret cæcitatem. Sed cauſa in hujuſmodi vertimur ſoli? Quid? vos Ægyptiaca numina, quibus Serapis atque Iſis eſt nomen, non poſt Piſonem & Gabinium Conſules in numerum veſtrorum retuliſtis Deorum? Quid? Phrygiam matrem, cujus eſſe conditor iudicatur vel Midas, vel Dardanus, non, cùm Hannibal Pœnus res Italas raperet, & terrarum expoſceret principatum, & noſſe, & ſcire cœpiſtis, & memorabili religione ſancire? Sacra Cereris, matris, non quòd vobis incognita eſſent, adſcita paulo antè, obtentum eſt ut Græca dicantur, novitatem ipſam teſtificante cognomine? Non doctorum in literis continetur, Apollinis nomen Pompiliana indigitamenta neſcire? Ex quo apparet, & liqui-

dum

dum eſt, & hunc vobis fuiſſe incognitum, poſt autem aliquando cœpiſſe eſſe & notum. Si quis igitur vos interroget, cur eorum numinum, quorum modò fecimus mentionem, tam ſerò ſuſceperitis cultum, reſponſuros vos certum eſt, aut quia illos nuper Deorum eſſe in numero neſciebamus, aut quia nunc ſumus à vatibus moniti, aut quia in rebus aſperrimis beneficijs eorum ſumus auxilijſque ſervati. Quod ſi à vobis rectè exiſtimabitis dici, & ex noſtris partibus ratione conſimili exiſtimatote eſſe reſponſum. Religio noſtra nunc nata eſt: nunc enim miſſus advenit, qui eam nobis oſtenderet, qui in ejus induceret veritatem, qui Deus monſtraret quid ſit, qui ad ejus nos cultum ab rebus opinabilibus avocaret. Et quid, inquit, eſt viſum Deo regi atque principi, ut ante horas, quemadmodum dicitur, pauculas ſoſpitator ad vos Chriſtus cœli ex arcibus mitteretur? Interrogamus & vos contrà: quæ cauſa, quæ ratio eſt, ut non ſuis aliquando reddantur menſibus tempora, ſed ſerius hiems, ſerius æſtas, atque autumnitas fiant? Cur poſt meſſes arefactas, atque extincta frumenta, nonnunquam decidant pluviæ, quas rebus oportuit incolumibus labi, atque temporis oportunitatibus miniſtrari. Immo illud exquirimus potius, cur ſi Herculem oportuit naſci, ſi Æſculapium, Mercurium, Liberum, alioſque nonnullos, qui & concilijs adjungerentur Deorum, & mortalibus aliquid utilitatis afferrent, tam ſerò à Jove ſint proditi, ut ſola illos poſteritas ſciret, ſuperiorum verò ignoraret antiquitas? Rationem aliquam fuiſſe dicetis? Ratio ergo & hic fuit, cur non nuper, ſed hodie ſoſpitator noſtri generis adveniret. Quænam igitur ratio eſt? Non imus inficias neſcire nos. Neque enim promptum eſt cuiquam Dei mentem videre, aut quibus modis ordinaverit res ſuas. Homo animal cæcum, & ipſum ſe neſciens, nullis poteſt rationibus conſequi quid oporteat fieri, quando, vel quo genere. Ipſe

rerum

rerum cunctarum pater, moderator, & dominus ſcit id ſolus. Nec ſi ego nequivero cauſas vobis expromere, cur aliquid fiat illo vel hoc modo, continuò ſequitur ut infecta fiant quæ facta ſunt, & amittat res fidem, quæ generibus virtutum tantis & poteſtatum indubitabilis eſſe monſtrata eſt. Tu opponas, & referas, cur tam ſerò emiſſus eſt ſoſpitator? In infinitis perpetuis ſeculis nihil omnino dicendum eſt ſerum. Ubi enim finis, & initium nullum eſt, nihil præmaturum eſt, nihil tardum. Tempus enim à finibus & extremitatibus noſcitur, quæ habere non poteſt ſeries & immoderata continuatio ſæculorum. Quid enim ſi res ipſæ, quibus opem conveniebat ferri, oportunitatem iſtam temporis exigebant? Quid ſi alterius conditionis antiqua, alterius fuere ſequentia? Quid ſi priſcis aliter ſubveniri, aliter debuit poſterioribus conſuli? Nonne literas auditis commemorantes veſtras, fuiſſe homines olim Semideos, Heroas, cum immanibus corporibus atque vaſtis? Non infantes ſub uberibus matrum Stentoreos legitis edidiſſe vagitus, quorum oſſa varijs in regionibus eruta, vix repertoribus fecerunt fidem, humanorum reliquias eſſe membrorum? Poteſt ergo fieri, ut tum demum emiſerit Chriſtum Deus omnipotens, Deus ſolus, poſtquàm gens hominum fractior, & infirmior cœpit noſtra eſſe natura. Si quod hodie factum eſt, ante millia fieri oportuiſſet annorum, feciſſet iſtud rex ſummus: aut ſi poſt totidem millia id, quod hodie factum eſt, debuiſſet impleri, nihil Deum cogebat neceſſarias temporum non expectare menſuras. Rationibus fixis peraguntur res ejus, & quod ſemel decretum eſt fieri, nulla poteſt novitate mutari. Cùm ergo, inquitis, omnipotenti ſervitis Deo, & eum habere confiditis ſalutis atque incolumitatis veſtrę curam, cur perſecutiones patitur perpeti vos tantas, atque omnia genera pœnarum & ſuppliciorum ſubire? Requirimus & nos contrà, cur & vos,

cùm tantos & tam innumeros colatis Deos, cumque illis ſedes conſtituatis ſacras, ſimulacra effingatis ex auro, animantium mactetis greges, acerras omnes turis plenis conjiciatis altaribus, cur non immunes agitis tot diſcriminibus, & procellis, quibus quotidie vos agunt exitiabiles multipliceſque fortunæ? Cur, inquam, Dij veſtri ceſſant à vobis avertere tot morborum & valetudinum genera, naufragia, ruinas, incendia, peſtilentias, ſterilitatem, amiſſionem pignorum, & proſcriptionem bonorum, diſcordias, bella, ſimultates, captivitates urbium, & ſublatis ingenuitatibus ſervitutes? Sed & nobis in hujuſmodi caſibus minimè auxiliatur Deus. Prompta & manifeſta cauſa eſt. Nihil enim eſt nobis promiſſum ad hanc vitam, nec in carunculæ hujus folliculo conſtitutis opis aliquid ſponſum eſt, auxilijque decretum. Quinimo edocti ſumus minas omnes, quæcunque ſunt, parvi ducere atque æſtimare fortunæ. Ac ſi quando ingruerit vis quæpiam gravior, qua finem neceſſe ſit conſequi vitæ, eam nec timere, nec fugere, quo facilius exui corporalibus poſſimus ex vinculis, & tenebroſam evadere cæcitatem. Itaque iſta, quam dicitis, perſecutionis aſperitas, liberatio noſtra eſt, non perſecutio: nec pœnam vexatio inferet, ſed ad lucem libertatis educet. Ut ſi aliquis brutus ac ſtolidus in carcerem hominem datum quæſtionum nunquam afficere ſe gravibus atque immanibus exiſtimet pœnis, niſi in ipſum ſæviat carcerem, materiam ejus comminuat atque urat; tectum, parietem, januas, parteſque alias operis renudet, dejiciat, affligat, neſciens hoc facto ei, cui videatur officere, dari ab ſe lucem, & ſceleratam eripi cæcitatem: itidem & vos flammis, exilijs, cruciatibus, beluis, quibus corpora lancinatis & diu vexatis noſtra, non vitam eripitis nobis, ſed pelliculis relevatis & cutibus vos neſcij: & quantum inſtatis & pergitis in effigies has noſtras ſpecieſque ſævire, tantum

tum artis & gravibus relevatis nos vinculis, & ad lumen efficitis circumciſis nexibus evolare. Quare homines abſtinete quæſtionibus vacuis impedire ſpes veſtras: nec, ſi aliter quàm vos putatis, aliquid ſe habet, veſtris potius opinionibus credere, quàm rei debetis auguſtæ. Urgent tempora periculis plena, & exitiabiles imminent pœnæ: confugiamus ad ſalutarem Deum, nec rationem muneris exigamus oblati. Cùm de animarum agitur ſalute, ac de reſpectu noſtri, aliquid & ſine ratione faciendum eſt, ut Epictetum dixiſſe approbat Arrianus. Dubitamus, ambigemus, nec eſſe quod dicitur plenum fidei ſuſpicamur: committamus nos Deo, nec plus apud nos valeat incredulitas noſtra, quam illius nominis & potentiæ magnitudo: ne dum ipſi nobis argumenta conquirimus, quibus eſſe videatur falſum id, quod eſſe nolimus atque abnutemus verum, obrepat dies extremus, & inimicæ mortis reperiamur in faucibus.

LIB. II. EXPLICIT.

ARNOBII
DISPVTATIONVM
ADVERSVS GENTES
LIBER TERTIUS.

IAMDUDUM quidem criminibus his omnibus, maledictionibus potius, ut vera dicamus, ab excellentibus parte in hac viris, & veritatem istam commeritis nosse, satis plenè accurateque responsum est: neque apex ullus ullius prætermissus est quæstionis, qui non sit modis mille, & rationibus validissimis refutatus. Non est igitur necessarium parte in hac causæ diutius immorari. Neque enim res stare sine assertoribus non potest & religio Christiana: aut eo esse comprobabitur vera, si adstipulatores habuerit plurimos, & auctoritatem ab hominibus sumpserit. Suis illa contenta est viribus, & veritatis propriæ fundaminibus nititur: nec spoliatur vi sua, etiamsi nullum habeat vindicem: immo si linguæ omnes contra faciant, contraque nitantur, & ad fidem illius abrogandam consensionis unitæ animositate conspirent. Nunc ad ordinem revertamur, à quo sumus necessario paulo ante digressi: ne diutius interrupta defensio palmam criminis comprobati calumniatoribus concessisse dicatur. Subjiciunt enim hæc: si vobis divina res cordi est, cur alios nobiscum neque Deos colitis, neque adoratis, nec cum vestris gentibus communia sacra miscetis, & religionum conjungitis ritus? Possumus interim dicere, ad cultum divinitatis obeundum satis est nobis Deus primus: Deus

inquam

inquam primus, pater rerum ac dominus, conſtitutor moderatorque cunctorum: in hoc omne, quod colendum eſt, colimus: quod adorari convenit, adoramus: quod obſequium venerationis expoſcit, venerationibus promeremur. Cùm enim divinitatis ipſius teneamus caput, à quo ipſa divinitas divorum omnium, quicunque ſunt, ducitur, ſupervacuum putamus perſonas ire per ſingulas: cùm & ipſi, qui ſint & quæ habeant nomina neſciamus: & cujus ſint præterea numeri, neque liquidum, neque comprehenſum, neque exploratum habere poſſimus. Atque ut in terreſtribus regnis neceſſitate nulla compellimur, regalibus in familijs conſtitutos nominatim cum Principibus adorare, ſed in regum ipſorum cultu, quidquid illis annexum eſt, tacita & ſe ſentit honorificentia comprehendi: non alia ratione quicumque hi Dij ſunt, quos eſſe nobis proponitis: ſi ſint progenies regia, & principali oriuntur è capite, etiam ſi nullos accipiant nominatim à nobis cultus, intelligunt ſe tamen honorari communiter cum ſuo rege, atque in illius venerationibus contineri. Et hoc quidem à nobis fuerit ita prolatum, ſi modò liquet & conſtat præter ipſum regem & principem eſſe alia etiamnum capita, quæ digeſta & ſeparata per numerum, velut quendam populum plebeiæ multitudinis faciant. Neque nobis in ædibus ſacris effigies pro Dijs, & illa ſimulacra velitis oſtendere: quæ intelligitis vos quoque, at recuſatis & renuitis confiteri, viliſſimi eſſe formas luti, & fabrorum figmenta puerilia. At cum de re loquimur divina vobiſcum, hoc ut oſtendatis expoſcimus, eſſe Deos alios natura, vi, nomiue: non in ſimulacris propoſitos, quos videmus, ſed in ea ſubſtantia, in qua conveniat æſtimari tanti eſſe nominis oportere virtutem. Sed conſilium non eſt parte in hac cauſæ diutius immorari, ne lites maximas concitare, ac tumultuoſa conſerere videamur velle certamina. Sit iſta, ut prædicatis,

dicatis, plebs numinum, ſint Deorum innumeræ gentilitates: adſtipulamur, acquieſcimus, connivemus, nec in aliqua quæſtione dubitabile iſtud, ambiguumque configimus. Illud tamen à vobis audire expoſcimus & rogamus, unde vobis compertum eſt, vel quibus rationibus comprehenſum, hiſne Dij ſint in cœlo, quos eſſe exiſtimatis & colitis; an neſcio qui alij, opinionis & nominis inauditi? Poteſt enim fieri, ut hi ſint, quos eſſe non remini; & quos eſſe confiditis, in nulla inveniantur parte naturæ. Neque enim cœli aliquando ſubvolaſtis ad ſidera, ſingulorum facies atque ora vidiſtis: & quos eſſe memineritis illic Deos, eoſdem hic colere, tanquam notos inſtituiſtis ac viſos. Sed & illud rurſus deſideramus audire à vobis, impoſitáne habeant hæc nomina, quibus eos vocatis, an ipſi hæc ſibi diebus impoſuerint luſtricis? Si divina hæc ſunt & cœleſtia nomina, quis detulit ad vos ea? Sin autem à vobis appoſitas appellationes has habent, quemadmodum potuiſtis vocabula his dare, quos neque videbatis aliquando, neque quales, aut qui eſſent in ulla cognitione noratis? Sed ut vultis & creditis, atque ut vobis perſuaſum eſt, hi Dij ſint: nominibus appellentur his etiam, quibus eos populares cenſeri popularis vulgaritas ducit: unde tamen vobis ſcire, quot nominis hujus cenſum compleant, etſi ſint aliqui vobis in cognitionem, in uſum aliquando notitiamque perlati? Neque enim ſciri eſt facile, definita & certa ſit eorum numeri multitudo: an ſine ulla populoſitas ſumma ſit, nec computationis alicujus rationibus terminata. Fingamus enim vos Deos mille percolere, vel millia potius quinque: at in rerum natura poteſt forſitan fieri, ut Deorum millia centum ſint; poteſt ut hoc amplius; immo, quod diximus paulo antè, poteſt Deorum ſumma eſſe nulla, nec numerabili circumſcriptione finita. Aut igitur & vos impij, qui præter Deos paucos reliquorum officia non obitis: aut ſi vobis veniam cæterorum

rorum ignorantiæ poſtulatis, eandem & nobis conciliabitis veniam, ſi pro parte conſimili eorum religionibus abſtinemus, quos eſſe omnino neſcimus. Et tamen, ne nos quiſquam pervicaciter arbitretur ſacramenta nolle ſuſcipere cæterorum, quæcunque ſunt, numinum: devotas etenim mentes & manus protendimus ſupplices, neque aſpernamur, quocunque invitaveritis, accedere: ſi modò diſcamus quinam iſti ſint divi, quos nobis ingeritis, & quos par ſit adjungi ſummi regis ac principis venerationi. Saturnus, inquit, & Janus, & Minerva, Juno, Apollo, Venus, Triptolemus, Hercules, Æſculapius, & cæteri, quibus magnificas ædes cunctis penè in urbibus religioſa conſecravit antiquitas. Invitare nos forſitan ad iſtorum numinum potuiſſetis cultum, ſi non ipſi vos primi opinionum turpium fœditate talia de illis confingeretis, quæ non modò illorum polluerent dignitatem, ſed minimè illos eſſe qualitatibus comprobaretis adjunctis. Adduci enim primum hoc ut credamus non poſſumus, immortalem illam, præſtantiſſimamque naturam diviſam eſſe per ſexus, & eſſe partem unam mares, partem eſſe alteram fœminas. Quem quidem locum plenè jamdudum homines pectoris vivi, tam Romanis literis explicavere, quàm Græcis: & ante omnes Tullius Romani diſertiſſimus generis, nullam veritus impietatis invidiam, ingenuè, conſtanter, & liberè, quid ſuper tali opinatione ſentiret, pietate cum majore monſtravit. A quo ſi res ſumere judicij veritate conſcriptas, non verborum luculentias pergeretis: perorata eſſet & hæc cauſa: nec ſecundas ut dicitur actiones nobis ab infantibus poſtularet. Sed quid aucupia verbornm, ſplendoremque ſermonis peti ab hoc dicam, cùm ſciam eſſe non paucos, qui averſentur & fugiant libros de hoc ejus, nec in aurem velint admittere lectionem opinionum ſuarum præſumpta vincentem? cumque alios audiam muſſitare indignanter, & dicere:

cere : oportere ſtatui per Senatum , aboleantur ut hæc ſcripta , quibus Chriſtiana religio comprobetur , & vetuſtatis opprimatur auctoritas ? Quinimo ſi fiditis exploratum vos dicere quicquam de Dijs veſtris , erroris convincite Ciceronem , temeraria & impia dictitare refellitote, redarguite , comprobate. Nam intercipere ſcripta , & publicatam velle ſubmergere lectionem , non eſt Deos defendere , ſed veritatis teſtificationem timere. Ac ne tamen & nobis inconſideratus aliquis calumniam moveat , tanquam Deum quem colimus , marem eſſe credamus, ea ſcilicet cauſa, quòd eum, cùm loquimur, pronunciamus genere maſculino : intelligat non ſexum , ſed uſu, & familiaritate ſermonis appellationem ejus , & ſignificantiam promi. Non enim Deus mas eſt , ſed nomen ejus generis maſculini eſt : quod idem vos dicere religione in veſtra non quitis. Nam conſueſtis in precibus , ſive tu Deus es , ſive Dea , dicere : quæ dubitationis exceptio dare vos Dijs ſexum dijunctione ex ipſa declarat. Adduci ergo non poſſumus , ut corpora credamus Deum. Nam neceſſe eſt corpora, ſi ſunt mares ac fœminæ, in ſignificatu eſſe è generū diſtinctione. Quis enim vel exigui ſenſus neſcit terrenorum ab illo animantium conditore non alia de cauſa generis diverſi ſexus inſtitutos eſſe atque formatos, niſi ut per coïtus & connubia corporum res caduca & labilis, ſucceſſionis perpetuæ innovatione duraret ? Quid ergo ? dicemus Deos procreare ? Deos naſci ? & idcirco his additas genitalium membrorum partes , ut ſufficere prolem poſſent, & nova quàque ſuboriente fœtura, quidquid prior ætas abſtuliſſet , recidiva ſubſtitutio ſubrogaret ? Ergo ſi hæc ita ſunt, id eſt, ſi Dij procreant ſuperi , & ſi per has leges experiuntur ſe ſexus, ſuntque immortales, nec frigoribus fiunt ſenectutis effœti, ſequitur ut debeant plena eſſe Dijs omnia , neque innumeros cœlos eorum capere multitudinem poſſe: ſiquidem & ipſi perpetuò generant,

nerant, & per ſuboles ſubolum multiplicata ſemper innumerabilitas ampliatur; aut ſi obſcœnitas coëundi, ita ut decet, ab Dijs abeſt, quæ cauſa ratioque monſtrabitur, cur inſigniti ſint his locis, quibus ſexus ſe ſolent libidinum propriarum admonitionibus recognoſcere? Neque enim veri eſt ſimile haberi hæc fruſtra, aut improvidam in illis ſuave ludere voluiſſe naturam, ut eos his partibus aggeraret, quibus utendum non eſt. Ut enim ad uſus certos, manus, pedes, oculi, cæteraque conſtructio membrorum ſua quæque in officia conſtituta eſt, ita convenit credere in ſui muneris functionem has eſſe partes comparatas: aut confidendum eſt in Deorum corporibus eſſe aliquid vacuum, quod ſit fruſtra atque inaniter fabricatum. Quid dicitis ô ſancti atque impolluti Antiſtites religionum? Habent ergo Dij ſexus, & genitalium membrorum circumferunt fœditates, quas etiam ex oribus verecundis infame eſt ſuis appellationibus promere? Quid ergo jam ſupereſt, niſi ut eos credamus immundorum quadrupedum ritu, in libidinum furias geſtire, cupiditatibus rabidis ire in mutuas complexiones, & ad poſtremum fractis diſſolutiſque corporibus, voluptatis enervatione langueſcere? Et quoniam quædam ſunt fœminarum generis propria, ſequitur ut eas quoque credamus circumactis perſolvere ſuas menſibus leges: faſtidioſos ducere atque habere conceptus, aboriri, perferre, & præpropero partu ſeptimanas edere aliquando feturas. O pura, ô ſancta, atque ab omni turpitudinis labe diſparata atque abjuncta divinitas! Avet animus, atque ardet in chalcidicis illis magnis, atque in palatijs cœli Deos Deaſque conſpicere intectis corporibus atque nudis, ab Jaccho Cererem, muſa ut prædicat Lucretij, mammoſam, Helleſpontiacum Priapum inter deas virgines atque matres circumferentem res illas, præliorum ſemper in expeditione paratas. Avet, inquam, videre deas gravidas, deas fetas, gliſcentibuſque

tibuſque per dies alvis inteſtini ponderis moroſitate cunctari, parturire alias tractu longo, & manus obſtetricias quærere: alias telis gravibus, & dolorum acuminibus fixas ejulare, tortari, & inter hæc omnia ſuppetias Junonis implorare Lucinæ. Nónne multo eſt rectius maledicere, convitiari, atque alia ingerere Dijs probra, quàm obtentu pio talia de his monſtra opinionum indignitate præſumere? Et audetis adſcribere cauſam nobis offenſionis Deorum, cùm ſi judicatio fiat certiſſima, in vobis reperiatur hæc eſſe, & in contumelia, quam opinamini, ſtare? Nam ſi Dij, ut dicitis, afficiuntur ira, & animorum indignationibus incaleſcunt: cur eos non putemus ægrè atque acerrimè ſuſtinere, dari ſibi à vobis ſexus, quibus canes porcique formati ſunt? & cùm ita credatis, non aliter ſe fingi, & ignominioſa cum oſtentatione proponi? Ergo cùm hæc ita ſint, miſeriarum omnium cauſa vos eſtis, vos Deos impellitis, vos excitatis infeſtare omnibus malis terras, & nova quæque quotidie ſtruere, quibus ulciſci ſe poſſint tot à vobis injurijs & maledictionibus exaſperati. Maledictionibus, inquam, & injurijs, quas partim fabulis turpibus, partim opinionibus indecoris, quas veſtri Theologi, quas Poëtæ, quas ipſi vos quoque ignominioſis celebratis in ritibus, res perditas invenietis humanas, & abjeciſſe clavum Deos, ſi modo illorum curam ſpectat, mortalium regere atque adminiſtrare fortunas. Nam nobis quidem cur iraſcantur, non habent: quos vident & ſentiunt, neque ſe colere, neque deridere, quod dicitur, & honeſtius quàm vos multo de ſui nominis dignitate exiſtimare, credere. De ſexu hactenus. Nunc ad ſpeciem veniamus & formas, quibus eſſe deſcriptos Deos ſuperos creditis: quibus immo formatis, & templorum ampliſſimis collocatis in ſedibus. Neque quiſquam Judaicas in hoc loco nobis opponat & Sadducæi generis fabulas, tanquam formas tribuant atque os

Deo.

Deo. Hoc enim putatur in eorum literis dici, & ut vel re certa, atque auctoritate firmari: quæ aut nihil ad nos attinent, nec ex aliqua portione quicquam habent commune nobiſcum: aut ſi ſunt, ut creditur, ſociæ, quærendi ſunt vobis altioris intelligentiæ doctores, per quos poſſitis addiſcere, quibus modis conveniat literarum illarum nubes, atque involucra relaxare. Noſtra de hoc ſententia talis eſt: naturam omnem divinam, quæ neque eſſe cœperit aliquando, nec vitalem ad terminum ſit aliquando ventura, liniamentis carere corporeis, neque ullas formarum effigies poſſidere, quibus extima circumſcriptio membrorum ſolet coagmenta finire. Quidquid enim tale eſt, mortale eſſe arbitramur & labile: nec obtinere perpetuam poſſe credimus ævitatem, quod extremis coërcitum finibus neceſſaria circumcludit extremitas. At verò vos Deos parum eſt formarum quòd amplectimini menſione, filo & adterminatis humano; & quod indignius multo eſt, terrenorum corporum circumcæſura finitis. Quid ergo? dicemus caput Deos geſtare tereti rotunditate collectum, retinaculis nervorum dorſo illigatum ac pectori, & ad cervicum neceſſarias flexiones conſertionibus verticum, atque oſſea ſubſtructione fulciri? Quod ſi accipiemus ut verum ſit, aures etiam ſequitur ut habeant curvis perterebratas amfractibus: oculorum orbiculos mobiles, ſuperciliorum marginibus obumbratos: ſuſpenſum imbricem narium, munctionibus mucculentis & ſpiritali commeabilem tractui: ſubactionibus ciborum dentes trini generis, atque in officia trina compoſitos: manus miniſtras operum, articulis, digitis, & cubitorum mobilitate tractabiles: corporibus ſuſtinendis pedes, explicandis greſſibus, & ſuggerendis anticipationibus itionum. Quod ſi ea, quæ prompta ſunt, conſentaneum eſt & illa portari, quæ ſub coſtis, earumque ſub cratibus cutes contegunt, atque omentorum membranulæ, gurguliones,

ventriculos, lienes, pulmones, veſiculas, jecora, inteſtinorum volubilium tractus, & per omnia viſcera commeantes purpurei ſanguinis venas, cum arterijs ſpiritalibus conjugatas. An numquid cœleſtium corpora fœditatibus his carent? & quoniam cibis mortalibus abſtinent, edentulos eos eſſe parvulorum credendum eſt ritu? & viduatos interioribus cunctis, tanquam utres ſufflatos, turgidorum corporum inanitate pendere? Quid, quòd ſi hæc ita ſunt, erit vobis neceſſarium contueri, ſimiléſne ſint Dij omnes, an formarum diſpari circumſcriptione teneantur? Si enim par cunctis, atque una eſt omnibus ſimilitudinis ſpecies, nõ abſurdum eſt credere errare eos, falliq́ue cognitionis in mutuæ comprehenſione. Sin autem gerunt diſcrimen in vultibus, ſequitur ut intelligi debeat, non alia de cauſa diſſimilitudines his datas, niſi ut ſinguli ſe poſſent differentium ſignorum proprietatibus noſcitare. Ergo eſſe dicendum eſt quoſdam capitones, ſiluculos, frontones, labeones? in his alios mentones, nævios, atque naſicas: hos diſplofis naribus, illos reſimis: nonnullos turgentibus malis, aut buccarum cumulatione ſaccibucces: nanos, longos, medios, macilentos, pingues, craſſos: hos capillorum intortionibus criſpulos, calvitijs alios & glabritatibus raſos: neque opinari nos falſo, veſtræ & produnt atque indicant officinæ. Siquidem cùm facitis atque informatis Deos, hos crinitos effingitis, alios leves, ſenes, juvenes, pueros, aquilos, cæſios, ravos, ſeminudos, intectos, aut, ne frigus incommodet, fluidarum veſtium ſuperjectione perfuſos. Quiſquamne eſt hominum rationis alicujus ſapore contactus, qui pilos & lanugines credat in Deorum corporibus naſci? qui annorum in illis ineſſe diſcrimina? qui & per varias tegminum atque amictuum formas veſtitos hos ire, atque ab æſtibus ſeſe frigoribuſq́ue tutari? Quod qui habet verum, & hoc neceſſe eſt tanquam verum accipiat, eſſe Deos fullones, eſſe tonſores?

ſores: qui vel ſacras eluant veſtes, vel capillos imminuant ſylveſcentium crinium velleribus involutos. Itáne iſtud non turpe, non impietatis & contumeliæ plenum eſt, moribundi & caduci animantis liniamenta Dijs dare? infignire his partibus, quas enumerare, quas perſequi probus audeat nemo, nec ſine ſummæ fœditatis horrore, mentis imaginatione concipere? Hoccine eſt illud faſtidium veſtrum, ſapientia hæc arrogans, qua deſpuitis nos ut rudes, atque omnem ſcientiam remini rerum vobis divinarum patere? Ægyptiorum ridetis ænigmata, quòd mutorum animantium formas divinis inſeruerint cauſis, eaſdemque quòd ſpecies multo ture accipiant, & reliquo cæremoniarum paratu: vos effigies hominum, tanquam Deorum veneramini poteſtates, nec pudet his ora terreni animalis imponere; erroris alios & ſtultitiæ condemnare, & in erroris ejuſdem ſimilitudine ac vitio deprehendi. Niſi fortè dicetis, alias quidem eſſe Dijs formas, ſed honoris & dicis cauſa ſpecies vos eis accommodaviſſe mortalium. Quod majoris multo eſt contumeliæ, quàm erroris aliquid ignoratione feciſſe. Nam ſi vos fateremini id, quod veſtra ſuſpicio credidiſſet, formamentis adtribuiſſe divinis, minus erat injuriæ præſumpta in opinatione peccaſſe. Nunc verò, cùm aliud creditis, & aliud fingitis, & in eos eſtis contumelioſi, quibus id attribuitis, quod eos confitemini non eſſe: & irreligioſi eſſe monſtramini, cum id adoratis quod fingitis, non quod in re eſſe, ipſaque in veritate eſt, cenſetis. Si aſelluli, canes, porci, humanum aliquid ſaperent, fingendique haberent artes, ijdemque nos vellent cultu aliquo proſequi, & ſtatuarum conſecrationibus honorare, quantas nobis irarum flammas, indignationum quos turbines concitarent, ſi ſuorum corporum formas noſtra vellent portare atque obtinere ſimulacra? Quantas, inquam, irarum flammas ſuffunderent, excitarent, ſi urbis conditor Romulus aſi-

nina ſtaret in facie, ſi ſanctus Pompilius in canina, ſi porcina ſub ſpecie nomen eſſet Catonis, aut Marci Ciceronis inſcriptum? Ita ergo ſtoliditatem veſtram non rideri, ſi rident, veſtris aut numinibus remini? aut, quoniam cenſetis affici eos ira, non inſanire, non fuerere, neque pro injurijs & contumelijs tantis ultum ire ſe velle, jaculariſque in vos ea, quæ dolor ſuetus eſt jacere, & offenſionis acerbitas comminiſci? Quanto fuerat rectius elephantorum his formas, pantherarum, aut tigridum, taurorum, equorumque donare? Nam quid in homine pulchrum eſt, quid quæſo admirabile, vel decorum, niſi quod & clurino cum pecore neſcio quis auctor voluit eſſe commune? Sed ſi vobis, inquiunt, noſtra opinatio diſplicet, vos demonſtrate, vos dicite, qua ſit Deus præditus forma. Si veram vultis audire ſententiam, aut nullam habet Deus formam: aut ſi informatus eſt aliqua, ea quæ ſit, profectò neſcimus. Neque enim quod vidimus nunquam, neſcire eſſe ducimus turpe: aut ea re prohibemur aliorum ſententias refutare, quia ſuper hoc noſtram nullam ipſi ſententiam promimus. Ut enim ſi vitreus eſſe dicatur mundus, ſi argenteus, ferreus, vel ex fragili conglobatus & fabricatus teſta, non dubitemus falſum eſſe contendere, quamvis quæ ſit ejus materia neſciamus: ita cùm de ſpecie agatur Dei, quam perhibetis convincimus non eſſe, etiamſi quæ ſit minus poſſumus explicare. Quid ergo, inquiet aliquis, non audit Deus? non loquitur? non ante ſe poſitas res videt? non intuetur? Suo forſitan genere, non noſtro. Neque enim veri aliquid ſcire tanta in re poſſumus, aut ſuſpicionibus indagare: quas eſſe apud nos liquet inſtabiles, lubricas, & vanorum ſimilitudines ſomniorum. Si enim dixerimus ijſdem illum rationibus videre, quibus & nos videmus: ſequitur ut intelligi debeat ſuperjectas pupulis eum habere membranulas, connivere, nictare, radijs aut imaginibus cernere, aut quod oculis commu-

commune eſt omnibus, ſine alterius luminis commixtione nihil omnino conſpicere. Quod ipſum ſimiliter de auditu, ac de eloquij forma, & verborum prolatione dicendum eſt. Si per aures audiat, eas quoque habere flexuoſis tramitibus perforatas, quà irrepere vox poſſit ſenſum nunciatura ſermonis: aut ſi verba ore funduntur, labia habere cum dentibus, quorum inflictu & mobilitate multijuga lingua ſonos articulet, & vocem in verba conformet. Si noſtri animi motum non recuſatis audire, tantum abeſt, ut nos Deo corporalia liniamenta tribuamus, ut animorum etiam decora, ipſaſque virtutes quibus eminere vix conceſſum eſt paucis, tantæ rei vereamur adſcribere. Quis enim Deum dixerit fortem, conſtantem, frugi, ſapientem? quis probum? quis ſobrium? quis immo aliquid noſſe? quis intelligere? quis providere? quis ad fines officiorum certos actionum ſuarum decreta dirigentem? Humana ſunt hæc bona, & ex oppoſitione vitiorum exiſtimationem meruerunt habere laudabilem. Quis eſt autem tam obtuſi pectoris, tam bruti, qui humanis bonis Deum eſſe dicat magnum? aut ideo nominis majeſtate præcellere, quod vitiorum careat fœditate? Quidquid de Deo dixeris, quidquid tacitæ mentis cogitatione conceperis, in humanum tranſilit & corrumpitur ſenſum: nec habet propriæ ſignificationis notam, quod noſtris dicitur verbis, atque ad negocia humana compoſitis. Unus eſt hominis intellectus de Dei natura certiſſimus, ſi ſcias & ſentias, nihil de illo poſſe mortali oratione depromi. Et hæc verò prima eſt veſtrorum numinum contumelia, quam de formis, & ſexibus boni ſcilicet vindices, & religioſi conſtituiſtis auctores. Illud verò, quod ſequitur, quale eſt, quòd Deos nobis inducitis alios fabros, alios medicos, alios lanarios, nautas, cithariſtas, aulœdos, venatores, paſtores, & quod ſupererat, ruſticos? Ille, inquit, muſicus Deus eſt: & hic alter divinus eſt. Cæteri enim

Dij non ſunt, & ventura prædicere inſcitia neſciunt, atque ignorantia futurorum. Obſtetriciis ille informatus artibus, medicorum alius inſtitutus eſt diſciplinis. Ergóne ſinguli ſua in re pollent, nec in auxilium vocati alienis poſſunt in partibus ſubvenire? Hic in ſermone facundus eſt, atque in verborum continuationibus promptus: bardi enim ſunt alij, nec poſſunt aliquid ſcitum, ſi oratio facienda eſt, eloqui. At rogo, quæ ratio eſt, quæ tam dura neceſſitas, quæ cauſa, ut artificia hæc ſuperi tanquam viles noverint atque habeant ſellularij? In cœlo enim cantatur & pſallitur, ùt intervalla & numeros vocum novem conſerant ſcitulæ ac modulentur ſorores? Sunt in ſidereis motibus ſilvæ, ſunt luſtra, ſunt nemora, ut venationum præpotens habeatur in expeditionibus Diana? Imminentia Dij neſciunt, & ſortibus vivunt, agitanturque fatalibus, ut quid cuique craſtinus dies ferat aut hora, Latonius explicet atque aperiat vates? ipſe alio impletur Deo, & vi numinis premitur exagitaturque majoris, ut meritò dicatur habeaturque divinus? Corripiuntur Dij morbis, & vulnerari, vexari aliqua ex re poſſunt? ut, cum exegerit ratio, auxiliator ſubveniat Epidaurius? Parturiunt, pariunt, ut difficiles puerperiorum tricas Juno mulceat, corripiatque Lucina? Rem ruſticam tractant, aut curant militaria munera, ut flammipotens Vulcanus fabricetur his enſes, aut ruris ferramenta procudat? Veſtis indigent tegmine, ut virgo Tritonia curioſe ijs ſtamen neat; & qualitate pro temporis, aut trilices tunicas, aut de ſerico & ſine onere imponat? Accuſant, & diluunt crimina, ut Atlantea progenies eloquij primas ferat ſtudioſa exercitatione quæſiti? Erras, inquitis, & falleris: non enim ipſi opifices Dij ſunt, ſed ingenijs hominum ſubjiciunt has artes, atque ut vita ſit inſtructior, tradunt ſcienda mortalibus. Sed qui aliquam ſubjicit ignaro ac neſcio diſciplinam, ſolertemque hunc efficere nonnullius operis

ſcientia

ſcientia contendit, ſciat ipſe neceſſe eſt primus id, quod alterum docere conſtituit. Neque enim traditor alicujus eſſe ſcientiæ potis eſt, ut non ejus quod tradit præcepta habeat cognita, & rationem teneat exercitatiſſimè comprehenſam. Dij ergo ſunto artifices, primi ſunto: ſive quòd, ipſi ut dicitis, ſubdunt ſcientiam mentibus: ſive quod immortales & geniti nunquam, genus omne terrenum vetuſtate temporis antecedunt. Hoc eſt ergo quod quæritur, cùm ſit nullus apud ſuperos artibus his locus, neque uſus illorum, neque natura depoſcat ingenioſum aliquid, aut ſellularium ſcire: cur eſſe dicatis in alijs alios perceptionibus gnarures, & habere ſolertias, in quibus ſinguli emineant, ſcientiarum cognitione diſcreti? Niſi forte hoc dicitis, Deos artifices non eſſe, ſed eos his artibus præſidere, curare: immo ſub illorum poſita eſſe tutela omnia, quæ adminiſtramus, quæ gerimus; atque, ut bene ac feliciter cedant, illorum proviſione curari. Quod quidem meritò dici ac probabiliter videretur, ſi ad voluntatem ſemper ſententiamque procederent ea, quæ obimus, quæ gerimus, aut in negocijs periclitamur humanis. Cùm verò in contrarium quotidie res vertantur, neque ad propoſitum voluntatis actionum reſpondeant fines, ludentis eſt dicere Deos nobis ſupereſſe cuſtodes, quos ſuſpicio finxit noſtra, non explorata veritas comprehendit. Per maria tutiſſimas præſtat Portunus commeantibus navigationes: & cur inſanum mare tàm frequentes expoſuit crudelium naufragiorum ruinas? Salutaria & fida conſilia noſtris ſuggerit cogitationibus Conſus: & in contrarios exitus cur aſſiduè vertitur placitorum inopinata mutatio? Armentorum & pecorum gregibus Pales præſunt Invuſque cuſtodes: & cur ſæva contagia, & peſtilentes morbos ab æſtivis avertere ceſſatione inimica non curant? Flora illa genitrix, & ſancta obſcœnitate ludorum, bene curat ut arva floreſcant: & cur

quotidie gemmulas, & pubeſcentes herbas adurit atque interficit nocentiſſimum frigus? Puerperijs Juno præpoſita eſt, & auxiliatur genitricibus fetis: & matrum intereunt cur quotidie millia, parricidalibus nixibus interemtæ? In tutela Vulcani eſt ignis, & materies ejus in illius regimine conſtituta eſt: & cur ædes frequentiſſime ſacras, atque urbium portiones ad cinerem patitur flammarum voracitate collabi? Divinitatis ſcientiam largitur hariolantibus Pythius: & cur obliqua ac dubia, cur obſcuritatis ſubmerſa caligine dat ſæpius ſubminiſtratque reſponſa? Æſculapius officijs & medendi artibus præeſt: & cur plura morborum & valetudinum genera ad ſanitatem nequeunt incolumitatemque perduci, immò ſub ipſis fiunt curantium manibus atrociora? Curat Mercurius ceromas, pugillatibus & luctationibus præeſt: & cur invictos omnes non perficit, quibus præeſt? cur unius in officio præſidatus, hos victoriæ compotes, alios verò perpetitur ignominioſa infirmitate rideri? Tutelaribus, inquit, ſupplicat Dijs nemo, & idcirco ſinguli familiaribus officijs atque auxilijs deſunt. Niſi enim tura & ſalſas accipiant fruges, benefacere Dij nequeunt? & niſi pecorum ſanguine delibutas ſuas conſpexerint arulas, ſuos deſerunt atque abjiciunt præſidatus? Atquin ego rebar paulo ante, ſpontaneas eſſe numinum benignitates, ultroque ab his fluere inexpectata benevolentiæ munera. Numquid enim rex poli libamine aliquo exambitur aut hoſtia, ut omnia iſta quibus vivitur, commoda mortalium generi largiatur? Non fervorem genitalem ſolis Deus, noctis & tempora, ventos, pluvias, fruges, cunctis ſubminiſtrat æqualiter bonis, malis, juſtis, ingenuis, ſervis, pauperibus, divitibus? Hoc eſt enim proprium Dei potentis ac veri, inexorata beneficia præbere feſſis atque invalidis rebus, & multiformi ſemper aſperitate vallatis. Nam ſacrificijs editis id, quod poſcaris annuere, non eſt iſtud poſtulantibus

tibus ſubvenire, ſed benignitatis propriæ munificentiam venditare. Ludimus & laſcivimus tanta in re homines, & quid ſit Deus obliti, quid iſtius magnificentia nominis, quidquid vile vel ſordidum ſuſpicioſa potuimus credulitate confingere, divis tutelaribus arrogamus. Unctionibus, inquit, ſupereſt Unxia, cingulorum Cinxia replicationi, Victa & Potua ſanctiſſimæ, victui potuiq́ue procurant. O egregia numinum, & ſingularis interpretatio poteſtatum! niſi poſtes virorum adipali unguine oblinerentur ab ſponſis: niſi virginalia vincula jam ferventes diſſolverent atque immiuentes mariti: niſi potarent & manderent homines, Dij nomina non haberent? Quid quod non contenti tam deformibus ſubdidiſſe atque implicuiſſe Deos curis, naturas his etiam feras, truculentas, immanes, malis gaudentes ſemper, & humani generis attributis vaſtitate. Non commemorabimus hoc loco Deam Lavernam furum, Bellonas, Diſcordias, Furias: & læva illa quæ conſtituitis numina, taciturnitatis ſilentio præteribimus. Martem ipſum ponemus in medio, & ſpecioſam illam Cupidinum matrem: ex quibus unum præficitis prælijs, amoribus alteram, & cupiditatis ardori. Poteſtatem, inquit, bellorum Mars habet. Utrúmne ut mota compeſçat, an ut ceſſantia & quieta commoveat? Nam ſi ſedator militaris inſaniæ eſt, cur quotidie bella non deſunt? Sin autem conditor illorum eſt, Deum ergo dicemus in voluptatis ſuæ dulcedinem collidere orbem totum: diſcordiarum & diſcriminum cauſas inter gentes ſerere terrarum longinquitate dijunctas: conducere ex diverſo tot mortalium millia, & intra verbi unius moras campos cadaveribus aggerare, ſanguineos præcipitare torrentes, fundatiſſima delere imperia, æquare urbes ſolo, libertatem ingenuis abrogare, & ſervitutis conditionem imponere, diſſenſionibus gaudere civilibus, commorientium fratrum parricida nece, & ad ultimum filiorum

& patrum parricidali congreſſionis horrore. Quod ipſum licebit in Venerem pari atque eadem ratione traducere. Nam ſi amoris hæc flammas, ſicut perhibetis & creditis, cogitationibus ſubdit humanis, ſequitur ut intelligi debeat, quidquid labis & criminis ab inſania proficiſcitur tali, id Venereis debere vulneribus imputari. Ergóne Dea cogente in viliſſimi nominis ſcorta ſuam ſæpius produnt etiam nobiles dignitatem? diſuniuntur tenacium matrimoniorum nexus? in inceſtas libidines neceſſitudo ſanguinis inardeſcit? inſaniunt in liberos matres? patres virginum ſuarum vota in ſe vertunt? contra decus ætatis ſenes in obſcœnos ingemunt curis juvenabus appetitus? ſapientes & fortes viri ſolvunt decreta conſtantiæ virilitatis vigore mollito? innectuntur cervicibus laquei, conſcenduntur ardentes rogi, & per vaſtas atque altiſſimas rupes jaciunt ſe paſſim voluntarijs ſaltibus præcipitati? Quiſquámne eſt hominum rationis alicujus primordijs imbutus, qui divinitatis conſtantiam tam fœdis polluat aut contaminet moribus? qui naturas attribuat Dijs tales, quas in agreſtibus beluis lenitudo ſæpe permulſit atque extenuavit humana? Ubinam quæſo eſt illud, quod ab omni perturbationis affectu Dij procul amoti ſunt? quòd lenes, placidi, mites, quòd in genere virtutis unito perfectionis apicem, atque ipſius retinent ſapientiæ ſummitatem? aut cur eos oramus, ut à nobis adverſa atque inimica propellant, ſi malorum omnium, quibus quotidie carpimur, ipſi eſſe nobis reperiuntur auctores? Quantumlibet nos impios, irreligioſos vocetis, aut atheos, nunquam fidem facietis eſſe amorum Deos, eſſe bellorum, eſſe qui diſcordias conſerant, qui furialibus ſtimulis animos inquietent. Aut enim veriſſimè Dij ſunt, & ea quæ commemoraſtis non faciunt: aut ſi ea quæ dicitis faciunt, ſine ulla dubitatione Dij non ſunt. Et tamen poſſemus utcumque accipere à vobis has mentes impiarum

rum pleniſſimas fictionum, ſi non multa de Dijs ipſi tam contraria promentes, diſſolventiaque ſe ipſa, ſuſtinere animi compelleretis aſſenſum. Cum enim in ſingulis ſingulos anteire interioris contenditis ſcientiæ laude, & Deos ipſos, quos opinamini tollitis: & reponitis alios, quos manifeſtum eſt non eſſe: & alios alius Deos in eiſdem dicitis rebus, & innumeros eſſe conſcribitis, quos eſſe ſingulos ſemper conſenſio accepit humana. Incipiamus ergo ſolenniter ab Jano & nos patre, quem quidam ex vobis mundum, annum alij, ſolem eſſe prodidere nonnulli. Quod ſi accipiemus ut verum ſit, ſequitur, ut intelligi debeat nullum unquam fuiſſe Janum, quem ferunt Cœlo atque Hecata procreatum in Italia regnaſſe primum, Janiculi oppidi conditorem, patrem Fonti, Vulturni generum, Juturnæ maritum: atque ita per vos Dei nomen eraditur, quem in cunctis anteponitis precibus, & viam vobis pandere Deorum ad audientiam creditis. Rurſus verò ſi Janus eſt annus, Deus eſſe nec ſic poteſt. Quis enim annum ignorat temporis eſſe circumſcriptionem ſtatam, nec habere vim numinis id, quod ſpacijs menſum, & dierum dinumeratione concluſum eſt? Quod ipſum licebit in Saturnum non abſimili ratione traducere. Nam ſi tempus ſignificatur hoc nomine, Græcorum ut interpretes autumant, ut quod chronos eſt, habeatur Cronos, nullum eſt Saturnium numen. Quis eſt enim tam demens, qui tempus eſſe dicat Deum, quod menſura cujuſdam eſt ſpacij in continua ſerie perpetuitatis incluſi? atque ita ex ordine tolletur & iſte cœleſtium, quem Cœlo eſſe editum patre, magnorum & eſſe procreatorem Deorum, vitiſatorem, falciferum, vetuſtas edidit priſca, & minorum tranſmiſit ætati. Nam quid de ipſo dicemus Jove, quem ſolem eſſe dictitavere ſapientes agitantem pinnatos currus, turba conſequente divorum? æthera nonnulli flagrantem vi flammea, atque ar-

doris inextinguibili vaſtitate ? Quod ſi liquet & conſtat, nullus ergo omnino eſt vobis auctoribus Jupiter, qui patreeditus Saturno, atque Ope matre, ut genitoris evaderet rabiem, in Cretenſium finibus memoratur eſſe celatus. Jam verò Junonem opinatio nónne conſimilis Deorum tollit è cenſu ? Nam ſi aër illa eſt, quemadmodum vos ludere ac dictitare conſueſtis, Græci nomini præpoſteritate repetita, nulla ſoror & conjux omnipotentis reperietur Jovis, nulla Fluvionia, nulla Pomona, nulla Oſſipagina, nulla Februtis, Populonia, Cinxia, Caprotina: atque ita reperietur inaniſſima eſſe iſtius nominis fictio opinionis vacuæ celebritate vulgata. Ariſtoteles, ut Granius memorat, vir ingenio præpotens, atque in doctrina præcipuus, Minervam eſſe Lunam probabilibus argumentis explicat, & litterata auctoritate demonſtrat. Eandem hanc alij ætherium verticem, & ſummitatis ipſius eſſe ſummam dixerunt: memoriam nonnulli; unde ipſum nomen Minerva, quaſi quædam Meminerva formatum eſt. Quod ſi accipit res fidem, nulla eſt ergo Mentis filia, nulla Victoriæ, nulla Jovis enata de cerebro inventrix oleæ, nulla magiſterijs artium, & diſciplinarum varietatibus erudita. Quod aqua nubat terram, appellatus eſt, inquiunt, cognominatuſque Neptunus. Si ergo liquoris obtentio nominis hujus appellatione ſignatur, nullius Deus eſt omnino Neptunus: atque ita tollitur, & removetur è medio ſtygij frater Jovis Olympijque germanus, tridenti armatus ferro, piſtricum dominus atque mænarum, rex falſorum gurgitum, & tremebundi motator ſali. Mercurius etiam quaſi quidam medicurrius dictus eſt: &, quod inter loquentes duos media currat & reciprocetur oratio, nominis hujus concinnata eſt qualitas. Ergo ſi hæc ita ſunt, non eſt dei Mercurius nomen, ſed ſermonis reciprocantis & vocis: atque ita hoc pacto aboletur & extinguitur caducitor ille Cyllenius, in algido fuſus monte, ver-

te, verborum excogitator & nominum, nundinarum, mercium, commerciorumque mutator. Terram quidam è vobis, quòd cunctis sufficiat animantibus victum, Matrẽ esse dixerunt magnam: eandem hanc aliquot, quòd salutarium seminum frugem gerat, Cererem esse pronunciant: nonnulli autem Vestam, quod in mundo stet sola, cæteris ejus partibus mobilitate in perpetua constitutis. Quod si ratione profertur & asseveratur certa, trina pariter numina vobis interpretibus nulla sunt: non Ceres, non Vesta Deorum esse computabuntur in fastis: non ipsa denique Mater Deûm, quam Nigidius autumat matrimonium tenuisse Saturni, Dea rectè poterit nuncupari: siquidem unius terræ hæc sunt omnia nomina, & his sola prædicationibus indicatur. Prætermittimus hoc loco satietatis fuga Vulcanum: quem esse omnes ignem pari vocum pronunciatis assensu: quòd ad cunctos veniat, Venerem: & quod fata in lucem proserpant, cognominatam esse Proserpinam. Qua rursus in parte trium capita numinum tollitis: siquidem primum elementi est nomen, non sentiens vocabulum potestatis: libidinis alterum, per cuncta animantia diffusæ: tertium verò significat attollentia se germina, & frugum subcrescentium motiones. Quid? cum Liberum, Apollinem, Solem, unum esse contenditis numen, vocabulis amplificatum tribus, nónne sententijs vestris Deorum imminuitur census, & opinio prædicata dilabitur? Nam si verum est Solem eundem Liberum esse, eundemque Apollinem, sequitur ut in rerum natura neque Apollo sit aliquis, neque Liber: atque ita per vos ipsos aboletur, eraditur, Semeleius, Pythius: alter feculentæ hilaritatis dator, Sminthiorum alter pernicies murum. Non indocti apud vos viri, neque quod induxerit libido garrientes, Dianam, Cererem, Lunam, caput esse unius Dei triviali germanitate pronunciant: neque, ut sunt trinæ dissimilitudines nominum, personarum

diffe-

differentias tres esse : Lunam his omnibus vocari, atque in ejus vocamen reliquorum seriem coacervatam esse cognominum. Quod si exploratum, si fixum est, atque ita esse rei veritas monstrat, cassum item nomen est Cereris, cassum Dianæ: atque ita perducitur res eò, ut & illa frugum, sicut perhibetis, inventrix, vobis ducibus atque auctoribus nulla sit: & exspolietur Apollo germanâ, quam quondam puris in fontibus abluentem membrorum sordes corniger ille venator inspexit, & pœnam curiositatis invenit. In Philosophiæ memorabiles studio, atque ad istius nominis columen vobis laudatoribus elevati, universam istam molem mundi, cujus omnes amplexibus ambimur, tegimur, ac sustinemur, animans esse unum, sapiens, rationale, consultum, probabili asseveratione definiunt: quorum si est vera, & fixa, certa sententia, etiam illi continuò desinent Dij esse, quos in ejus portionibus paulo ante immutatis nominibus constituebatis. Ut enim homo unus nequit, permanente sui corporis integritate, in homines multos scindi: neque homines rursus multi dijunctionis dissidentia conservata, in unius sensus simplicitatem conflari: ita si mundus unum est animal, & unius mentis agitatione motatur, nec in plura potest numina dissipari, nec, si ejus particulæ Dij sunt, in unius animantis conscientiam cogi, atque verti. Luna, sol, tellus, æther, astra, membra sunt, & mundi partes: quod si partes & membra sunt, animalia utique sui nominis non sunt: neque enim partes hoc ipsum esse, quod totum est, aliqua in re possunt: aut sibi sapere, sibi sentire, quod sine totius animantis assensu nullis proprijs afficiatur è motibus. Quo constituto ac posito, summa omnis illuc redit, ut neque Sol Deus sit, neque Luna, neque Æther, Tellus, & cetera. Sunt enim partes mundi, non specialia numinum nomina. Atque ita perficitur, omnia vobis turbantibus miscentibusque divina, ut in rerum natura unus Deus constituatur

ſtituatur mundus, exploſis omnibus cæteris, quinimò inaniter, vacuè, & ſine ulla ſubſtantia conſtitutis. Si totidem nos modis, totidemque ſententijs Deorum veſtrorum ſubrueremus fidem, nulli eſſet dubium, quin ira & rabie concitati, ignes, feras, & gladios, atque alia poſtularetis ſuppliciorum in nos genera, quibus ſitim ſoletis veſtram noſtri ſanguinis appetitione proluere. Cùm verò per vos ipſos propè omnis gens numinum ſub oſtentatione tollatur ingeniorum atque doctrinæ, audetis intendere noſtri nominis cauſa res humanas ab Dijs premi: cùm quidem, ſi verum eſt eſſe illos uſpiam, atque incaleſcere irarum flammis, nihil habeant juſtius, propter quod in vos ſæviant, quàm quòd eos negatis ſubſiſtere, neque ulla eſſe in parte naturæ. Muſas Mnaſeas eſt auctor filias eſſe Telluris & Cœli: Jovis cæteri prædicant ex Memoria uxore, vel Mente. Has quidam virgines, alij matres fuiſſe conſcribunt. Libet enim jam paucis etiam illas partes attingere, quibus alius aliud eadem de re dicere opinionum diverſitate monſtramini. Ephorus has igitur numero eſſe tres effert: Mnaſeas, quem diximus, quatuor: Myrtilus inducit ſeptem: octo aſſeverat Crates: ad extremum Heſiodus novem cum nominibus prodit, Dijs cœlum & ſidera locupletans. Niſi fallimur, iſta diſſenſio nihil ſcientium verum eſt, non ab rei veritate deſcendens. Nam ſi liquidò ſciretur quid ſit, una eſſet vox omnium, & in ejuſdem ſententiæ finem cunctorum pergeret & conveniret aſſenſio. Quonam modo igitur religionis poteſtis integrare vim plenam, cùm circa ipſos erretis Deos? aut ad venerabiles invitare nos cultus, cùm nihil nos certi de ipſorum numinum comprehenſione doceatis? Ut enim de medijs conticiſcamus auctoribus, aut ille primus eradit atq; interficit ſex divas Muſas, ſi eſſe Illas conſtat novem: aut iſte ultimus & extremus ſex apponit, quæ nullæ ſunt, tribus ſolis in veritate conſtantibus: ut neque

ſciri poſſit, aut comprehendi, quænam debeant addi, quæ demi, & in periculum deducatur religionis ipſius ſuſceptio, aut id quod non eſt colens, aut quod ſit fortaſſe præteriens. Novenſiles Piſo Deos eſſe credit novem in Sabinis apud Trebiam conſtitutos. Hos Granius Muſas putat, conſenſum accommodans Ælio. Novenarium numerum tradit Varro, quòd in movendis rebus potentiſſimus ſemper habeatur & maximus. Novitatum Cornificius præſides, quòd curantibus his omnia novitate integrentur, & conſtent. Deos novem Manilius, quibus ſolis Jupiter poteſtatem jaciendi ſui permiſerit fulminis. Cincius numina peregrina novitate ex ipſa appellata pronunciat. Nam ſolere Romanos religiones urbium ſuperatarum partim privatim per familias ſpargere, partim publicè conſecrare: ac ne aliquid Deorum multitudine aut ignorantia præteriretur, brevitatis & compendij cauſa uno pariter nomine cunctos Novenſiles invocari. Sunt præterea nonnulli, qui ex hominibus divos factos hac prædicant appellatione ſignari, ut eſt Hercules, Romulus, Æſculapius, Liber, Æneas. Sententiæ, ut apparet, diverſæ ſunt hæ omnes: neque fieri per rerum naturam poteſt, ut qui opinionibus differunt, veritatis unius habeantur auctores. Si enim Piſonis ſententia vera eſt, Ælius & Granius mentiuntur: ſi quod dicitur ab his certum eſt, peritiſſimus errat Varro, qui rebus in ſubſtantia conſtitutis inaniſſima ſubdit, & re caſſa. Si novenarius numerus cognomen Novenſilium ducit, Cornificius balare convincitur, qui novitati præſidentibus divis alienæ potentiæ vim donat. Quod ſi opinio Cornificij vera eſt, imprudens Cincius invenitur, qui urbium victarum Deos poteſtate afficit Novenſilium numinum. Quod ſi hi ſunt, quos Cincius prædicat, Manilius dicere reperietur falſum, qui alieni fulminis jaculatores ſub iſtius vocaminis appella-

appellatione concludit. Quòd ſi exploratum & verum eſt id quod Manilius autumat, in errore ſunt hi maximo, qui honoribus diuinis auctos, conſecratoſque mortales ab novitate honoris exiſtimant nuncupari. Quòd ſi Novenſiles hi ſunt, qui meruerunt ad ſidera ſublevari, poſtquam ſunt vitæ mortalitate defuncti, nulli prorſus Novenſiles Dij ſunt. Ut enim ſervi, milites, magiſtri, non ſunt perſonarum ſubjacentium nomina, ſed officiorum, conditionum, & munerum: ita cùm Novenſiles dicimus, ſi nomen eſt iſtud Deorum, qui ex hominibus meruerunt Dij eſſe, manifeſtum & promptum eſt non perſonas ſpecialiter definitas, ſed novitatem ipſam cognomine Novenſilium nuncupari. Nigidius Penates Deos Neptunum eſſe atque Apollinem prodidit, qui quondam muris Troicũ Ilium conditione adjuncta cinxerunt. Idem rurſus in libro ſexto exponit & decimo, diſciplinas Ethruſcas ſequens, genera eſſe Penatium quatuor, & eſſe Jovis ex his alios, alios Neptuni, inferorum tertios, mortalium hominum quartos, inexplicabile neſcio quid dicens. Cæſius & ipſe id ſequens Fortunam arbitratur, & Cererem, Genium Jovialem, ac Palem, ſed non illam fœminam, quam vulgaritas accipit, ſed maſculini neſcio quem generis miniſtrum Jovis, ac villicum. Varro, qui ſunt introrſus atque in intimis penetralibus cœli Deos eſſe cenſet quos loquimur, nec eorum numerum, nec nomina ſciri. Hos Conſentes, & Complices Etruſci aiunt, & nominant, quòd unà oriantur, & occidant unà; ſex mares, & totidem fœminas nominibus ignotis, & miſerationis parciſſimæ: ſed eos ſummi Jovis conſiliarios, ac principes exiſtimari. Nec defuerunt qui ſcriberent Jovem, Junonem, ac Minervam, Deos Penates exiſtere, ſine quibus vivere ac ſapere nequeamus, & qui penitus nos regant ratione, calore, ac ſpiritu. Ut videtis, & hic quoque nihil concinens dicitur,

nihil una pronunciatione finitur, nec eſt aliquid fidum, quo inſiſtere mens poſſit veritati ſuæ proxima ſuſpicione conjiciens. Ita enim labant ſententiæ, alteraque opinio ab altera convellitur, ut aut nihil ex omnibus verum ſit: aut ſi ab aliquo dicitur, tot rerum diverſitatibus neſciatur. Poſſumus ſi videtur, ſummatim aliquid & de Laribus dicere, quos arbitratur vulgus vicorum atque itinerum Deos eſſe, ex eo quod Græci vicos cognominant lauras. In diverſis Nigidius ſcriptis modò tectorum domuumque cuſtodes, modò Curetas illos qui occultaſſe perhibentur Jovis æribus aliquando vagitum, modo Digitos Samothracios, quos quinque indicant Græci Idæos dactylos nuncupari. Varro ſimiliter hæſitans, nunc eſſe illos Manes, & ideò Maniam matrem eſſe cognominatam Larum: nunc aërios rurſus Deos, & Heroas pronunciat appellari: nunc antiquorum ſententias ſequens larvas eſſe dicit Lares, quaſi quoſdam genios & functorum animas mortuorum. Infinitum eſt & immenſum ſpecies ire per ſingulas, atque ipſis facere promptum libris, nullum eſſe à vobis Deum, neque exiſtimatum, neque creditum, de quo non ambiguas, diſcrepanteſque ſententias opinionum mille varietatibus prompſeritis. Sed brevitatis & faſtidij cauſa ſatis hæc eſt dixiſſe, quæ dicta ſunt: & eſt operoſum nimis coacervare in unum multa, cùm ex uno & ex altero manifeſtum fiat & pateat, hæſitare, labare, nec quidquam vos certi de his rebus quas aſſeritis ſcire: niſi fortè dicetis, etiam ſi perſonaliter ignoramus, qui ſunt Lares, qui ſunt Novenſiles, qui Penates, eſſe illos tamen conſenſione ipſa vindicante auctorum, & in numeris cœlitum formam ſui generis obtinere. Et quemadmodum poterit an ſit Deus aliquis ſciri, ſi ignorabitur & neſcietur quid ſit? aut poſtulatio ipſa beneficiorum valere, ſi exploratum non erit, non certum, quis ad quamque debeat

conſul-

conſultationem vocari? Omnis enim, qui quærit alicujus numinis impetrare reſponſum, debet neceſſariò ſcire cui ſupplicet, quem imploret, à quo rebus auxilia & neceſſitatibus expoſcat humanis: maximè cùm vos ipſi, & non omnes omnia deos poſſe præſtare, & diſſimilibus ritibus ſingulorum animos referatis offenſioneſque placari. Etenim ſi hic atram, ille albam deſiderat pellem: huic capite velato, illi ſacrificandum eſt nudo, de matrimonijs ille conſulitur, hic medelas incommoditatibus præſtat, intereſſe non poteſt nihil, an ſit ille Novenſilis, an ille, cùm ignoratio rerum, perſonarum confuſio, & Deos offendat, cogat & neceſſariò piaculum contrahi. Finge enim meipſum incommoditatis alicujus & declinandi periculi cauſa horum cuipiam numinum ſupplicare dicentem: Adeſte, adeſtote Dij Penates, tu Apollo, tuque Neptune, omniaque hæc mala, quibus uror, torreor, vexor, veſtri numinis averruncate clementia: eritne ſpes aliqua referendæ ab his opis, ſi Ceres, Pales, Fortuna, Jovialis aut Genius, non Neptunus & Apollo Penates Dij erunt? aut ſi Curetas pro Laribus invocaro, quos Digitos Samothracios pars veſtrorum aſſeverat auctorum, quemadmodum his potero auxiliatoribus & propitijs uti, cùm neque his ſua, & aliena illis impoſuero cognomina? Uſque adeo res exigit propriatim Deos ſcire, nec ambigere, nec dubitare de uniuſcujuſque vi, nomine, ne ſi alienis ritibus & appellationibus fuerint invocati, & aures habeant ſtructas, & piaculis nos teneant inexpiabilibus obligatos. Quare ſi vobis liquet, in ſublimibus palatijs cœli habitare, conſiſtere multitudinem iſtam quam enumeratis deorum, in unius proloquij finibus convenit vos ſtare: nec per varias diſtractos, repugnanteſque ſententias fidem ipſis rebus, quas ſtruitis, derogare. Si Janus eſt, Janus ſit: ſi Liber eſt, Liber ſit: ſi Summanus, Summanus, ſit. Hoc eſt enim confidere, hoc tenere, exploratæ in

rei cognitione defigi, non more cæcorum atque errantium dicere: Novenſiles Muſæ ſunt, Trebiani quinimo Dij ſunt, immo novenarius numerus, ſubverſarum potius vel urbium præſides, & in id periculum perducere res tantas, ut dum alios tollitis, & reponitis alios, poſſit jure de cunctis, an ſint ulla in parte, dubitari.

LIB. III. EXPLICIT.

ARNO-

ARNOBII
DISPVTATIONVM
ADVERSVS GENTES
LIBER QUARTUS.

INTERROGARE vos libet, ipſoſque ante omnia Romanos dominos rerum ac principes, utrúmne exiſtimatis pietatem, concordiam, ſalutem, honorem, virtutem, felicitatem, cæteraque hujuſmodi nomina, quibus aras videmus à vobis cum magnificis exædificatas delubris, vim habere divinam, cœlique in regionibus degere? an ita ut aſſolet dici, cauſa ex ea quod optamus & volumus bona iſta nobis contingere, ſuperorum retuleritis in cenſum? Nam ſi verba exiſtimantes hæc caſſa, & nullius ſubſtantiæ nomina, divinis tamen religionibus conſecratis: erit vobis videndum, utrúmne iſtud puerile ſit ludicrum, an veſtrorum numinum deluſionem ſpectans, quibus coæquatis & adjungitis inanium figmenta verborum? Sin autem ex animi certiore ſententia Deos eſſe & hæc rati, templis & pulvinaribus honoraſtis, inſcitiam noſtram ut doceatis oramus, victoria, pax, æquitas, & cætera quæ in ſuperioribus dicta ſunt, quanam ratione, qua via intelligi poſſunt Dij eſſe, atque ad ſuperorum concilium pertinere? Nos enim, niſi fortè communem tollitis nobis atque eripitis ſenſum, nihil horum ſentimus & cernimus habere vim numinis, neque in aliqua contineri ſui generis forma: ſed eſſe virtutem viri, ſalutem ſalvi, honorem honorati, victoris victoriam, concordis concordiam, pieta-

pietatem pij, memoriam memoris: feliciter verò viventis ac ſine ullis offenſionibus felicitatem. Quod à nobis veriſſimè dici ex contrarijs promptum eſt oppoſitionibus noſcitare, infelicitate, diſcordia, oblivione, iniquitate, impietate, ignavia pectoris, & valetudine corporis minus fauſta. Ut enim hæc accidunt, hominumque ſunt poſita in actionibus, ac effectibus fortuitis, ita quod illis adverſum ex qualitatibus benignioribus nominatur, in alijs neceſſe eſt hæreat, ex quibus ita formatis figuratio iſta concepta eſt nominum. Nam quod nobis catervas ignotorum aliàs inducitis Deorum, exiſtimare non poſſumus, utrúmne iſtud ſeriò, atque ex rei compertæ faciatis fide, an fictionibus ludentes caſſis ingeniorum laſciviatis luxu. Quod abjectis infantibus pepercit lupa non mitis, Luperca inquit, dea eſt auctore appellata Varrone. Ex rerum ergo proventu, non ex vi naturæ Dea iſta eſt prodita; & poſtquam feros morſus immanis prohibuit belua, & ipſa eſſe occepit, & ipſius nominis ſignificantiam traxit. Aut ſi fuit jamdudum Dea, prius quàm Romulus naſceretur & frater: cujus fuerit nominis atque appellationis expromite. Præſtana eſt, ut perhibetis, dicta, quòd Quirinus in jaculi miſſione cunctorum præſtiterit viribus: & quòd Tito Tatio, Capitolinum ut capiat collem, viam pandere atque aperire permiſſum eſt, Dea Panda eſt appellata, vel Pantica. Antè facta hæc ergo nunquam fuerant numina: & niſi Romulus tenuiſſet teli trajectione palatium, niſque Tarpeiam rupem rex Sabinus potuiſſet accipere, nulla eſſet Pantica, nulla Præſtana eſſet. Si & has dicitis ante ſui cauſam fuiſſe cognominis, quod in priore quæſitum eſt capite, cujus & hæ fuerint vocaminis indicate. Pellendorum hoſtium dea potens Pellonia eſt: quorúmne, niſi moleſtum eſt, edite. Confligunt partes, atque inter ſe cominus armorum collatione decernunt: & hæc illi eſt pars hoſtis, & illa huic hoſtilis:

quos

quos ergo Pellonia, cum hinc & inde pugnabitur, pellet, aut in gratiam conceſſura eſt quorum, cùm utrique debeat parti ſui nominis vires, officiumque præſtare? Quod ſi utique fecerit, id eſt partibus ſi utriſque favorem ac ſuffragium commodarit, nominis ſui vim perdet, quod partis unius in pulſione formatum eſt. Niſi fortè dicetis, Romanorum tantum eſt Dea hæc, & cum ſolis Quiritibus faciens, gratioſis ſemper opitulationibus præſto eſt. Eſſe quidem hoc ita, quòd nomini favemus, optamus: at quæſtionem non exiguam res habet. Quid enim? Romani Deos poſſident peculiares, qui aliarum gentium non ſint? Et quemadmodum poterunt Dij eſſe, ſi non omnibus, quę ubique ſunt gentes, æquabilitatem ſui numinis exhibebunt? & ubi quæſo jamdudum Pellonia hæc fuit, cùm apud Furculas Caudinas decus publicum ſubjugatum eſt? cùm apud Thraſimeni lacum ſanguinei cucurrere torrentes? cùm Diomedis campi Romanis cadaveribus aggerati ſunt? cum mille alia vulnera prælíorum innumeris accepta ſunt cladibus? dormiebat, ſtertebat, aut quod vilia facere conſueta ſunt capita, in hoſtilia caſtra defugerat? Dij lævia læva, ſiniſtrarum tantum regionum ſunt præſides, & inimici partium dexterarum. Quod quanam iſtud ratione dicatur, quóve animi ſenſu, neque ipſi nos aſſequimur, nec à vobis confidimus poſſe in aliquam lucem communis intelligentiæ perduci. Jam primum enim mundus ipſe per ſe ſibi neque dexteras, neque lævas, neque ſuperas regiones, neque imas, neque anticas habet, neque poſticas. Quicquid enim teres eſt, atque ex omni parte rotunditatis ſolidæ convexione concluſum, nullum habet initium, nullum finem. Ubi finis & initium nullum eſt, eſſe aliqua portio ſui nominis, & initium non poteſt. Itaque cùm dicimus, dextera hæc regio eſt, & illa læva: non ad mundi habitum dicimus, qui ſui ſimillimus totus eſt, ſed ad poſitionem noſtram, ſitumque revocamus,

qui informati ſic ſumus, ut alia dextera, alia in nobis dicãtur eſſe læva: quæ tamen hæc ipſa, quæ læva appellamus & dextera, alias in nobis nihil habent perpetuum, nihil fixum: ſed prout nos caſus, atque eventus collocaverit temporis, ita noſtris ſumunt ab lateribus figurationes. Si orientem ſolem reſpexero, cardo mihi frigoris, & Septentrio fit lævus: in quem ſi ora traduxero, erit mihi ſiniſter Occaſus, qui ab ſole poſterganeus habebitur. Rurſus verò ſi jecero plagam in occiduam lumina, in vocabulum ſiniſtri Auſter & Meridies tranſit: in quam ſi me partem neceſſaria temporis circumegerit ratio, fit ut oriens lævus immutata corporis converſione dicatur. Qua ex re poterit facillimè recognoſci, neque læva natura eſſe ulla, ſed poſitionis & temporis, & prout noſtri corporis habuerit ſe ſitus, rerum ad circumſtantiam collocatus. Quod cum ita ſe habeat, quanam ratione, quo pacto ſiniſtrarum partium Dij erunt, cum eaſdem conſtiterit regiones modo dexteras fieri, modo lævas? aut quid dexteræ meruerunt de immortalibus Dijs partes, ut ſine ullis præſidibus degerent, quas eſſe fauſtas, & proſperis ſemper cum omnibus ediderunt? Lateranus ut dicitis, Deus eſt focorum & Genius, dictuſque hoc nomine, quòd ex laterculis crudis ab hominibus caminorum iſtud exædificetur genus. Quid ergo? ſi teſta, aut materia fuerint quacunque alia fabricati foci, Genios non habebunt? & ab officio tutelæ quiſquis iſte eſt Lateranus abſcedet, quòd regni ſui poſſeſſio non luteis conſtructa eſt formis? Et quid, quæſo, ut faciat, præſidatum focorum Deus iſte fortuitus eſt? Per humani generis coquinas currit, inſpiciens & explorans quibuſnam lignorum generibus ſuis ardor in foculis excitetur: habitudinem fictilibus contribuit vaſculis, ne flammarum diſſiliant vi victa: curat ut ad ſenſum palati ſuis cum jucunditatibus veniant rerum incorruptarum ſapores, & an ritè

pulmenta

pulmenta condita sint, prægustatoris fungitur atque experitur officio. Itane istud non fœdum, quinimo, ut verius dixerim, non contumelioſum, non impium, ad hoc tantum inducere Deorum nescio quas fictiones, non quas dignis honoribus prosequare, sed quas rebus turpibus, & infami præficias actioni? Etiamne militaris Venus castrensibus plagijs præsidet, & puerorum stupris? Etiamne Perfica una est è populo numinum, quæ obscœnas illas & luteas voluptates ad exitum perficit dulcedine inoffensa procedere? Etiamne Pertunda, quæ in cubiculis præsto est, virginalem scrobem effodientibus maritis? Etiamne Tutunus, cujus immanibus pudendis, horrentique fascino, vestras inequitare matronas, & auspicabile ducitis, & optatis? Quod si minimè vos admouent ad intellectum veritatis res ipsæ: nec ex ipsis saltem potestis nominibus noscere inanissimæ superstitionis figmenta hæc esse, & falsorum imaginationes Deorum? Putationibus arborum Puta, inquitis, præsto est: rebus petendis Peta. Deus nemorum Nemestrinus est. Patellana numen est, & Patella: ex quibus una est patefactis, patefaciendis rebus altera præstituta. Nodutis dicitur Deus, qui ad nodos perducit res fatas: & quæ præest frugibus terendis, Terensis. Ab erroribus viarum dea Vibilia liberat. In tutela sunt Orbonæ orbati liberis parentes: in Næniæ, quibus extrema sunt tempora. Nam quæ durat & solidat infantibus parvis ossa, Ossilago esse memoratur. Mellonia dea est pollens potensque in apibus mellis curans custodiensque dulcedinem. Dicite ô quæso, ita vobis propitiæ faveant Peta, Puta, Patella, si omnino non essent apes ullæ in terris, aut si exos genus humanum, velut quidam vermiculi nasceremur, dea Mellonia non esset? aut Ossilago solidatrix ossium nomen proprium non haberet? Etenim quæro, & rogito, utrumne vobis videantur antiquiores Dij esse natura, tempore, vetustate,

an homines, an apes, fruges, virgulta, & cætera? Dubitabit hominum nemo, quin innumeris dicatis Deos ætatibus, sæculis, cuncta quæcunque sunt anteire. Quod si habet se ita, qui fieri per rerum naturam potest, ut ex rebus postea procreatis acciperent nomina ea, quæ sunt priora temporibus? aut tutelas sortirentur earum Dij rerum, quæ nondum essent genitæ, & in usum mortalibus attributæ? An numquid jamdudum sine nominibus Dij erant, & postquam res nasci, terrisque inesse cœperunt, his à vobis dignati sunt signis atque appellationibus nuncupari? Et unde scire potuistis quæ nomina singulis inderetis, cùm esse illos ignoraretis omnino: aut inesse potentias his certas, cùm esset vobis similiter nescium, quisnam eorum quid posset, & cui rei deberet pro sui numinis potestate præponi? Quid ergo, inquitis, hos Deos nusquam esse gentium judicatis, sed falsis opinationibus constitutos? Non istud nos soli, sed veritas ipsa dicit, & ratio, & ille communis, qui est cunctis in mortalibus, sensus. Quis est enim qui credat esse Deos Lucrios, & lucrorum consecutionibus præsidere, cum ex turpibus causis frequentissime veniant, & aliorum semper ex dispendijs constent? Quis Libentinam, quis Liburnum libidinum supereſſe tutelis, quas jubet sapientia fugere, & quas mille per species propudiosa experitur & exercet obscœnitas? Quis Limentinum, quis Limam custodiam liminum gerere, & janitorum officia sustinere: cùm fanorum quotidie videamus, & privatarum domorum convelli & subrui: nec sine his esse flagitiosos ad lupanaria commeatus? Quis curatores obliquitatum Limos? quis Saturnum præsidem sationis? quis Montinum montium? quis segnium Murcidam? quis ad extremum deam Pecuniam esse credat, quam velut maximum numen vestræ indicant literæ donare annulos aureos, loca in ludis atque in spectaculis priora, honorum suggestus summos, amplitudinem

tudinem magiſtratus, & quod maximè pigri ament, ſecurum per opulentias ocium. Quod ſi habere inſiſtitis ſuos proprios præſides, oſſa, mella, & limina, cæteraque alia, quæ vel curſim perſtrinximus, vel nimietatis non attigimus tædio, licet conſimili ratione mille alios Deos inducere, qui rebus innumeris debeant ſuam curam, cuſtodiamque præbere. Cur enim Deus præſit melli uni tantummodo, non præſit cucurbitis, rapis, non cunilæ, naſturtio, non ficis, betaceis, caulibus? Cur ſola meruerint oſſa tutelam, non meruerint ungues, pili, cæteraque alia, quæ locis poſita in obſcuris, & verecundioribus partibus, & ſunt caſibus obnoxia plurimis, & curam magis Deorum, diligentiamque deſiderant? Aut ſi & has dicitis partes ſuis agere ſub tutelaribus divis, incipient totidem Dij eſſe, quot res ſunt: nec explicabitur ratio, cur non rebus omnibus divinæ præſideant curæ, ſi certas res eſſe, quibus præſint numina, & provideant, dixeritis. Quid dicitis ô patres novarum religionum, quid poteſtatum? Hoſcine à nobis Deos violari, & negligi ſacrilego clamitatis, quiritaminique contemptu, Lateranum genium focorum, Limentinum præſidem liminum, Pertundam, Perficam, Nodutim, Terenſem? & quia non ſupplices humi Mutuno procumbimus atque Tutuno, ad interitum res lapſas, atque ipſum dicitis mundum leges ſuas & conſtituta mutaſſe? Atquin videte, perſpicite, ne dum talia confingitis monſtra, taliaque molimini, Deos offenderitis certiſſimos, ſi modo ſunt ulli qui iſtius nominis mereantur ſuſtinere atque habere faſtigium: nec propter aliam cauſam mala iſta, quæ dicitis, ferveant, & quotidianis acceſſionibus inoleſcant. Cur ergo, è vobis fortaſſe aliquis dixerit, eſſe falſum iſtos Deos? Et invocati ab haruſpicibus parent, & ſuis acciti nominibus veniunt, & fidelia reddunt reſponſa quærentibus. Poſſumus obtinere falſum eſſe quod dicitur, vel quòd ſuſpicionibus pleniſſima

niſſima res tota eſt : vel quòd multas quotidie prædictionum videmus, aut aliter cadere, aut in contrarios exitus fruſtrata expectatione torqueri. Sed ſint ut aſſeritis, veræ: an iidem tamen facietis fidem Melloniam, verbi cauſa, vel Limentinum inſerere ſe fibris, & ad rerum, quas quæritis, ſignificantias aptare? Numquid illorum aliquando vidiſtis os, habitum, faciem? aut eadem hæc poſſunt in pulmonibus, aut jecuſculis conſpici? Nonne accidere, fieri, licet aſtu diſſimuletis, poteſt, ut alter pro altero ſubeat, fallens, ludens, decipiens, atque invocati ſpeciem præſtans? Si magi haruſpicum fratres ſuis in accitionibus memorant antitheos ſæpius obrepere pro accitis, eſſe autem hos quoſdam materijs ex craſſioribus ſpiritus, qui Deos ſe fingant, neſcioſque mendacijs & ſimulationibus ludant, cum ratione non diſpari credamus hic quoque ſubjicere ſe alios pro his qui non ſunt, ut & veſtras opinationes firment, & ſibi hoſtias cædi alienis ſub nominibus gaudeant. Aut ſi ſic accipere rei novitate renuitis, unde vobis eſt ſcire, an ſit unus aliquis, qui ſuccedat pro omnibus ijs quos invocatis, partibus qui ſe cunctis locorum diviſionumque ſupponens, multorum vobis ſpeciem divorum præbeat & poteſtatum? Quiſnam iſte eſt unus, interrogabit. Forte poſſumus iſtum vobis veris auctoribus dicere: ſed ne nobis fidem habere nolitis, Ægyptios, Perſas, Indos, Chaldæos, Armenios interroget, omneſque illos alios, qui in interioribus viderunt & cognoverunt hæc artibus; jam profecto diſcetis, quiſnam ſit Deus unus, vel ſub eo qui plurimi, qui Deos ſe fingant, & humani generis imprudentiam ludant. Jamdudum nos pudet ad eum locum venire, in quo riſum tenere non poſſunt non tantum puerculi, & procaces: vetumetiam ſerij atque in moris tetrici aſperitatem durati. Nam cum à doctoribus omnes noſtris inſinuatum acceperimus & traditum, in declinationibus Deorum plurativos numeros non eſſe, quod

eſſent

eſſent Dij ſinguli, nec communiter ire per plurimos uniuſcujuſq; nominis proprietas quiret: immemores vos facti, & puerilium diſciplinarũ recordatione compoſita, & cõplures ſubditis vocabulis ijſdem Deos, & cum ſitis aliàs in eorum numero reſtrictiores, multiplices eos rurſus cognominum ſocietate feciſtis: quam quidem olim partem judicij acris viri, atque per ingenio perſpicaci, tã ſermone Italo explicuere, quàm Græco. Et dare nobis compendium potuiſſet res iſta, ſi non & aliquos videremus literarum eſſe iſtarum expertes: & inſtitutus à nobis ſermo nos quoque compelleret nonnihil de his rebus, quamvis ab illis ſumptum, commemoratumque, depromere. Aiunt igitur Theologi veſtri, & vetuſtatis abſconditæ conditores, tris in rerum natura Joves eſſe: ex quibus unus Æthere ſit patre progenitus, alter Cœlo, tertius verò Saturno, apud inſulam Cretam & ſepulturæ traditus, & procreatus. Quinque Soles, & Mercurios quinque: ex quibus, ut referunt Sol primus Jovis filius dicitur, & Ætheris habetur nepos: ſecundus æque Jovis filius & Hyperiona proditus genetrice: tertius Vulcano, non Lemnio, ſed Nili qui fuerit filius: quartus Jalyſi pater, quem Rhodi peperit Heroïcis temporibus Acantho: quintus Scythici regis, & verſipellis habetur Circæ. Jam Mercurius primus, qui in Proſerpinam dicitur genitalibus adhinniviſſe ſubrectis, ſupremi progenies Cœli eſt. Sub terra eſt alter, Trophonius qui eſſe jactatur. Maja tertius matre, & Jove procreatus ſed tertio: quartus ſuboles Nili eſt, cujus nomen Ægyptia gens horret & reveretur expromere. Quintus Argi eſt interemptor, fugituus, atq; exul, & proditor apud Ægyptum litterarum. Sed & Minervæ, inquiunt, ſicut Soles & Mercurij, quinque ſunt: ex quibus prima non virgo, ſed ex Vulcano Apollinis procreatrix: Nili altera proles, & quæ eſſe perhibetur Ægyptia: ſtirps Saturni eſt tertia, & quæ uſum excogitavit armorum:

rum: Jovis quarta progenies, quam Meſſenij Coryphaſiam nuncupant: & quæ Pallantem occidit patrem, inceſtorum appetitorem, eſt quinta. Ac ne longum videamur & nimium minutatim velle capita ire per ſingula, aiunt iidem Theologi quatuor eſſe Vulcanos, & tres Dianas, Æſculapios totidem, & Dionyſos quinque, ter binos Hercules, & quatuor Veneres, tria genera Caſtorum, totidemque Muſarum, pinnatorum Cupidinum trigas, & quadrigas Apollinarium nominum: quorum ſimiliter genitores, ſimiliter matres, loca quibus nati ſunt indicant, & originem ſingulorum ſuis cum proſapijs monſtrant. Quod ſi verum & certum eſt, & ex rei cognitæ aſſeveratione monſtratur, aut omnes Dij non ſunt, quoniam plures ſub eodem nomine, quemadmodum accepimus, eſſe non poſſunt: aut ſi aliquis ex his eſt, ignorabitur & neſcietur quid ſit, conſimilium nominum confuſione cæcatus. Atque ita per vos ipſos, quamvis fieri nolitis, efficitur, ut hæſitet religio conturbata, neque habeat finem certum, in quem dirigere ſe poſſit, & nullis eluſa ambiguitatis erroribus. Fingite nos enim vel auctoritate commotos, vel violentia terroris veſtri, induxiſſe in animum Minervam, verbi cauſa, ſacris vobis ſollemnibus & ritu velle adorare vulgato: res ſi cùm divinas apparamus, aggredimurque aris flammantibus ſua reddere conſtituta, Minervæ ònes advolent, ac de iſtius nominis poſſeſſione certantes poſcant ſibi ſingulæ apparatum illum ſacrorum reddi, quid in medio faciemus nos animal tenue, vel in partes quas potius pij muneris officia transferemus? Dicet enim forſitan prima illa, quam diximus, meum nomen eſt Minervæ, cum numine, quæ Apollinem genui, quæ Dianam, & ex mei uteri fetu cœlum numinibus auxi, & Deorum numerum multiplicavi. Immo inquiet quinta Minerva, tu tinnis, quæ marita, & puerpera toties caſtitatis puræ imminuta es ſanctitate? Nonne vides in Capitolijs omnibus

bus virginaleis eſſe ſpecies Minervarum, nec nuptarum his formas ab artificibus cunctis dari? Deſiſte igitur nomen juris tibi aſciſcere non tui. Nam Minervam me eſſe genitore ex Pallante procreatam, teſtis omnis eſt poëtarum chorus, qui Palladem me nuncupat, derivato à patre cognomine. Quid dicis? inquiet ſecunda, hæc audiens, ergóne Minervium nomen tu feres parricida, petulans, & ex amoris inceſti contaminatione polluta? quæ dum te fucis, atque artibus excolis meretricijs, jam patris in te mentem furialibus plenam cupiditatibus excitaſti. Perge igitur, aliud tibi quære ſignum: nam mea res iſta eſt, quam Nilus maximus fluminum aquis generavit ex liquidis, & in virgineos habitus roris concretione conduxit. Quod ſi fidem inquiris facti, Ægyptios & ego teſtes dabo, quorum ſum Neith lingua, Platonis teſtificante Timæo. Quid deinde arbitramur fore? deſiſtétne & illa Minervam ſe dicere, cui Coryfaſiæ nomen eſt, vel ex Coryfæ matris figuo, vel quòd ex vertice ſummo Jovis parmam ferens emicuit, atque armorum accincta terroribus? Aut illam quæ tertia eſt ceſſuram patienter nomine, & non dictis talibus habituram rationem ſui, & primarum arrogantiam refutaturam? Itane tu audes majeſtatem tibi mei nominis uſurpare, ex cœno & ex gurgitibus prodita coagulataque limoſis? at tibi tu aliam dignitatem aſſume, deam quæ de vertice procreatam mentiris te Jovis, & Rationem te eſſe mortalibus ineptiſſimis ſuades? Ex capite conceptos filios procreat? Vt arma quæ geſtas, procudi poſſent & fabricari, in verticis ipſius cavo officina fabrilis fuit, incudes, mallei, fornaces, ſolles, carbones, & forcipes? At ſi verum eſt quod aſſeveras, Rationem te eſſe, deſiſte tibi nomen id, quod meum eſt, vindicare: nam, quam dicis, ratio, non eſt ſpecies numinis certa, ſed obſcurarum intelligentia cauſarum. Si ergo, ut diximus, officia nobis adeuntibus religioſa Minervæ

adſint quinque, ac de hujus nominis proprietate rixantes, ſibi quæque deſideret aut turis ſuffimenta libari, aut ex pateris aureis inferia vina defundi, quo diſceptatore, quo judice controverſias tollemus tantas? aut quis quæſitor, quis arbiter cervicibus tantis erit, qui inter perſonas hujuſmodi, aut vindicias juſtas dare, aut ſacramenta conetur pronunciare non juſta? Nónne potius ibit domum, ſeſeque abſtinens ab negocijs talibus tutius eſſe arbitrabitur nihil horum contingere, ne aut uni dando, quod omnium eſt, inimicas efficiat cæteras: aut ſtultitiæ crimen incurrat, ſi id attribuat cunctis, quod eſſe oportebat unius? Poſſumus hæc eadem de Mercurijs, Solibus, imò de alijs omnibus, quorum numeros tenditis & multiplicatis, expromere. Sed ſatis eſt ex uno rationem in cæteris eandem eſſe ſcire: & ne fortè prolixitas faſtidium audientiæ pariat, ceſſabimus ire per ſingula, ne dum vos arguimus nimietatis, loquacitatis immodicæ ſuſcipiamus & nos culpam. Quid dicitis, ô iſti, qui ad Deorum nos cultum membrorum laniatibus invitatis, & ſuſcipere nos cultum veſtrorum compellitis numinum? Poſſumus difficiles non eſſe, ſi modo aliquid nobis dignum tanti nominis opinione monſtretur. Oſtendite nobis Mercurium, ſed unum: date Liberum, ſed unum: unam Venerem, atque unam ſimiliter Dianam. Nam eſſe Apollines quatuor, aut tris Joves, nunquam nobis facietis fidem: nec ſi teſtem ipſum citetis Jovem, aut Pythium conſtituatis auctorem. Sed ex diverſo, neſcio quis, unde inquit, ſcimus, an explorata & cognita Theologi ſcriptitarint, an ut viſum eſt, atque ſedit, libidinoſam extulerint fictionem? Nihil iſtud ad cauſam, nec ſermonis iſtius in eo eſt ratio conſtituta; utrumne res ita ſint, Theologorum ut indicant ſcripta, an aliter ſe habeant, & multo diſſociatæ diſcrimine. Nobis enim ſatis eſt rebus de publicatis loqui, neque quærere quid ſit in vero, ſed refutare, convin-

convincere id, quod in medio positum est, atque opinatio concepit humana. Sed si mendaces illi, vos, veritas quæ sit, exponite, & irrefutabile aperite secretum. Et qui fieri potis est, remotis magisterijs literarum? Quid est enim, quod dici de immortalibus Dijs possit, quod non ex hominū de his scriptis ad humanas pervenerit notiones? Aut quicquam vos ipsi de illorum ritibus potestis, cærimonijsque narrare, quod relatum in literas non sit, & scriptorum commentarijs publicatum? aut si ponderis existimatis nullius hæc esse, aboleantur omnes libri, quos de Dijs habetis compositos, Theologorum, Pontificum, nonnullorum etiam philosophiæ deditorum: quinimmo potius fingamus ab exordio mundi nullum aliquando mortalium scripse de Dijs quicquam, experiri volumus, & cupimus scire, an mutire, an hiscere Deorum in mentione possitis, an concipere eos mente, quos in animis vestris nullius scripti informaverit notio. Cùm vero nomina, & potentias illorum suggerentibus vobis libris addiciſſe vos constet, iniquum est detrahere litteris his fidem, quarum ea quæ dicitis testimonio atque auctoritate firmatis. Nisi forte hæc falsa, & ea, quæ à vobis dicuntur, erunt vera. Quo argumento, quo signo? Cum enim homines utrique, & qui hæc, & illa commentati sunt, fuerint, & de rebus incertis ab utraque sit disputatum parte: arrogantis est dicere, id quod tibi placeat esse verum, quod verò animum lædit, id libidinis & falsitatis arguere. Per humani generis jura, atque ipsius mortalitatis consortia, cum auditis & legitis, ex illo atque ex illa matre Deus ille est proditus, nónne animi vestri sensum tangit, humanum nescio quid dici, & ex terreni generis humilitate proficiscens? Aut cùm esse arbitramini vos ita, solicitudinem concipitis nullam, ne offensionis aliquid apud ipsos, quicunque sunt, contrahatis Deos; quod ex turpi concubitu creditis, atque ex feminis jactu ignoratam

ratam ſibi ad lucem beneficijs obſcœnitatis exiſſe ? Nos enim , ne quis fortè exiſtimet ignorare , neſcire , quid iſtius nominis cõveniat dignitati , aut nativitatis expertes Deos eſſe oportere cenſemus: aut ſi aliquos ortus habent, ab domino rerum ac principe,rationibus quas ipſe novit, ipſos ducimus atque exiſtimamus eſſe miſſos , immaculatos, caſtiſſimos , puros , neſcientes quæ ſit fœditas iſta coëundi, & uſque ad illos ipſos principali procreatione finita. At verò vos contrà majeſtatis immemores & ſublimitatis tantæ , eas illis adjungitis nativitates , ortuſque eos adſcribitis , quos ingenijs lautioribus homines & execrationi habeant & horrori. Ex Ope, inquitis , matre, & ex genitore Saturno , cum ſuis eſt natus Dieſpiter fratribus. Uxores enim Dij habent , atque in conjugalia fœdera conditionibus veniunt ante quæſitis ? uſu , farre, coëmptione, genialis lectuli ſacramenta condicunt ? habent ſperatas , habent pactas , habent interpoſitis ſtipulationibus ſponſas ? Et quid de ipſis conjunctionibus loquimur , quando & quoſdam nuptias celebraſſe, & feſtas habuiſſe frequentias dicitis , & luſiſſe in his deas , & quod participes feſceninorum non eſſent , perturbaſſe diſcordijs omnia , & in humanum in poſterum genus exitiorum ſeviſſe diſcrimina ? Sed in cæteris forſitan minus hujus eluceat turpitudinis fœditas. Ergóne ille rector poli, pater Deorum & hominum , ſupercilio & nutu totum motans & tremefaciens cœlum , ex viro concretus & fœmina eſt ? Et niſi ambo ſexus in obſcœnas diſſolverentur copulatis corporibus voluptates , Jupiter ille maximus non eſſet , & uſque ad hos dies , & regem numina non haberent, & cœlum ſine domino ſtaret ? Et quid Jovem miramur ex fœminæ effuſum dictitare vos alvo , quando auctores veſtri & nutricem habuiſſe conſcribunt: & ex alieni uberis alimonia mox traditam retinuiſſe vitam ? Quid dicitis, ô viri ? Ergóne, iterum dicam, tonans , fulgurans, & fulmi-

& fulminans, & nubila terribilia conducens, ſuxit fluenta mammarum, vagitum edidit, repſit, atque, ut fletum exponeret ineptiſſimè tractum, crepitaculis obticuit auditis, & ad ſomnos inductus eſt in molliſſimis cunis jacens, & vocibus delinitus infractis? O Deorum aſſertio religioſa! ô amplitudinis metuendæ venerabilem monſtrans atque inſinuans dignitatem! Siccine apud vos quæſo ſupernarum naſcitur eminentia poteſtatum? His in lucem prodeunt generationibus Dij veſtri, quibus aſini, porci, canes, quibus immunda hæc omnis conceptatur & genitur terrenarum proluvies beſtiarum? Nec contenti hos cœtus gravitati attribuiſſe Saturniæ, etiam ipſum regem mundi flagitioſius liberos procreaſſe, quam ipſe eſt natus atque editus, prædicatis. Ex Hyperiona, inquitis, matre, & ex Jove jaculatore fulminis, Sol aureus & flagrantiſſimus natus eſt: ex Latona & eodem arquitenens Delius, & ſylvarum agitatrix Diana: ex Leda & eodem Caſtores, Græcè Dioſcuris nomen eſt: ex Alcmena & eodem Hercules ille Thebanus, quem clava pelliſque tutatæ ſunt: ex Semela atque ipſo Liber, qui Bromius dicitur, & ex femine iterum natus patris: ex ipſo rurſus & Maia, Mercurius ore facundus, & geſtator affabilium colubrarum. Poteſt ulla gravior contumelia Jovi veſtro infligi, aut quicquam eſt aliud, quod labefactet, aut deſtruat Deorum principis auctoritatem, quàm quod eum creditis voluptatibus aliquando libidinoſis victum, & in femineos appetitus inflammati pectoris incaluiſſe fervore? Et quid regi Saturnio matrimonijs fuerat cum alienis rei? Non illi fuerat ſatis Juno, nec ſedare impetum cupiditatum in regina poterat numinum, cum nobilitas eam commendaret tanta, facies, oris dignitas, & ulnarum nivei marmoreique candores? An uxore contentus haud una, concubinis, pellicibus, atque amiculis delectatus impatientiam ſuam ſpargebat paſſim, ut babecali adoleſcen-

tes ſolent, ſalax Deus, & canus ex finitis corporibus flaccescentium voluptatum reſtituebat ardorem? Quid dicitis ô impij, vel quas de veſtro Jove opinionum confingitis fœditates? Ita non animadvertitis, non videtis, cujus eum notetis probri? cujus criminis conſtituatis auctorem? vel quas in eum labes flagitiorum, quantas coacervetis infamias? Ad libidinem homines proni, atque ad voluptatum blanditias naturæ infirmitate proclives, adulteria tamen legibus vindicant, & capitalibus afficiunt eos pœnis, quos in aliena comprehenderint fœdera genialis ſe lectuli expugnatione jeciſſe. Subſeſſoris & adulteri perſona cujus eſſet turpitudinis, notæ cujus, regum maximus neſciebat, & ſpeculator ille, ut fama eſt, bene meritorum ac peſſimè, quidnam deceret ſe velle rationibus pectoris non perſpiciebat amiſſis. Et tolerari forſitan maletractatio hæc poſſet, ſi eum ſaltem perſonis conjungeretis comparibus, & adulter à vobis immortalium conſtitueretur dearum. In humanis verò corporibus quidnam quæſo inerat pulchritudinis, quid decoris, quod irritare, quod flectere oculos poſſet in ſe Jovis? Cutes, viſcera, pituita, atque omnis illa proluvies inteſtinorum ſub involucris conſtituta: quam non modo Linceus ille penetrabili acie poſſit horreſcere, verumetiam quivis alter ſola vel cogitatione vitare. O egregia merces culpæ! ô digna & pretioſa dulcedo, propter quam Jupiter maximus cygnus fieret, & taurus, & candidorum procreator ovorum! Si aperire oculos mentis & veritatem propriam intueri ſine ulla vultis gratificatione privata, miſeriarum omnium cauſas, quibus genus, ut dicitis, jamdudum afflictatur humanum, ex hujuſmodi reperietis opinationibus fluere, quas habetis antiquitus de Dijs veſtris, & quas in melius reformare ante oculos poſita veritate renuiſtis. Nam nos quidem quidnam de illis aliquando, aut inconveniens ſenſimus, aut conſcriptionibus edidi-

mus

mus indecoris, ut in invidiam jaciantur noſtram labores generis humani, & commoditates, quibus vivitur, imminutæ? Numquid à nobis dicitur, ut ciconias, ut palumbes, ex ovis eſſe progenitos quoſdam Deos? Numquid ex pelagi ſpuma, & ex Cœli genitalibus amputatis Cythereiæ Veneris concretum coaluiſſe candorem? Numquid parricidij cauſa vinctum eſſe Saturnum, & ablui diebus ſtatis, vinculorum ponderibus & levari? Numquid beneficio Curetum ab interitu ſervatum Jovem? Numquid expuliſſe regno patrem, & alieni juris imperium violentia & fraude tenuiſſe? Numquid pulſum à nobis ſenẽ Italorũ delituiſſe in finibus, & quod tutus fuiſſet à filio, nomen Latio impoſuiſſe pro munere? Numquid inceſtas nuptias cum ſorore Jovem ipſum dicimus feciſſe nos? aut invitatum ad jus menſæ pro ſuillis viſceribus prolem neſcium Lycaoniam pranſitaſſe? Numquid altero claudum pede apud inſulam Lemnum fabrilia opera exercuiſſe Vulcanum? Numquid cupidinis atque avaritiæ cauſa, ſicut canit Bœotius Pindarus, Æſculapium fulminis transfixum eſſe telo? Numquid Apollinem ditem factum, eos ipſos reges, quorum gazis fuerat locupletatus & donis, ambiguitate fefelliſſe reſponſi? Numquid furem Mercurium publicavimus? non vos eſſe Lavernam, atque cum hoc ſimul fraudibus præſidere furtivis? Numquid ex nobis Myrtilus eſt auctor, qui Macari filias, Megalconis ancillulas, profitetur fuiſſe Muſas? Numquid rege à Cyprio, cujus nomen Cinyras eſt, ditatam meretriculam Venerem divorum in numero conſecratam? Quis ex reliquiis Pelopis compactum eſſe palladium prodidit? non vos? Quis Spartanum fuiſſe Martem? non Epicharmus auctor veſter? Quis in Thraciæ finibus procreatum? non Sophocles Atticus cunctis conſentientibus theatris? Quis menſibus in Arcadia tribus & decem vinctum? non Melæ fluminis filius? Quis ei canes ab Caribus, quis ab Scythis

this asinos immolari? non principaliter cum cæteris Apollodorus ? Quis dum genialibus insultat alienis , hæsisse in laqueis involutum ? non commentarij vestri, non scænæ? Numquid aliquando à nobis conscriptum est , mercenariam Deos servitutẽ serviſſe? ut Herculem Sardibus amoris & petulantiæ causa: ut Admeto Apollinem Delium: ut Laomedonti Troico Jovis fratrem: ut eidem, sed cum patruo Pythium : ut conjugalia secreta miscentibus , Minervam luminis ministram , & lucernarum moderatricem? Nónne ille vester est vates, qui Martem fecit & Venerem mortalium manibus vulneratos? Non ex vobis Panyasis unus est, qui ab Hercule Ditem patrem, & reginam memorat sauciatam esse Junonem ? Non viraginem ab Ornyto cæsam , cruentatam , vexatam, Polemonis vestri indicant scripta ? Non ab Hippocoontis liberis ipsum Sosibius Herculem cruciatum tetuliſſe pronunciat , & illati vulneris, & doloris? Apud insulam Cretam sepulturæ esse mandatum Jovem nobis , editum traditur? In Spartanis & Lacedæmonijs finibus nos dicimus conditos , in cunis coalitos fratres? Noster ille est auctor, qui Patrocles Thurius scriptorum in titulis indicatur , qui tumulos memorāt , reliquiasque Saturnias tellure in Sicula contineri? Chæroneus Plutarchus nostrarum esse partium comprobatur , qui in Oetæis verticibus Herculem post morborum comitalium ruinas dissolutum in cinerem prodidit? Nam quid de illis amoribus dicam, quibus in fœminas sanctos incaluisse cœlestes, vestris proditum literis atque auctoribus continetur ? Numquid enim à nobis arguitur rex maris Amphitritas , Hippothoas, Amymonas, Menalippas , Alopas , per furiosæ cupiditatis ardorem castimoniæ virginitate privasse ? Numquid Apollo Latonius immaculatus ille, castissimus, atque purus, Arsinoas , Æthusas, Hypsipylas, Marpissas, Zeuxippas & Prothoas, Daphnas & Steropas , inconsulti pectoris appetisse fervoribus?

Numquid

Numquid ſenex Saturnus jamdudum obſitus canis, atque annorum vetuſtate jam frigidus, noſtris carminibus indicatur ab uxore in adulterio comprehenſus induiſſe formam feri, & ſub pecoris ſpecie hinnitibus evolaviſſe jactatis? Jupiter ipſe rex mundi, nonne à vobis infamis eſt iſſe per innumeras ſpecies, & petulantis amoris flammam ſervilibus obumbraviſſe fallacijs? Numquid à nobis aliquando conſcriptus eſt libidinoſa ut perficeret furta, modò eſſe in aurum verſus, modò in ſatyrum ludicrum, in draconem, in alitem, taurum, & quod omnia genera contumeliarum tranſiliat, in formiculam parvulam, ut Clitoris videlicet filiam, Myrmidonis redderet apud Theſſalos matrem? Quis illum in Alcmena novem noctibus fecit pervigilaſſe continuis? non vos? Quis in amoribus deſidem derelicta cœli ſtatione jacuiſſe? non vos? Et ſanè adjungitis beneficia non parva: ſiquidem vobis Deus Hercules natus eſt, qui in rebus hujuſmodi patris ſui tranſiret exuperaretque virtutes. Ille noctibus vix novem unam potuit prolem extundere, concinnare, compingere: at Hercules ſanctus Deus natas quinquaginta de Theſtio nocte una perdocuit & nomen virginitatis exponere, & genitricum pondera ſuſtinere. Quid, quòd non contenti feminei generis attribuiſſe Dijs curas, etiam ſexus adjungitis adamatos ab his mares? Hylam neſcio quis diligit: Hyacintho eſt alius occupatus: ille Pelopis deſiderijs flagrat: hic in Chryſippum ſuſpirat ardentius: Catamitus rapitur delicium futurus, & poculorum cuſtos: & ut Jovis dicatur pullus, in partibus Fabius aduritur mollibus, obſignaturque poſticis. Sed ſoli amant apud vos mares, & femineo ſexui ſua conſervata eſt ſanctitas? Nonne veſtris cautum eſt literis, adamatum eſſe ab Aurora Tithonum, arſiſſe in Endymionem Lunam, Nereidem in Æacum, in Achillis genitorem Thetin, Proſerpinam in Adonem, matrem ejus Cererem in Jaſionem

nem neſcio quem ruſticanum, & poſt Vulcanum, Phaëtontem, Martem, in Anchiſæ nuptias ipſam illam Venerem Æneadum matrem, & Romanæ dominationis auctorem? Cum talia igitur vos probra, & flagitioſa prodigia, non in unum aliquem nominatim, ſed in omnem pariter ſuperorum gentem, quam eſſe vos remini, ſine ullius exceptione jaciatis, audetis ſalva verecundia dicere, aut eſſe nos impios, aut vos pios? cum multo majores ferant à vobis offenſas ex omnibus probris, quæ in illorum maledicta conducitis, quàm amplitudinis & honoris ex ritu atque officio cultionis? Aut enim falſa illa ſunt cuncta, quæ ſunt prompta de ſingulis, exiſtimationem illorum majeſtatemque lædentia, & res digna omnino eſt, propter quam Dij funditus genus omne debeant abolere mortalium: aut ſi explorata & vera ſunt, & ſine ullis dubitationibus comprehenſa, ad eam perducitur res ſummam, ut invitiſſimis vobis non generis ſuperi, ſed humani eos fuiſſe credamus. Ubi enim nuptiæ, matrimonia, puerperia, nutrices, artificia, debilitates, ubi ſtatus capitis, & conditio ſervitutis, ubi vulnera, cædes, cruor, ubi amores, deſideria, voluptates, ubi omnis animorum affectio ab inquietis perturbationibus veniens, neceſſe eſt divinum nihil iſtic eſſe: nec quod proprium caduci eſt generis, & terrenæ fragilitatis, præſtantiori poſſe adhærere naturæ. Quis eſt enim qui credat, ſi modo agnoſcit ac percipit vis iſtius potẽtiæ quæ ſit, aut genitabiles habuiſſe partes Deum, & abſciſſione fœdiſſima privatum his eſſe: aut ex ſe proditas aliquando intercepiſſe proles, & vinculorum coërcitum pœnis: aut cum patre quodammodo conſerviſſe bella civilia, & eum jure abſtinuiſſe regali: aut exterritum minoris metu vertiſſe exuperatũ terga, & tanquam fugitivum & exulẽ in ſubmotis delituiſſe ſecretis? Quis eſt, inquam, qui credat ad humanas accubuiſſe Deum menſas, interemptum avaritiæ cauſa, fefelliſſe ſupplices

plices ambiguitate reſponſi, præcellere in furtorum dolis, adulteraſſe, ſerviſſe, vulneratum eſſe, & adamaſſe, & per omnes libidinum formas inceſtarũ cupiditatum circumegiſſe pellaciam? Atquin omnia vos iſta & fuiſſe, & ineſſe in Dijs aſſeveratis veſtris: neque ullam prætermittitis ſpeciem vitioſitatis, maleficij, lapſus, quam non in convitium numinum opinionum petulãtia conferatis. Aut igitur vobis quærendi ſunt Dij alij, in quos omnia iſta non cadant, in quos enim hęc cadunt, humani ſunt generis atq; terreni, aut ſi hi ſunt tantummodo, quorum nomina publicaſtis & mores, eos opinionibus tollitis veſtris. Mortalia ſunt enim quæcunq; narratis. Et poſſumus quidem hoc in loco omnes iſtos, nobis quos inducitis atque appellatis Deos, homines fuiſſe monſtrare, vel Agragantino Euhemero replicato, cujus libellos Ennius, clarũ ut fieret cunctis, ſermonem in Italum tranſtulit: vel Nicagora Cyprio, vel Pellæo Leonte, vel Cyrenenſi Theodoro, vel Hippone ac Diagora Melijs, vel auctoribus alijs mille, qui ſcrupuloſę diligentiæ cura in lucem res abditas libertate ingenua protulerunt. Poſſumus, inquam, ſi placet, & Jovis res geſtas, & Minervæ expromere bella, virginis & Dianæ: quibus dolis Liber Indorum affectaverit regnum, cujus fuerit conditionis Venus, cujus operæ, cujus quæſtus: matrimonium Magna cujus tenuerit mater: quidnam ſpei, quid voluptatis ſpecioſo ab Attide conceperit: unde Serapis Ægyptius, unde Iſis, vel ex quibus cauſis appellatio ipſa concinnata ſit nominum. Sed non iſtam ſuſcepimus in eo ſermone, quem facimus, vel operulam, vel voluntatem, ut oſtendamus & publicemus, quinam fuerint hi omnes. Illud nobis propoſitum eſt, ut quoniam nos impios & irreligioſos vocatis, vos contra pios & Deorum contenditis eſſe cultores, demonſtrare atque in medio ponere, ab hominibus magis nullis ignominoſius eos tractari, quàm à vobis. Quod ſi habere ſe ita ex ipſis male-

dictionibus promptum est, sequitur ut intelligi debeat, vos superis stimulos indignationum furialium commovere: qui tam fœdas de illis vel auditis, vel creditis, vel ignominiosas ipsi compingitis fabulas. Non enim qui sollicitè relegit, & immaculatas hostias cædit, qui acervos turis dat concremandos igni, numina censendus est colere, aut officia solus religionis implere. Cultus verus in pectore est, atque opinatio de Dijs digna: nec quicquam prodest illatio sanguinis & cruoris, si credas de his ea, quæ non modò sint longè ab eorum dissita distantiaque natura, verum etiam labis & turpitudinis aliquid, & majestati eorum concilient, & decori. Interrogare enim vos libet, & ad sermonis exigui responsionem vocare, utrúmne gravius existimetis nullas cædere his hostias, quia putes naturam tantam neque velle, neque appetere istas: an talia de his probra opinionum fœditate concipere, quæ cujusvis animum in ultionis possint rabiem concitare? Si rerum momenta pendantur, nullum reperias tam invidum judicem, qui non criminosius æstimet maledictis insignibus cujuspiam famam carpi, quàm à quoquam silentio præteriri. Hoc enim forsitan rationis existimari possit & credi: illud sacrilegæ mentis est, & desperatæ in fictionibus cæcitatis. In cærimonijs vestris, rebusque divinis, postulionibus locus est, & piaculi dicitur contracta esse commissio, si per imprudentiæ lapsum, aut in verbo quispiam, aut simpuvio deerrarit, aut si cursu in solennibus ludis, curriculisque divinis: commissum omnes statim in religiones clamatis sacras, si ludius constitit, aut tibicen repentè conticuit: aut si patrimus ille qui vocitatur puer omisit per ignorantiam lorum, aut terram tenere non potuit: & audetis abnuere in delictis tã gravibus violari semper à vobis Deos, cùm in levioribus causis irasci eos ipsi cum pernicie sæpius confiteamini civitatis? Sed poëtarum inquiunt figmenta sunt hæc omnia, & ad

voluptatem compoſitæ luſiones. Non eſt quidem credibile hõmines minus brutos & vetuſtatis remotiſſimæ veſtigatores, aut non eas inſeruiſſe ſuis carminibus fabulas, quæ in notionibus hominum ſupereſſent, atque in auribus collocatæ: aut ipſos ſibi tantum licentioſi voluiſſe juris adſciſcere, ut confingerent per ſtultitiam res eas, quæ nec ab inſania procul eſſent remotæ, & quæ illis ab Dijs metum, & periculum poſſent ab hominibus comparare. Sed concedamus, ut dicitis, deformitatum tantarum concinnatores eſſe atque inventores poëtas: immunes tamen à Deorum maletractatione nec ſic eſtis, qui aut talia ceſſatis maleficia vindicare: aut non legibus latis, & ſeveritate pœnarum tantæ iiſtis obviam temeritati, conſtitutumque à vobis eſt, ne quis poſthac hominum, id quod eſſet turpitudini proximum, aut Deorum indignum majeſtatibus, loqueretur. Quiſquis enim patitur peccare peccantem, is vires ſubminiſtrat audaciæ: & majoris contumeliæ res eſt, falſis quenquam notare atque inſignire criminibus, quàm vera ingerere atque objectare delicta. Quod enim ſis dici, & quod eſſe te ſentias, morſum habet minorem teſtimonio tacitæ recognitionis infractum. Illud verò acerbiſſimè vulnerat, quod inuritur innoxio, & quod decus nominis atque exiſtimationis infamat. Deſcribuntur Dij veſtri in triclinijs cœleſtibus, atque in chalcidicis aureis cœnitare, potare, & ad ultimum fidibus & vocum modulatione mulceri. Vos aures patientiſſimas commodatis: nec judicatis indignum voluptates attribui Dijs eas, quibus corpora terrena fulciuntur, & quas aures expetunt enervati pectoris diſſolutione mollitæ. Inducuntur ex his alij amatores, adulteri caſtitatis, nec cum feminis tantùm, ſed cum viris etiam propudioſos flagitioſoſque miſcere concubitus. Vobis nulla eſt cura quid ſuper rebus dicatur tantis, neque ullo ſaltem caſtigationis metu luxuriantium literarum

coërcetis audaciam. Per insanias, per furores orbare alij se, & tanquam hostili de sanguine, ita se próprio parricidio cruentare. Sacrilegia vos illa miramini elata sublimiter, & quod pœnis omnibus conveniebat plecti, ut animosius consurgat audacia, incentivo extollitis laudis. Illi vulnera orbitatis ingemere, & cum ejulatibus indecoris fata incusare crudelia: vos stupetis eloquentiæ viribus, & quod penitus oportebat ex humani generis coalitu tolli, percensetis, ediscitis, ac ne ulla intercidat oblivione curatis. Vulnerari, vexari, bella inter se gerere furialium memorantur ardore discriminum: vobis illa est descriptio voluptati, atque ut scriptorum tantam defendatis audaciam, allegorias res illas, & naturalis scientiæ mentimini esse doctrinas. Sed quid ego neglectas aliorum conqueror contumelias numinum? Ipse ille Jupiter, cujus vos nomen effari non sine metu decuit & totius corporis concussione, amasio captus ab uxore describitur confiteri culpas suas, & velut demens ac nescius, quas amiculas conjugi, quas uxori antepossuerit pellices, obduratus inverecundia publicare: vos talia qui extulere prodigia, poëtarum esse principes atque reges divinis ingenijs prædítos, capita esse memoratis sanctissima: tantumque ab officio religionum, quas inducitis, evolastis, ut gravioris ponderis sint apud vos verba, quàm cœlitum violata sublimitas. Ita ergo non decuit, si modò ullus Deorum esset apud vos metus, aut si esse illos uspiam præsumptionis certissimæ confidentia crederetis, rogationibus, plebiscitis, consultorum senatus metu intercedere, prohibere, sancire, ne quis vellet de Dijs passim, nisi quod esset plenum religionis, effari. Nec à vobis saltem istum meruerunt honorem, ut quibus expellitis à vobis, eisdem ab his legibus propulsaretis injurias. Majestatis sunt apud vos rei, qui de vestris sequius obmurmuraverint aliquid regibus. Magistratum in ordinem redigere,

gere, Senatorem aut convitio prosequi, suis esse decrestis periculosissimum pœnis. Carmen malum conscribere, quo fama alterius coinquinetur & vita, decemviralibus scitis evadere noluistis impune: ac ne vestras aures convitio aliquis petulantiore pulsaret, de atrocibus formulas constituistis injurijs. Soli Dij sunt apud vos superi inhonorati, contemptibiles, viles: in quos jus est à vobis datum, quæ quisque voluerit dicere: turpitudinum jacere, quas libido confinxerit atque excogitaverit, formas. Et incuriam nobis intendere tam infamium non erubescetis numinum, cùm sit rectius multo Deos esse non credere, quàm esse illos tales, talique existimatione sentire. Sed poëtis tantummodo licere voluistis indignas de Dijs fabulas, & flagitiosa ludibria comminisci? Quid pantomimi vestri, quid histriones, quid illa mimorum, atque exoleti generis multitudo? Nonne ad usum quæstus sui abutuntur Dijs vestris, & lenocinia voluptatum ex injurijs attrahit contumelijsque divinis? Sedent in spectaculis publicis sacerdotum omnium, magistratuumque collegia, Pontifices maximi, & maximi Curiones: sedent Quindecimviri laureati, & Diales cum apicibus Flamines: sedent Augures interpretes divinæ mentis & voluntatis: necnon & castæ virgines, perpetui nutrices & conservatrices ignis: sedet cunctus populus & senatus: consulatibus functi patres, Dijs proximi atque augustissimi reges: & quod nefarium esset auditu, gentis illa genitrix Martiæ, regnatoris & populi procreatrix amans saltatur Venus, & per affectus omnes meretriciæ vilitatis impudica exprimitur imitatione bacchari: saltatur & Magna sacris compta cum infulis Mater; & contra decus ætatis illa Pessinuntia Dindymene, in bubulci unius amplexu flagitiosa fingitur appetitione gestire: necnon & illa proles Jovis Sophoclis in Trachinijs Hercules pestiferi tegminis circumretitus indagine miserabiles edere inducitur ejula-

ejulatus, violentia doloris frangi, atque in ultimam tabem diffluentium viſcerum maceratione conſumi. Quin & ille in fabulis maximus ipſe regnator poli, ſine ulla nominis majeſtatiſque formidine, adulterorum agere introducitur partes, atque ut fallere caſtitatem alienarum poſſit familias matrum, ora immutare pellacia, & in ſpecies conjugum ſubditivi corporis ſimulatione ſuccedere. Nec ſatis hæc culpa eſt: etiam mimis, & ſcurrilibus ludicris ſanctiſſimorum perſonæ interponuntur Deorum. Et ut ſpectatoribus vacuis riſus poſſit atque hilaritas excitari, jocularibus feriuntur cavillationibus numina, conclamant, & aſſurgunt thearra, caveæ omnes concrepant fragoribus atque plauſu. Et quod nullis poſſit ſatisfactionibus expiari, exoletis, atque irriſoribus numinum dona inſtituuntur & munera, ab officijs ocium publicis, immunitas, & vacatio cum coronis. Et audetis poſt iſta mirari, unde oriantur hæc mala, quibus inundatur & premitur ſine ulla intermiſſione mortalitas; cùm omnes res eas, quibus ſunt involuta probra numinum, & maledictionis elogia, & quotidie referatis, & ediſcatis quotidie: & ſi quando animum deſidem ocioſis vultis alucinationibus occupari, dies vobis poſcatis dari, & ſine ullis intermiſſionibus exhiberi. Quod ſi haberet vos aliqua veſtris pro religionibus indignatio, has potius literas, hos exurere debuiſtis olim libros, demoliri, diſſolvere theatra hæc potius, in quibus infamiæ numinum propudioſis quotidie publicantur in fabulis. Nam noſtra quidem ſcripta cur ignibus meruerunt dari? cur immaniter conventicula dirui? in quibus ſummus oratur Deus, pax cunctis & venia poſtulatur magiſtratibus, exercitibus, regibus, familiaribus, inimicis, adhuc vitam de gentibus, & reſolutis corporum vinctione: in quibus aliud auditur nihil, niſi quod humanos faciat, niſi quod mites, verecundos, pudicos, caſtos, familiaris communicatores rei, & cum omnibus conſo-

consolidæ germanitatis necessitudine copulatos. Verum ita se res habet, ut quoniam plurimum gladijs, & potestate valetis ferri, anteire vos etiam veritatis scientia judicetis: & esse pro Dijs pios, quorum potentias primi opinionum obscœnitate fœdastis. Hoc in loco, si ferocitas vestra permittit, & rabies patitur, illud nobis ut respondeatis, oramus: utrúmne iras cadere in naturam existimetis Deorum, an ab affectibus his longè divinam esse beatitudinem disiugatam? Nam si concipiunt has faces, & motibus exasperantur irarum, sicut vestræ opinationes ferunt: nam sæpe illos dicitis & propter ludos minus sollicite factos, & propter præsules non probatos, & propter quædam spatiola defanata, & propter cæremonias non ritè perfectas, tremoribus infremuisse terrarum, & contagione pestilenti corrupisse auras temporum luctuosa cum populi vastitate, sequitur ut intelligi debeat iracundias non parvas ex opinionibus eos continere prædictis. Quod si datur, & illud necessario consequens, miserias has omnes, quibus olim genus accumulatur humanum, ab hujusmodi fluere fictionibus. Quod si ab his causis indignatio proficiscitur numinum, miseriarum tantarum vos estis auctores, qui animos cœlitum non cessatis offendere, & ultionis in rabiem concitare. Sin autem ab hujusmodi furijs Deorum est genus immune, neque quid sit irasci Dij omnino noverunt: & nobis ergo irasci sine ulla ratione dicuntur, qui ira quid sit, ignorant. [& ab ejus comptu & permixtione sunt absoluti. Neque enim fieri per rerum naturam potest, ut quod unum est, fiat duo: & in diversas res eat unitas, ingenita simplicitate divisa.]

LIB. IV. EXPLICIT.

VARNO-

ARNOBII
DISPVTATIONVM
ADVERSVS GENTES
LIBER QUINTUS.

ESTO: ab ludentibus poëtis cuncta illa sint prodita de immortalibus Dijs probra. Quid illa quæ historiæ continent graves, seriæ, curiosæ, quæque in arcanis mysterijs traditis poëtarum sunt excogitata lascivia? Quæ si vobis viderentur ineptiarum talium fabulæ, neque in usu retineretis quotidiano, neque per cursus annuos lætitias exerceretis ut festas, neque ut rerum simulacra gestarum sacrorum conservaretis in ritibus. Ex quibus tam multis unum interim ponam, moderaminis temperamentum secutus, in quo stolidus & imprudens ipse ille inducitur Jupiter, verborum ambiguitatibus lusus. In secundo Antiatis libro, ne quis fortè nos existimet concinnare per calumnias crimina, talis perscripta est fabula. Numam illum regem, cum procurandi fulminis scientiam non haberet, essetque illi cupido noscendi, Egeriæ monitu castos duodecim juvenes apud aquam celasse cum vinculis: ut cum Faunus, & Martius Picus ad id locorum venissent haustum, nam illis aquandi solenne iter huc fuit, invaderent, constringerent, colligarent. Sed quò res fieri expeditius posset, regem pocula non parvi numeri vino, mulsoque complesse, circaque accessus fontis insidiosam venturis opposuisse fallaciam. Illos more de solito bibendi appetitione correptos, ad hospitia nota venisse.

niſſe. Sed cum liquoribus odoratis offendiſſent fragantia pocula, vetuſtioribus antepoſuiſſe res novas, invaſiſſe aviditer dulcedine potionis captos, hauſiſſe plus nimio, obdormiviſſe factos graves: tum bis ſenos incubuiſſe ſopitis, injeciſſe madidatis vincla, expergitoſq́ne illos ſtatim perdocuiſſe regem, quibus ad terras modis Jupiter poſſet & ſacrificijs elici: & accepta regem ſcientia rem in Aventino feciſſe divinam, elexiſſe ad terras Jovem, ab eoq́ue quæſiſſe ritum procurationis & morẽ: Jovem diu cunctatum expiabis dixe capite fulgurita: regẽ reſpondiſſe, cæpicio: Jovem rurſus, humano: retuliſſe regem, ſed capillo. Deum contrà, anima: piſcis, ſubjeciſſe Pompilium. Tunc ambiguis Jovem propoſitionibus captum extuliſſe hanc vocem, decepiſti me Numa; nam ego humanis capitibus procurari conſtitueram fulgurita, non capillo cæpicio: quoniam me tamen tua circumvenit aſtutia, quem voluiſti habeto morem: & his rebus, quas pactus es, procurationem ſemper ſuſcipies fulguritorum. Quid primum, quid ultimum, vel exequatur animus, vel conticiſcat, nec facile dictu eſt, neque ullis conſiderationibus expeditum. Ita enim ſunt omnia & excogitata, & comparata deriſui, ut ſit vobis connitendum, falſa ut credantur hæc eſſe, etiam ſi ſint vera, quàm obtinere velle pro veris, & velut quiddam mirabile non ſine ipſius numinis inſinuare contemptu. Quid enim dicitis, ô iſti? Credimúſne illum Faunum, & Martium Picum, ſi ex numero ſunt Deorum, & ex illa perpetua immortaliq́ue natura, ſitis aliquando ariditate ſiccatos, atque ut æſtum poſſent irrigare venarum, fluenta iſſe per fontium? Credimúſne captos mero, & dulcedine illectos mulſi, tamdiu ſe poculis ingurgitaviſſe fallacibus, ut uſque ad ebrietatis periculum veniretur? Credimúſue vinctos ſomno, atque altiſſimi ſoporis oblivione demerſos, vinciendi copiam ſui animalibus præbuiſſe terrenis? Quibus deinde parti-

bus vinculorum illæ injectæ sunt nexiones, solidatis habebant quicquam? aut ex duris ossibus informatæ fuerant eorum manus, quæ constringi laqueis, & nodorum possent illigationibus coërceri? Non enim requiro, non exigo, an aliquid potuerint fari ebrietatis alienatione nutantes: an Jove invito, vel potius nescio, protrahendi ad terras ejus ritum quisquam potuerit publicare: illud solum audire desidero, cur si Faunus & Picus sunt divini generis & potestatis, non ipsi potius edidere quærenti id, quod ab ipso Jove periculosius Numa cupiebat audire? An numquid Jupiter solus hujus rei scientiam noverat, ab ipso enim decidunt fulmina, ut imminentia procurare alicujus debeat scientiæ disciplina? An cùm ipse jaculetur hos ignes, aliorum sit operis scire, quibus modis conveniat iras ejus, atque animos temperare? Etenim revera stultissimum credere est, ipsum remedia scire, quibus averti possint, quæ per fulminis jactum in humanis fieri constituerit rebus. Hoc est enim dicere: illo ritus genere meas iras placabitis: & si quando per fulgura significavero aliquid imminere, facite hoc & illud, ut quod fieri statui, inane fiat & vacuum, & sacrorum vi vanescat. Sed concedamus, ut dicitur, ipsum adversum se Jovem remedia scisse atque artes, quibus iri obviam suis significationibus conveniret: etiámne credemus Deum numinis tanti tractum esse ad terras, & in verrucula collis unius cum homunculo stantem, altercabilem conservisse sermonem? Et quænam illa quæso divina res fuit, quæ ab impetu rerum tanto Jovem compulit avocari, & mortalium sese denunciationibus siftere? mola salsa, tus, sanguis, verbenarum suffitio, & nominum terribilium fremores. & potentiora quam Jupiter fuerunt hæc omnia, ut eum compellerent invitum parere præceptis, aut voluntarium sese circumventionibus tradere? Quid? quod sequitur fidem sumet, aut tam improvidum fuisse Saturnium,

nium, ut aut ea proponeret, quorum ambagibus ipſe caperetur, aut neſciret futurum, quibus luſura ſe modis aſtutia eſſet calliditaſque mortalis? Expiabis, inquit, capite fulgurita. Imperfecta adhuc vox eſt, neque plena, proloquii, circumſcriptave ſententia. Scire enim neceſſario convenit, utrúmne capite vervecino, an ſuillo, an quolibet alio, expiationem iſtam ſciſcat Dieſpiter perpetrari. Quod cum nondum ſpecialiter ſtatuiſſet, eſſetque adhuc pendens, & nondum ſententia terminata, qui potuit Numa ſcire hominis Jovem dicturum caput, ut anteverteret, anteiret, & in caput cæpicij ambiguitatis illius incerta traduceret? Niſi fortè dicetis regem fuiſſe divinum. Numquid ipſo poterat eſſe Jove divinior? Niſi homo præſumens, quid dicturus eſſet Jupiter, circumſcripſit: Deus ſcire non poterat, quibus modis pararet circumſcribere ſe homo. Ita non in promptu eſt, & apparet puerilium eſſe ingeniola fictionum: quibus cùm acquiritur cordis Numæ vivacitas, imprudentia maxima importatur Jovi. Quid enim tam imprudens, quàm confiteri te captum argutia cordis humani, & cum deceptum te doleas, in victoris concedere voluntatem, & medicinam quam obtuleras, ponere? Nam ſi fuit ratio, & quædam convenientia naturalis, cur humano capite procuratio debuerit ſuſcipi fulguriti, non video cur ab rege relatio ſit facta cæpicij: ſin autem poterat & cæpicio tranſigi, libidinosè hominis inhiatum eſt cruori. Atque ita in contrarium pars utraque traducitur, ut nec Numam monſtretur voluiſſe ſcire, quod voluit, & crudelis Jupiter fuiſſe doceatur, qui quod à Numa potuit & cœpicio ſuſcipi, voluiſſe dixerit humanis capitibus expiari. Apud Timotheum non ignobilem Theologorum virum, nec non apud alios æque doctos, ſuper Magna Deorum Matre, ſuperque ſacris ejus, origo hæc ſita eſt, ex reconditis antiquitatum libris, & ex intimis eruta, quemadmodum

ipſe ſcribit, inſinuatque, myſterijs. In Phrygiæ finibus inauditæ per omnia vaſtitatis petra, inquit, eſt quædam, cui nomen eſt Agdus, regionis ejus ab indigenis ſic vocatæ: ex ea lapides ſumptos, ſicut Themis mandaverat præcinens, in orbem mortalibus vacuum Deucalion jactavit & Pyrrha: ex quibus cũ cæteris & hæc, Magna quæ dicitur, informata eſt Mater, atque animata divinitus. Hanc in vertice ipſo petræ datam quieti & ſomno, quam inceſtis Jupiter cupiditatibus appetivit. Sed cùm obluctatus diu id, quod ſibi promiſerat, obtinere nequiſſet, voluptatem in lapidem fudit victus. Hinc petra concepit, & mugitibus editis multis prius, menſe naſcitur decimo materno ab nomine cognominatus Acdeſtis. Huic robur invictum, & ferocitas animi fuerat intractabilis, inſana & furialis libido & ex utroque ſexu, vi rapta devaſtare, diſperdere, ire immanitas quò animi duxerat: non Deos curare, non homines, nec præter ſe quidquam potentius credere: terras, cœlum, & ſidera contemnere. Cujus cùm audacia quibúſnam modis poſſet vel debilitari, vel comprimi, ſæpenumero eſſet Deorum in deliberatione quæſitum; hæſitantibus cæteris, hujus muneris curam Liber in ſe ſuſcipit: familiarem illi fontem, quo ardorem fuerat ſuetus & ſitiendi lenire flagrantiam, ludo & venationibus excitatam, validiſſima ſuccendit vi meri: neceſſitatis in tempore hauſtum accurrit Acdeſtis, immoderatius potionem hiantibus venis rapit: fit ut inſolita re victus ſoporem in altiſſimum deprimatur. Adeſt ad inſidias Liber, ex ſetis ſcientiſſimè complicatis unum plantæ injicit laqueum, parte altera proles cum ipſis genitalibus occupat: exhalata ille vi meri corripit ſe impetu, & adducente nexus planta, ſuis ipſe ſe viribus, eo quo fuerat, privat ſexu: cum diſcidio partium ſanguis fluit immenſus: rapiuntur, & combibuntur hæc terra: malum repente cum pomis ex his punicum naſcitur, cujus Nana ſpeciem contemplata

templata regis Sangarij vel fluminis filia carpit mirans, atque in ſinu reponit: fit ex eo prægnans: tanquam vitiatam claudit pater, & curat ut inedia moriatur; pomis, atque alijs bacculis Deûm ſuſtentatur à Matre, enititur parvulum: ſed exponi Sangarius præcipit: repertum neſcio quis ſumit Phorbas, lacte alit hirquino: & quoniam Lydia ſcitulos ſic vocat, vel quia hircos Phryges ſuis Attagos elocutionibus nuncupant, inde Attis nomen ut ſortiretur, effluxit. Hunc unicè Mater Deûm, ore fuerat quod excellentiſſimo, diligebat, & Acdeſtis blandus adulto comes, & quâ ſolum poterat minus rectis aſſentationibus vinctus, ſaltuoſa ducens per nemora, & ferarum multis muneribus donans: quæ puer Attis primo ſui eſſe dicebat laboris, atque operis glorians, per vinum deinde confitetur, & ab Acdeſti ſe diligi, & ab eo donis ſylveſtribus honorari: unde vino, quod ſilentium prodidit, in ejus nefas eſt ſanctum ſeſe inferre pollutis. Tunc Peſſinuntius rex Midas alienare cupiens tam infami puerum conjunctione, matrimonio ei ſuam filiam deſtinat: ac ne ſcævus aliquis nuptialia interrumperet gaudia, fecit oppidum claudi. Verùm Deûm Mater aduleſcentuli fatum ſciens, interque homines illum tamdiu futurum ſalvum, quamdiu eſſet ſolutus à matrimonij fœdere, ne quid accideret mœſti, civitatem ingreditur clauſam, muris ejus capite ſublevatis: quod eſſe turritum ratione ab hac cœpit. Acdeſtis ſcatens ira convulſi à ſe pueri, & uxoris ad ſtudium derivati, convivantibus cunctis furorem & inſaniam ſuggerit: conclamant exterriti ad horam Phryges: mammas ſibi demetit Galli filia pellicis, rapit Attis fiſtulam, quam inſtigator ipſe geſtitabat inſaniæ, furiarum & ipſe jam plenus, perbacchatus, jactatus, proiicit ſe tandem, & ſub pini arbore genitalia ſibi deſecat, dicens: Tibi Acdeſti hæc habe, propter quæ motus tantos furialium diſcriminum concitaſti. Evolat cum profluvio ſanguinis vita:

ſed

ſed abſciſſa quæ fuerant, Magna legit Mater Deûm, & injicit his terram, veſte prius tectis, atque involutis defuncti. Fluore de ſanguinis viola flos naſcitur, & redimitur ex hac arbos: inde natum & ortum eſt, nunc etiam ſacras velarier & coronarier pinos. Virgo ſponſa quæ fuerat, quam Valerius pontifex Jam nomine fuiſſe conſcribit, exanimati pectus lanis mollioribus velat, dat lachrymas cum Acdeſti, interficitque ſe ipſam: purpurantes in violas cruor vertitur interemptæ. Mater ſuffudit & has Deûm, unde amygdalus naſcitur, amaritudinem ſignificans funeris. Tunc arborem pinum, ſub qua Attis nomine ſpoliaverat ſe viri, in antrum ſuum defert, & ſociatis planctibus cum Acdeſti tundit & fauciat pectus pauſatæ circum arboris robur. Jupiter rogatus ab Acdeſti, ut Attis reviviſceret, non finit: quod tamen fieri per fatum poſſet, ſine ulla difficultate condonat, ne corpus ejus putreſcat, creſcant ut comæ ſemper, digitorum ut minimiſſimus vivat, perpetuo ſolus agitetur & motu. Quibus contentum beneficijs Acdeſtim conſecraſſe corpus in Peſſinunte: cæremonijs annuis, & ſacerdotum inteſtibus honoraſſe. Si contemptor aliquis numinum, & ſacrilegi pectoris immanitate furioſus, intendiſſet animum maledicere Dijs veſtris; auderet in eos quicquam gravius dicere, quàm iſta prodit hiſtoria, quam velut quiddam mirabile commentarij contuliſtis in formulam, ac ne illam vis temporis, & vetuſtatis obſolefaceret longitudo, perpetuitatis honore mactaſtis? Quid eſt enim de Dijs in ea poſitum, quídve conſcriptum, quod non, ſi in hominem dixeris pudibundis moribus & diſciplinis horridioribus educatum, & contumeliæ reus ſis, & injuriæ, & offenſionis odium ſimultatibus ſubeas inexpiabilibus comparatum? Ex lapidibus, inquitis, quos Deucalion jactavit & Pyrrha, Deûm procreata eſt Mater. Quid ô Theologi dicitis? quid ſupernarum antiſtites poteſtatum? Ergóne

Deûm

Deûm Mater ante diluvij caſum nulla fuit in parte naturę? & niſi omne mortalium genus interemiſſet vis imbrium, procreationis illius cauſa atque origo ceſſaret ? Humanum eſt ergo munus, quod eſſe ſe ſentit: & beneficijs debet Pyrrhæ, quod orari ſe conſpicit in aſſcujus ſubſtantiæ qualitate: quod quidem ſi verum eſt, & illud erit neceſſariò non falſum, hominem illam fuiſſe non divam. Nam ſi certum eſt homines ex illo lapidum jactu nativitatis ſuæ originem ducere, & hanc neceſſe eſt credi unam fuiſſe de nobis, conſimilium cauſarum rationibus procreatam. Neque enim fieri rerum per repugnantiam quit, ut ex uno lapidum genere, & ex eadem ratione jaciendi, immortalium quidam ſortis, conditionis alij ſubſtituerentur humanæ. Varro ille Romanus multiformibus eminens diſciplinis, & in vetuſtatis indagatione rimator, in librorum quatuor primo, quos degente conſcriptos Romani populi dereliquit, curioſis computationibus edocet, ab diluvij tempore, cujus ſupra fecimus mentionem, ad uſque Hircij conſulatum & Panſæ, annorum eſſe millia nondũ duo: cui dicto ſi conſtat fides, Mater quoq; dicenda eſt magna intra hujus numeri fines ævitatem ſuam habere concluſam. Atque ita perducitur res eò, ut quæ omnium numinum genitrix eſſe narratur, non ſit mater, ſed filia: quinimo infans & parvula, ſiquidem Deos concedimus neque initia, neque fines ſæculorum perpetua in continuatione ſortitos. Sed quid terrenis obſolviſſe vos ſordibus Deûm loquimur Matrem, cùm ab Jovis ipſius maledictis nullam pauſam facere vel exigui temporis intercapedine quiveritis ? Cùm in ſummo Agdi vertice Deûm dormiret tum genitrix, obrepere conquieſcentis pudori filius, inquitis, inſidiator eniſus eſt. Poſt innumeras virgines, & ſpoliatas caſtitate matronas, etiamne in matrem cupiditatis infandæ ſpem Jupiter cepit, nec ab illius appetitiouis ardore horror eum quivit avertere,

quem non hominibus ſolis, ſed animalibus quoque nonnullis natura ipſa ſubjecit, & ingeneratus ille communiter ſenſus? An reſpectus pietatis & honeſti Capitoliorum defuit præſidi, nec, quid ſceleris cuperet, conturbatis per inſaniam mentibus, aut retractare poterat, aut pervidere? Sed ut res eſt, ponderis & majeſtatis oblitus, ad furta illa flagitioſa correpens ibat, pavens ac trepidus, anhelitu oris preſſo, ſuſpenſis per formidinem greſſibus, & inter media conſtitutus ſollicitudinis ſpeique confinia palpabat res intimas, altitudinem dormientis & matris patientiam tentans. O rerum imaginatio indecora! ô habitus fœdus Jovis ad obſcœni certaminis expeditionem parati! Ergóne ille rex mundi, cum incautus & properus obreptionis eſſet rejectus à furto, in impetum ſe vertit: & quum rapere voluptatem inſidioſa fraude non quivit, vi matrem aggreſſus eſt, & apertiſſimè cœpit venerabilem ſubruere caſtitatem? Colluctatus ergo diutiſſimè cum invita eſt, victus, fractus, ſuperatuſque defecit; & quem pietas dijugare ab infando matris non valuit appetitu, effuſa libido dijunxit? Niſi fortè dicetis, conventionis hujuſmodi cœtum genus vitat atque execratur humanum: apud Deos inceſta ſunt nulla. Et cur mater acerrimè repugnabat inferenti vim filio? cur ab illius amplexibus tanquam illicitos vitans refugiebat attactus? Nam ſi nihil eſſet in re mali, tam gerere illa morem ſine ulla retractione debuerat, quàm volebat hic cupidè appetitionis ſuæ irritamenta complere. Et ſanè hoc loco frugalitatis magnæ viri, & circa res etiam flagitioſi operis parciores, ne ſancta illa ſeminia fruſtra videantur effuſa, ſilex, inquit, ebibit Iovialis incontinentiæ fœditatem. Quid deinde quæſo conſecutum eſt, dicite? In ſinu medio lapidis, atque in illa cotis duritie informatus atque animatus eſt infans, Iovis magni futura progenies. Non eſt facile contradicere tam prodigioſis conceptionibus,

tamque

tamque miris. Cùm enim genus humanum ex lapidibus apud vos ortum, procreatumque dicatur, neceſſe eſt credere, & receptacula lapides habuiſſe genitalia, & jaculatam combibiſſe ſementem, & completis temporibus ſuſtuliſſe alvos graves, & ad poſtremum peperiſſe feminei moris difficultate connixos. Illud noſtram ſubigit curioſitatem requirere, cùm poſt decem menſes redditum eſſe dicatis partum: illo tempore quo in utero lapidis fuit clauſus, quibus alimoniis irrigatus eſt, quibus ſuccis? vel ex rigore quæ ſaxeo nutricia potuit ducere, ut eſt fetibus ſolenne de matribus? Nondum, inquit, contigerat lucem, & tonitrus patrios jam mugiens imitus intuſq; referebat. Et poſtquam illi datum eſt cœlum diemque conſpicere, obvia quæque vaſtabat incurſans, atque ipſos ſibi ſpondebat Deos cœli poſſe ab regione detrudere. O cauta & provida Deûm Mater! quæ ne nati invidiam tam inſolentis ſubiret, aut mugiens fetus ſomnis ſuis officeret, aut interpellaret quietem, ſubtraxit ſe ipſam, & ſeminis illud nocentiſſimum virus tranſmiſit ab ſe longè, & ſaxorum aſperitatibus propinavit. Æſtuatum eſt in concilijs Deorum, quibuſnam modis poſſet intractabilis illa feritatis edominari: & cum via nulla ſupereſſet, ad opem concurſum eſt unicam, ut mero madidaretur multo, & virilibus ſpoliaretur abſciſſis. Quaſi verò affecti corporalibus his damnis, fiant languidioris audaciæ, & non quotidie videamus eos, qui ſibi demeſſuerint has partes, majoris petulantiæ fieri, atque omnibus poſtpoſitis pudoris & verecundiæ frenis, in obſcœnam prorumpere vilitatem, flagitiorum confeſſione vulgata. Vellem tamen videre, ſi eſſet mihi illis naſci temporibus datum, patrem illum Liberum, debellatorem ferocitatis Acdeſtiæ, poſt Deorum auguſtiſſimas curias cœli ab culminibus lapſum, peniculantem, decurtantem cantherios, innectentem laqueos mobiles, aquarum innoxias puritates multa ſau-

ciantem vi meri: & poſtquam ebrietas potu emerſit, inſerviſſe cautè manus, contrectaviſſe virilia dormientis, atque ut omnia cingerent circumpoſiti laqueorum morſus, artificij curam ſic tum rebus adhibuiſſe perituris. Hoccine de Dijs quiſquam vel exigua dixerit eorum opinione polluctus? aut ſi talibus occupati ſunt negociis, cogitationibus, curis, quiſquam eos ſapiens aut Deos eſſe crediderit, aut immortalium ſaltem in numero computaverit? Acdeſtis iſte, oro, cujus obſcœnitas amputata ſecuritatem fuerat illatura cœleſtibus, ex terrenis animantibus unus fuit, an Deorum aliquis, & immortalitatis prædítus honore? Si enim noſtræ ſortis, & conditionis habebatur humanæ, cur terrorem tantum numinibus inferebat? Deus autem ſi fuerat, qui potuit decipi, aut divino aliquid ex corpore deſecari? Sed quæſtionem movemus parte in hac nullam: fuerit licet divino è genere, vel ex nobis aliquis, ſi hoc rectius exiſtimabitis dici: etiámne fluore de ſanguinis, & ex genitalibus amputatis arbor mali enata eſt punici? an tum, quum vis illa telluris cooperta eſt gremio, ſolum radice complexa eſt, in ſtipitis exilivit robur, oneratos fudit balauſtijs ramos, & in puncti ſpatio poma extulit mitia perfectionis propriæ maturitate completa? & quia de rubro exorta ſunt ſanguine, idcirco illis color eſt purpurei luminis offectione ſubluteus: addite huc etiam idcirco eſſe uvida, idcirco vinoſa, quod ex ſanguine ſaporatiore genus ducant, & fabulã convenienter impleſtis. O Abdera Abdera, dares quantas vias mortalibus irridendi, talis ſi apud te eſſet fabula ita conflata? Dicunt eam cuncti patres, & ſuperciliosæ perlegunt civitates, & eſſe tu fatua, & ſtoliditatis rigidiſſimæ judicaris? Per ſinum, inquit, Nana filium concepit ex pomo: ſequitur ſe ratio: ubi enim cautes & ſaxa pariunt dura, poma ibi neceſſe ſuriant. Glandibus atque ficis alebat Berecyntia religatam, convenienter & rectè: pomis enim debuerat

debuerat vivere, quæ mater fuerat facta de pomo. Poſtquàm fœtus emiſſus eſt, longè juſſus eſt ab Sangario projici : quem conceptum divinitus credidit eſſe jamdudum, & ſi gnatus eſſet, ſubolem ſui pignoris nuncupari. Lacte infans educatus hirquino eſt. O fabulam ſexui inimicam ſemper atque infeſtiſſimam maſculino ! in qua ſecus virile non ſolum homines ponunt, ſed pecudes etiam fiunt ex maribus. Pulchritudine inclyta, & prædicabili fuit inſignitus decore : admirabilis res ſatis, quod non illum fœtor vitabilem reddidit fugiendumque caprinus. Mater eum dilexit Magna : ſi nepotem ut avia, res ſimplex : ſin theatra ut percrepant, infamis & flagitioſa dilectio eſt. Diligebat & Acdeſtis, venatorijs eum muneribus locupletans : ab ſemiviro quidem nullum eſſe poterat periculum caſtitatis, ſed quid Midas horruerit, non eſt facile ſuſpicantibus exiſtimare. Ipſis mater eſt ingreſſa cum mœnibus : admiramur quidem in hac parte vires, & fortitudinem numinis : ſed culpamus negligentiam rurſus, quòd cùm legis meminiſſet & fati, patefecerit hoſtibus minus provida civitatem. Nuptialia celebrantibus vota, furias Acdeſtis inſaniamque ſubjeciti : ſi Midas rex offenderat, qui uxore aduleſcentulum vinciebat, quid admiſerat Gallus, quid pellicis filia, ut ille ſe viro, hæc mammarum honeſtate privaret ? Tibi habe hæc, inquit, propter quæ iras tantas animorum ſubverſionibus concitaſti. Neſciremus adhuc omnes, quid in adulti corpore furor deſideraſſet Acdeſtius, niſi puer abſciſſas has partes objeciſſet offenſo. Quid dicitis, ô gentes? quid hujuſmodi deditæ opinionibus nationes? nónne cùm iſta promuntur, arripit vos pudor, & tantarum verecundia fœditatum ? Nos avemus à vobis quid de Dijs dignum vel audire, vel diſcere : at verò vos nobis mammarum expromitis exectiones, amputationes virilium veretrorum, iras, ſanguinem, furias, interitus virginum voluntarios, & ex ſan-

guine mortuorum flores atque arbores procreatas. Dicite, ô iterum, ergóne Deum Mater genitalia illa defecta cum fluoribus, ipſa per ſe mœrens officioſa ſedulitate collegit, ipſa ſanctis manibus, ipſa divinis contrectavit ac ſuſtulit flagitioſi operis inſtrumenta fœdique, abſcondenda etiam mandavit terræ, ac ne nuda in gremio diffluerent ſic ſoli, priuſquam veſte velaret ac tegeret, lavit utique balſamis atque unxit? Unde enim violæ naſci potuiſſent odoræ, niſi putorem membri unguentorum illa ſuffectio temperaret? Cum hiſtorias, quæſo, perlegitis tales, nónne vobis videmini aut textriculas puellas audire tædioſi operis circumſcribentes moras: aut infantibus credulis avocamenta quæritantes anus longævas, & varias fictiones ſub imagine veritatis expromere? Cum Jove locutus eſt Acdeſtis, ut amato reſtitueret vitam: annuere Jupiter recuſavit, quia fatis potentioribus prohibebatur: ac ne eſſet omnino duriſſimus, unam largitus eſt gratiam, ne putrore corpus diſſolveretur ullo, ſuccreſcerent comæ ſemper, minimiſſimus digitorum ſolus ut in corpore viveret, ſolus motus perpetuos exhiberet. Hoccine quiſquam admiſerit, aut credulitatis aſſenſione firmarit, pilum in mortuo creſcere, partem non interiſſe, & ſejunctum ab lege putredinis mortale corpus adhuc uſque durare? Urgere vos jamdudum ad iſtius rei comparationem poſſemus, niſi ſtultitiæ pars eſſet, & talia diſcere, & hujuſmodi rerum indicia poſtulare. Sed hiſtoria hæc falſa eſt, neque ullam continet veritatis in ſe partem. Noſtra quidem nihil intereſt, quorum cauſa contenditis, exterminatos eſſe ab terris Deos, utrúmne ſit conſtans, & fidei firmitate connixa, an contra mendaciter, & falſitatis alicujus fictione compoſita. Nobis enim ſatis eſt, quibus hodie manifeſtare propoſitum eſt, numina iſta, quæ promitis, ſi ſunt uſpiam gentium, atque irarum fervoribus incaleſcunt, non magis à nobis, quam à vobis accipere

cipere offenſionum furialium cauſas: & eſſe illam in rebus, & à vobis in commentarijs relatam, & à volentibus quotidie perlegi, & futuri temporis pro inſtructione, per ordinem ſuccedentium tradi. Quæ ſi utique vera eſt, nullam videmus ſubeſſe rationem, cur nobis iraſci perhibeantur Dij cœlites, cùm turpitudines illorum tantas neque nos prodiderimus, neque in literas contulerimus ullas, neque in publicam teſtificationem ſacrorum celebritatibus miſerimus. Sin autem, ut remini, falſa eſt, & mendacijs interpolata fallacibus, ambigere hominum nullus poteſt, quin cauſa vos ſitis offenſæ, qui vel talia quoſdam conſcribere ſiveritis, aut conſcripta durare ſæculorum in memoria ſitis paſſi. Et tamen qui poteſtis falſitatis arguere conſcriptionem iſtam, cùm ipſa ſacra ſint teſtimonio, quæ per curſus annuos factitatis, & credi à vobis eſſe vera, & exploratæ fidei judicari? Quid enim ſibi vult illa pinus, quam ſemper ſtatis diebus in Deûm Matris intromittis ſanctuario? Nónne illius ſimilitudo eſt arboris, ſub qua ſibi furens manus & infelix aduleſcentulus intulit, & genitrix Divum in ſolatium ſui vulneris conſecravit? Quid lanarum vellera, quibus arboris colligatis & circumvolvitis ſtipitem? Nónne illarum repetitio lanarum eſt, quibus jam deficientem & contexit, & teporis aliquid rata eſt ſe poſſe membris conciliare frigentibus? Quid compti violaceis coronis, & redimiti arboris ramuli? Nonne illud indicant, uti Mater primigenijs floribus adornaverit pinum miſerabilis indicem teſtimoniumque fortunæ? Quid pectoribus applodentes palmas paſſis cum crinibus Galli? Nonne illos referunt in memoriam luctus, quibus mater turrita cum Acdeſti lacrymabili puerum proſecuta eſt ejulatu? Quid temperatus ab alimonio panis, cui rei dediſtis nomen Caſtus? Nonne illius temporis imitatio eſt, quo ſe numen ab Cereris fruge violentia mœroris abſtinuit? Aut ſi ea quæ dicimus, non ſunt ita,

vos ediſſertate, vos dicite, evirati iſti molleſque quos intereſſe vobiſcum in iſtius numinis videmus ſacris, quidnam iſtic habeant negocij, ſollicitudinis, curæ? & cur more lugentium cædant cum pectoribus lacertos, & fortunam imitentur in lamentabili conſtitutorum ſorte? Quid coronæ? quid violæ? quid volucra, mollium & velamenta lanarum? Cur ad ultimum pinus ipſa paulo ante in dumis inertiſſimum nutans lignum, mox ut aliquod præſens atque auguſtiſſimum numen Deûm Matris conſtituatur in ſedibus? Aut enim hæc cauſa eſt, quam in veſtris ſcriptis & commentarijs invenimus: & manifeſtum eſt vos non divinas conficere cærimonias, ſed imaginem triſtium redintegrare geſtorum: aut ſi alia ratio eſt, quam myſterij nobis abnegavit obſcuritas, & ipſa quoque neceſſe eſt turpitudinis alicujus participetur infamia. Quis eſt enim, qui credat honeſtatis aliquid in ea re eſſe, quam initiant viles Galli, effœminati conficiunt exoleti? Poſtulat quidem magnitudo materiæ, atque ipſius defenſionis officium, ut ſimiliter cæteras turpitudinum ſpecies perſequamur: vel quas produnt antiquitatis hiſtoriæ, vel myſteria illa continent ſancta, quibus initijs nomen eſt, & quæ non omnibus vulgo, ſed paucorum taciturnitatibus traditis: ſed ſacrorum innumeri ritus, atque affixa deformitas ſingulis, corporaliter prohibet univerſa nos exequi: quinimo, ut verius exprimamus, à quibuſdam nos ipſi conſilio, & ratione deflectimus: ne dum explicare contendimus cuncta, expoſitionis ipſius contaminationibus polluamur. Faunam igitur Fatuam, Bona quæ dicitur Dea, tranſeamus: quam myrteis cæſam virgis, quòd marito neſciente ſeriam meri ebiberit plenam, Sextus Clodius indicat Sexto de Dijs Græco: ſignumque monſtrari, quòd cùm ei divinam rem mulieris faciunt, vini amphora conſtituatur obtecta: nec myrteas fas ſit inferre verbenas, ſicut ſuis ſcribit in Cauſalibus Butas. Sed & Deos

Conſe-

Conſerenteis pari more ac diſſimulatione taceamus, quos cum cæteris ſcribit Flaccus in humani penis ſimilitudinem verſos obruiſſe ſe cineri, qui ſub ollula fuerat factus extorum: quem cùm Tanaquil dimoveret Etruriæ diſciplinarũ perita, ſurrexiſſe ſe Deos, & nervis obduruiſſe divinis. Corniculæ inde imperaviſſe captivæ, ut intelligeret & agnoſceret, quid ſibi res vellent: Ocriſiam prudentiſſimam feminam divos inſeruiſſe genitali: explicuiſſe motus certos. Tunc ſancta, & ferventia numina vim vomuiſſe Lucillij, ac regem Servium natum eſſe Romanum. Bacchanalia etiam prætermittamus immania, quibus nomen Omophagijs Græcum eſt: in quibus furore mentito, & ſequeſtrata pectoris ſanitate, circumplicatis vos anguibus, atque ut vos plenos Dei numine ac majeſtate doceatis, caprorum reclamantium viſcera cruentatis oribus diſſipatis. Necnon & Cypriæ Veneris abſtruſa illa initia prætereamus: quorum conditor indicatur Cinyras rex fuiſſe: in quibus ſumentes ea, certas ſtipes inferunt ut meretrici, & referunt phallos propitij numinis ſigna. Oblivioni etiam Corybantia ſacra donentur, in quibus ſanctum illud myſterium traditur, frater trucidatus à fratribus, interempti ex ſanguine apium natum, prohibitum menſis olus illud apponi, ne à manibus mortui inexpiabilis contraheretur offenſio. Sed & illa deſiſtimus bacchanalia altera prædicare, in quibus arcana & tacenda res proditur inſinuaturque ſacratis: ut occupatus puerilibus ludicris, diſtractus ab Titanibus Liber ſit: ut ab ijſdem membratim ſectus, atque in ollulas conjectus ut coqueretur: quemadmodum Jupiter ſuavitate nidoris illectus, invocatus advolarit ad prandium, compertaque re gravi graſſatores obruerit fulmine, atque in imas tartari præcipitaverit ſedes. Cujus rei teſtimonium, argumentumque fortunæ, ſuis prodidit in carminibus vates Thracius: talos, ſpeculum, turbines, volubiles rotulas, & tere-

tes pilas, & virginibus aurea ſumpta ab Heſperidibus mala. Ea erat nobis conſiliũ præterire: prætervehi illa etiam myſteria, quibus Phrygia initiatur, atque omnis gens illa, niſi nomen interpoſitum his Jovis prohiberet nos ſtrictim injurias ejus ignominaſque tranſire: non quo nobis dulce ſit, tam fœdis inequitare myſterijs: ſed ut ipſis vobis promptum etiam atque etiam fiat, quid in eos congeratis injuriæ, quorum profitemini vos eſſe cuſtodes, vindices, veneratores. Quondã Dieſpiter, inquiunt, cùm in Cererem ſuam matrẽ libidinibus improbis atq; inconceſſis cupiditatibus æſtuaret, nam genitrix hæc Jovis regionis ejus ab accolis traditur, neque tamen auderet id, quod procaci appetitione conceperat, apertiſſima vi petere, ingenioſas comminiſcitur captiones, quibus nihil tale metuentem caſtitate imminueret genitricem: fit ex Deo taurus, & ſub pecoris ſpecie ſubſeſſoris animum atque audaciam celans, in ſecuram & neſciam repentina immittitur vi furens, agit inceſtius res ſuas, & prodita per libidinem fraude, intellectus & cognitus evolat: ardeſcit furijs, atque indignationibus mater, ſpumat, anhelat, exæſtuat, nec fremitum continere tempeſtatemque irarum valens, ex continua paſſione Brimo deinceps ut appelletur, aſſumpſit: neque alia cordi eſt res ei, quàm ut audaciam filij pœnis quibus potis eſt, perſequatur. Jupiter ſatagit fractus metu: nec quibus remedijs leniat violatæ animos, reperit. Fundit preces, & ſupplicat: obſtructæ ſunt dolentis aures. Allegatur Deorum univerſus ordo: nullius auctoritas tanta eſt ut audiatur. Ad poſtremum filius vias ſatisfactionis inquirens, comminiſcitur remedium tale. Arietem nobilem bene grandibus cum teſticulis deligit, execat hos ipſe, & lanato exuit ex folliculi tegmine. Accedit mœrens & ſummiſſus ad matrem, & tanquam ipſe ſententia condemnaſſet ſe ſua, in gremium projicit & jacit hos ejus. Virilitate pignoris viſa ſumit animum mitio-

mitiorem, & concepti fetus revocatur ad curam, parit menſem poſt decimum luculenti filiam corporis, quam ætas mortalium conſequens modò Liberam, modò Proſerpinam nuncupavit. Quam cùm verveceus Jupiter bene validam, floridam, & ſucci eſſe conſpiceret plenioris, oblitus paulo ante quid malorum & ſceleris eſſet aggreſſus, & temeritatis quantum, redit ad priores actus: & quia nefarium videbatur ſatis, patrem cum filia comminus uxoria conjugatione miſceri, in draconis terribilem formam migrat: ingentibus ſpiris pavefactam colligat virginem, & ſub obtentu fero, molliſſimis ludit atque adulatur amplexibus. Fit ut & ipſa de ſemine fortiſſimi compleatur Jovis, ſed non eadem conditione, qua mater: nam illa filiam reddidit liniamentis deſcriptam ſuis: at ex partu virginis tauri ſpecies fuſa, Jovialis monumenta pellaciæ. Auctorem aliquis deſiderabit rei? tum illum citabimus Tarentinum notumque ſenarium, quem antiquitas canit dicens: *Taurus draconem genuit, & taurum draco.* Ipſa noviſſimè ſacra, & ritus initiationis ipſius, quibus Sabadijs nomen eſt, teſtimonio eſſe poterunt veritati: in quibus aureus coluber in ſinum dimittitur conſecratis, & eximitur rurſus ab inferioribus partibus, atque imis. Non eſſe arbitror neceſſarium ſermone quoque hic multo membra ire per ſingula, quantæque inſint in partibus pravis turpitudinum ſcatebræ flagitiorumque monſtrare. Quis eſt enim mortalium vel exiguæ humanitatis ſenſum ferens, qui non ipſe pervideat qualia ſint hæc omnia, quàm ſcelerata, quàm fœda, quantaſque ignominias Dij ferant ex ipſis myſteriorum ſacris, & ex ſacrorum originibus indecoris? Iupiter, inquit, exarſit in Cererem. Quid tantum quæſo de vobis Iupiter iſte, quicunque eſt, meruit, quòd genus eſt nullum probri infame, adulterium nullum, quod in ejus non caput, velut in aliquam congeratis vilem luteamque perſonam? Matrimonij prodidit

didit jus Leda: Iupiter esse dicitur auctor culpæ. Virginitatem Danaë custodire nequivit: furtum esse narratur Iovis. Ad mulieris nomen properavit Europa: expugnator pudicitiæ idem esse jactatur. Alcmena, Electra, Latona, Laodamia, mille aliæ virgines, ac mille matres, cumque illis Catamitus puer pudoris spoliatus est honestate: eadem ubique est Iupiter fabula, neque ullum turpitudinis genus est, in quo ejus non nomen consociatis libidinibus inseratis: ut videatur miserabilis prorsus nullam non esse causam ob aliam natus, nisi ut esset criminum sedes, maledictorum materia, locus quidam expositus, in quem spurcitiæ se omnes sentinarum colluvionibus derivarent. Quem tamen si diceretis cum extraneis habuisse commercium feminis, impia res quidem, sed tolerabilis esset maledictionis injuriâ. Etiámne in matrem, etiámne in filiam efferati pectoris appetitionibus adhinnivit? neque illum sanctitas, aut reverentia genitricis, horror etiam pignoris ex se sati, ab imagine potuit tam fœdæ cogitationis abducere? Vellem itaque videre patrem illum Deorum Iovem, æternam rerum atque hominum potestatem, bubulis esse cohonestatum cornibus, hirsutas agitantem aures, contractis in ungulas gressibus ruminantem pallentes herbas, & ex parte postica caudam, suffragines, talos molli fimo perlitum, atque intestina proluvie delibutum. Vellem inquam videre, dicendum est enim sæpius, torquentem illum sidera, & qui pallidas nationes fragore perterret & prosternit, consectantem vervecum greges, inspicientem testiculos arietinos, arripientem hos manu censoria illa atque divina, qua vibrare coruscos ignes, & sævire fulminibus suetus est: tum deinde secreta rimantem illa, summotisque arbitris circumjectas prolibus diripientem membranulas, ferventique adhuc matri velut quasdam infulas eliciendæ miserationis offerentem: deductum, pallidum, saucium, simulantem doloris

loris cruces, & ad fidem facto faciendam, arietino sanguine coinquinatum, & mendacia vulneris laneis fascijs, linteoliſque contectum. Hoccine audiri & perlegi sub mundi hoc axe? & eos qui hæc tractant, existimari se velle pios, sanctos, religionumque custodes? Estne aliquod sacrilegium hoc maius? aut ulla gens inveniri tam irreligiosis potest opinionibus prædita, quàm quæ talia credit, aut accipit, aut sacrorum intimis in mysterijs prodit? Jupiter ille, quicunque est, si sentiret se esse, aut si ullo sensu afficeretur injuriæ, nonne digna res esset, propter quam iratus & percitus terram nostris subduceret gressibus, solis lumina extingueret atque lunæ, quinimmo res omnes in antiquæ speciem confunderet unitatis? Sed non sunt, inquit, Reipublicæ nostræ hæc sacra. Quisnam istud dicit, aut quis reponit? Romanus, Gallus, Hispanus, Afer, Germanus, aut Siculus? Et quid adjuvat causam, si vestra hæc non sunt, cùm qui ea conficiunt, sint vestrarum partium? aut quid refert utrúmne ea probetis, nécne: cùm quæ vestra sint propria, aut simili fœditate, aut turpitudinis genere reperiantur esse majore? Vultis enim consideremus mysteria & illa divina, quæ Thesmophoria nominantur à Græcis: quibus gente ab Attica sancta illa pervigilia consecrata sunt & pannychisini graves? Vultis, inquam videamus quas origines habeant, quásve causas, ut Athenas etiam probemus ipsas, humanitatis artibus, studijsque pollentes, tam in Deos dicere contumelioſa, quàm dictitent alij: nec minora ab his probra, quàm cæteris obiiciantnr à vobis, religionis sub specie publicari? Quodam, inquiunt, tempore cùm in Siciliæ pratulis purpureos legeret nondum mulier flores, & adhuc virgo Proserpina: cumque illam per floream messem huc atque illuc passim lectionis cupiditas avocaret, per profundæ altitudinis specum rex prosiliens Manium, raptam virginem secum vehit, & terrarum absconditur succes-

bus rurſus. Quod cum factum neſciret Ceres, nec filia eſſet ubinam gentium ſuſpicaretur, intendit animum perditam toto in orbe conquirere: ſumit faces geminas flammis comprehenſas Ætnæis, quibus ſibi prælucens, pergit ire quæſitum terrarum in regionibus cunctis. In iſtius, conquiſitionis errore Eleuſinios etiam pervehitur fines, pagi iſtud eſt nomen regione in Attica conſtituti: qui illud temporis has partes incolebant, terrigenæ, quibus nomina hæc fuerant: Baubo, Triptolemus, Eubuleus, Dyſaules, Eumolpus: boum jugator Triptolemus, capellarũ Dyſaules cuſtos, Eubuleus porcorũ, gregis lanitij Eumolpus, à quo & gens & fluit Eumolpidarum, & ducitur clarum illud apud Cecropios nomen, & qui poſtea floruerunt Caduceatores, Hierophantæ, atque Præcones. Igitur Baubo illa, quam incolam diximus Eleuſini fuiſſe pagi, malis multiformibus fatigatam accipit hoſpitio Cererem, adulatur obſequijs mitibus, reficiendi corporis rogat curam ut habeat, ſitienti adoris oggerit potionem cinnum, cyceonem quam nuncupat Græcia: averſatur, & reſpuit humanitatis officia mœrens Dea, nec eam fortuna perpetitur valetudinis meminiſſe communis. Rogat illa, atque hortatur contra, ſicut mos eſt in hujuſmodi caſibus, ne faſtidium ſuæ humanitatis aſſumat: obſtinatiſſimè durat Ceres, & rigoris indomiti pertinaciam retinet. Quod cum ſæpius fieret, neque ullis quiret obſequiis ineluctabile propoſitum fatigari, vertit Baubo artes, & quam ſeriò non quibat allicere, ludibriorum ſtatuit exhilarare miraculis: partem illam corporis, per quam ſecus femineum & ſubolem prodere, & nomen ſolet acquirere generi, tum longiore ab incuria liberat: facit ſumere habitum puriorem, & in ſpeciem levigari nondum duri atque ſtriculi puſionis: redit ad Deam triſtem, & inter illa communia, quibus moris eſt frangere ac temperare mœrores, retegit ſe ipſam, atque omnia illa pudoris loca revelatis monſtrat

ſtrat inguinibus: atque pubi affigit oculos diva, & inauditi ſpecie ſolaminis paſcitur. Tum diffuſior facta per riſum, aſpernatam ſumit atque ebibit potionem: & quod diu nequivit verecundia Baubonis exprimere, propudioſi facinoris extorſit obſcœnitas. Calumniari nos improbe ſiquis forte hominum ſuſpicatur, libros ſumat Threicij vatis, quos antiquitatis memoratis eſſe divinæ, & inveniet nos nihil neque callide fingere, neque quo ſint riſui Deûm quærere atque efficere ſanctitates. Ipſos namque in medio ponemus verſus, quos Calliopes filius ore edidit Græco, & cantando per ſecula generi publicavit humano.

Sic effata, ſinu veſtem contraxit ab imo,
Objecitque oculis formatas inguinibus res:
Quas cava ſuccutiens Baubo manu, nam puerilis
Ollis vultus erat, plaudit, contrectat amicè.
Tum Dea defigens auguſti luminis orbes,
Triſtitias animi paulum mollita reponit:
Inde manu poclum ſumit, riſuque ſequenti
Perducit totum cyceonis læta liquorem.

Quid Erechthidæ ô cati, quid cives Minervij dicitis? Avet animus ſcire quibus ſitis eloquijs tam ridiculoſa negocia defenſuri, vel artibus habeatis quibus tam confoſſis ſalutem dare perſonis, vulneribus, atque cauſis. Non eſt iſta falſa ſubſcriptio, nec delatione appetimini calumnioſa. Eleuſiniorum veſtrorum notas & origines producunt turpes, antiquarum elogia literarum: ipſa denique ſymbola, quæ rogati ſacrorum in acceptionibus reſpondetis: *Ieiunavi, atque ebibi cyceonem, ex ciſta ſumpſi, & in calathum miſi: accepi rurſus, in ciſtulam tranſtuli.* Ergóne, ut promunt ſancta illa atque arcana myſteria, rapiuntur & rapiunt Dij veſtri? matrimonia copulant fraudibus appetita furtivis? ab repugnantibus, & invitis decus virginitatis eripitur? imminentes neſciuntur iniuriæ? quidnam

nam raptis acciderit, ignoratur? amissi quæruntur ut homines? & sub sole clarissimo cum lucernis & facibus orbis peragrant vastitatem? afficiuntur, ægrescunt, lugentium sumunt sordes, & miserorum insignia, atque ut animum commodare alimonijs possint, victuique sumendo, non ratio, non tempus, non sermo aliquis adhibetur gravis, aut affabilitas seria, sed propudiosa corporum monstratur obscœnitas, obiectanturque partes illæ, quas pudor communis abscondere atque naturalis verecundiæ lex jubet: quas inter aures castas sine venia nefas est, ac sine honoribus appellare præfatis. Quidnam, quæso, in spectu tali, quid in pudendis fuit verendisque Baubonis, quod feminei sexus Deam, & consimili formatam membro, in admirationem converteret atque risum? quod objectum lumini conspectuique divino, & oblivionem miseriarum daret, & habitum in lætiorem repentina hilaritate traduceret? O qualia, ô quanta irridentes potuimus, cavillantesque depromere, si non religio nos gentis, & literata prohiberet auctoritas! Jam dudum me fateor hæsitare, circumhiscere, tergiversari, tricas, quemadmodum dicitur, conduplicare Tellenas, dum pudor me habet Alimontia illa proferre mysteria, quibus in Liberi honorem patris phallos subrigit Græcia, & simulacris virilium fascinorum territoria cuncta floresçunt. Quid sit istud obscurum est forsitan, & qua fiat ratione disquiritur. Quisquis istud ignoras, disce: atque admiratus res tantas, puris semper in sensibus meticulosa observatione custodi. Cum inter homines, inquiunt, esset adhuc Nysius & Semeleius Liber, nosse inferos expetivit, & sub tartari sedibus quidnam rerum ageretur inquirere: sed cupiditas hæc ejus nonnullis difficultatibus impediebatur; quod quà iret ac pergeret, inscitia itineris nesciebat. Prosumnus quidam exoritur, ignominiosus amator Dei, atque in nefarias libidines satis pronus, qui se januam

nuam Ditis, atque Acherusios aditus pollicetur indicaturum, si sibi gereret morem Deus, atque uxorias voluptates pateretur ex se carpi. Deus facilis jurat potestatis futurum acvoluntatis se ejus, sed cùm primum ab inferis compos voti atque expeditionis redisset. Viam comiter Prosumnus edisserit, atq; in limine ipso prostituit inferorum. Interea dum Liber Stygem, Cerberum, Furias, atque alias res omneis curiosa inquisitione collustrat, ex viventium numero index ille decedit, atque ex more sepelitur humano: emergit ab inferis Evius, & recognoscit extinctum ducem. Qui ut fidem compleret pacti, & jurandi solveret religione se juris, locum pergit ad funeris, & ficorum ex arbore ramum validissimum præsecans, dolat, runcinat, levigat, & humani speciem fabricatur in penis: figit super aggerem tumuli, & postica ex parte nudatus, accedit, subdit, insidit. Lascivia deinde surientis assumpta, huc atque illuc clunes torquet, & meditatur ab ligno pati, quod jamdudum in veritate promiserat. Ac ne quis fortè à nobis tam impias arbitretur confictas res esse, Heraclito testi non postulamus ut credat, nec mysterijs volumus quid super talibus senserit, ex ipsius accipiat lectione: totam interrogat Græciam, quid sibi velint hi phalli, quos per rura, per oppida mos subrigit & veneratur antiquus; inveniet causas & eas res esse quas dicimus: aut si fuerit puditum veritatem simpliciter explicare, quid obscurare, quid tegere causam ritus, atque originem proderit, cum criminatio ipsa religionis in re sit? Quid dicitis ô gentes? quid occupatæ, quid deditæ templorum venerationibus nationes? Ad hæccine nos sacra, flammis, exilijs, cædibus, atque reliquo genere supplicio-rum compellitis, & crudelitatis metu? hoscine nobis Deos importatis, insinuatis, infligitis: quorum similes nec vos esse, neque alium velitis quenquam sanguinis vobis gradu, & jure familiaritatisadjunctum? Potestisne impu-

bibus, & prætextatis veſtris, quas Liber induxerit pactiones ſuis cum amatoribus indicare? Poteſtis veſtras nurus, quinimo vobis matrimonio conjugatas, ad verecundiam Baubonis impellere, atque ad pudicas Cereris voluptates? Vultis veſtri juvenes ſciant, audiant, diſcant, Jupiter ipſe qualis in unam extiterit atque alteram matrem? Vultis adultæ virgines, robuſtiqúe adhuc patres, idem iſte in filiam qua luſerit arte cognoſcant? Vultis germani jam fervidi, atque ex iiſdem feminibus fratres, eundem rurſus accipiant, concubitus, lectulos non eſſe aſpernatum ſororis? Ita ergo non protinus ab hujuſmodi fugiendum Dijs longe, ac ne irrepat in animum tam impuræ religionis obſcœnitas, audientia tota claudenda eſt? Quis eſt enim mortalium tam pudicis moribus inſtitutus, quem non ad hujuſmodi furias Deorum documenta proritent? Aut quis ſuas comprimere cupiditates à cognatis valeat reverendiſqúe perſonis, cum apud ſuperos ſanctum nihil in libidinum videat confuſione ſervatum? Ubi enim primam perfectamqúe naturam intra fines conſtiterit juſtos cupidinem ſuam non valuiſſe frenare, cur non in promiſcuos appetitus effundat ſe homo, & ingenita fragilitate præceps datus, & magiſterio ſanctæ divinitatis adiutus? Jam dudum me fateor reputantem mecum in animo rerum hujuſcemodi monſtra, ſolitum eſſe mirari, audere vos dicere quenquam ex his atheum, irreligioſum, ſacrilegum, qui Deos eſſe omnino aut negent, aut dubitent: aut qui eos homines fuiſſe contendant, & poteſtatis alicujus, & meriti cauſa Deorum in numerum relatos: cùm ſi verum fiat atque habeatur examen, nullos quàm vos magis hujuſmodi par ſit appellationibus nuncupari, qui ſub ſpecie cultionis plus in eos ingeratis maledictionum & criminum, quàm ſi apertè hoc facere confeſſis maledictionibus coimbibiſſetis? Deos eſſe qui dubitat, aut eſſe omnino qui negat, quamvis ſequi ſententias immanes opinio-

num

num videatur audacia, ſine ullius tamen inſectatione perſonæ, fidem rebus non accommodat involutis: & qui generis aſſeverat eos fuiſſe terreni, quamvis eos privet ſublimitate cœlitum, ſubſicivis tamen accumulat laudibus: ſiquidem illos divinitatis ad meritum beneficijs autumat & virtutum admirationibus ſublevatos. Vos verò qui vindices, & eorum contenditis immortalitatis eſſe propagatores, unum ex his quempiam præteriſtis, tranſiſtis veſtris maledictionibus invulneratum? aut genus ullum eſt probri tam communi exiſtimatione damnabile, quod in eos conferre metueritis, vel nominis ſaltem auctoritate tardati? Quis caduca & mortalia corpora Deos edidit amaſſe? non vos? Quis illa furta dulciſſima in alienis genialibus perpetraſſe? non vos? Quis cum matribus liberos, quis cum ſuis virginibus rurſus patres infauſtos miſcuiſſe concubitus? non vos? Quis ſcitulos puſiones, atque adultos venuſtiſſimis lineis, appetitos eſſe inhoneſte? non vos? Quis abſciſſos, quis exoletos, quis verſipelles, quis fures, quis in vinculis habitos, quis in catenis, quis denique fulminibus appetitos, quis vulneratos, quis obiiſſe ſupremos dies, ſepulturas etiam meruiſſe terrenas? non vos? Cùm igitur à vobis tot & tanta conflata ſint Deorum in contumelias crimina, audetis obiicere noſtri nominis cauſa numinum eſſe offenſas mentes, cùm jamdudum vos liqueat irarum eſſe tantarum reos, & divinæ indignationis auctores? Sed erras, inquit, & laberis, ſatiſque te eſſe imperitum, indoctum, ac ruſticum ipſa rerum in ſectatione demonſtras. Nam iſtæ omnes hiſtoriæ, quæ tibi turpes videntur, atque ad labem pertinere divinam, myſteria in ſe continent ſancta, rationes miras, atque altas, nec quas facile quivis poſſit ingenij vivacitate pernoſcere. Neque enim quod ſcriptum eſt, atque in prima eſt poſitum verborum fronte, id ſignificatur, & dicitur, ſed allegoricis ſenſibus, & ſubditivis intelliguntur

omnia illa ſecretis. Itaque qui dicit, cum ſua concubuit Jupiter matre, non inceſtas ſignificat aut propudioſas Veneris complexiones, ſed Jovem pro pluvia, pro tellure Cererem nominat. Et qui rurſus perhibet laſcivias eum exercuiſſe cum filia, nihil de fœdis voluptatibus loquitur, ſed pro imbris nomine ponit Jovem, in filiæ ſignificatione ſementem. Sic & ille, qui raptam Dite à patre Proſerpinam dicit, non, ut reris in turpiſſimos appetitus viraginem dicit raptam : ſed quia glebis occulimus ſemina, iſſe ſub terras Deam, & cum Orco ſignificat fœdera genitalis conciliare feturæ. Conſimili ratione & in hiſtorijs cæteris aliud quidem dicitur, ſed intelligitur aliud, & ſub vulgaris ſimplicitate ſermonis latet ratio ſecreta, & altitudo involuta myſterij. Argutiæ ſunt, ut apparet, atque acumina hæc omnia, quibus fulcire ſollemne eſt malas in judicijs cauſas. Quinimo, ut verius dicam, ſophiſticarum diſputationum colores, quibus non verum, ſed imago & ſpecies veri ſemper atque umbra conquiritur. Nam quoniam rectas accipere lectiones pudet, dedecet, decurſum eſt in has partes, ut alia ſubiiceretur res alij, & in ſpeciem decoris, turpitudinis interpretatio cogeretur. Sed quid ad nos iſtud, an alij ſenſus, aliæque ſententiæ conſcriptionibus vanis ſubſint? Nobis enim ſatis eſt, qui Deos à vobis ſceleratè contendimus impieque tractari, quod ſcriptum eſt, quod auditur accipere, nec curare in abdito quid ſit, cùm contumelia numinum non in obſcura ſenſuum mente, ſed in verborum eminentium ſignificatione teneatur. Ac ne tamen videamur inſpicere quale ſit iſtud quod dicitur nolle : primum illud à vobis, ſi modò commodare patientiam vultis, exquirimus primum allegorico genere vel ſcripta hæc eſſe, vel eodem modo intelligi oportere, unde eſt vobis cognitum, vel unde intimatum? In conſilium ſcriptores advocavere vos? aut tum in eorum pectoribus latitabatis,

cum

cum pro alijs res alias inter veritate capta ſubdebant? Deinde ſi illi rationis alicujus , & religionis metu myſteria illa convolvere tenebroſa obſcuritate voluerunt, quantum vobis audaciæ eſt, ut quod illi noluerunt, vos velitis intelligere: vos ſcire & cunctorum ſubſternere notioni, quod illi fruſtrà verbis minus verum ſignificantibus occulerunt? Sed, ut vobis aſſentiamur in fabulis his omnibus, cervas pro Iphigenijs dici: unde tamen vobis liquet, cùm allegorias iſtas vel explanatis, vel expanditis, eadem vos interpretari, eademque ſentire, quæ ſub tacitis cogitationibus ipſis ab hiſtoricis ſenſa ſunt, nec per voces proprias, ſignificationibus ſed alijs explicata ? Vos Jovis & Cereris coitum, imbrem dicitis dictum, telluris in gremium lapſum: poteſt alius aliud & argutius fingere, & veri cum ſimilitudine ſuſpicari: poteſt aliud tertius, poteſt aliud quartus , atque ut ſe tulerint ingeniorum opinantium qualitates, ita ſingulæ res poſſunt infinitis interpretationibus explicari. Cùm enim è rebus occluſis omnis iſta quæ dicitur allegoria ſumatur, nec habeat finem certum, in quo rei quæ dicitur, ſit fixa atque immota ſententia, unicuique liberum eſt in id quo velit attrahere lectionem, & affirmare id poſitum, in quod eum ſua ſuſpicio & conjectura opinabilis duxerit. Quod cùm ita ſe habeat, qui poteſtis res certas rebus à dubijs ſumere, atque unam adjungere ſignificationem dicto , quod per modos videatis innumeros expoſitionum varietate deduci? Denique ſi adcommodum ducitis, etiam illud à vobis repetita interrogatione conquirimus, omnes de dîs fabulas exiſtimetis, id eſt, ſingulas totas ambifarias ac bilingues, & verſipellibus eſſe ſcriptas modis; an alias earum partes nihil ambiguum dicere, alias verò multifidas atque allegorici tegminis ſuperjectione velatas ? Si enim ad finem à capite textus omnis expoſitionis & ſeries obtentionibus allegoricis clauſa ſunt, ediſſertate, monſtrate,

quid pro rebus ſingulis, quas unaquæque eloquitur fabula, ſupponere debeamus, & promere, quaſque in res alias atque intelligentias vocare. Ut enim Jovem pro pluvia, Cererem, verbi cauſa, pro terra vultis audire, & pro Libera, ac patre Dite, ſubmerſionem ſeminis atque jactum: ita dicere vos convenit, quid pro tauro debeamus accipere, quid pro indignatione Cereris atque ira? quid ſibi velit Brimo verbum, quid Jovis ſolliciti ſupplicatio? quid allegati cœlites, nec auditi? quid exectus aries? quid execti arietis proles? quid ſatisfactio his facta? quid quæ rurſus geſta ſunt libidine obſcœniore cum filia? Conſimiliter & in altera fabula, Hennæ nemus & flores quid ſint? quid ſumptus ignis ex Ætna, comprehenſæque iſto faces? quid peragratio cum his orbis? quid Attica regio? quid Eleuſinius pagus? quid Baubonis tugurium atque hoſpitium ruſticana? quid cyceonis ſignificet potio? quid aſpernatio potionis? quid novatio, & revelatio pudendorum? quid ſpectaculi flagitioſa dulcedo, & ex remedijs talibus orbitatis oblivio comparata? Quòd ſi pro omnibus quod oporteat ſubiici rerum immutatione monſtratis, erit ut vobis aſſenſum ſuper tali aſſeveratione tribuamus: ſin autem ſingula ſingulis neque poteſtis ſupponere, nec alterum in ſenſum rerum vocare contextum, quid allegorijs obſcuratis honeſtis id, quod ſimpliciter ſcriptum eſt, & communem ad intelligentiam publicatum? Niſi fortè dicetis, non toto in hiſtoriæ corpore allegorias has eſſe, cæterum partes alias eſſe communiter conſcriptas, alias verò dupliciter & ambifaria obtentione velatas. Urbana eſt iſta ſubtilitas, & quibuſlibet brutis patens. Nam quia cuncta, quæ ſcripta ſunt, inexpeditiſſimum vobis eſt traducere, invertere, derivare, eligitis quædam veſtræ convenientia voluntati, & ex ipſis obtinere contenditis nothas atque adulteras lectiones interiori eſſe ſuperpoſitas veritati. Quod tamen ut vobis ita ſeſe habere, quemadmodum

modum dicitis, annuamus, qui ſcitis, aut unde cognoſcitis, utra pars ſit ſententijs hiſtoriæ ſcripta ſimplicibus, utra verò ſit diſſonis atque alienis ſignificationibus tecta? Poteſt enim fieri, ut quod vos exiſtimatis ſic eſſe, aliter ſe habeat: aut quod aliter creditis, conceptionibus alijs contrarijſque prolatum ſit. Ubi enim dicitur in unius materiæ corpore pars eſſe allegorice ſcripta, indubitabili altera ſermone, rectoque: nec ineſt in re ſignum, quo differitas indicari ambiguorum poſſit ſimpliciterque dictorum, tam poteſt quod ſimplex eſt, ambiformiter dictum exiſtimari, quàm quod ambigue ſcriptum eſt, recluſis eſſe obtentionibus credi. Quod quidem quo genere aut fiat, aut fieri poſſe credatur, intelligere confitemur minime nos poſſe. Inſpiciamus enim quod dicitur hoc modo. In nemore, inquit, Hennenſi quondam flores Proſerpina virago lectitabat. Integrum adhuc iſtud eſt, & recta pronunciatione prolatum. Nam & nemus, & flores quid ſint, quid Proſerpina, quid virago, cunctis indubitabiliter notum eſt. Emicuit Summanus è terris curru quadriiugo vectitatus. Simplex & hoc æquè eſt: nam quadrigæ, currus, arque Summanus interpretationem deſiderant nullam. Improviſus Proſerpinam rapuit, & ſub terras ſecum avexit. Seminis, inquit, abſtruſio raptione in Proſerpinæ nuncupatur. Quid accidit, quæſo, ut in aliud ſubitò converteretur hiſtoria, ac ſemen Proſerpina diceretur? ut quæ virago jamdudum florum in lectionibus habebatur, poſtquam ſublata & rapta eſt, ſignificationem cœperit habere ſementis? Jupiter, inquit, in taurum verſus, concubitum matris ſuæ Cereris appetivit. Ut expoſitum ſupra eſt, nominibus his tellus & labens pluvia nuncupatur. Legem allegoricam video tenebroſis ambiguitatibus explicatam. Irata Ceres eſt, & exarſit, & arietis proles pro pœna atque ultione ſuſcepit. Hoc iterum video communibus in proloquijs promptum: nam & ira, & teſtes,

& teſtes, ſatisfactio, ſuis hic moribus, & conditionibus dicta ſunt. Quid ergo hic accidit, ut ab Jove qui pluvia, & ab Cerere, quæ appellata eſt terra, res tranſiret ad verum Jovem, atque ad rerum ſimpliciſſimam dictionem? Aut igitur debent allegorico genere omnia eſſe ſcripta, & poſita, demonſtrandaque univerſa nobis: aut genere iſto conſcriptum eſt nihil, quoniam eſſe quod creditur, quaſi parte ex hiſtoriæ non videtur. Allegorico genere ſcripta ſunt hæc omnia. Minimè iſtud videtur certum. Quæritis qua ratione, qua cauſa? quia omne quod geſtum eſt, & in alicujus operis evidentia, conſtitutum, converſionem non poteſt in allegoricam duci. Neque enim poteſt infectum eſſe, quod factum eſt: aut rei geſtæ natura in alienam poteſt degenerare naturam. Numquid bellum Iliacum in Socraticam verti condemnationem poteſt? aut pugna illa Cannenſis proſcriptio fieri, crudelitaſque Syllana? Poteſt quidem proſcriptio, quemadmodum Tullius ludit, pugna dici, appellarique Cannenſis. Sed quæ geſta eſt dudum pugna eſſe non poteſt eadem, eademque proſcriptio: neque enim quod geſtum eſt, poteſt aliud, ut dixi, quam id eſſe quod geſtum eſt, aut in alienam migrare ſubſtantiam id, quod in vi propria, atque in ſui generis qualitate defixum eſt. Unde igitur probamus hiſtorias has omnes rerum eſſe geſtarum conſcriptiones? Ex ſollemnibus ſcilicet ſacris atque initiorum myſteriis: vel quæ ſtatis fiunt temporibus, ac diebus, vel quæ in abdito traduntur initiatis, moris proprii perpetuitate ſervata. Neque enim credendum eſt ſine ſuis originibus hæc eſſe, fruſtra atque inania fieri, nec habere coniunctas primis inſtitutionibus cauſas. Pinus illa ſollemniter quæ in Matris infertur ſanctum Deæ, nonne illius imago eſt arboris, ſub qua ſibi Attis virum, demeſſis genitalibus, abſtulit, & quam memorant divam in ſolatium ſui conſecraviſſe mœroris? Phallorum illa faſcinorumque ſubrectio,

ctio, quos ritibus annuis adorat & concelebrat Græcia, nónne illius facinoris ſimilitudinem refert, quo ſe à debito Liber liberavit? Eleuſinia illa myſteria, & ſacrorum reconditi ritus, cujus memoriam continent? nónne illius erroris, quo in filiæ conquiſitione Ceres feſſa, oras ut venit ad Atticas, triticeas attulit fruges, Nebridarum familiam pellicula cohoneſtavit hinnulæ, & illud ſpectaculum maximum Baubonis in inguinibus riſit? aut ſi alia cauſa eſt, nihil ad nos iſtud, dummodo cuncta iſta confiant. Neque enim credibile eſt, nullis antecedentibus cauſis ſuſcepta hæc eſſe: aut inſanire judicandum eſt Atticos, qui ſibi ritum religionis affixerint conflatum rationibus nullis. Quod ſi liquet & conſtat, id eſt, ſi rebus actis myſteriorum cauſæ atque origines effluunt, in allegoricas ſpecies nulla poſſunt converſione traduci. Quod enim factum, geſtum eſt, infectum non poteſt fieri rerum prohibente natura. Et tamen ut vobis ita ſe habere aſſentiamur res iſtas, id eſt, ut hiſtoriæ aliud verbis ſonent, neſcio quid aliud more hariolantium dicant, ita non animadvertitis, non videtis quanta iſtud dicatur & cum ignomina fieri, contumeliaque divorum? An injuria gravior ulla potis eſt reperiri, quàm terram, & pluviam, vel quodlibet aliud, nihil enim refert quæ fiat interpretatione converſio, Jovis & Cereris dicere atque appellare concubitum? & cum Deorum criminibus labem imbris è cœlo, & teluris ſignificare madorem? Poteſt irreligioſius quidpiam vel exiſtimari, vel credi, quam ſeminia terris merſa, vel quodlibet aliud, nihil enim ſimiliter refert, raptum Proſerpinæ dicere, & cum nota Ditis patris rei ruſticæ de opere proloqui? Nonne millies optatius fuit elinguem fieri atque mutum, atque ſcaturiginem iſtam vocis, & ſtrepitum fœdæ loquacitatis amittere, quàm Deorum nominibus res appellare turpiſſimas? quinimmo turpibus Deorum factis negocia ſignificare vulgaria? Antea mos

fuerat in allegorica dictione, honeſtiſſimis ſenſibus obumbrare res turpes, & fœda prolatu honeſtorum conveſtirier dignitate. At verò vobis auctoribus per turpitudinem dicuntur res graves, & caſtitate pollentia obſcœnis commemorantur in vocibus: ut quod olim pravitas fœdorum verecundia contegebatur, nunc verniliter turpiterque dicatur, dignorum elocutione mutata. Quod in adulterio dicimus Martem, inquit, & Venerem Vulcani eſſe circumretitos arte, cupiditatem dicimus atque iram, vi preſſas conſilioque rationis. Quid enim prohibebat, quid obſtabat ſuis unamquamque rem verbis, & ſuis ſignificationibus promere? immò quid urgebat, cum neſcio quid indicare per commentarios & ſcripta voluiſſes, nolle illud intelligi, quod indicaris, ſed contrarias res ſimul una expoſitione ſuſcipere, ſtudium docere cupientis, & nolentis oſtendere malignitatem? An Deos adulteros dicere periculum habuit nullum? prolatio cupidinis atque iræ, linguam & os fuerant obſcœno coinquinatura contactu? Quod ſi utique fieret, & allegoricæ cæcitatis obumbratio tolleretur, & facilis ad diſcendum res eſſet, & Deorum dignitas conſervaretur illæſa. Nunc verò cùm dicitur, in Martis & in Veneris vinctione vitiorum eſſe ſignificata compreſſio, perverſiſſimæ res duæ ſimul iiſdem temporibus fiunt, ut & fœdæ rei ſpecies intellectum ſubiciat honeſtatis, & prius animum turpitudo, quàm religionis alicujus perſtringat auctoritas. Niſi fortè dicetis, hoc enim ſolum reſtat quod à vobis poſſe videatur opponi, Deos ſua myſteria nolle ab hominibus ſciri: & idcirco hiſtorias ambagibus eſſe allegoricis ſcriptas. Et unde vobis eſt liquidum, quòd hominibus ſuperi nolunt ſua myſteria publicari? Unde illa vos ſcitis, aut cur ea diſſolvere in allegoriarum explanatione curatis? Ad extremum & ultimum, quid ſibi Dij volunt, ut honeſta cum nolint, turpiſſima de ſe dici atque indecora patiantur? Attidem

cùm

cùm nominamus, ſolem inquit, ſignificamus & dicimus: ſed ſi Attis ſol eſt, quemadmodum connumeratis & dicitis, quis erit Attis ille, quem in Phrygia genitum veſtræ produnt atque indicant litteræ? quem paſſum eſſe res certas, feciſſe item res certas? quem in ſpectaculis ludicris theatra univerſa noverunt? cui inter ſacros cultus res videmus fieri ſpecialiter annuas, nominatimque divinas? Utrúmne ab ſole ad hominẽ, an ab homine ad ſolem vocabuli hujus facta tranſlatio eſt? Si enim nomen iſtud principaliter ab origine ſolis, quid tandem de vobis ſol aureus meruit, ut ei cum ſemiviro faceretis vocabulum iſtud eſſe commune? ſin hirquinum, & Phrygium eſt, quid Phaëthontis genitor, pater hujus luminis & claritatis admiſit, ut abſciſſo ab homine dignus videretur vocari, & auguſtior fieret evirati corporis nuncupatione ſignatus? Sed quid ſit iſtud, jam promptum eſt omnibus: nam quia talium ſcriptorum hiſtoriarumque vos pudet, nec abolere videtis poſſe ea, quæ ſunt fœde ſemel in commentarios relata, nitimini cohoneſtare res turpes, atque omnibus argutiarum modis pro rebus ſubditis, verborum invertitis corrumpitiſque naturas: atque ut olim accidere male ſanis aſſolet, quorum turbida vis morbi ſenſum atque intelligentiam depulit, confuſa atque incerta jactatis, & inanium per rerum figmenta bacchamini. Eſto in Jovis & Cereris cœtu irrigatio ſit ſignificata telluris: occultatio ſeminis, patris in Ditis raptu: vina per terras ſparſa diſtractis in viſceribus Liberi: cupiditatis & temeritatis compreſſio, colligatio dicta ſit adulterorum Veneris atque Martis. Sed ſi fabulas has vultis more eſſe allegorico ſcriptas, quid cæteris fiet, quas non videmus poſſe verſuras in hujuſmodi cogi? Quid enim ſubjiciemus pro illis fluctibus, quos ſuper aggerem tumuli Semeleiæ ſubolis urigo contorſit? Et quid pro illis Ganymedibus raptis, atque in libidinum magiſteria ſubſtitutis? Quid pro illa con-

verſione formiculæ, in quam Jupiter maximus vaſtitatis ſuæ liniamenta cõtraxit? Quid pro cycnis, & ſatyris? quid pro aureis imbribus, in quos idem ſe pellax fraude induit perfida, formarum varietatibus ludens? Ac ne de Jove ſolo loqui videamur voluiſſe, in amoribus numinum reliquorum eſſe allegoriæ quæ poſſunt? quæ in mercenarijs conditionibus, ac ſervitutibus? quæ in vinculis, orbitatibus, planctibus? quæ in cruciatibus, vulneribus, ſepulchris? In quo cùm unam contrahere poſſetis culpam conſcriptione de ſuperis tali, addidiſtis, ut dicitut, garo gerrem, cum Deorum nominibus appellaviſtis res turpes, & vocabulis rurſus Deos rerum conquinaviſtis infamium. Quod ſi adeſſe hic eos, aut eſſe illos uſpiam cognitione indubitabili, crederetis: in mentione illorum facienda præſtringeret vos metus: & tanquam vos audirent, veſtraſq; acciperent voces, ita credi oportuit, & haberi in cogitatione defixum. Apud enim homines officioſis religionibus deditos non ipſi Dij tantum, verumetiam nomina debent eſſe Deorum reverenda: quantumque eſt in ipſis, qui cenſentur his nominibus, tantum eſſe par eſt in eorum appellationibus dignitatis. Da veram judicij formam, & in illa eſtis reprehenſionis parte, quòd in uſu ſermonis veſtri Martem pro pugna appellatis, pro aquis Neptunum, Liberum patrem pro vino, Cererem pro pane, Minervam pro ſtamine, pro obſcœnis libidinibus, Venerem. Quæ eſt enim ratio, ut cùm ſuis cenſeri appellationibus reſpoſſint, nominibus cognominentur Deorum, & ea fiat numinibus contumelia, quam nec homines ſuſtinemus, ſi noſtra quis nomina res ducat atque invertat in frivolas? Sed oratio ſordida, verbis fuerit polluta ſi talibus verecunda ac laude condigna. Erubeſcitis panem & vinum nominare, & pro coïtu Venerem non metuitis dicere.

LIBER V. EXPLICIT.

ARNO-

ARNOBII
DISPVTATIONVM
ADVERSVS GENTES
LIBER SEXTUS.

NUNC quoniam ſummatim oſtendimus, quàm impias de Dijs veſtris opinionum conſtitueritis infamias; ſequitur ut de templis, de ſimulachris etiam, ſacrificijſque dicamus: deque alia ſerie, quæ his rebus adnexa eſt, & vicina copulatione conjuncta. In hac enim conſueſtis parte crimen nobis maximum impietatis affigere, quod neque ædes ſacras venerationis ad officia conſtruamus, non Deorum alicujus ſimulachrum conſtituamus, aut formam: non altaria fabricemus, non aras, non cæſorum ſanguinem animantium demus, non tura, neque fruges ſalſas, non denique vinum liquens paterarum effuſionibus inferamus. Quæ quidem nos ceſſamus non ideo vel exædificare, vel facere tanquam impias geramus & ſceleroſas mentes, aut aliquem ſumpſerimus temeraria in Deos deſperatione contemptum: ſed quod eos arbitramur, & credimus, ſi modo Dij certi ſunt & nominis hujus eminentia præditi, honorum hæc genera aut riſui habere, ſi rideant; aut indigne perpeti, ſi motibus exaſperentur irarum. Ut enim noſcatis quid de iſto nomine ſentiamus, judicijque ſimus cujus, exiſtimamus nos eos ſi modò Dij certi ſunt, ut eadem rurſus ſatiateque dicantur, cunctarum eſſe debere perfectarumque virtutum, ſapientes, juſtos, graves, ſi modò nulla eſt culpa, quòd

eos laudibus accumulamus humanis, inteſtinis pollentes bonis, nec extraneis adminiculis ſe addicere, quo illis integritas inoffenſæ beatitudinis compleatur; ab affectibus cunctis & cunctis perturbationibus liberos, non ira effervere, non ullis cupiditatibus excitari; calamitatem irrogare nullis, non ex malis hominum crudelem accipere voluptatem, non terrere portentis, non prodigioſas oſtentare formidines, non votorum debitis habere obnoxios & obligatos, nec piaculares hoſtias ſignis minacibus poſtulare; non peſtilentias, non morbos corruptione aëris inducere; non adurere ſiccitatibus fruges, non cædibus intereſſe bellorum, non urbium ſtragibus; non adverſa his velle, non illorum commoditatibus ſuffragari; ſed quod magnarum eſt mentium pari pendere cunctos lance, & individuas cunctis benevolentias exhibere. Caduci enim generis, & infirmitatis humanæ eſt, contrarijs egere, eoſque quos tangat affectio, pati, dolere, diminui, ſapientium ſcita & pronunciata definiunt: nec poſſe aliter fieri, quin legibus mortalitatis adſtricti ſint, qui ſint ullis perturbationibus mancipati. Quod cùm ita ſe habeat, qui poſſumus judicari Deos habere contemptui, quos niſi ſunt recti, & magnarum mentium admiratione laudabiles, Deos negamus exiſtere, nec poteſtatibus poſſe cœlitibus applicari? Sed templa illis extruimus nulla, nec eorum effigies adoramus, non mactamus hoſtias, non tura ac vina libamus. Et quid amplius poſſumus vel honoris eis attribuere, vel dignitatis, quàm quod eos in ea ponamus parte, qua rerum caput, ac dominum, ſummumque ipſum regem, cui debent divina nobiſcum quod eſſe ſe ſentiunt, & vitali in ſubſtantia contineri? Numquid enim delubris aut templorum eum conſtructionibus honoramus? Numquid & hoſtias cædimus? Numquid alias res damus, quas libare, profundere, non eſt rationis expenſæ, ſed tracti per conſuetudinem moris? Etenim plena de-

na dementia eſt, neceſſitatibus tuis potentiora metiri, & quę tibi ſint uſui, datoribus Dijs dare, & honorẽ iſtum, non contumeliam ducere. Templa igitur quærimus in Deorum quos uſus, aut in rei cujus neceſſitatem, aut dicitis eſſe conſtructa, aut eſſe rurſus ædificanda cenſetis? Hiemalia ſentiunt frigora, aut ſolibus torrentur æſtivis? pluvialibus nimbis perfluuntur, ventorum eos aut turbines vexant? incurſionem pati periclitantur hoſtilem, ferarum aut rabidos appetitus, ut meritò illos conveniat tectorum munitionibus claudere, ſaxorum aut objectione tutari? Templa enim hæc quid ſunt? Si humanam infirmitatem roges, neſcio quid immane, atque amplum: ſi Deorum potentia metiaris, ſucceſſus quidam parvi, atque, ut verius eloquar, genus anguſtiſſimum cavernarum paupertini cordis excogitatione ſuſpenſum. Quorum ſi quæris audire quis prior fuerit fabricator, aut Phoroneus Ægyptius, aut Merops tibi fuiſſe monſtrabitur: aut, ut tradit in admirandis Varro, Jovis progenies Æacus. Sint ergo hæc licet aut ex molibus marmoreis ſtructa, laquearibus aut renideant aureis, ſplendeant hic gemmæ, & ſidereos evomant variata interſtinctione fulgores; terra ſunt hæc omnia, & ex fæce ultima vilioris materiæ concreta. Neque enim, ſi vos eos pretijs carioribus penditis, delectari credendum eſt his Deos: nec recuſare, nec ſpernere, quo minus ſe ſepiant, & eorum objectibus coërceantur incluſi. Templum, inquit, hoc Martis eſt, hoc Junonis & Veneris, hoc Herculis, Apollinis, Ditis: quid eſt aliud dicere, quam domus hæc Martis eſt, hæc Junonis, & Veneris, Apollo hic habitat, in hac manet Hercules, illa Summanus. Ita non prima & maxima contumelia eſt, habitationibus Deos habere diſtrictos? tuguriola his dare, conclavia & cellulas fabricari, & eis exiſtimari neceſſarias res eſſe, quæ hominibus, felibus, quæ ſunt formiculis, & lacertis, quæ fugacibus, pavidis,

atque

atque exiguis muribus ? Sed non, inquit, idcirco attribuimus Dijs templa, tanquam humidos ab his imbres, ventos, pluvias arceamus, aut ſoles : ſed ut eos poſſimus coram & cominus contueri, affari de proximo, & cum præſentibus quodammodo venerationum colloquia miſcere. Sub axe enim nudo, & ſub ætherio tegmine invocati ſi fuerint, nihil audiunt : & niſi de proximo admoveantur his preces, tanquam nihil dicatur, obſtructi atque immobiles ſtabunt. Atquin nos arbitramur omnem Deum omnino, ſi modò nominis hujus vi pollet, ex quacunque mundi parte, quod quiſque fuerit locutus, tanquam ſi ſit præſens, audire debere : immo quod quiſque conceperit ſub obſcuris & tacitis ſenſibus cognitione anticipata præſumere. Atque ut aſtra, ſol, luna, cùm ſupra terras meant, omnibus omnino cernentibus ſtatim ſunt & ubique præſentes ; ita quoque convenit audientiam numinum nulli eſſe clauſam linguæ, ſemperque eſſe præſentem, quamvis ad eam voces regionibus ex diſtantibus confluant. Hoc eſt enim proprium Deorum, complere omnia vi ſua, non partiliter uſpiam, ſed ubique eſſe totos : non adeſſe, non abeſſe, non cenatum ad Æthiopas pergere, & poſt dies biſſenos privatum ad domicilium redire. Quod ſi ita non erit, tollitur omnis ſpes opis : erit in dubio audiamini ab Dijs, necne, ſi quando res ſacras cæremoniarum conficitis debitis. Conſtituamus enim noſcendæ rei cauſa, templum numinis alicujus eſſe apud Canarias inſulas, ejuſdem apud ultimam Thylem : ejuſdem apud Seras eſſe, apud furvos Garamantas, & ſi qui ſunt alij, quos ab ſui notitia maria, montes, ſylvæ, & quadrini diſterminant cardines. Si omnes uno in tempore rebus divinis factis, quod ſua quoſque neceſſitas cogitare compellit, poſcant de numine, referendi beneficij quænam omnibus ſpes erit, ſi non undique ad ſe miſſam vocem Deus exaudiet, & erit ulla longinquitas, quò penetrare non poſſit auxi-

lium

lium poſcentis oratio? Aut enim nullis erit partibus præſens, ſi uſpiam poterit aliquando non eſſe; aut aderit unis tantum, quoniam præbere communiter ſuum non poteſt atque indiſcretus auditum. Atque ita perficitur, ut aut nullis Deus opituletur omuino, ſi occupatus re aliqua ad audiendas voces non quiverit advolare: aut exauditi tantummodi uni abeant ſoli, nihil egerint cæteri. Quid? quod multa ex his templa, quæ tholis ſunt aureis, & ſublimibus elata faſtigijs, auctorum conſcriptionibus comprobatur contegere cineres atq; oſſa, & functorum eſſe corporum ſepulturas? Ex eo nónne patet, & promptum eſt, aut pro Dijs immortalibus mortuos vos colere, aut inexpiabilem fieri numinibus contumeliam, quorum delubra & templa mortuorum ſuperlata ſunt buſtis? In hiſtoriarum Antiochus nono, Athenis in Minervio memorat Cecropem eſſe mandatum terræ: in templo rurſus ejuſdem, quod in arce Lariſſæ eſt, conditus ſcribitur atque indicatur Acriſius: Erichthonius Poliadis in fano: Dairas & Immarus fratres in Eleuſino conſepto, quod civitati ſubjectum eſt. Quid? Celei virgines non in Cereris Eleuſinæ humationis habuiſſe perhibentur officia? non in Dianę delubro, quod in Apollinis conſtitutum eſt Delij, Hyperocha, Laodiceq́ue quas advectas illuc eſſe finibus ex Hyperboreis indicatur? In Didymæo Mileſio, Clearchum dicit habuiſſe ſuprema Leandrius funeris. Leucophrynæ monumentum in fano apud Magneſiam Dianæ eſſe, Myndius profitetur ac memorat Zeno. Sub Apollinis arula, quæ Telmeſſi apud oppidum viſitur, Telmeſſum eſſe conditum vatem, non ſcriptis conſtantibus indicatur? Ptolemæus Ageſarchi de Philopatore quem edidit primo, Cyniram regem Paphi cum familia omni ſua, immò cum omni proſapia in Veneris templo ſitum eſſe, literarum auctoritate declarat. Infinitum eſt & immenſum, quibus quique in fanis toto ſint in orbe deſcribere; nec

exactam desiderat curam, quam is pœnam constituerit Ægyptius in eum qui publicasset, quibus Apis jaceret absconditus: Polyandria illa Varronis, quibus templis contegantur, quasque in se habeant superlati ponderis moles. Sed quid ego hæc parva? Regnatoris in populi Capitolio quis est hominum qui ignoret Oli esse sepulchrum Vulcentani? Quis est, inquam, qui non sciat ex fundaminum sedibus caput hominis evolutum non ante plurimum temporis, aut solum sive partibus cæteris, hoc enim quidam ferunt, aut cum membris omnibus humationis officia sortitum? Quod si planum fieri testimonijs postulatis auctorum, Sammonicus, Granius, Valerianus vobis, & Fabius indicabunt, cujus Aulus fuerit filius, gentis & nationis cujus, ut à germani servulis vita fuerit spoliatus & lumine: quid de suis commeruerit civibus, ut ei sit abnegata telluris patriæ sepultura. Condiscetis etiam, quamvis nolle istud publicare se fingant, quid sit capite resecto factum, vel in parte qua rei curiosa fuerit obscuritate concluſum: ut immobilis videlicet atque fixa obsignati ominis perpetuitas staret. Quod cùm opprimi par esset, & vetustatis obliteratione celari, compositio nominis jecit in medium, & cum suis causis per data sibi tempora inextinguibili fecit testificatione procedere. Nec erubuit civitas maxima, & numinum cunctorum cultrix, cùm vocabulum templo daret, ex Oli capite Capitolium, quàm ex nomine Jovio nuncupare. Satis igitur, ut opinor, ostendimus templa Dijs immortalibus aut inaniter ijs esse constructa, aut contra decus, & potentiam creditam contumelioſis opinationibus fabricata. Sequitur ut de signis aliquid, simulacrisque dicamus, quæ multa arte componitis, & religiosa observatione curatis. Qua in parte si fides est ulla, constituere apud nos ipsos nullis considerationibus possumus, utrúmne istud seriò & cum proposito faciatis gravi, an ridendo res ipsas, puerili alucinatione ludatis.

datis. Si enim certum eſt apud vos Deos eſſe, quos remini, atque in ſummis cœli regionibus degere, quæ cauſa, quæ ratio eſt, ut ſimulachra iſta fingantur à vobis, cum habeatis res certas, quibus preces poſſitis effundere, & auxilium rebus in exigentibus poſtulare? Sin autem non creditis, aut, ut mediocriter dicatur, ambigitis: etiam ſic, ratio quænam eſt dubiorum fingere atque inſtituere ſimulachra, & quod eſſe non credas, ventoſa imitatione formare? An numquid dicitis fortè præſentiam vobis quandam his numinum ſub exhiberi ſimulacris, & quia Deos videre non datum eſt, eos ſic coli, ijs & munia officioſa præſtari? Hoc qui dicit, & aſſerit, Deos eſſe non credit: nec habere convincitur ſuis religionibus fidem, cui opus eſt videre, quod teneat: ne inane fortè ſit, quod obſcurum non videtur. Deos, inquitis, per ſimulachra veneramur. Quid ergo, ſi hæc non ſint, coli ſe Dii neſciunt, nec impertiri à vobis ullum ſibi exiſtimabunt honorem? Per tramites ergo quoſdam, & per quædam fideicommiſſa, ut dicitur, veſtras ſumunt, atque accipiunt cultiones: & antequam hi ſentiant, quibus illud debetur obſequium, ſimulachris litatis prius, & velut reliquias quaſdam aliena ad illos ex auctoritate tranſmittitis. Et quid fieri potis eſt injurioſius, contumelioſius, durius, quàm Deum alterum ſcire, & rei alteri ſupplicare? opem ſperare de numine, & nullius ſenſus ad effigiem deprecari? Nónne illud eſt quæſo, quod in vulgaribus proverbijs dicitur, fabrum cædere cùm ferias fullonem? & cum hominis conſilium quæras, ab aſellis, & porculis, agendarum rerum ſententias poſtulare? Et unde noviſſime ſcitis, an ſimulachra hæc omnia, quæ Dijs immortalibus vicaria ſubſtitutione formatis, ſimilitudinem referant, habeantque divinam? Poteſt enim fieri, ut barbatus in cœlo ſit, qui eſſe à vobis effingitur levis: poteſt ut ſenectute provectior, cui puerilem commodatis ætatem: poteſt ut hic

flavus ſit, qui in veritate habeat oculos cæſios: diſploſas ut geſtitet nares, quem eſſe vos facitis, figuratiſque naſicam. Neque enim rectum eſt dicere, aut appellare ſimulachrum, quod non pariles lineas principali ab ore traducat: quod eſſe planum & certum, manifeſtis poterit ab rebus agnoſci. Nam cùm omnes homines teretem eſſe ſolem indubitabili luminum contemplatione videamus: os illi vos hominis, & mortalium cõporum liniamenta donaſtis. Luna ſemper in motu eſt, & ter denas facies in reſtitutione accipit menſtrua: vobis ducibus & figuratoribus femina eſt, vultuque eſt uno, quæ per habitus mille quotidiana inſtabilitate mutatur. Intelligimus omnes ventos aëris eſſe fluorem pulſi, & mundanis rationibus concitati: per vos hominum formæ ſunt, buccinarum animantes tortus inteſtinis & domeſticis flatibus. Inter Deos videmus veſtros leonis torviſſimam faciem, mero oblitam minio, & nomine Frugiferi nuncupari. Si ſimulachra hæc omnia ſuperorum ſunt imagines numinum, ergo & in cœlo habitare dicendus eſt Deus talis, ad cujus formam & ſpeciem ſimulachri hujus ſimilitudo directa eſt: & videlicet ut hic iſte, ita illic ille, ſine reliquo corpore perſona eſt, & facies ſola, fremebundis hiatibus, torvis rictibus, ſanguinea de ceroto, malum dentibus ſuis comprimens, autque feſſi canes linguam ore de patulo potus aviditate projiciens. Quod ſi utique non eſt, ita ut omnes exiſtimamus non eſſe, quænam tanta audacia eſt, formam tibi quam volueris fingere, ac dicere eſſe ſimulacrum Dei, quem probare non poſſis ulla eſſe in parte naturæ? Ridetis temporibus priſcis Perſas fluvium coluiſſe, memorialia ut indicant ſcripta: informem Arabas lapidem: acinacem Scythiæ nationes: ramum pro Cinxia Theſpios: lignum Icarios pro Diana indolatum: Peſſinuntios ſilicem pro Deûm Marte: pro Marte Romanos haſtam, Varronis ut indicant Muſæ: atque, ut

Aëthlius

Aëthlius memorat, ante uſum diſciplinamque fictorum, pluteum Samios pro Junone: & abſtinetis à riſu, cum pro Dijs immortalibus, ſigilliolis hominum, & formis ſupplicatis humanis? Quinimmo Deos eſſe ſigillaria ipſa cenſetis, nec præter hæc quicquam vim creditis habere diviñam. Quid dicitis, ô iſti! ergóne Dij cœlites habent aures, & tempora, cervices, occipitium, ſpinam, lumbos, latera, poplites, nates, ſuffragines, talos, membraque alia cætera, quibus conſtructi nos ſumus, & quæ prima in parte paulo plenius dicta ſunt, & ſcripto uberiore prolata? Utinam liceret introſpicere ſenſus veſtros, receſſuſque ipſos mentis, quibus varias volvitis, atque initis obſcuriſſimas cogitationes! reperiremus & vos ipſos eadem ſentire, quæ nos: neque alias gerere ſuper numinum figuratione ſententias. Sed ſtudijs facere quid pervicacibus poſſumus? quid intentantibus gladios, novaſque excogitantibus pœnas? Animantis aſſeritis malam ſcientiſſimi cauſam, & quod ſemel ſine ratione feciſtis, ne videamini aliquando neſciſſe, defenditis, meliuſque putatis non vinci, quàm confeſſæ cedere atque annuere veritati. Ex hujuſmodi cauſis illud etiam vobis conniventibus conſecutum eſt: ut in Deorum corporibus laſciviæ artificum luderent, darentque his formas, quæ cuilibet triſti poſſent eſſe deriſui. Itaque Hammon cum cornibus jam formatur & fingitur arietinis: Saturnus cum obunca falce, cuſtos ruris ut aliquis, ramorum luxuriantium tonſor: cum petaſo gnatus Maiæ, tanquàm vias aggredi præparet, & ſolem, pulveremque declinet: Liber membris cum mollibus, & liquoris feminei diſſolutiſſimus laxitate: Venus nuda, & aperta, tanquam ſi illam dicas publicare, divendere meritorij corporis formam: cum pileo Vulcanus, & malleo, manu liber ſed dextera, & fabrili expeditione ſuccinctus: cum plectro & fidibus Delius citharista, geſtus ſervans cantaturi & nænias hiſtrionis: cum fuſcina rex maris,

tanquam illi pugna ſit gladiatorij obeunda certaminis: neque ullum eſt reperire figmentum alicujus numinis, quod non habitus certos ferat fabrorum liberalitate donatos. Ecce ſi aliquis, vobis neſcientibus & ignaris, rex urbanus & callidus ex foribus ſuis Solem tollat, & in Mercurij transferat ſedem: Mercurium rurſus arripiat, atque in Solis faciat commigrare delubrum, uterque enim à vobis glaber, atque ore confingitur levi, detque huic radios, Solis capiti petaſunculum ſuperponat; quibus modis internoſcere poteritis, utrúmne Sol iſte ſit, an ille Mercurius, cum habitus vobis Deos, non oris ſoleat proprietas indicare? Conſimili rurſus tranſlatione ſi nudo Jovi cornua detrahat, & Martis temporibus affigat, Martem armis ſpoliet, & his rurſus circumcludat Hammonem; interſtitio fieri quæ poterit ſingulorum, cùm qui Jupiter fuerat, idem poſſit exiſtimari Mars eſſe, & qui Mavors fuerat, ſubintroire ſpeciem Jovis poſſit Hammonis? Uſque adeo ludus eſt, ſimulachra iſta confingere, nomina illis tanquam propria dedicare, quibus ſi habitum detrahas, tollatur cognitio ſingulorum: Deus pro Deo credi, alter videri pro altero: immo pro utroque uterque poſſit exiſtimari. Sed quid ego Dijs datas falces & fuſcinas rideo? quid cornua, malleos, & galeros? cum ſimulacra quædam ſciam certorum eſſe hominum formas, & infamium liniamenta meretricum. Quis eſt enim qui ignoret, Athenienſes illos Hermas Alcibiadei ad corporis ſimilitudinem fabricatos? Quis Praxitilem neſcit, Poſidippi ſi relegat, ad formam Cratinæ meretricis, quam infelix perditè diligebat, os Veneris Cnidiæ ſolertiarum coëgiſſe certamine? Sed ſola eſt hæc Venus, cui de ſcorti vultu tranſlaticium decus auctum eſt? Phryna illa Theſpiaca, ſicut illi referunt, qui negotia Theſpiaca ſcriptitarunt, cùm in acumine ipſo eſſet pulchritudinis, venuſtatis, & floris, exemplarium fuiſſe perhibetur cunctarum,

rum, quæ in opinione ſunt Venerũ: ſive per urbes Graias, ſive iſte quo fluxit amor talium cupiditaſque ſignorum. Itaque artifices omnes ipſis ijſdem qui temporibus extiterunt, quibuſque primas dabat exprimendarum ſimilitudinum veritas, omni cura ſtudioque certabant, filum capitis proſtituti Cythereïa in ſimulachra traducere. Ardebant artificium ſcita; alterque alterum vincere contentioſa æmulatione quærebant, non Venus ut auguſtior fieret, ſed ut Phryna pro Venere ſtaret. Atque ita perducta eſt res eò, ut pro Dijs immortalibus ſacra meretricibus fierent, & infelix religio ſignorum fabricationibus falleretur. Inter ſignifices ille memoratus Phidias eſt primos: cùm Olympij formam Jovis molimine operis extuliſſet immenſi, ſuper Dei digito Pantarces inſcripſit pulcher. Nomen autem fuerat amati ab ſe pueri, atque obſcœna cupiditate dilecti: neque ullo metu eſt aut religione commotus, Deum nomine proſtibuli nuncupare: quinimo exoleto, Jovis numen ſimulachrumque ſacrare. Uſque adeo ludus eſt, & puerilis affectio, ſigillaria iſta formare, adorare pro Dijs ea, ſanctitatibus accumulare divinis; cum ipſos videamus artifices in effingendis his ludere, & libidinum propriarum monumenta ſancire. Quid eſt enim, ſi quæras, cur Phidias ludere ac laſcivire dubitaret, cùm ante paululum temporis Jovem ipſum, quem fecerat, ſciret aurum fuiſſe, lapides, atque oſſa informia, diſparata, confuſa, ſeque horum omnium congregatorem, atque vinctorem, habitus eis per ſe datos in membrorum ſimilitudine fabricata, &, quod inter omnia primum eſt, ſui eſſe beneficium muneris, quod natus per ſe eſſet, atque in rebus adoraretur humanis? Libet in hoc loco, tanquam ſi omnes adſint terrarum ex orbe nationes, unam facere concionem, atque in aures hæc omnium communiter audienda depromere. Quidnam eſt iſtud homines, quod ipſi vos ultro in tam promptis ac perſpi-

perſpicuis rebus, voluntaria fallitis & circumſcribitis cæcitate? Diſcutite aliquando caliginem, regreſſique ad lumen mentis, iutuemini propius & videte iſtud, quod agitur, quale ſit: ſi modo retinetis jusveſtrum, atque in finibus vobis datæ rationis conſilijque verſamini. Simulachra iſta, quæ vos terrent, quæque templis in omnibus proſtrati atque humiles adoratis, oſſa, lapides, æra ſunt, argentum, aurum, teſta, lignum ſumptum ex arbore, aut comixtum glutinum gypſo: ex ornatibus fortaſſe meretricijs, aut ex muliebri mundo, camelinis ex oſſibus, aut ex Indici animalis dente, ex caccabulis, ollulis, ex candelabris, ex lucernis, aut ex alijs obſcœnioribus vaſculis congeſta, conflata, in has ſpecies ducta ſunt, atque in formas quas cernitis exierunt: fornacibus incocta figulinis, ex incudibus & malleis nata, tornis raſa, deſcobinata delimis; ferris, perforaculis, aſcijs, ſecta, dolata, effoſſa; terebrarum excavata vertigine, runcinarum levigata de planis. Ita iſte nõ error eſt non, ut propriè dicatur, amentia, Deum credere, quem tute ipſe formaris? ſupplicare tremebundum fabricatæ abste rei? & cùm ſcias, & certus ſis tui eſſe operis, & digitorum artem, pronum in faciem ruere, opem rogare ſuppliciter, adverſiſque in rebus, atque in temporibus aſperis propitij numinis favorẽ ſuccurrere? Ecce ſi aliquis ponat in medio æs rude, atque in opera nulla conjectum, argenti maſſas indomiti, infectum aurum, lignum, lapides, atque oſſa, reſque alias cæteras, quibus ſigna conſueta ſunt, & numinum ſimulachra conſtare: imo ſi aliquis ponat in medio colliſorum Deorum vultus, conflata atque imminuta ſimulachra: jubeatque vos idem fruiſtis hoſtias & fragminibus cædere, informibus maſſis ſacra & munia impertire divina: audire à vobis expoſcimus, facturine iſtud ſitis, an contrà quàm imperabitur recuſaturi? Fortaſſe dicetis, qua cauſa? quia nemo eſt in rebus humanis tam ſtolidè cæcus, qui argentum,

tum, æs, aurum, gypſum, ebur, argillam, Deorum in numerum referat, ipſaque per ſe dicat vim habere atque obtinere divinam. Quænam eſt ergo ratio, ut ſi omnia hæc corpora intacta atque infecta permanſerint, careant vi numinis, atque auctoritate cœleſti? ea formas ſi accipiant hominum, ſi auriculas, naſos, buccas, labra, oculos, cilia, continuò Dij fiant, & in ordinem cœlitum referantur, & cenſum? Novitatis aliquid fictio corporibus his addit, ut adjectione ipſa cogamini aliquid eis credere divinitatis majeſtatiſque collatum? In aurum æs mutat, aut teſtulæ vilitatem in argenteam cogit degenerare materiam? Quæ inſenſilia fuerunt paulo ante, facit ut ſint viva, & ſpiritali agitatione moveantur? Si quas foris habuere naturas, eas omnes retinent ſimulachrorum in corporibus conſtituta, ſtupiditas quæ tanta eſt, detrecto enim dicere cæcitatem, rerum exiſtimare naturas formarum qualitate mutari, & accipere numen ex habitu, quod in primigenio corpore iners fuerit & brutum, & ſenſus mobilitate privatum? Itaque immemores & obliti ſimulachrorum ſubſtantiæ atque originis, quæ ſit, rationale homines animal, & ſapientiæ munere conſilijque donatum, coctilibus teſtis ſuccumbitis, æris laminas adoratis, elephantorum à dentibus ſecundas poſcitis valetudines, magiſtratus, imperia, poteſtates, victorias, adquiſitiones, lucra, meſſes opimas, feraciſſimaſque vindemias; & cùm pateat, luceat, rebus fieri verba cum brutis, exaudiri vos remini, ipſique vos ultro credulitatis vacuæ circumſcriptione traducitis? O utinam liceret in ſimulachri alicujus medias introire pendigines! immo utinam liceret Olympiacos illos, & Capitolinos Joves deducere in membra reſolutos, omneſque illas pattes, quibus ſumma concluditur corporum, diſcretas ac ſingulas contueri. Jamdudum iſtos videretis Deos, quos exterior levitas lenocinio fulgoris auguſtat, laminarum flatilium eſſe crates, parti-

culorum coagmenta deformium, ab ruinarum casibus, & dissolutionis metu, subscudibus, & catenis, uncis, atque ansulis retentari, interque omnes sinus, commissurarumque juncturas plumbum ire suffusum, & salutares moras signorum diuturnitatibus commodare. Videretis, inquam, jamdudum solas sine occipitijs facies, manus sine brachijs semiplenas, ventres cum lateribus dimidiatos, plantarum imperfecta vestigia; & quod maximè risum ferat, parte ligneos ex una, at ex altera saxeos, inæquabili corporum constructione contractos. Quæ si utique perspici obscuritatis arte non quirent, vel ipsa vos saltem quæ in medio sita sunt, docere atque monere debuerunt, agere vos nihil, & circa res cassas officiorum impendere vanitates. Ita enim non videtis spirantia hæc signa quorum plantas & genua contingitis, & contrectatis orantes, modo casibus stillicidiorum labi, putredinis modo carie relaxari: ut nidoribus, atque fumo suffita ac decolorata nigrescant? quemadmodum sæcli longioris incuria perdant situs, species, & rubigine convulnerentur exesa? Ita, inquam, non videtis sub istorum simulachrorum cavis stelliones, sorices, mures, blattasque lucifugas nidamenta ponere, atque habitare? spurcitias huc omnes, atque alia usibus accõmodata conducere, semirosi duritias panis, famis ossa in spem tracta; pannos, lanuginem, chartulas, nidulorum in mollitiem scilicet, & miserorũ fomenta pullorum? Non in ore aliquando simulachri ab araneis ordiri retia, atque insidiosos casses, quibus volatus innectere stridularum possint, impudentiumque muscarum? Non hirundinès denique intra ipsos ædium circumvolantes tholos, jacularier stercoris plenas, & modò ipsos vultus, modò numinum ora depingere, barbam, oculos, nasos, aliasque omnes partes, in quascunque se detulerit deonerati proluvies podicis? Erubescite ergo vel sero, atque ab animantibus mutis vias rationis accipite: doceantque

vos eadem nihil numinis ineſſe ſimulacris, in quæ obſcena dejicere neque metuunt, neque vitant, leges ſuas ſequentia, & inſtincta veritate naturæ. Sed erras, inquitis, & laberis, nam neque nos æra, neque auri argentiſque materias, neque alias quibus ſigna confiunt, eas eſſe per ſe Deos, & religioſa decernimus numina: ſed eos in his colimus, eoſque veneramur, quos dedicatio infert ſacra, & fabrilibus efficit inhabitare ſimulachris. Non improba, neque aſpernabilis ratio, qua poſſit quivis tardus, necnon & prudentiſſimus credere, Deos relictis ſedibus propriis, id eſt cœlo, non recuſare, nec fugere, habitacula inire terrena: quinimo jure dedicationis impulſos ſimulacrorum coaleſcere junctioni. In gypſo ergo manſitant, atque in teſtulis Dij veſtri? quinimò teſtularum & gypſi, mentes, ſpiritus, atque animæ Dij ſunt? atque ut fieri auguſtiores viliſſimæ res poſſint, concludi ſe patiuntur, & in ſedis obſcuræ coërcitione latitare? Ergo illud à vobis parte in hac primùm deſideramus & poſtulamus audire, invitíne hoc faciunt, id eſt jure dedicationis attracti, ſimulachrorum ineunt manſiones? an proni, & faciles, neque ullis neceſſitatibus irrogatis? Si inviti hoc faciunt, & qui fieri potis eſt, ut in aliquam neceſſitatem imminuta majeſtate cogantur? Si voluntariæ obſecutionis aſſenſu: & quid in teſtulis Dij petunt, ut eas ſedibus ſidereis anteponant, vinctionis vi propemodum colligati, nobilitantes teſtulas, & cætera, quibus ſigna confiunt? Si concedamus ut cœlo & ſidereis ſedibus eas anteponant, divinitatis ſuæ perdiderint poteſtatem. Quid ergo? in materijs talibus ſemper ne Dij manſitant, neq; abeunt uſpiam, etiam ſi res poſtulaverit maxima? An habent itus liberos, cùm libuerit abire quocunque, & ab ſuis ſedibus, ſimulachriſque diſcedere? Si permanendi neceſſitatem patiuntur, quid miſerius his eſſe, aut quid infelicius poterit, quam ſi eos in baſibus ita unci retinent, & plumbeæ vinctiones?

Sin autem cùm voluerint, evolant, & abſolutum jus habent, inania relinquere ſimulachra: ergo aliquo tempore deſinent eſſe Dij ſigna, & in dubio ſtabit, quando ſacra debeant reddi, quando his conveniat atque oporteat abſtinere. Sæpenumero videmus ab artificibus hæc ſigna modò parvula fieri, & palmarem in minutiem contrahi: modò in immenſum tolli, & admirabilem in amplitudinem ſublevari. Ratione hac ergo ſequitur, ut intelligere debeamus in ſigilliolis parvulis contrahere ſe Deos, & alieni ad corporis ſimilitudinem coarctari: at verò in vaſtis porrigere ſe longius, atque in maximitatem producere. Ergo ſi hoc ita eſt, & in ſedentibus ſignis Deum ſedere dicendum eſt, & in ſtantibus ſtare, in procurrentibus currere, jacularier in jacientibus tela, ad illorum formare atque aptare ſe vultus, & ad reliquos habitus figurati corporis ſimilitudinem commodare. In ſimulachris Dij habitant: ſingulſne in ſingulis totis, an partiliter atque in membra diviſi? Nam neque unus Deus in compluribus potis eſt uno tempore ineſſe ſimulachris, neque rurſus in partes ſectione interveniente diviſus. Conſtituamus enim decem millia ſimulachrorum toto eſſe in orbe Vulcani: numquid eſſe, ut dixi, decem omnibus in millibus potis eſt unus uno in tempore? Non opinor. Qua cauſa? Quia quæ ſunt priva ſingulariaq; natura, multa fieri nequeunt ſimplicitatis ſuæ integritate ſervata: & hoc amplius nequeunt, ſi hominum formas Dij habent, opinatio ut veſtra declarat. Neq; enim manus à capite ſeparata, aut pes diviſus à corpore, ſummam poſſunt præſtare totius: aut dicendum eſt portiones idem poſſe quod totum, cùm conſiſtere nequeat, niſi fuerit partium congregatione conflatum. Si autem in cunctis idem eſſe dicetur, perit omnis ratio atque integritas veritati, ſi hoc fuerit ſumptum, poſſe unum in omnibus uno tempore permanere: aut Deorum eſt unuſquiſque dicendus ita ipſum ſemet ab ipſo ſeſe dividere,

dere, ut & ipſe ſit & alter, non aliquo diſcrimine ſeparatus, ſed ipſe idẽ & alius. Quod quoniam recuſat, & reſpuit, aſpernaturque natura; aut innumeros dicendum eſt, confitendumque eſſe Vulcanos, ſi in cunctis volumus eum degere, atque ineſſe ſimulachris: aut erit in nullo, quia eſſe diviſus natura prohibetur in plurimis. Et tamen ô iſti, ſi apertum vobis & liquidum eſt, in ſignorum viſceribus Deos vivere, atque habitare cœlites, cur eos ſub validiſſimis clavibus, ingentibuſque ſub clauſtris, ſub repagulis, peſſulis, alijſque hujuſmodi rebus cuſtoditis, conſervatis, atque habetis incluſos; ac ne fortè fur aliquis, aut nocturnus irrepat latro ædituis mille protegitis, atque excubitoribus mille? Cur canes in Capitolijs paſcitis? cur anſeribus victum, alimoniamque præbetis? Quinimo ſi fiditis Deos iſtic eſſe, nec ab ſignis uſpiam, ſimulachriſque diſcedere, permittite illis curam ſui, reſerata ſint ſemper atque aperta delubra: ac ſi quid à quopiam temeraria fuerit fraude ſubreptum, vim numinis monſtrent, & ſub ipſo furti atque operis momine ſacrilegos pœnis convenientibus figant. Indigna enim res eſt, & potentiam deſtruens, auctoritatemque, ſummorum cuſtodiam numinum canum ſollicitudinibus credere: & cùm aliquam quæras prohibendis formidinem furibus, non ab ipſis petere, ſed in anſerum ponere & collocare gingritibus. Antiochum Cyzizenum ferunt quindecim cubitorum Jovem ex delubro aureum ſuſtuliſſe, & ex ære bratteolis ſubſtituiſſe fucatũ. Si in ſimulachris præſto ſunt atque habitant Dij ſuis, quibus negocijs Jupiter, quibus curis fuerat illigatus, quo minus privatas perſequeretur injurias, & ſuppoſitum ſe ſibi viliore in materia vindicaret? Dionyſius ille, ſed junior, cùm velamine aureo ſpoliaret Jovem, & pro illo laneum ſubderet, jocularibus etiam facetijs ludens, cum eſſe illud in rigoribus algidum, hoc vaporum; oneroſum illud in æſtatibus diceret, hoc rurſus ſub ardo-

ribus flabile. Ubinam fuerat rex poli, ut præſentem ſe eſſe formidine aliqua comprobaret, & urbanum ſcurrulam cruciatibus revocaret ad ſeria ? Nam quid Æſculapij gravitatem ab eo eſſe commemorem riſam ? quem cùm barba ſpoliaret ampliſſima, boni ponderis, & philoſophicæ denſitatis, facinus eſſe dicebat indignum, ex Apolline procreatum, patre levi & glabro, ſimillimoque impuberi, ita barbatum filium fingi, ut in ancipiti relinquatur, uter eorum pater ſit, uter filius, immo an ſint generis & cognationis unius ? Quæ cum omnia fierent, & cum ſacrilegis prædo irriſionibus jocaretur, ſi ſuberat numen in ſtatua nomini ejus majeſtatique ſacrata, cur oris contumeliam levigati, & dehoneſtati vultus, non juſta & merita perſecutus eſt ultione, demonſtravitque hoc facto, & ſe eſſe præſentem, & cuſtodia pertinaci ſuas ædes, ſimulachraque tutari ? Niſi fortè negligere Deos dicetis hæc damna, nec putare eſſe idoneam cauſam, propter quam ſe exerant, & nocentibus pœnam violatæ religionis infligant. Ergo ſi hæc ita ſunt, nec ſimulachra ipſa habere deſiderant, quæ convelli & diripi perpetiuntur impune: immò è contrario perdocent, aſpernari ſe illa, in quibus ſpretos ſe ultione in aliqua ſignificare non curant. Philoſtephanus in Cypriacis auctor eſt, Pygmalionem regem Cypri, ſimulachrum Veneris, quod ſanctitatis apud Cyprios & religionis habebatur antiquæ, adamaſſe ut feminam, mente, animo, lumine rationis, judicioque cæcatis; ſolitumque dementem, tanquam ſi uxoria res eſſet, ſublevato in lectulum numine copularier amplexibus atque ore, reſque alias agere libidinis vacua imaginatione fruſtrabiles. Conſimili ratione Poſidippus in eo libro, quem ſcriptum ſuper Gnido indicat, ſuperque rebus ejus, aduleſcentem haud ignobilem memorat, ſed vocabulum ejus obſcurat, correptum amoribus Veneris, propter quam Gnidus in nomine eſt, amatorias & ipſum miſcuiſſe laſcivias,

laſcivias, cum ejuſdem numinis ſigno genialibus fuſum toris, & voluptatum conſequentium finibus. Ut ſimiliter rurſum interrogem, ſi in ære, atque in materijs cæteris, quibus ſigna formata ſunt, ſuperorum potentiæ delitiſcunt, ubinam gentium fuerant una atque altera Veneres, ut impudicam petulantiam juvenum propulſarent ab ſe longè, & contactus impios cruciabili coërcitione punirent? Aut, quoniam mites, & ingenijs tranquillioribus Deæ ſunt, quantum fuerat, miſeris furialia ut reſtinguerent gaudia, mentemque inſanam recreatis reducerent ſenſibus? Niſi fortè, ut vos fertis, libidinis & voluptatum Deæ, contumelias iſtas habuere gratiſſimas, nec ultione facinus exiſtimavere condignum, quod ſuas quoque mulceret mentes, & quod ab ſe ſubdi humanis cupiditatibus ſcirent. Sed ſi Deæ Veneres ingenijs placidioribus præditæ, gerendum eſſe morem infortunijs judicavere cæcorum, cùm Capitolium toties edax ignis abſumeret, Jovemque ipſum Capitolinum cum uxore corripuiſſet ac filia, ubinam fulminator tempore illo fuit, ut ſceleratum illud arceret incendium, & à peſtifero caſu res ſuas ac ſemet, & cunctam familiam vindicaret? Ubi Juno regina, cùm inclitum ejus fanum, ſacerdotemque Chryſidem, eadem vis flammæ Argiva in civitate deleret? Ubi Serapis Ægyptius, cùm conſimili caſu jacuit ſolutus in cinerem, cum myſterijs omnibus, atque Iſide? Ubi Liber Eleutherius, cum Athenis? Ubi Diana, cum Epheſi? Ubi Dodonæus Jupiter, cum Dodonæ? Ubi denique Apollo divinus, cùm à piratis, maritimiſque prædonibus, & ſpoliatus ita eſt, & incenſus, ut ex tot auri ponderibus, quæ infinita congeſſerant ſecula, ne unum quidem habuerit ſcripulum, quod hirundinibus hoſpitis, Varro ut dicit Menippeus, oſtenderet? Infiniti operis res eſſet toto in orbe deſcribere, quæ ſint fana convulſa terræ motibus, & tempeſtatibus: quæ incenſa ab hoſtibus, quæ ab regibus

& tyrannis, quæ antiſtites, & ſacerdotes, & ipſi ſuſpicione averſa nudaverint: quæ ad ultimum fures, & obſerata pandentes remedorum obſcuritate canacheni: quæ tuta utique permanerent, & nullis obnoxia fortuitis, ſi adeſſent Dij præſides, aut haberent aliquas templorum, quemadmodum dicitur, curas. Nunc vero quia caſſa ſunt, & nullis habitatoribus tecta, habet in illis fortuna jus ſuum, & perinde cunctis ſubjecta ſunt caſibus, quàm ſunt omnia cætera motu interiore privata. In parte hac eadem illud etiam dicere ſimulachrorum aſſertores ſolent, non ignoraſſe antiquos, nihil habere numinis ſigna, neque ullum omnino ineſſe his ſenſum: ſed propter indomitum atque imperitum vulgus, quæ pars in populis atque in civitatibus maxima eſt, ſalutariter ea conſilioque formaſſe: ut velut quadam ſpecie objecta his numinum, abjicerent aſperitatem metu: arbitratique præſentibus ſeſe ſub Dijs agere, facta impia deponerent, & ad humana officia morum mutatione tranſirent. Nec propter aliam cauſam venerabiles formas auro eis argentoque quæſitas, niſi ut adeſſe vis quædam ipſis in fulgoribus crederetur, quæ non oculorum tantum perſtringeret ſenſum, verumetiam mentes ipſas auguſtiſſimæ lucis radiationibus territaret. Quod ratione cum aliqua videretur forſitan dici, ſi poſt condita Deorum templa, atque inſtituta ſimulachra, nullus eſſet in mundo malus, nulla omnino nequitia: juſtitia, pax, fides mortalium pectora poſſideret: neque quiſquam in terris nocens diceretur, ſceleroſa opera neſcientibus cunctis. Nunc verò cùm contra malis omnia plena ſint, innocentiæ penè interierit nomen, per momenta, per puncta, examina maleficiorum nova noxiorum improbitate pariantur: dicere quî convenit, ad incutiendas formidines vulgo Deorum inſtituta ſimulachra: cùm præter innumeras criminum & facinorum formas, ipſa etiam videamus templa ſacrilegis violationibus

tionibus appeti ab tyrannis, ab regibus, ab latronibus, & nocturnis à furibus: ipsosque illos Deos, quos ad metus faciendos vetus finxit & consecravit antiquitas, vadere in antra prædonum, cum ipsis suis aureis metuendisque fulgoribus? Quid enim, si verum & sine ulla gratificatione perspicias, signa ista quæ dicunt, habent in se magnum, ut meritò sperarit atque existimarit antiquitas, conspectu illorum posse frangi hominum vitia, & mores à maleficio temperari? Falx messoria scilicet, quæ est attributa Saturno, metum fuerat injectura mortalibus, vitam vellent ut pacificam degere, ac malitiosas abiicere voluntates: fronte Janus ancipiti, aut dentata illa, qua insignitus est, clavis: riciniatus Jupiter atque barbatus, dextera fomitem sustinens perdolatum in fulminis morem: Junonius ille cęstus, aut militari sub galea puellula delitiscens: Deûm Mater cum tympano: cum tibijs, & cum psalterijs Musæ: Mercurius pinnatus Argiphontes: Æsculapius baculo, Ceres mammis cum grandibus: aut in Liberi dextera pendens potorius cantharus: Mulciber fabrili cum habitu: aut Fortuna cum cornu, pomis, ficis, aut frugibus autumnalibus pleno: semitectis femoribus Diana: aut ad libidinem concitans Venus nuda: Anubis canina cum facie: aut genitalibus proprijs inferior Priapus. O species formidinum diræ, metuendique terrores, propter quos genus humanum torpedine in perpetua affigeretur, nihil moliretur attonitum, ab omnique se actu sceleroso flagitioso que frenaret! Falciculæ, claves, caliendra, fomites, talaria, baculi, tympaniola, tibię, psalteria, mammæ promptæ atque ingentes, cantharuli, forcipes, cornuaque pomifera, nuda corpora feminarum, & veretrorum magnitudines publicatæ. Nonne satius fuerat saltitare, cantare, quam sub titulo gravitatis, & severitatis obtentu, tã frigida, tamque inepta narrare simulachra, ab antiquis ad peccata cohibenda, & ad nocentium formata impiorum-

que formidines? Usque adeóne mortales sæculi illius ac temporis corde fuerunt vacui, rationis sensusque nullius, ut ab actionibus improbis tanquam parvuli pusiones, personarũ monstruosissima torvitate, sannis etiam constringerentur, & manijs? Et unde est in contrarium res versa, ut cùm tã multa in civitatibus templa sint plena omnium simulachris Deorum, tot legibus, & generibus supplicíorum tantis, iri obviam nequeat multitudini noxiorum: neque ullis remedijs audacia possit abscidi: tantoque se magis maleficia congeminata multiplicent, quanto legibus judicijsq; contenditur imminuere facta crudelia, & pœnarum coërcitione sedare? Quod si metus aliquos infligerent simulachra mortalibus, legum latio cessaret, nec tam diversæ cruces facinorosorum constituerentur audaciæ. Nunc verò quia constitit, comprobatumque est re ipsa inanem esse opinionem timoris, qui ab signis dicatur effluere, ad legum decursum est sanctiones: à quibus esset formido certissima, etiam fixa, constitutaque damnatio: quibus debent & ipsa simulachra, quòd incolumia adhuc perstant, & honoris alicujus concessione munita sunt. Quoniam satis, ut res tulit, quàm inaniter fiant simulachra monstratum est; de sacrificiis deinceps, de cædibus, atque immolationibus hostiarum, de mero, ture, deque alijs omnibus, quæ in parte ista confiunt, poscit ordò quàm paucis, & sine ullis circumlocutionibus dicere. In hac enim consuestis parte invidias nobis tumultuosissimas concitare, appellare nos atheos: & quod minimè attribuamus Dijs, pœnas etiam capitis beluarum crudelitatibus irrogare. Quod quidem nos fatemur non contemptu facere, atque aspernatione divina: sed quod existimemus hujus potentias nominis nihil tale deposcere, neque rerum hujusmodi cupiditatibus attineri.

LIBER VI. EXPLICIT.

ARNO-

ARNOBII
DISPVTATIONVM
ADVERSVS GENTES
LIBER SEPTIMUS.

QUID ergo, dixerit quiſpiam, ſacrificia cenſetis nulla eſſe omnino facienda ? Ut vobis non noſtra, ſed Varronis veſtri ſententia reſpondeamus : nulla. Quid ita ? quia, inquit, Dij veri neque deſiderant ea, neque deposcunt : ex ære autem facti, teſta, gypſo, vel marmore, multo minus hæc curant. Carent enim ſenſu, neque ulla contrahitur, ſi ea non feceris, culpa: neque ulla, ſi feceris, gratia. Sententia reperiri nulla poteſt integrior, verior & quã quivis poſſit, quãvis ille ſit ſcævus & difficillimus, occupare. Quis eſt enim pectoris tam obtuſi, qui aut rebus nullum habentibus ſenſum hoſtias cædat & victimas : aut eis exiſtimet dandas, qui ſint ab his longe natura & beatitudine diſiugati ? Qui ſunt, inquitis, Dij veri ? Ut communi vobis, & ſimplici reſpondeamus verbo, non ſcimus. Quos enim vidimus nunquam, qui ſint, ſcire quemadmodum poſſumus ? Ex vobis audire conſuevimus, Deos eſſe quam plurimos, & nominum in ſerie computari : qui ſi ſunt, ut dicitis uſpiam, verique, ut Terentius credit, eos eſſe conſequitur ſui conſimiles nominis, id eſt tales, quales eos univerſi debere eſſe conſpicimus, & nominis hujus appellatione dicendos : quinimo, ut breviter finiam; qualis dominus rerum eſt, atque omnipotens ipſe, quem dicere nos omnes Deum ſcimus atque intelligimus verum,

rum, cum ad ejus nominis acceſſimus mentionem. Deus enim ab altero, in eo quo Deus eſt, nulla in re differt: nec quod unum eſt genere, ſuis eſſe in partibus minus aut plus poteſt, qualitatis propriæ uniformitate ſervata. Quod cum dubium non ſit, ſequitur ut geniti nunquam, perpetuiq́ue ut debeant eſſe, extrinſecus appetentes nihil, nec carpentes aliquas terrenas ex materiæ opibus voluptates. Ergo ſi hæc ita ſunt, primum illud à vobis expetimus noſcere, quæ ſit cauſa, quæ ratio, ſacrificia ut iſta faciatis: quid deinde ex hoc lucri ad Deos ipſos perveniat, atque in eorum commoditate ſubſidat. Quidquid enim geritur, debet habere cauſam ſui: neque ita eſſe ab ratione ſejunctum, ut in operibus feratur caſſis, & in vacuis ludat inanitatis erroribus. Numquid forte Dij celeſtes aluntur his ſacris, & ad eorum compaginem retinendam nonnullius opus eſt ſuffectione materiæ? Et quis ita eſt hominum, Deus prorſus qui ſit, ignorans, ut eos exiſtimet contineri alicujus alimonij genere: & cibi eſſe munus, quod eos faciat vivere, & immenſa in perpetuitate durare? Quicquid enim cauſis & rebus fulcitur extraneis, neceſſe eſt eſſe mortale: & habere ad periculum viam pronam, ubi aliquid cœperit deeſſe, quo vivitur. Tum quod ex his rebus, quæ admoventur altaribus, nihil videmus accedere, atque ad numinum ſubſtantias pervenire. Aut enim tus datur, & liquefactum carbonibus diſperit: aut animalis eſt hoſtia, & ab canibus abliguritur ſanguis: aut ſi aliquod viſcus aris fuerit traditum, ratione ardeſcit pari, & diſſolutum in cinerem labitur: niſi fortè hoſtiarum Deus animas devorat, aut ex aris ardentibus nidorem conſectatur & fumos, paſciturq́ue de cniſſis, quas evomunt ardentia viſcèra, adhuc ſuda de ſanguine, & prioribus humecta de ſuccis. Sed ſi Deus, ut dicitur, nullius eſt corporis, omniq; eſt incontiguus tactu, qui fieri potis eſt, ut corporalibus rebus nutriatur incorporeum, quod mortale

tale eſt ut immortale ſuſtineat, ſubdatque ſalutem rei quam contingere nequeat, & motus ſubminiſtrare vitales? Ceſſat ergo, ut apparet, ſacrorum hæc ratio, neque dici à quopiam potis eſt, ea cauſa ſacrificia celebrari, quòd alantur his numina, & eorum ſuſtineantur è paſtu. Numquid, ſi fortè hoc non eſt, voluptatis alicujus, animique, ut dicitur, cauſa, cæduntur Dijs hoſtiæ, & ſuccenſis adjiciuntur altaribus? Et quiſquam eſt hominum, qui Deos ſibi perſuadeat voluptatum diffuſione molleſcere, geſtire in libidinis gaudium, & velut animal vile blandis ſenſibus affici, & dulcedinis labilis volucri titillatione mulceri? Quod enim voluptate diſſolvitur, id contraria neceſſe eſt triſtitia contrahatur: nec immune exiſtere ab anxietate mœroris, quod lætitia trepidat, & levitatibus extollitur gaudiorum. Utroque autem affectu debent eſſe Dij liberi, ſi eos eſſe perpetuos, & mortalium voluntus fragilitate privatos. Quid quòd omnis voluptas quaſi quædam eſt adulatio corporis, notiſque illis ſenſibus aſſumitur quinque: quam ſi ſuperi ſentiunt, & eorum neceſſe eſt eſſe participes corporum, per quæ via eſt ſenſibus, & accipiendis voluptatibus janua. Poſtremò quod gaudium eſt, innoxiorum animantium mactatione lætari, miſerabiles ſæpe exaudire mugitus, rivos ſanguinis cernere, animas cum cruore fugientes, patefactiſque ſecretis provolvi & inteſtina cum ſtercore, & ex reſiduo ſpiritu exultantia adhuc corda, tremebundaſque palpitantes in viſceribus venas? Semiferi nos homines, quinimo, potius ut pronunciemus quod eſt verius atque apertius dictu, feri, quos infelix neceſſitas, & malus uſus edocuit cibos ex his carpere: miſeratione interdum commovemur illorum, arguimus nos ipſi, penituſque re viſa, atque inſpecta damnamus, quod humanitatis jure depoſito naturalis initij conſortia ruperimus. Deos aliquis credit pios, beneficos, mites, cæde pecorum delectari, diffundique lætitia,

si quando sub his concidunt & spiritum miserabiliter ponũt. Et voluptatis ergo, ut cernimus, nulla est in sacrificijs causa, nec cur fiant, ratio est; quoniam nec voluptas est ulla: ac si forte est aliqua, in Deos eam cadere nulla posse ratione monstratum est. Sequitur ut illam quoque inspiciamus partem, quam jactari audimus vulgo, & populari in persuasione versari: sacrificia superis ea fieri Dijs causa, ut iras atque animos ponant, reddanturque mites & placidi, fervidorum pectorum indignatione sedata. Et si definitionem teneamus illam, quam pertinaciter meminisse convenit nos semper, universos animorum affectus ignotos Dijs esse, consectaneum est credere, nunquam Deos irasci: quinimo nullum affectum magis esse ab his longe, quam qui feris & beluis proximus, turbat tempestatibus patientes, & ad periculum interitionis inducit. Quidquid enim vexatur rei alicujus è motu, passibile esse constat & fragile: quod passioni fragilitatique subjectum est, id necesse est esse mortale: ira autem vexat, & patientes se solvit: ergo esse mortale dicendum est, quod passionibus subjectum est iræ. Atquin Deos scimus esse oportere perpetuos, & naturam immortalitatis tenere: quod si constat, & liquidum est, ira ab his longè & ab eorum conditione disiuncta est. Nullis ergo rationibus convenit, id in superis velle placare, quod posse non videas in eorum beatitudinem convenire. Sed concedamus, ut vultis, perturbationem hujusmodi familiarem Dijs esse, placandique ejus causa res divinas fieri, & sacrorum sollemnia celebrari: quando ergo conveniet adhiberi hæc munia, vel in tempore quo dari? antequam sunt irati & perciti? an cùm fuerint moti, ipsisque in indignationibus constituti? Si ne sumant animos occurrendum est his antè: feras nobis proponitis, non Deos, quibus ne sæviant concitatæ, & cavearum discutiant claustra, objectari moris est escas, in quas rabide sæviant, & cupidinem vexationis

tionis inclinent. Sin autem jam fervidis, atque indignatione flagrantibus ſatisfactio iſta ſacrificiorum oggeritur: non inquiro, non exigo, an illa læta & ſublimis magnanimitas numinum, homunculorum offenſione moveatur: habeatque pro vulnere ſi quid animal cæcum, atque in nubibus ſemper ignorationis incedens, diſſignaverit, dixerit, quo illorum minueretur auctoritas. Sed neque illud dici, aut audire depoſco, quas irarum in homines habeant Dij cauſas, ut ſacrificijs debeant contracta offenſione mulceri. Numquid aliquas leges ſanxere aliquando mortalibus, conſtitutumque eſt ab his unquam, quid eos agere conveniret, vel quid non, quid conſectari, quid fugere, vel coli ſe ſaltem quibus rationibus cuperent, ut aliter, quàm imperaverant geſta, ultionibus perſequerentur irarum, contemtique ſe vellent de audacibus & tranſgreſſoribus vindicare? Ut opinor ab his nunquam neque conſtitutum eſt aliquid, neque ſancitum, quoniam nec viſi aliquando, neque ſi ſunt viſi, apertiſſima potuit cognitione dignoſci. Quænam eſt ergo, juſtitia, ut eis ob aliquas cauſas iraſcantur Dij cœlites, quibus neque ſe eſſe, mouſtrare aliquando dignati ſunt, neque ullas dederint, aut impoſuerint leges, quas coli ab his vellent, & inviolabili obſecutione ſervari? Sed hoc, ut dixi, prætereo, & ſilentio patior abire donatum: unum illud præ omnibus quæro, quæ cauſa eſt, ut ſi ego porcum occidero, Deus mutet affectum, animoſque & rabiem ponat: ſi gallinulam, vitulum, ſub illius oculis atque altaribus concremaro, oblivionem inducat injuriæ, & ab ſenſu penitus offenſionis abſcedat? Quid ad ejus dolorem ex opere hoc migrat: aut remedij cujus eſt anſer, caper, aut pavus, ut ex ejus cruore medicina adhibeatur irato? Ergóne injurias ſuas Dij vendunt, atque, ut parvuli puſiones, ut animoſis parcant abſtineantque ploratibus, paſſerculos, pupulos, equuleos, panes accipiunt, quibus avocare ſe poſſint:

ita

Ita Dij immortales placamenta iſta ſumunt, quibus iras atque animos ponant, & in gratiam ſuis cum offenſoribus redeant? Atquin ego rebar Deos, ſi modò rectum eſt credere quod motibus exagitentur irarum, ſine ullis præmijs, nulliſque mercedibus, iras atque animos ponere, & peccatoribus delicta donare. Hoc eſt enim proprium numinum, liberales venias, & conceſſiones habere gratuitas. Quod ſi fieri non poteſt, ſapientius multo eſt, pertinaciter eos in offenſione durare, quàm munerum corruptione miteſcere. Creſcit enim multitudo peccantium, cùm redimendi peccati ſpes datur: & facilè itur ad culpas, ubi eſt venalis ignoſcentium gratia. Ecce ſi bos aliquis, aut quodlibet ex his animal, quod ad placandas cæditur mitigandaſque ad numinum furias, vocem hominis ſumat, eloquaturque his verbis: Ergóne ô Jupiter, aut quis alius Deus es, humanum eſt iſtud & rectum, aut æquitatis alicujus in æſtimatione ponendum, ut cùm alius peccaverit, ego occidar, & de meo ſanguine fieri tibi patiaris ſatis, qui nunquam te læſerim, nunquam ſciens, aut neſciens tuum numen majeſtatemque violarim, animal, ut ſcis, mutum, naturæ meæ ſimplicitatem ſequens, nec multiformium morum varietatibus lubricum? Numquid aliquando tuos ludos minus ſanctè diligenterque perfeci? numquid aliquem præſulem, tuum numen qui offenderet, ante te traduxi? numquid juravi per te falſo? numquid ſacrilegis furtis tua rapui, ſpoliavique donaria? numquid erui ſacratiſſimos lucos, aut religioſa quædam loca ſubſtructionibus pollui profanavique privatis? Quænam eſt ergo cauſa, ut alienum crimen meo luatur è ſanguine, & in nefas extraneum mea vita & innocentia producatur? An quòd animal vile ſum, nec rationis, nec conſilij particeps, quemadmodum pronunciant iſti, qui ſe homines nominant, & ferocitate tranſiliunt beluas? Nónne primordijs iiſdem eadem & me genuit,

nuit, informavitque natura? Nonne ſpiritus unus eſt, qui & illos, & me regit? Non conſimili ratione reſpiro, & video, & cæteris afficior ſenſibus? Habent jecora, pulmones, corda, inteſtina, ventriculos: & mihi membrorum non idem eſt numerus attributus? Amant ſuos fetus, & gignendis conveniunt liberis: non & mihi prolis, & ſubrogandæ eſt cura, & dulcedo cum fuerit procreata? Sed rationales illi ſunt, & articulatas exprimunt voces: & unde illis notum eſt, an & ego quod facio, meis rationibus faciam, & vox iſta, quam promo, mei generis verba ſint, & ſolis intelligantur à nobis? Interroga pietatem, utrum ne ſit æquius me occidi, me confici, an hominem venia, & commiſſorum impunitate donari? Quis in gladium formavit ferrum? non homo? quis cladem gentibus, quis nationibus impoſuit ſervitutem? non homo? quis parentibus, fratribus, quis uxoribus, qui amicis mortiferas ſubdidit, commiſcuitque potiones? non homo? quis maleficia reperit, aut commentatus eſt tanta, quanta vix explicari decem millibus queant vel annalium, vel dierum? non homo? Ita iſtud non ferum, non immane, non fævum eſt? non tibi, ô Juppiter, injuſtum videtur & barbarum, me occidi, me cædi, ut fias tu placidus, & ut ſceleroſis contingat impunitas? Ergo ob hanc cauſam, id eſt, numina ut placentur irata, inaniter fieri ſacrificia conſtitit, cùm docuerit nos ratio, neque Deos iraſci aliquando, neque alterum velle pro altero confici, cædi, nec innoxii ſanguine abolitionem diſſignationibus comparari. Sed fortaſſe aliquis dicet: idcirco Diis hoſtias, & cætera impendimus munera, ut familiares quodammodo noſtris ſupplicationibus factĩ, res tribuant proſperas, avertantque à nobis mala, cùm gaudiis faciant agere nos ſemper, triſtitias verò propellant, & ex caſibus imminentia fortuitis. Non exiguam curam locus iſte deſiderat, nec quod dicitur facile, tam conſuetum eſt vel audiri,

vel credi. Advolabit enim continuo uniuerſus ille doctiſſimorum chorus, qui aſſeverans, & comprobans fato fieri quæcunque fiunt, eripiat nobis è manibus opinionem iſtam: & inanibus nos arguat perſuaſionibus fidere. Quicquid in mundo, inquiet, geſtum eſt, geritur, & geretur, olim definitum, & fixum eſt: habetque immobiles cauſas, per quas ſibi res nexæ, & inexpugnabilem conſerant præteritorum cum imminentibus neceſſitatem. Si definitum & fixum eſt, quid obtingere ſingulis mali debeat, bonſve jam certum eſt. Quod ſi certum eſt & fixum, vacant omnia Deorum auxilia, vacant odia, vacant benignitates. Tam enim præſtare non poſſunt id, quod non poteſt fieri, quàm prohibere ne fiat id, quod neceſſe eſt evenire: niſi quod validius premere opinionem iſtam ſi voluerint, quibunt, ut etiam ipſos Deos fruſtra dicant à vobis coli, & ſupervacaneis ſupplicationibus adorari. Cum enim ordinem vertere, & fatalia nequeant conſtituta mutare, quid rei, quid cauſæ eſt fatigare, & obtundere eorum aures velle, quorum auxiliis nequeas ſupremis in neceſſitatibus fidere? Poſtremò ſi triſtia, atque importuna Dij pellunt; ſi ea quæ ſunt læta, atque amica largiuntur, unde ſunt mundo tanti, tamque innumerabiles miſeri? unde tot infelices lachrimabilem vitam in extrema ſorte ducentes? cur immunes à calamitatibus non ſunt, qui momenta per ſingula, qui per puncta, ſacrificijs onerant atque accumulant aras? Nónne alios, inquiunt, videmus ex illis domicilia eſſe morborum: extinctis luminibus, atque auribus obſeratis, pedum carere proceſſu, truncos ſine manibus degere, incendijs, naufragijs, & ruinis, obrui, mergi, confici: patrimonijs ab ingentibus evolutos mercenario ſeſe labore fulcire: ſtipes emendicare ſupremas, exterminari, proſcribi, ſemper eſſe in luctibus, liberorum orbitatibus fractos: vexari per infortunia cætera, quorum ſpecies & formas nulla poteſt enu-

meratio

meratio definire? Quod utique non fieret, ſi propulſare, ſi flectere mala iſta Dij poſſent, ſacrorum meritis obligati. Nunc verò quia caſibus nullus eſt in his locus, ſed ineluctabili omnia neceſſitate confiunt, agit ſeſe ordo præſcriptus, & quod ſemel decretum eſt, perficit. Aut ingrati eſſe dicendi ſunt cœlites, ſi cùm habeant jura prohibendi, patiuntur infelix genus tot pœnis & calamitatibus implicari. Sed fortaſſe aliquid dicant magnum, nec quod auribus debeat fruſtratoriis, levibus, & contemnentibus ſumi. Quas tamen nos partes, quia res nimium longi eſt multiqúe ſermonis, inexplicatas tranſcurrimus atque intactas: ſolum illud poſuiſſe contenti, inhoneſtas vos famas adjungere Dijs veſtris, ſi eos aliter negatis præſtare quæ bona ſunt, atque inimica tranſvertere, niſi prius empti capellarum fuerint atque ovium ſanguine, & cæteris quæ admoventur altaribus. Indignum enim primum eſt, ut illa vis numinum ſublimitaſqúe cœleſtium beneficia credatur ſua habere venalia, prius ſumere, atque ita præſtare. Tum quod fœdius multo eſt, niſi acceperint, prodeſſe nulli, perpetiqúe miſerrimos diſcriminum ſubire fortunas, cum prohibere poſſint ac ſubvenire. Si ex duobus facientibus res ſacras honeſtus unus, & locuples, alter anguſto lare, ſed innocentia fuerit & probitate laudabilis: centum ille cædat boves, totidemqúe cùm agniculis ſuis matres, tus pauper exiguum, & odoris alicujus unam concremet glebulam: nónne erit conſequens, ut debeat credi, ſi modo nihil numina, niſi præmijs antecedentibus, præſtant, ut favorem ſuum commodent locupleti, avertant à pauperculo lumina, quem reſtrictum non animus, ſed familiaris rei neceſſitas fecit? Ubi enim venalis, & mercenarius dator eſt, ibi neceſſe eſt gratiam pro magnitudine muneris tribui, & eo inclinare ſuffragium, unde ad eum, qui præſtat, mercedis plus multo, & indecoræ corruptionis

affluxerit. Quid ſi populi rurſus duo hoſtilibus diſſidentes armis, ſacrificijs paribus ſuperorum locupletaverint aras, alterque in alterum poſtulent vires ſibi atque auxilium commodari, nónne iterum neceſſe eſt credi, ſi præmijs ſollicitantur, ut proſint, eos partes inter utraſque debere hæſitare, defigi, nec reperire quid faciant, cùm ſuas intelligant gratias ſacrorum acceptionibus obligatas? Aut enim auxilia hinc & inde præſtabunt, id quod fieri non poteſt, pugnabunt enim contra ipſos ſeipſi, contra ſuas gratias, voluntateſque nitentur, aut ambobus populis opem ſubminiſtrare ceſſabunt, id quod ſceleris magni eſt, poſt impenſam acceptamque mercedem. Itaque ergo ab Dijs longè infamia eſt iſta tota pellenda: neque eſt omnino dicendum, præmijs eos ac mercedibus allici, bonas ut res conferant, dimoveantque contrarias: ſi modò Dij veri ſunt, atque in nominis hujus exceptione ponendi. Aut enim fato fiunt, quæcunque fiunt, & ambitionis & gratiæ nullus locus in Dijs eſt: aut ſi excluditur & ejicitur fatum, non eſt ſuperæ dignitatis, boni operis favorem, & collatas munificentias venditare. Satis, ut opinor, oſtendimus fruſtra Dijs immortalibus hoſtias rebus cum conſequentibus admoveri: quod neque alantur his, neque ullam percipiant voluptatem, neque iras, aut animos ponāt, neque ut res tribuant fauſtas, neque ut abigant, averruncentque contrarias. Sequitur ut illam quoq; inſpiciamus partē, quæ ab nonnullis conſueta eſt aſſeri, & cauſis cærimonialibus applicari. Aiunt enim ſacra hæc honorandis eſſe inſtituta cœleſtibus, & ea quod faciant honoris ergo facere, & eis numinū potentias auctitare. Quid ſi ſimiliter dicant evigilare ſeſe, atque dormire, deambulare, ſubſiſtere, conſcribere aliquid, & lectitare, ut honorē Dijs habeant, & dignitatibus eos faciant ampliores? Quid enim cruore de pecorum, quid ſacrorum confectione de cætera ſuperadditur his rei? quid apponitur, atq; adjicitur pote-

poteſtatis? Etenim honos omnis, qui haberi ab aliquo dicitur, & reverentiæ potioris attribui, relativi eſt ad alterũ generis, & conſtans partibus duabus, ex conceſſione tribuentis, & amplificatione ſumentis. Ut ſi quiſpiã viſo potentiſſimi nominis atq; auctoritatis viro, via decedat, aſſurgat, caput revelet, vehiculoque deſiliat: tum deinde ſalutet acclinis, ancillatrũ ſervuli pavibundis trepidationibus imitatus. Video quid agatur in hujuſmodi honorationis officio: ſubmiſſione alterius datur alteri plurimum: efficiturque, ut videatur magnus, quem ſuſpectio minoris extulerit, & ſuis antepoſuerit rebus. Sed conceſſio hæc omnis, & honoris, de qua loquimur, attributio, ſolis habet in hominibus ſedem, quos naturalis infirmitas, & amor in altioribus ſtandi, docet gaudere de faſtibus, & aliorum comparationibus anteponi. At quæro in ſuperis ubi eſt honori locus? vel quas eis eminentias accedere ſacrorum ex confectionibus invenitur? Auguſtiores, potentiores, mactatis pecudibus fiunt? additur illis ex hoc quidquam, aut eſſe Dij magis divinitate incipiunt ampliata? Atqui ego contumeliæ proximum, quinimo eſſe plenam contumeliam judico, cùm honorari ab homine Deus dicitur, & muneris alicujus oblatione mactari. Etenim ſi honos auget, ejuſque accumulat dignitatem, cui fuerit attributus, ſequitur ut auctior Deus fiat ab homine, à quo fuerit munere & honoris collatione donatus. Atque ita perducitur res eò, ut inferior Deus ſit, qui honoribus mactatur humanis: homo vero ſublimior qui auget potentiam numinis. Quid ergo, inquiet aliquis, honorem Dijs dandum nullum eſſe omnino cenſetis? Si Deos nobis proponitis tales, quales, ſi ſunt, debent eſſe, quoſque dicere nos omnes in iſtius nominis prædicatione ſentimus; quemadmodum poſſumus honorem his non habere vel maximum, cùm etiam colere homines potentioribus acceperimus imperijs, cujuſcunque ordinis fue-

rint, cujuſcunque fortunæ? Quiſnam iſte eſt maximus? Officioſior multo, quàm habetur à vobis, & potentiore in genere conſtitutus. Dicite, inquitis quæ ſit opinio de Diis digna, recta, & honeſta, nec turpitudinis alicujus deformitate culpabilis. Primùm ut neque illos credas quidquam hominis habere conſimile, nec quicquam expectare quod ſit ab ſe foris, atque extrinſecus veniens: tum quod ſæpius dictum eſt, non ardeſcere irarum flammis, non geſtire corporea voluptate, non exambiri ut proſint, non præmijs ut noceant proritari, benignitatem & gratiam non habere venalem, non gaudere honore collato, non indignari & affici non dato: ſed quod rei divinæ eſt proprium, ſua ſe vi noſſe, nec ſe alienis adulationibus æſtimare. Et tamen, ut videamus iſtud quod dicitur quale ſit, quod eſt iſtud honoris genus, vervecem, arietem, taurum, Dei ſub ore connectere, conſpectuque in ejus occidere? Quod eſt honoris genus, Deum invitare ad ſanguinem, quem cum canibus videas eum ſumere, atque habere communem? Quod eſt honoris genus, lignorum ſtruicibus incenſis, cœlum fumo ſubtexere, & effigies numinum nigrore offuſcare ferali? Quod ſi ea quæ fiunt, propria vi pendere, non ante ſumptis placet opinionibus æſtimari, aræ iſtæ, quas dicitis, altariaque hæc pulchra, infeliciſſimi animalium generis uſtrinæ, rogi, ſunt, & buſticeta in opus ſtructa fœdiſſimum, atque in ſedem fabricata fœtorum. Quid dicitis, ô iſti! ergóne ille putor, qui ex corijs tollitur atque expirat ardentibus, qui ex oſſibus, qui ex ſetis, ex agnorum lanitijs, gallinarumque de plumis, Dei munus & honor eſt? mactanturque hoc illi, quorum templa cùm adire diſponitis, ab omni vos labe puros, lautos, caſtiſſimoſque præſtatis? Et quid eſſe his poteſt coinquinatius, infelicius, ſpurcius, quam ſi ita facti ſunt ſui natura, ut in amoribus habeant tam ſæva, ſintque illis in voluptate putores, quos neque ipſi ſacrificantes ferre,

ferre, nec ingenuæ ſuſtinere tractos valeant per ſpiritum nares? Quod ſi animantium cruore honorari, & affici ſuperorum animos exiſtimatis, cur non eis & mulos, & elephantes mactatis, & aſinos? cur non & canes, urſos, & vulpes, camelos, & belbas, & leones? & quoniam volucres hoſtiarum quoque in numeris ponitis, cur non vulturios, aquilas, ciconias, immuſſulos, buteones, corvos, accipitres, noctuas? cumque illis ſalamandras, natrices, viperas ſolifugas? Nempe ſubeſt & his ſanguis, & conſimili ratione vitali agitantur ſpiritu. Quid in illis majoris eſt operis, aut ſolertiæ in his minus, ut iſta non augeant, ſuperorum illa amplificent dignitatem? Quia rebus ex his, inquit, Deos par eſt honorare cæleſtes, quibus ipſi alimur, ſuſtentamur, & vivimus, & quas nobis ad victum ſui numinis tribuere benignitate dignati ſunt. Sed & cuminum, naſturtium, rapa, bulbos, apium, carduos, radices, cucurbitas, rutam, mentam, ocimum, puleium, porrumque ſectivum, iidem tribuere Dij vobis, eſſeque in uſibus veſtris alimoniarum in parte juſſerunt. Quid ergo ceſſatis altaribus & hæc dare, rebuſque his omnibus cunilam ſuperſpergere bubulam, & acrimonias intermiſcere ceparum? Ecce ſi vos canes, neceſſe eſt enim quædam fingi, perſpici ut liquidius res poſſint, ſi inquam canes, & aſini, ſi motacillæ cum his ſimul, ſi hirundines garrulæ, pariterque cum his porci, ſenſu aliquo humanitatis accepto, Deos putarent atque exiſtimarent vos eſſe; ſacraque vobis intenderent honoris ergo facere, non ex materijs aliis, aliiſque de rebus, ſed quibus ali moris eſt illis, & naturali appoſitione fulciri: audire à vobis expoſcimus, utrúmne hunc honorem, an contumeliam potius eſſe judicaretis ampliſſimam? cùm hirundines vobis muſcas, motacillæ cæderent conſecrarentque formiculas: cùm altaribus veſtris darent aſini fœnum, paleaſque libarent: cum imponerent canes oſſa, & humani ſtercoris proluviem

viem concremarent: cùm ad ultimum porculi cœnum vobis profunderent ex volutabris horrentibus, lutosis & voraginibus sumptum ? Ita ergo non despui vestras inflammaremini dignitates, stercoribusque vos accipi inter atroces computaretis injurias ? Sed taurorum corporibus honoratis vos Deos, & aliorum animantium cædibus. Et quid hoc ab illo differt, cùm & ipsa si nondum, mox tamen futura sint stercora, & exigui temporis contracta interjectione putescant ? Denique desinite supponere aris ignem, jam profectò cernetis viscera illa taurorum sacra, quibus honor à vobis auctificatur Deorum, fervescere vermibus & fluctuare, vitiare & corrumpere statum cœli, & ex odoribus morbidis regiones consauciare vicinas : quæ si vobis præcipiant Dii curam, in vestram, in valetudinem vertere ; prandia inde, vel cœnas sollemni ex more conficere ; longè fugiatis, execratique odoris genus, veniam poscatis à superis, facturosque vos eis nunquam talia sacra juretis ? Ita istud non ludere est, non confiteri, non pandere, quid sit Deus nescire, nec cui potentiæ debeat nominis hujus vis subdi, appellatioque supponi ? Cibis novis auctificatis Deos, nidoribus cohonestatis, & succis : & quia vobis jucunda & grata sunt, ea quæ vos alunt, Deos etiam creditis in eorum affluere voluptates, latratorum & canum ritu offis sævitias ponere, atque alludere porrigentibus sæpius ? Et quoniam nobis in manibus hostiarum sermo versatur, quæ causa, quæ ratio est, ut cùm Dij immortales, sint enim & per nos licet quicunque esse creduntur, sint unius sententiæ, vel unius debeant esse naturæ, generis & qualitatis unius, non omnibus omnes hostijs, sed quibusdam quidam sacrorum mulceantur legibus ? Quæ est enim causa, requiram ut eadem rursus, ut ille tauris Deus, hædis alius honoretur, aut ovibus : hic lactentibns porculis, alter intonsis agnis: hic virginibus buculis, capris ille cornutis : hic sterilibus vaccu-

vacculis, at ille incientibus ſcrofis : hic albentibus, ille tętris: alter fœminei generis, alter verò animantibus maſculinis? Si enim honoris & reverentiæ cauſa mactantur Dijs hoſtiæ, quid refert, aut intereſt, cujus animalis è capite luatur hoc debitum, cujus ira offenſioque ponatur? An numquid alterius alteri minus gratior & jucundior ſanguis eſt? alteri vero alterius voluptatem infundit, & gaudium? aut, ut fieri moris eſt, obſervationis alicujus, & religionis metu, ille caprina abſtinet ſe carne, porcinum alius execratur attactum, huic ovilla fœtulenta ſunt viſcera: ac ne ſtomachum fatiget invalidum, hic bubulam duritiem vitat, & lactentium lenitatem, quo digerat expeditius, ſumit? Sed erras, inquit, & laberis: nam Dijs fœminis fœminas, mares maribus hoſtias immolare, abſtruſa & interior ratio eſt, vulgique à cognitione dimota. Non inquiro, non exigo, quid ſacrorum præcipiant, vel quid contineant leges: ſed ſi vicerit ratio, atque obtinuerit veritas, differentiam generum nullam in Dijs eſſe, neque ullis ſexibus eos eſſe diſcretos, nónne ſolvi neceſſe eſt rationes has omnes, & ſtultiſſimis creditas opinationibus comprobari, inveniri? Sapientium virorum non advocabo ſententias, qui riſum nequeunt continere, cùm diſcrimina ſexuum Dijs audiunt immortalibus attributa: unoquoque ab hominum quæro, an ipſe apud ſe credat, ſibique ipſe perſuadeat, diſtinctum eſſe Deorum genus, mares, ac fœminas hos eſſe, & ad generandos fetus convenientium membrorum diſpoſitione formatos? Sed ſi ſexibus ſexus pares, id eſt fœminas fœminis, mares autem hoſtias Dijs maribus immolari ſacrificiorum jura præſcribunt, quæ in coloribus ratio eſt, ut merito his albas, illis atras conveniat, nigerrimaſque mactari? Quia ſuperis Dijs, inquit, atque ominum dexteritate pollentibus, color lætus acceptus eſt, ac felix hilaritate candoris. At vero Dijs lævis, ſedeſque habitantibus

inferas, color furvus eſt gratior, & triſtibus ſuffectus è fucis. Sed ſi rurſus obtinuerit ratio, inferorum penitus caſſum eſſe nomen & vacuum, neque ulla ſub terris regna eſſe domiciliaque Plutonia, opinionem neceſſe eſt id quoque fruſtrari, quam ſuper atris pecudibus habetis, diviſque ſubterreis. Quod ſi inferi nulli ſunt, Deos etiam Manium neceſſe eſt eſſe nullos. Fieri enim qui poteſt, ut cùm loca ſint nulla, eorum, quæ non ſunt, ulli perhibeantur eſſe cultores? Sed aſſentiamur, ut vultis, & eſſe inferos, & eſſe manes, & habitare neſcio quos in his Deos, hominibus minus fauſtos, & triſtioribus præpoſitos rebus: & quæ cauſa, quæ ratio eſt, ut tætræ his hoſtiæ, nigerrimique admoveantur coloris? Quia nigra nigris conveniunt, & triſtia conſimilibus grata ſunt. Quid ergo? non videtis, ut vobiſcum & nos ſtolide, ſimiliterque ludamus, albas eſſe hoſtiarum carnes, oſſa, dentes, pinguitias, omenta cum cerebris, molleſque in oſſibus medullas? Sed vellera nigra ſunt, nigræque animantium ſetæ. Solas ergo immolare Dijs lanas, vulſaſque ex hoſtijs ſetulas: relinquite infeliciſſimas pecudes, ſpoliatas licet ac tonſas, cœli animam ducere, & paſtibus innocentiſſimas incubare. Quod ſi grata numinibus inferis ea, quæ ſunt nigra, furvique exiſtimatis coloris: cur non omnia cætera, quæ illorum inferre ſacrificijs moris eſt, ſint nigra, & fumigata, tætreque ut colorata curatis? Inficite tura, ſi dantur, ſalſas fruges, atque univerſa libamina: lacti, oleo, ſanguini, hic ponat ut purpureum colorem, illa ut ſint lurida, fuliginem infundite cum favillis. Quòd ſi vobis religio nulla eſt, alba quædam ferre, & ſuos retinentia candores: ipſi veſtras religiones rationeſque diſſolvitis, cùm ſacrorum in opere nihil unum, perpetuumque ſervatis. Sed & illud hoc loco conſentaneum eſt ex vobis addiſcere: ſi caper cædatur Jovi, quem patri ſolemne eſt Libero, Mercurio mactari: aut bos ſi ſterilis

Unxiæ,

Unxiæ, quam Proſerpinæ tribuitis, quo ritu, atque obſervatione præcipitur: quid facinoris in hoc erit, quid malorum, ſcelerísve contractum: cùm nihil interſit obſequij, cujus animalis è capite honorarium iſtud debitum compleatur? Confundi hæc, inquit, fas non eſt, nec piaculi parvi eſt, officia rituum procurationemque miſcere. Cauſam oro ediſſere: quia generis certi hoſtias certis jus eſt conſecrare numinibus, certaque eſt ſupplicamenta præſtari. Et quæ iterum cauſa eſt, ut generis certi hoſtias, certis jus ſit conſecrare numinibus, certaque & ſupplicamenta præſtari? Et hoc enim jus ipſum debet habere ſuam cauſam, certiſque ab rationibus exoriri, duci. Antiquitatem, conſuetudinemque dicturus es? Hominum mihi ſcita pronuncias, & cæci animalis inventa. Ego autem cum poſtulo cauſam mihi depromi, audire deſidero, aut cœlo aliquid lapſum, aut quod magis res poſcit, quid applicitum Jupiter ad tauri habeat ſanguinem, ut ei debeat immolari, non debeat Mercurio, Libero? Aut natura quæ capri eſt, ut his rurſus accommoda, Jovialibus conveniens ſacrificijs non ſit? Animalium facta eſt inter Deos diviſio, tranſactionis alicujus pactione convenit, ut ille contineret ab hujus ſe hoſtia, hic ut uſurpare deſineret alieni ſanguinis jura? an, ut zelotypi puſiones, communicare guſtatum ſuarum pecudum nolunt? aut, ut gentibus fieri moris diverſiſſimi fama eſt, quæ habentur his eſui, aliarum eadem rejiciuntur ab victibus? Ergo ſi hæc caſſa ſunt, nec rationis alicujus habentia firmitatem, ſacrificiorum & ipſa inanis eſt ratio. Etenim qui potis eſt habere idoneam id, quod ſequitur, cauſam, cùm ipſum illud primum, à quo defluit ſecundum, inaniſſimum eſſe reperiatur & vacuum, & nulla ſoliditate firmatum? Telluri, inquiunt, matri ſcroſa inciens immolatur & feta; at Minervæ virgini virgo cæditur vitula, nullis unquam ſtimulis, nullius operis exercitata conatu. Atquin nos arbi-

tramur nec virginem virgini oportuiſſe mactari, ne virginitas violaretur in pecude, qua Dea plurimum pollet: nec Telluri gravidas atque fetas ob honorem fecunditatis ipſius, quam cuncti expetimus & optamus inextinguibili ſemper fecunditate procedere. Nam ſi, quia virgo Tritonia eſt, idcirco ei convenit virgines hoſtias immolari: & quòd Tellus eſt mater, conſimiliter gravidis accipienda eſt ſcrofis: ergo & muſicis Apollo, quòd muſicus: & quod medicus Æſculapius, medicis: & quòd faber Vulcanus eſt, fabris: & quòd Mercurius eloquens, eloquentibus debet diſertiſſimiſque mactari. Quòd ſi dicere iſtud inſanum eſt, aut, ut mediocriter pronunciem, brutum, multo illud majoris amentiæ eſt, fetas jugulare Telluri, quòd ſit fetibus gravior: Minervæ caſtas & virgines, quia ſit pura, virginitatis intactæ. Nam quod dici à vobis accipimus, eſſe quoſdam ex Dijs bonos, alios autem malos, & ad nocendi libidinem promptiores: illiſque ut proſint, his verò ne noceant, ſacrorum ſollemnia miniſtrari: quanam iſtud ratione dicitur, intelligere confitemur non poſſe. Nam Deos benigniſſimos dicere, leneſque habere naturas, & ſanctum, & religioſum & verum eſt: malos autem, & lævos nequaquam ſumendum eſt auribus; ideò quoniam divina illa vis ab nocendi procul eſt dimota & diſiuncta natura. Quidquid autem potis eſt cauſam calamitatis inferre, quid ſit primùm videndum eſt, & ab Dei nomine longiſſima debet differitate ſeponi. Itaque ut vobis commodemus aſſenſum, dextrarum, ſiniſtrarumque rerum Deos eſſe fautores, ulla nec ſic ratio eſt, cur alios alliciatis ad proſpera, alios verò, ne noceant ſacrificijs commulceatis & præmijs. Primùm quòd Dij boni malè non queunt facere, etiam ſi nullo fuerint honore mactati. Quidquid enim mite eſt, placidumque natura, ab nocendi procul eſt uſu, & cogitatione diſcretum: malus verò comprimere ſuam ferociam neſcit, quamvis

quamvis gregibus mille, & mille alliciatur altaribus. Neque enim in dulcedinem vertere amaritudo ſe poteſt: aut ariditas in humorem, calor ignis in frigora: aut quod rei cuicunque contrarium eſt, id quod ſibi contrarium eſt, ſumere, in ſuam atque immutare naturam. Ut ſi manu viperam mulceas, venenato blandiaris aut ſcorpio, petat illa te morſu, hic contractus aculeum figat: nihilque illa proſit alluſio, cùm ad nocendum res ambæ non ſtimulis exagitentur irarum, ſed quadam proprietate naturæ. Ita nihil prodeſt promereri velle per hoſtias Deos lævos, cùm ſive illud feceris, ſive contrà non feceris, agant ſuam naturam, & ad ea quæ facti ſunt ingenitis legibus, & quadam neceſſitate ducantur. Quid quòd iſto modo utrique Dij deſinunt eſſe ſuis in viribus, & ſuis in qualitatibus permanere. Nam ſi bonis ut proſint, res divina conficitur, alijs autem ne noceant, iiſdem rationibus ſupplicatur: ſequitur ut intelligi debeat, nihil dexteros profuturos, nulla ſi acceperint munera, fierique ex hoc malos: malos autem ſi acceperint, nocendi poſituros mentem, fierique ex hoc bonos. Atque ita perducitur res eo, ut neque hi dexteri, neque illi ſint lævi: aut, quod fieri non poteſt, utrique ipſi ſint dexteri, & utrique iterum lævi. Eſto, concedatur infeliciſſimas pecudes non ſine aliquo religionis officio divorum apud templa mactari, & quod ex uſu conſuetudinis factum eſt, rationis alicujus cauſam aliquam continere. Sed ſi magnificum videtur, atque amplum, jugulare Dijs tauros, ſi illibata, ſi ſolida concremari animantium viſcera, quid ſibi reliqua hæc volunt magorum cohærentia diſciplinis, quæ in ſacrorum reconditis legibus pontificalia reſtituere myſteria, & rebus inſeruere divinis? Quid, inquam, ſibi hæc volunt, apexanes, hirciæ, ſilicernia, longavi? quæ ſunt nomina, & farciminum genera, hirquino alia ſanguine, comminutis alia inculcata pulmonibus? Quid tædæ? quid ſæniæ? quid

offæ? non vulgi, ſed quibus eſt nomen appellatioque penitæ: ex quibus quod primum eſt, in exiguas arvina eſt miculas catillaminum inſecta de more: quod in ſecundo ſitum eſt, inteſtini eſt porrectio, per quam proluvies editur, ſuccis perexiccata vitalibus: offa autem penita eſt, cũ particula viſceris cauda pecoris amputata. Quid polimina? quid omenta? quid palaſea, ſive, ut quidã cognominant, plaſea? ex quibus eſt nomen omenti pars quædã, quo receptacula ventrium circumretita finiuntur. Bovis cauda eſt plaſea, ſiligine & ſanguine delibuta. Polimina porrò ſunt ea, quæ nos proles verecundius dicimus: à vulgaribus autem aſſolent cognomine teſtium nuncupari. Quid fitilla, quid frumen, quid africia, quid gratilla, catumeum, conſpolium, cubula? ex quibus duo quæ prima, ſunt pultium nomina, ſed genere & qualitate diverſa. Series verò, quæ ſequitur, liborum ſignificantias continet: & ipſis non eſt una eademque formatio. Non enim placet carnem ſtrebulam nominare, quæ taurorum è coxendicibus demitur: pulpamenta non aſſa, quæ in verubus exta ſunt, animata prius & torrefacta carbonibus: non ſalſamina denique, quæ ſunt una commixtio quadrinis copulata de frugibus. Non ſimiliter fendicas, quæ & ipſæ ſunt hiræ, quas plebis oratio ilia ſolet, cum eloquitur, nuncupare. Non ratione eadem, ærumnas quæ ſunt prima in gurgulionibus capita, qua deiicere cibos & referre natura eſt ruminatoribus fæculis. Non magmenta, non augmina, non mille ſpecies vel farciminum, vel fitillarum, quibus nomina indidiſtis obſcura, vulgoque ut eſſent auguſtiora feciſtis. Si enim quæcunque ab hominibus fiunt, maximeque in re ſacra, debent habere ſuas cauſas, nec ſine ratione eſt quidquam in negocijs omnibus, atque in omui adminiſtratione faciendum, ediſſertate nobis, & dicite, quæ ſit cauſa, quæ ratio, ut hæc etiam Dijs dentur, ſacriſque adoleantur altaribus? In hoc enim diutius

diutius loco huic cauſæ vel maximè neceſſario immoramur, inſiſtimus, inhæremus, cupientes addiſcere quid cum pultibus Deo ſit, quid cum libis, quid diverſis cum fartibus confectionis jure multiplici atque impenſarum varietate conditis? Opiparis numina cœnis afficiuntur, aut prandijs, ut innumeras conveniat excogitare his dapes? averſionibus ſtomachorum laborant, & ad expellenda faſtidia ſaporum varietas quæritur, ut modo his aſſa, modo cruda ponantur, ſemicocta modo & ſemicruda? Quod ſi omnes has partes, quas proficias dicitis, accipere Dij amant, ſuntque illis gratæ, vel voluptatis alicujus vel dulcedinis ſenſu; quid intercedit, quid prohibet, ut non ſemel hæc omnia totis cum animantibus inferatis? Quæ cauſa, quæ ratio eſt, ut caro ſtrebula ſeparatim, ruma, cauda, & plaſea ſeparatim, hiræ ſolæ, nomenque ſolum augmentorum adjiciantur in cauſam? Pulmentorum varietatibus afficiuntur Dij cœlites, ut fieri mos eſt poſt cœnarum ditium & locupletium ſaginas, fruſtilla hæc parvula pro ſuavibus mateolis ſumunt, non quibus famem ſedent, ſed ut palati admoneant ocium, ſeque ipſos plenæ appetitu voracitatis inſtigent? O Deorum magnitudo mirabilis! ô nullis hominum comprehenſa, nullis intellecta naturis! ſiquidem ut proſint, teſticulis pecudum redimuntur, & rumis: neque prius iras, atque animos ponunt, niſi ſibi adoleri paratas conſpexerint nænias, offaſque redemptas. Sequitur ut de ture, deque mero aliquid ſine ulla nimietate dicamus. Copulata enim, & mixta ſunt cærimoniarum & hæc genera, cultumque adhibentur in plurimum. Ac primum illud à vobis iſto ipſo quærimus percontamurque de ture: unde aut quo tempore noſſe illud aut ſcire potueritis, ut merito exiſtimetis aut eſſe Dijs dandum, aut eorum acceptiſſimum voluntati. Novella enim propemodum res eſt, neque annorum inexplicabilis ſeries, ex quo ejus notitia profluxit in has partes, & delubris

lubris meruit intereſſe divinis. Nam neque temporibus, quemadmodum creditur & perhibetur, heroicis, quidnam eſſet tus ſcitum eſt, ſcriptoribus ut comprobatur à priſcis, quorum in libris poſita nulla ejus mentio reperitur: neque genitrix & mater ſuperſtitionis Etruria opinionem ejus novit aut famam, ſacellorum ut indicant ritus: neque quadringentis annis, quibus Albana res viguit, in uſum cuiquam venit, ſacra cum res fieret: neque ipſe Romulus, aut religionibus artifex in comminiſcendis Numa, aut eſſe ſcivit, aut naſci: ut pium far monſtrat, quo peragi mos fuit ſacrificiorum ſollemnium munia. Unde igitur cœpta eſt uſurpatio ejus aſſumi: aut in antiquam & veterem conſuetudinem quænam irruit novitas, ut quod tempeſtatibus tantis neceſſarium non fuit, locum ſumeret in cærimonijs primum? Nam ſi ſine ture religionis officium claudicat, neceſſariaque vis ejus eſt, quæ propitios faciat, miteſque hominibus cœlites, peccatum eſt ab antiquis, quinimo piaculis plena vita omnis illorum fuit, qui quod maximè conveniens Deorum fuerat voluptati, per incuriam neglexere libare. Sin autem temporibus priſcis, neque homines, neque Dij hujus turis expetivere materiam; comprobatur & hodie fruſtra illud inaniterque præſtari, quòd neque antiquitas neceſſarium credidit, & ſine ullis novitas rationibus appetivit. Denique ut illam ſemper regulam definitionemque teneamus, qua demonſtratum & fixum eſt, quicquid fiat ab homine, habere oportere ſuas cauſas, & in iſta quoque retinebimus parte, ut requiramus ex vobis quæ ſit cauſa, quæ ratio, ut ante ipſa numinum ſigna, tura iniiciantur altaribus, & ex eorum incendio familiaria fieri exiſtimentur & mitia. Quid ex hujuſmodi facto acquiritur his rei, aut eorum ad animos quid accedit, ut merito judicemus rectè iſta dependi, & non fruſtra atque inaniter concremari? Ut enim vos debetis oſtendere cur tura Dijs

detis,

detis,ſic & Deos ſequitur ut debeatis expromere,habere aliquam cauſam, cur ea non reſpuant, quinimo cur ea tam familiariter concupiſcant. Honoramus,inquiet aliquis fortaſſe, his Deos. Sed nos non veſtrum, ſed numinum requirimus ſenſum: nec quid fiat à vobis,ſed pendatur ab his quanti,quod in præmium datur favoris, interrogamus. Sed tamen, ô pietas, quantus iſte eſt honor, aut qualis, qui ex ignis odore conficitur, & reſina ex arboris comparatur? Nam ne fortè ignoretis quid, aut unde ſit tus iſtud: viſcum eſt ex corticibus profluens, ita ut ex amygdalo, ceraſo, lacrimabili deſtillatione coaleſcens. Hoccine ergo ſuperas honorat & auctificat dignitates, aut offenſa ſi aliquando contracta eſt, turis vapore diſſolvitur, & temperata indignatione ſopitur? Quid ergo ceſſatis cujuſlibet arboris viſcum, ſine ulla paſſim differitate comburere? Nam ſi honorantur hoc numina, nec indignè ſuſtinent Panchaicas ſibi ardere reſinulas, quid intereſt, unde fumus altaribus conficiatur in ſanctis, vel ex viſci quo genere nubes ſuffitionis exæſtuent? An numquid aliquis dicet,idcirco ſuperis tus dari,quòd odoratus habeat ſuaves, & narium commulceat ſenſum, reliqua verò ſint aſpera, & ob cauſam offenſionis excluſa? Habent enim Dij nares,quibus ducant aërios ſpiritus? Accipiunt auras, & remittunt, ut penetrare illos poſſint nidorum differentium qualitates? Quod ſi damus ut fiat, mortalitatis eos adjungimus legi, & excludimus divinitatis à finibus. Quidquid enim ſpirat & reciprocos halitus auris commeabilibus ducit, id neceſſe eſt eſſe mortale, quia cœli ſuſtineatur è paſtu. Quidquid autem cœli ſuſtinetur è paſtu, ſi recurſus abſtuleris, quibus alternatio redditur abſtrahiturque vitalis, oblidi ejus neceſſe eſt animam, & rationẽ ſubrui atque interire vivendi. Ergo ſi & Dij ſpirant, odoremque ad ſe áttrahunt auris comitantibus involutum, non eſt ab re dicere & alienis eos ſuffi-

tionibus vivere, & intercluſis poſſe ſpiraminibus interire. Et unde noviſſime ſcitis, an ſi odorum ſuavitare capiuntur, eadem ſint eis jucunda quæ vobis, & parili ſenſu veſtras mulceant afficiantque naturas? Nónne fieri potis eſt, ut quæ vobis afferunt voluptatem, contra illis aſpera videantur & triſtia? Cum enim Deorum ſint ſententiæ diſpares, ſubſtantiæque non unæ, quibus effici rationibus poteſt, ut quod qualitate diverſum eſt, unum ſentiat accipiatque contactum? An non quotidie cernimus & inter animantia terris orta, eſſe aliis eadem vel amara vel dulcia: mortifera his eſſe, quæ illis nata in perniciem non ſunt? ut quæ alios mulceant odoribus lætis, eadem peſtiferos halitus aliorum corporibus ſpirent? Sed hoc ut fiat, & accidat, non in rebus eſt cauſa, quæ ſimul eſſe mortiferæ, ſimul ſalutares, ſimul dulces nequeunt, ſimulque amaræ conſiſtere: ſed, ut quiſque eſt factus ad extrinſecus rei venientis attactum, ita afficitur: qualitatem non accipit ex rerum impulſionibus natam, ſed ex ſui ſenſus contagiique natura. Verum omnis hæc ratio longe eſt ab Dijs ſita, nec exigui limitis interjectione diſcreta. Nam ſi verum eſt, ut ab ſapientibus creditur, incorporales hos eſſe, nec ſoliditatis alicujus eminentia ſublevari, inanis apud hos odor eſt, nec ſenſibiliter commovere aura eos potis eſt nidoris alicujus: non ſi mille tu pondera maſculi turis incendas, cœlumque hoc totum redundantium vaporum nebuloſitate cludatur. Quod enim non habet robur, & ſubſtantiam corporalem, contrectari à ſubſtantia non poteſt corporali: odor autem corpus eſt, tactis ſicut naribus indicatur: ab Deo ergo ſentiri ratione non poteſt ulla, qui caret re corporis, atque omni ſenſu & cogitatione privatus eſt. Merum turis eſt ſocium, quod explanari conſimiliter poſcimus, cur ei ſuperfundatur incenſioni. Niſi enim ratio cur fiat oſtenditur, nec habebit expoſitam ſui cauſam, non jam iſtud errori objiciendum

ciendum eſt ludicro, ſed ut dicatur expreſſius, inſaniæ, dementiæ, cæcitati. Ut enim jam ſæpius dictum eſt, debet omne quod geritur, cauſam ſui habere perſpicuam, nec caliginis alicujus obſcuritate contectam. Si ergo fiditis facto, aperite, monſtrate, liquor iſte cur detur, id eſt vinum ſuperfundatur altaribus. Numquid enim numinum corpora ſitim ſentiunt aridam, & eorum neceſſe eſt ſiccitates humore aliquo temperari? Numquid, nobis ut mortalibus moris eſt cenis intermiſcere potiones, pari etiam more poſt ſolidos victus liborum & pultium, hoſtiarumque cæſarum, quo putrefiat facilius, aut percoquatur cibus, frequentiſſimo irrigant accipiuntque ſe vino? Date quæſo immortalibus Dijs bibant, ſcyphos, brias, pateras, ſimpuviaque depromite: & quoniam tauris, pinguibuſque ſe dapibus, atque opimis inferciunt eſcis, ne quod in ſtomachi tramite malè tranſvoratum ſubſtiterit viſcus, ſuccurrite, properate, Jovi optimo maximo merum, ne præfocetur, date: cupit eructare, nec potis eſt: ac ni illa labatur, & diſſolvatur obſtructio, periculum maximum eſt, ne obliſus interrumpatur ſpiritus, & viduatum remaneat ſine ſuis adminiſtratoribus cœlum. Sed fruſtra, inquit, inequitas nobis: non enim nos ſuperis ob eas profundimus merum cauſas, tanquam illos exiſtimemus aut ſitire, aut bibere, aut ſuavitatis ejus affectione lætari. Honoris eis ergo datur, quo fiat illorum elatior, amplior, auguſtiorque ſublimitas, altaria ſuper ipſa libamus, & venerabiles muſcos carbonibus excitamus extinctis. Et quæ gravior infligi contumelia Dijs poteſt, quam ſi eos credas accepto mero propitios fieri: aut honorem exiſtimes habitum his magnum, ſi modo vini exigui rores ſuper vividam jeceris atque inſtillaveris prunam? Non nobis eſt ſermo cum hominibus rationis expertibus, neque quibus non ſit communis intelligentiæ veritas: ineſt & vobis ſapientia, ineſt ſenſus, verumque

nos dicere apud vos ipſi interiore judicio ſcitis. Sed quid facere poſſumus, conſiderare nolentibus penitus res ipſas, ſecumque ipſos loqui? Facitis enim quod fieri cernitis, non quod fieri oportere confiditis: nimirum quia apud vos plus valet nullam habens conſuetudo rationem, quàm rerum inſpecta natura veritatis examinatione pondera. Quid eſt enim Deo cum vino, aut in ejus materia vis qualis, aut quanta eſt, quòd cùm effuſum fuerit, ſublimitas ejus augeſcat, & honorata exiſtimetur auctoritas? Quid inquã Deo cum vino eſt, Veneri is re proxima, nervos omnium debilitante virtutum, verecundiæ, pudoris, & caſtitatis inimica? quod in inſanias, & furores mentes ſæpius præcipitavit excitas, ipſoſque illos Deos maledictis compulit exauctorare dementibus. Itáne iſtud non nefas, & plenum ſacrilegij crimen eſt, honori hoc dare, quod ſi tu id avidius ſumpſeris, quid facias, neſcias: quid loquaris, ignores: ad extremum temulenti, luxurioſi, & perditi convitium, infamiamque merearis? Operæpretium eſt etiam verba ipſa depromere, quibus, cùm vinum datur, uti, ac ſupplicare conſuetudo eſt. *Mactus hoc vino inferio eſto.* Inferio, inquit Trebatius, verbum ea cauſa eſt additum, eaque ratione profertur, ne vinum omne omnino, quod in cellis, atque apothecis eſt conditum, ex quibus illud quod effunditur promptum eſt, eſſe ſacrum incipiat, & ex uſibus eripiatur humanis. Addito ergo hoc verbo, ſolum erit, quod inferetur, ſacrum, nec religione obligabitur cæterum. Qualis ergo hic honor eſt, in quo imponitur quaſi lex Deo, ne plus quærat quàm datum eſt? aut cujus ipſe eſt aviditatis Deus, qui niſi verbi fuerit præſcriptione ſubmotus, cupiditatem ſuam protendat ulterius, & apothecis ſuis ſupplicem privet? *Mactus hoc vino inferio eſto.* Iniuria eſt iſta, non honor. Quid enim ſi divus amplius hoc volet, neque erit contentus illato? nónne inſigniter dicendum eſt lædi, qui honorem

rem accipere cum conditione cogetur ? Nam si exceptione non addita, sacrum necesse est fieri omne omnino quod in cellis est vinum, manifestum est & Deo contumeliam fieri, cui modus constituatur invito: & vos ipsos in re sacra cæremoniarum officia violare, qui non tantum tribuitis vini, quantum Deum videtis sibi velle præstari. *Mactus hoc vino inferio esto.* Quid est aliud quàm dicere, tantum esto mactus, quantum volo: tantum amplificatus, quantum jubeo: tantum honoris assumito, quantum te habere decerno, & verborum circumscriptione definio? O Deorum sublimitas præpotens, quam venerari, quam colere officijs omnibus cæremonialibus debeas? cui legem venerator imponit, quam cum pactionibus adorat & formulis: quæ per unius formidinem verbi ab immodicis vini cupiditatibus arcetur? Sed sit, ut vultis, honor in vino, sit in ture, immolatione & cædibus hostiarum iræ numinum offensionesque placentur. Etiamne Dij sertis, coronis afficiuntur, & floribus? etiámne æris tinnitibus, & quassationibus cymbalorum? etiámne tympanis? etiámne symphonijs? quid efficiunt crepitus scabillorum, ut cùm eos audierint numina, honorificè secum existiment actum, & ferventes animos irarum oblivione deponant? An numquid ut parvuli pusiones ab ineptis vagitibus crepitaculis exterrentur auditis: eadem ratione & omnipotentia numina tibiarum stridore mulcentur, & ad numerum cymbalorum mollita indignatione flaccescunt? Quid sibi volunt excitationes illæ, quas canitis matutini, collatis ad tibiam vocibus? Obdormiscunt enim superi, remeare ut ad vigilias debeant? quid dormitiones illæ, quibus benè ut valeant, auspicabili salutatione mandatis? Somni enim quiete solvuntur, occuparique ut hoc possint, lenes audiendæ sunt næniæ? Lavatio, inquit, Deum Matris est hodie. Sordescunt enim divi, & ad sordes eluendas lavantibus aquis opus, atque

adjuncta antiqua cineris frictione? Jovis epulum cras eſt. Jupiter enim cœnat, magniſque implendus eſt dapibus, jamdudum inedia geſtiens, & anniverſaria interjectione jejunus? Æſculapij geritur, celebraturque vindemia. Colunt enim Dij vineas, & ad ſuas uſiones contractis exprimunt vindemiatoribus vinum? Lectiſternium Cereris erit Idibus proximis. Habent enim Dij lectos, atque ut ſtratis poſſint mollioribus incubare, pulvinorum tollitur atque excitatur impreſſio? Telluris natalis eſt. Dij enim ex uteris prodeunt, & habent dies lætos, quibus eis adſcriptum eſt auram uſurpare vitalem? Ludi verò, quos facitis, quibus Floralibus, & Megalenſibus nomen eſt, cæterique omnes alij, quos eſſe ſacros voluiſtis, & religionum inter officia deputari, quam rationem habent, quam cauſam, ut inſtitui, condique debuerint, & ex numinum appellatione ſignari? Honorantur, inquit, his Dij, & ſi quas ab hominibus continent offenſionum memorias illatarum, abjiciunt, excludunt, redduntque ſe nobis redintegrata familiaritate fautores. Et quæ cauſa eſt rurſus, ut tranquilli, placidi efficiantur & mites, ineptæ ſi res fiant, & ab hominibus ocioſis multitudine ſpectante ludatur? Ponit animos Jupiter, ſi Amphitryo fuerit actus pronunciatuſque Plautinus? aut ſi Europa, ſi Leda, Ganymedes fuerit ſaltatus, aut Danaë, motum compeſcit irarum? Tranquillior, lenior, Mater magna efficitur, ſi Attidis conſpexerit priſcam refricari ab hiſtrionibus fabulam? Obliterabit offenſam Venus, ſi Adonis in habitu geſtum agere viderit ſaltatorijs in motibus pantomimum? Indignatio relangueſcet Alcidæ, ſi tragœdia Sophoclis, cui Trachiniæ nomen eſt, Euripidis aut Hercules actitatur? Exiſtimatur tractari ſe honorifice Flora, ſi ſuis in ludis flagitioſas conſpexerit res agi, & migratum ab lupanaribus in theatra? Itáne iſtud non eſt Deorum imminuere dignitatem, dicare & conſecrare turpiſ-

ſimas

simas res eis, quas censor animus respuat, & quarum actores inhonestos esse jus vestrum, & inter capita computari judicavit infamia? Mimis nimirum Dei gaudent, & illa vis præstans, neque ullis hominum comprehensa naturis, libentissimè commodat audiendis his aures, quorum symplegmatibus plurimis intermixtos se esse, derisionis in materiam norunt. Delectantur ut res est, stupidorum capitibus rasis, salapittarum sonitu, atque plausu, factis & dictis turpibus, facinorum ingentium rubore. Jam verò si viderint in fœmineas mollitudines enervantes se viros, vociferari hos frustra, sine causa alios cursitare, amicitiarum fide salva contundere se alios, & crudis mutilare se cæstibus, certare hos spiritu, buccas vento distendere, votisque inanibus concrepare, manus ad cœlum tollunt, rebus admirabilibus moti prosiliunt, exclamant, in gratiam cum hominibus redeunt. Hæc si Dijs immortalibus oblivionem afferunt simultatum, si ex comœdijs, attellanis, mimis, ducunt lætissimas voluptates, quid moramini, quid cessatis, quin & ipsos dicatis Deos ludere, lascivire, saltare, obscœnas conpingere cantiones, & clunibus fluctuare crispatis? Quid enim differt, aut interest, faciantne hæc ipsi, an ab alijs fieri in amoribus atque in delicijs ducant? Unde igitur fluxit, vel ex quibus enata est causis opinionum hęc pravitas? Ex eo scilicet maximè, quod nequeuntes homines, quidnam sit Deus scire, quęnā sit vis ejus, natura, substantia qualis, utrúmne habeat formam, an nulla sit corporis circumscriptione finitus: agat aliquid, an non agat, vigilétne perpetuo, an aliquando solvatur in somnos: currat, sedeat, ambulet, an ab hujusmodi motibus, & cessatione sit liber. Hæc omnia, ut dixi, nequeuntes scire, neque ratione aliqua pervidere, in eas sunt opinationes lapsi, ut Deos ex se fingerent, & qualis sibi natura est, & illis talem darent actionum, rerum, voluntatumque naturam. Quod si animal cernerent nullius

esse

eſſe ſe precij, nec inter formiculam plurimum ſeſeque eſſe diſcriminis, profectò deſinerent arbitrari quidquam ſe habere commune cum ſuperis, & intra ſuos fines humilitatis ſuæ modeſtiam continerent. Nunc verò quia cernunt ora, oculos, capita, buccas, auriculas, naſos, cæteraſque ſe alias membrorum gerere ac viſcerum portiones; & Deos exiſtimant eadem ratione formatos, habitumque illos ſuum compagine in corporea continere: & quia gaudere, lætari, mæſtoſque ſe fieri triſtioribus conſpiciunt cauſis, arbitrantur & numina ex rebus hilarioribus gaudere, & ex minus lætis animorum contractione conduci. Affici ſe ludis: putant & cœlitum mentes ludorum delectatione mulceri. Et quia illis ſe voluptas eſt lavacrorum refovere caldoribus: & ſuperis ducunt lavationum eſſe munditias gratas. Vindemiamus nos homines: & Deos rentur, & credunt ſuas ducere atque agitare vindemias. Dies nobis natalicij ſunt: & potentias cœlites dies autumant habere natales. Quod ſi poſſent adſcribere valetudines, ægritudines, & corporales Dijs morbos, non dubitarent eos lienoſos, lippulos, atque enterocelicos dicere, eo quòd ipſi, & lienoſi, & lippi ſunt ſæpe, & ingentium herniarum magnitudine ponderoſi. Age nunc ſummatim, quoniam ſermo prolatus eſt, & perductus in hæc loca, ſingulorum partium oppoſitionibus comparemus, utrúmne vos melius rebus de ſuperis ſentiatis, an potius nos multo & honoratius opinemur, & rectius, quodque rei divinæ ſuam præſtet, atque attribuat dignitatem. Ac primum vos Deos, quos in rerum natura vel arbitramini eſſe, vel creditis, quorumque in templis omnibus ſimulachra conſtituiſtis & formas, profitemini eſſe natos, & ex maſculorum fœminarumque ſeminibus conventionũ progenitos lege. At verò nos contrà, ſi modò Dij certi ſunt, habentque huius nominis auctoritatem, potentiam, dignitatem, aut ingenitos eſſe cenſe-

cenſemus, hoc enim religioſum eſt credere, aut ſi habent nativitatis exordium, Dei ſummi eſt ſcire, quibus eos rationibus fecerit, aut ſæcula quanta ſint ex quo eis attribuit perpetuitatem ſui numinis inchoare. Vos habere ſexus Deos, alioſque ex his mares, feminini generis alios eſſe cenſetis: nos potentias cœlites diſcretas eſſe ſexibus abnegamus, quoniam diſcrimen hujuſmodi terrenis animantibus datum eſt, quas coire, quas generare auctor voluit rerum, ſubſtituendis per libidinem prolibus. Vos hominum ſimilitudinem gerere, & mortalium vultibus exiſtimatis eſſe formatos: nos effigies remur ſubmotas eſſe ab his longè, quoniam forma mortalis eſt corporis: & ſi fortè eſt ulla, comprehendere neminem poſſe indubitabili aſſeveratione juramus. A vobis artificia ſinguli opificum more habere perhibentur: ridemus cùm audimus nos iſta: quoniam Dijs artes neceſſarias ducimus arbitramurque non eſſe, & eas conſtat & liquidum eſt paupertatis ad ſubſidium comparatas. Diſcordiarum alios ex his vos, alios dicitis, qui peſtilentias irrogent, alios qui amores, qui furias, alios verò qui præſint bellis, & ſanguinis effuſione lætentur: at vero nos contrà ab ingenijs numinum judicamus eſſe diſiunctas, aut ſi ſunt qui hæc mala miſerrimis inferant ſubjiciantque mortalibus, ab Deorum contendimus procul eſſe natura, nec ſub hujus nominis prædicatione ponendos. Iraſci & perturbari vos numina, cæteriſque animorum affectibus mancipata eſſe atque obnoxia judicatis: nos hujuſmodi motus alienos exiſtimamus ab his eſſe: ſunt enim ferocium generum, & mortalitatis obeuntium functiones. Vos pecorum ſanguine, vos cædibus & mactationibus hoſtiarum gaudere, lætari, & in gratiam cum hominibus remini offenſionibus redire ſopitis. Nos amorem ſanguinis nullum eſſe in cœlitibus ducimus: nec eſſe tam duros, ut miſerorum animantium cæde ſaturatas abjiciant iras. Vos mero, vos

ture, honorem arbitramini Dijs addi, & eorum augeſcere dignitates : nos monſtrum, & prodigium judicamus, quod quiſquam hominum credat aut auguſtiorem fieri Deum fumo, aut ex roribus exiguis vini, ipſum ſibi ab hominibus ducere ſatis ſancte atque honorifice ſupplicatum. Vos æris tinnitibus, & tibiarum ſonis, vos equotum curriculis, & theatralibus ludis perſuaſum habetis Deos & delectari, & affici, irasque aliquando conceptas eorum ſatisfactione mollire. Nos inconveniens ducimus, quinimo incredibile judicamus, eos qui gradibus mille genus omne virtutum perfectionis tranſierint ſummitate, in voluptatibus habere atque in delicijs eſſe res eas, quas homo ſapiens rideat, & quæ non alijs videantur continere aliquid gratiæ, quam infantibus parvulis, & trivialiter & populariter inſtitutis. Hæc cum ita ſe habeant, cumque ſit opinionum tanta noſtrarum, veſtrarumque diverſitas, ubi aut nos impij, aut vos pij, cum ex partium ſenſibus pietatis debeat, atque impietatis ratio ponderari? Non enim ſimulachrum qui ſibi aliquod conficit, quod pro Deo veneretur, aut qui pecus trucidat innoxium, ſacriſque incendit altaribus, is habendus eſt rebus deditus eſſe divinis. Opinio religionem facit; & recta de Dijs mens : ut nihil eos exiſtimes contra decus præſumptæ ſublimitatis appetere. Cum enim cuncta, quæ his dantur, ſub oculis hic noſtris videamus abſumi, quid ad eos aliud ab nobis dicendum eſt pervenire, niſi opiniones Dijs dignas, & eorum convenientiſſimas nomini? Hæc ſunt dona certiſſima, ſacrificia hæc vera: nam pulticulæ, tura cum carnibus, rapacium alimenta ſunt ignium, & parentalibus conjunctiſſima mortuorum. Sed ſi Dij immortales nequeunt, inquit, iraſci, neque ullis animorum affectibus eorum quatitur concutiturque natura; quid hiſtoriæ ſibi volunt, quid annales, quorum in conſcriptionibus legimus, nonnullis offenſionibus Deos motos,

motos, peſtilentias, ſterilitates, ac frugum inopias, aliaque intuliſſe civitatibus, nationibuſque diſcrimina: eoſque rurſus ſacrorum ſatiſfactione placatos, indignationum poſuiſſe fervores, & in habitum lætiorem ſtatum cœli, tempeſtatumque mutaſſe? Quid terrarum fremitus, quid motus, quos eſſe accepimus factos, quod eſſent acti per indiligentiam ludi, nec ad ſuam formam, conditionemque curati: inſtauratis his tamen, & curioſa obſervatione repetitis, ſuperorum conquieviſſe terrores, & ad hominum curam, familiaritatemque revocatos? Quoties vatum juſſis, haruſpicumque reſponſis, poſtquam divina res facta eſt, & ex gentibus tranſmarinis acciti Dij quidam, delubraque his facta, & in altioribus columnis ſigna quædam & ſimulachra ſunt conſtituta; & imminentium averſi ſunt periculorum metus, & graviſſimi hoſtes pulſi, & amplificata res publica eſt, & victoriarum frequentibus gaudiis, & provinciarum poſſeſſione complurium? Quod utique non fieret, ſi ſacrificia, ſi ludos, cæteroſque aſpernarentur Dii cultus: neque ſe honorari eorum procurationibus ducerent. Si ergo his datis calor omnis numinum indignatioque frigeſcunt, vertunturque in proſpera ea, quæ videbantur afferre terrores, manifeſtum eſt hæc omnia non ſine cœlitum fieri voluntate, & quod ea tribuantur à nobis, inaniter & cum tota imperitia reprehendi. Ventum eſt ergo dum loquimur ad ipſum articulum cauſæ, ventum rei ad cardinem, ventum veram atque adjunctiſſimam quæſtionem, in quam convenit, ut debeamus inſpicere, formidine ſuperſtitionis amota, & gratificatione depoſita, utrúmne hi Dij ſint, quos ſævire aſſeveratis offenſos, reddique ludis & ſacrificijs mites: an ſint longè aliud, & ab hujus vi debeant, & nominis, & potentiæ ſegregari. Non enim imus infitias, in annalium ſcriptis contineri hæc omnia, quæ ſunt à vobis in oppoſitione prolata: nam & ipſi pro

modulo, ingeniique pro captu, & legimus, & esse positum scimus, ludis quondam ipsis Circensibus, qui Jovi Maximo fierent, patremfamilias quendam, antequam inciperent res agi, servum pessimè meritum per Circi aream mediam transduxisse cæsum virgis, & ex more multasse post patibuli pœna. Ludis deinde jam terminatis, profligatisque curriculis, non multi post temporis spacium civitatem occœpisse pestilentia vastari. Cumque dies adderet malum malo gravius, catervatim & populus interiret, rusticulo cuidam sorte humilitatis obscuro Jovem per insomnium dixisse, uti ad consules vaderet, præsulem sibi displicuisse monstraret, posse melius fieri civitati, si ludis sua religio redderetur, & ex integro rursus curiosa observatione procederent. Quod cùm ille facere minimè curasset, vel quòd esse vanum suspicaretur insomnium, nullamque habiturum apud audituros fidem: vel quod ingeniræ humilitatis memor, potestatis tantæ fugeret & formidaret accessum, cunctatori redditum inimicum Jovem, filiorum obitus irrogavisse pro pœna. Mox cùm & ipsi proprium minaretur interitum, ni præsulis pergeret nuncius improbati: obeundi formidine territatum, cum jam & ipse contactus pestilentiæ flagraret incendio, de sententia propinquorum perlatum ad curiam patrum, insomniique exposita visione, flammas evolavisse contagij. Ludorum deinde instauratione decreta, & spectaculis adhibitam gravem curam, & priorem populo redditam sanitatem. Sed neque illud æquè nos negabimus scire, temporibus quondam civitatis & reipublicæ duris, vel quæ lues infesta faciebat continua populum contage conficiens: vel quæ hostes validi, & ad periculum libertatis auferendæ præliorum prosperitate jam proximi: jussis & monitis vatum, transmarinis ex gentibus quosdam Deos accitos, magnificisque honoratos templis, & luis sedasse flagrantiam,

tiam, & viribus hoſtium fractis, frequentiſſime triumphatum, & auctos Imperij fines, innumeraſque provincias ſub leges veſtri cecidiſſe dominatus. Sed neque hoc noſtram conſcientiam fugit lectum & poſitum, ictum cùm eſſet Capitolium fulmine, multaque in hoc alia, Jovis etiam ſimulachrum ſublimi quod in culmine ſtabat, ſuis eſſe ab ſedibus provolutum. Reſponſum deinde ab haruſpicibus editum, res fævas triſtiſſimaſque portendi, ab incendijs, cædibus, ab legum interitu, & ab juris occaſu, maximè tamen ab domeſticis hoſtibus, atque ab impia conjuratorum manu. Sed flecti hæc poſſe, immò aliter publicari ſcelerata non poſſe conſilia, niſi Jupiter rurſus altiore in culmine figeretur, orientalem converſus ad cardinem, radiiſque oppoſitus ſolis. Adfuiſſe dicto fidem: nam ſubrecto culmine, converſoque ad ſolem ſigno, patuiſſe res abditas, & referata in maleficia vindicatum. Habent quidem miraculi ſpeciem, quinimo habere creduntur cuncta iſta, quæ dicta ſunt, ſi ita, ut ſunt prompta, humanum veniant ad auditum: nec diffitemur ineſſe his quiddam, quod in prima poſitum, quemadmodum dicitur, fronte, perſtringere aures poſſit, & veritatis ſimilitudine circumvenire. Cæterum ſi penitus intueri res factas, perſonas, & perſonarum volueris voluptates, nihil eſſe reperies Dijs dignum, & quod ſæpè jam dictum eſt, quod ad hujus nominis ſpeciem, dignitatemque referatur. Quis eſt enim primum, qui Deum illum fuiſſe credat, qui currentibus fruſtra delectaretur equuleis, avocarique ſe genere hoc ludicri jucundiſſimum duceret? Immo illum fuiſſe quis eſt qui aſſentiatur Jovem, quem Deum principem dicitis, & rerum quæcunque ſunt conditorem: qui ſpectatum proficiſceretur è cœlo, cantherios de velocitate certantes, replicantes gyros ſeptem: & quos diſſimiles ipſe corporum eſſe in mobilitate voluiſſet, eos tamen gaudere tranſire, tranſiri, pronos &

cernuos ruere, cum curribus reſupinos verti, trahi alios cruribus & claudicare præfractis, & ineptias nugis & crudelitatibus mixtas ſummis in voluptatibus habuiſſe, quas homo quivis lætus, nec ad ſtudium plenæ gravitatis ac ponderis eruditus, puerilia duceret atque aſpernaretur ut ludicra? Quis eſt, inquam, qui credat, repetamus ut aſſidue hanc vocem, generis eum fuiſſe divini, qui quoniam ludis actus per Circi eſt ſpacium meritorum pœnas & ſupplicia redditurus, ira exacerbatus ardeſceret, ſeſeque ad vires accingeret ultionis? Si enim nocens ſervus, atque illa fuerat animadverſione puniendus, quî debuit Jupiter indignatione aliqua commoveri, cum ageretur injuſte nihil, immo cum nocens caput pœnis convenientibus plecteretur? Sin autem immunis ab ſcelere, neque ulli obnoxius crimini, vitioſi præſulis ipſe fuit in cauſa, cui cum ſubvenire potuiſſet, non fecit, immo ipſe quæſivit, & pati quod improbabat, & ab alijs pœnas ſuæ permiſſionis exigere: & cur læſum deinde illo ſe quæſtus eſt & pronunciavit in præſule, quia crucis ad pœnas per Circi actus eſt medium, virgis dilaceratus & flagris? Et quid ex hoc facto labis potuit & fœditatis effluere, quod aut Circum faceret minus purum, aut Jovem contaminatum, cum per exigua momenta, per puncta, tot in orbe conſpiceret millia mortis in generibus varijs, & cruciatibus interire diverſis? Ante, inquit, eſt actus, ludi quàm inciperent confici. Si ſacrilego pectore, religionisque contemptu, eſt ut ignoſcere debeamus Jovi indignanti ſe ſpretum, nec Circenſibus proprijs ſollitiorem adhibitam curam. Sin autem errore, vel caſu, latens illud non eſt animadverſum & cognitum vitium, nonne fuerat rectum, Jovique conveniens, ut humanis ignoſceret lapſibus & imprudentiæ cæcitatem veniali conceſſione donaret? Sed vindicanda res fuit. Et poſt hæc aliquis fuiſſe illum Deum credet, qui puerilis incuriam ludicri,

dicri, civitatis ultus eſt & perſecutus interitu? gravitatis ac ponderis, aut ullius habuiſſe conſtantiæ firmitatem, qui ut ſibi ex integro voluptatis in gaudia curreretur, venenatam in perniciem aëris hauſtus vertit, & peſtilentiæ morbo ſtragem mortalitatis indixit? Si ludorum exhibitor magiſtratus minus curavit ediſcere, quiſnam eſſet illo die Circi actus per medium, contractaque eſt ex hoc culpa, quid infelix commeruerat populus, ut aliena delicta capitis ſui diſſolveret pœnis, peſtilentibuſque contagijs crudeliter expelleretur è vita? immo quid fœminarum genus, quas ab negociis publicis conditio fragilitatis excepit? quid adultæ virgines? quid puerculi fecere puſiones? quid denique adhuc parvi nutricum ſub alimonia conſtituti, ut in eos immitteretur par & una fævitia, priuſque acerbitatem mortis, quam dulcedinem aliquam perciperent luminis? Si ſibi Jupiter ludos ſcrupuloſius fieri, reſtituique quærebat, ſi fideliter reddere ſuam populo ſanitatem, nec malum, quod fecerat, prorogari ulterius & augeri: nónne rectius fuerat, conſulem ut ad ipſum veniret ſacerdotum ad aliquem publicorum, Pontificem maximum, aut ad Flaminem ſuum Dialem, eique per ſomnium, & præſulis vitium, & funeſti cauſam temporis indicaret? Quæ fuerat ratio, ut ruri hominem ſuetum, obſcuritate incognitum nominis, urbanarum inſcium rerum, quid ſit præſul fortaſſe neſcientem, voluntatis ſuæ deligeret nuncium, & expetitæ ſatisfactionis auctorem? Quem ſi utique ſciebat, divinus modo ſi fuerat, tergiverſatorem in obſequio futurum, nonne fuerat pronius, & Deo conveniens, mentem hominis vertere, & parendi ſubigere voluntatem, quàm vias aggredi ſæviores, & latrocinii ritu ſine ulla paſſim ratione ſævire? Si enim ruſticus, ſenior, inexpeditus in rebus obeundis, cunctabatur in re juſſa cauſis ſuperioribus retardatus, quid infelices ejus commeruerant liberi, ut in eos ira & indignatio

indignatio verteretur, offenſaſque alterius, luminis ſui ſpoliatione penſarent ? Et quiſquam eſt hominum, qui fuiſſe illum Deum credat tam injuſtum, tam impium, nec mortalium ſaltem conſtituta ſervantem, apud quos nefas haberetur magnum, alterum pro altero plecti, & aliena delicta aliorum cervicibus vindicari ? Sed & ipſum fecit peſtilitatis ſævitia comprehendi. Nonne ergo præſtantius, quinimmo æquius fuerat, ſi hoc eſſe videbatur faciendum, ut ab ipſo patre terror coërcitionis inciperet, apud quem cauſa tanti fuerat motus, & inobœda ceſſatio, quam in ejus dolorem vim liberis facere, & innoxias urere, atque abolere perſonas ? Quænam illa ſævitia, crudelitas fuit quæ tanta, ut extincta ſubole inteſtinis periculis poſt territaret patrem ? Quod jamdudum ſi facere, id eſt, loco priore voluiſſet, nec germanitas conficeretur innoxia, & voluntas numinis cognoſceretur offenſa. At enim completo annunciationis officio, ſtatim morbus evanuit, & ſanitati homo eſt continuò reſtitutus. Et quid habet admirationis res iſta, ſi malum quod inſpiraverat, repulit: ſeſeque inani oſtentatione jactavit? Quod ſi penitus res pendas, magis illa crudelitas, quàm beneficium ſalutis fuit: ſiquidem hominem miſerum, & interire poſt filios cupientem, non gaudia ſervavit ad vitæ, ſed ut ſuam ſolitudinem diſceret, & orbitatis cruciamenta ſentiret. Conſimili ratione per alias ire licebit hiſtorias, & oſtendere in his quoque longe aliud, quàm eſſe Dij debeant, de his ipſis dici, & earum in expoſitionibus indicari: velut in hac ipſa, quam deinceps ponam, una ei duabúſve conjunctis, faſtidium ne immoderatione pariatur. Poſt advectos, inquitis, tranſmarinis ex gentibus Deos quoſdam, poſtque condita his templa, poſt cumulatas ſacrificijs aras, malè habens ſeſe recreatus convaluit populus, & peſtilentes morbi inducta ſinceritate fugerunt. Qui, effamini, Dij quæſo ?

Æſcula-

Æſculapius, inquitis, Epidauro bonis Deus valetudinibus præſidens, & Tiberina in inſula conſtitutus. Si eſſet nobis animus ſcrupuloſius iſta tractare, vobis ipſis obtineremus auctoribus, minime illum fuiſſe divum, qui conceptus & natus muliebri alvo eſſet: qui annorum gradibus, ad eum finem aſcendiſſet ætatis, in quo illum vis fulminis, veſtris quemadmodum literis continetur, & vita expuliſſet & lumine. Sed quæſtione ab iſta diſcedimus: Coronidis filius ſit, ut vultis, ex immortalium numero, & perpetua prædítus ſublimitate cœleſti. Ex Epidauro tamen quid eſt aliud allatum, niſi magni augminis coluber? Fidem ſi annalium ſequimur, & exploratam eis attribuimus veritatem, nihil, ut conſcriptum eſt, aliud. Quid ergo dicimus? Æſculapius iſte quem prædicatis, Deus præſtans, ſanctus Deus, ſalutis dator, valetudinum peſſimarum propulſator, prohibitor, & extinctor, ſerpentis eſt forma & circumſcriptione finitus: per terram reptans, cœno natis ut vermiculis mos eſt, ſolum mento radit & pectore: tortuoſis voluminibus ſe trahens, atque ut pergere prorſus poſſit, partem ſui poſtremam conatibus prioris adducit. Et quoniam legitur uſus cibis etiam, quibus vita in corporibus immoratur; habet patulas fauces, quibus cibos tranſvoret, oris hiatibus appetitos: habet receptaculum ventris, ut ibi manſa & vorata decoquat viſcera, ſanguis detur ut corpori, & viribus redintegratio ſubrogetur: habet & extremos tramites, per quos immunda fæx eat, averſabili corpora fœditate deonerans. Si quando mutat loca, & ab alijs tranſgredi in alias regiones parat, non ut Deus obſcure per cœli evolat ſidera, punctoque in temporis, ubi cauſa poſtulaverit, ſiſtitur: ſed velut animal brutum, vehiculum quo ſuſtineatur, petit: undas pelagi vitat: atque ut tutus poſſit incolumiſque præſtari, cum hominibus navem aſcendit, & ille publicæ ſanitatis Deus, fragili ſe

ligno, & tabularum compagibus credit. Non arbitramur evincere, atque obtinere vos posse, Æsculapium illum fuisse serpentem, nisi hunc colorem volueritis inducere, ut in anguem dicatis convertisse se Deum, quo mentiri se posset, quisnam esset, aut quales homines intueri. Quod si fuerit à vobis dictum, quam infirmiter, invalideque dicatur, ipsa rerum inæqualitas indicabit. Si enim se Deus videri ab hominibus evitabat, nec in forma serpentis velle debuit conspici: cum in qualibet forma non ab ipso se alius, sed ipse esset futurus. Sin autem intenderat cernendum se dare, non debuit oculorum negare conspectui: cur non talem videri se præbuit, qualem sciebat se esse, qualemque se noverat sui numinis in potentia contineri? Erat enim hoc potius, multoque præstantius, augustæque conveniens dignitati, quàm fieri beluam, horrentisque animalis in similitudinem verti; & dare ambiguis contradictionibus locum, essetne verus Deus, an nescio quid aliud, longeque ab supera sublimitate sejunctum. Sed si Deus, inquit, non erat, cur è navi postquam extulit sese, Tyberinam ad insulam repsit: nusquam statim comparuit, & viderier ut ante desiit? Possumus enim scire, utrúmne aliquod obstaculum fuerit, cujus sese objectu atque oppositione protexerit, an hiatus aliquis? Vos pronunciate, vos dicite, quidnam illud fuerit, aut cuinam rerum generi debuerit applicari, si personarum officia sunt certa certarum vestra. Cum res ita sit, deque vestro numine, vestraque & religione tractetur, vestrum est potius edocere, vestrumque monstrare, quid illa res fuerit, nostras velle quàm exaudire sententias, nostraque expectare decreta. Nam nos quidem quid aliud possumus dicere, nisi quod fuit, & visum est: quod historiæ prodidere omnes, & oculorum sensibus est comprehensum? Hanc tamen scilicet colubram validissimi corporis, & prolixitatis immensæ: aut si

nomen hoc ſordidum eſt, anguem dicimus, ſerpentem nominitamus: aut ſi quod aliud nobis uſus vocamen obtulerit, aut ampliatio ſermonis effinxerit. Si enim repſit ut coluber, non pedibus ſe ferens, neque ſuas ſubexplicans itiones, ſed ventre nixus ac pectore, ſi ex materia formatus carnis longitudinem porrigebatur in lubricam, caput ſi habuit atque caudam, ſi obſita ſquamis terga, ſi macularum ſuffectionibus varia, ſi os dentibus horridum, & ad infligendos inſtructum morſus: quid aliud poſſumus, quàm generis eum dicere fuiſſe terreni? quamvis fuerit immanis & nimius: quamvis illum, ab Regulo exercitus vi cæſum, longitudine corporis & roboris anteiret. Sed aliud nos remur, & labefacimus & deſtruimus veritatem. Ergo veſtrûm eſt explicare quidnam ille fuerit, vel cujus generis, nominis, & qualitatis cujus. Nam Deus eſſe qui potuit, cum haberet ea, quæ diximus, quæ Dij habere non debent, ſi cogitant Dij eſſe, & vocaminis hujus eminentiam poſſidere. Tyberinam poſtquam ad inſulam repſit, nuſquam continuò apparuit: qua ex re numen fuiſſe monſtratur. Poſſumus enim ſcire utrúmne iſtic aliquod rei fuerit alicujus obſtaculum, cujus ſeſe objectu atque oppoſitione protexerit, an hiatus aliquis, aut ex molibus inæqualiter aggeratis ſucceſſus quidam, & fornices, in quos intulit ſe raptim, circumſcripto tuentium viſu? quid enim ſi flumen tranſilivit: quid ſi tranſnatavit: quid ſi ſylvarum denſitatibus ſe dedit. Argumentatio flaccida eſt, ea re ſuſpicari Deum illum fuiſſe ſerpentem, quod ab oculis ſeſe properata omni feſtinatione ſubtraxit: cum Deum non fuiſſe eadem rurſus poſſit argumentatione monſtrari. Sed ſi Deus præſens anguis ille non fuit, cur poſt illius adventum peſtilentiæ vis fracta eſt, & populo ſalus reddita Romano? Referimus & nos contra: ſi ex libris fatalibus, vatumque reſponſis invitari ad urbem Deus Æſculapius juſſus eſt, ut

ab luis contagio morbiſque peſtilentibus tutam eam incolumemque præſtaret, & venit non aſpernatus, ut dicitis, colubrarum in formam converſus: cur toties Romana civitas mali hujus afflicta eſt cladibus? toties alijs aliiſque temporibus dilacerata, vexata eſt, & innumeris ſtragibus civium minor facta eſt millibus? Cùm enim Deus accitus in hoc eſſe dicatur, ut omnino omnes cauſas, quibus peſtilentia conflabatur, averteret: ſequebatur ut civitas intacta eſſe deberet, flatuque à noxio immunis ſemper innocuaque præſtari. Atquin videmus, ut ſuperius dictum eſt, ſæpenumero his morbis curſus eam vitæ habuiſſe funeſtos: nec diſpendijs levibus eſſe populi fractas debilitataſque virtutes. Ubi ergo Æſculapius fuit, ubi ille promiſſus oraculis venerabilibus? Cur templa poſt condita, ſibique exædificata delubra, diutius haberi perpeſſus eſt benemeritæ civitatis luem, cum in id eſſet accitus, ut & malis mederetur inſtantibus, nec ſineret in futurum tale aliquid quod metueretur irrepere? Niſi fortè aliquis dicet, minoribus & conſequentibus ſeculis idcirco Dei talis defuiſſe cuſtodiam, quod impiis jam moribus & improbabilibus viveretur: opem autem contuliſſe majoribus, quòd innoxii fuerint, & ab omni ſcelerum contagione dimoti. Quod ratione cum aliqua & audiri forſitan potuiſſet, & dici, ſi aut in temporibus priſcis omnes eſſent uſque ad unum boni: aut ſequentia tempora malos omnes generarent, & nulla diverſitate diſcretos. Cum vero res ita ſit, ut in magnis populis, nationibus, quinimo & in civitatibus cunctis mixtum ſit humanum genus naturis, voluntatibus, moribus, tamque potuerint in prioribus ſeculis, quàm in novellis ætatibus boni ſimul, malique exiſtere: ſtultum ſatis eſt dicere, propter malitias poſteros auxilia numinum non meruiſſe mortales. Si enim propter malos ſequentium ſeculorum boni non ſunt protecti temporum novellorum, & propter

antiquos

antiquos malos boni æque majores non debuerant merere benevolentiam numinum. Sin propter bonos priſcos mali etiam conſervati ſunt priſci, & propter bonos minores, ætas debuit ſequens, quamvis eſſet improbabilis, protegi. Aut ergo jam fracta atque imminuta vi morbi, anguis ille perlatus famam conſervatoris aſſumpſit, cum nihil omnino commoditatis attuliſſet: aut fatalia dicenda ſunt carmina, multum veris aberraviſſe præſagijs, cum remedium ab his datum non deinceps cunctis, ſed auxilio fuiſſe uni tantum reperiatur ætati. Sed & Magna inquit, mater accita ex Phrygio Peſſinunte, juſſis conſimiliter vatum, ſalutaris populo & magnarum cauſa lætitiarum fuit. Nam & diu potens hoſtis ab Italiæ poſſeſſione detruſus eſt, & glorioſis illuſtribuſque victorijs decus urbis reſtitutum eſt priſtinum, & imperij fines longe lateque porrecti, & innumeris gentibus, civitatibus, populis libertatis jus raptum eſt, & jugum ſervitutis impoſitum: multæque res aliæ foris domique perfectæ, ineluctabili firmitate gentis nomen majeſtatemque fundarunt. Si verùm loquuntur hiſtoriæ, neque ullas inſerunt rerum conſcriptionibus falſitates, allatum ex Phrygia nihil quidem aliud ſcribitur miſſum rege ab Attalo, niſi lapis quidam non magnus, ferri manu hominis ſine ulla impreſſione qui poſſet, coloris furvi, atque atri, angellis prominentibus inæqualis: & quem omnes hodie ipſo illo videmus in ſigno, oris loco poſitum, indolatum, & aſperum, & ſimulachro faciem minus expreſſam ſimulatione præbentem. Quid ergo dicemus? Hannibalem illum Pœnum, hoſtem potentem ac validum, ſub quo anceps & dubia res Romana contremuit, & magnitudo trepidavit, lapis ex Italia depulit, lapis fregit, lapis fugacem, ac timidum, ſuique eſſe diſſimilem fecit? Et quod rurſus exilivit ad imperij columen, & regium principatum, nihil conſiliis actum eſt, nihil hominum viribus, nec ad reditum

ditum ſublimitatis antiquæ tot tantiſque ab ducibus quicquam eſt ſcientia militari, aut rerum experientia collatum? Lapis aliis vires, alijs roboris infirmitatem dedit: hos ſecundis præcipitavit ab rebus, aliorum extulit ſtratas deſperatione fortunas? Et quis hominum credat terra ſumptum lapidem, ſenſu agitabilem nullo, fuliginei coloris atque atri corporis, Deûm fuiſſe Matrem? aut quis rurſus accipiat, hoc enim ſolum reſtat, numinis alicujus habitaſſe in ſilicis fragmentis more ſubjectam, veniſque in ejus abſtruſam? Et unde parta victoria eſt, ſi Peſſinuntio lapidi nullum inerat numen? Sedulitate poſſumus dicere, ac virtute pugnantium, uſu, tempore, conſilio, ratione, fato etiam poſſumus, & reciproca varietate fortunæ. Sed ſi auxilio lapidis res facta eſt melior, & felix recuperata victoria eſt, ubinam Mater Phrygia tempore illo fuit, cum tot tantiſque exercitibus cæſis, inclinata eſt res ſumma, & ad ultimæ labis periculum venit? Cur non minaci fortiter ſe obtulit? Cur impetus tantos belli non prius fregit, ac repulit, quàm immanes inciderent plagæ, quibus omnis effunderetur ſanguis, & exhauſtis rueret vita ipſa penè vitalibus? Advecta enim nondum, nec favorem fuerat ut commodaret, rogata. Sed bonus auxiliator nunquam rogari ſe poſcit, ſpontanea ſemper opitulatione ſubveniens. Hoſtem pellere, ac fugare non potuit, multo adhuc mari, terriſque habitabilibus diſcreta. Sed Deo, ſi Deus eſt, longùm nihil omnino eſt, cui punctum terra eſt, & ſub nutu omnia conſtituta. Sed fuerit præſens, ut expoſcitis credi, illo ipſo numen in lapide: & mortalium quiſquam eſt, quamvis ille ſit credulus, & facillimas aures quibuſlibet fictionibus præbeat, qui eam judicet fuiſſe, aut tempore illo Deam, aut hodie dici appellarique debere? quæ modò hæc appetat, modò illa depoſcat, ſuos deſerat faſtidiatque cultores: provinciis ab humilioribus migret, potentioribus populis, ditioribuſque

buſque ſe jungat. Verùm bellicas res amat, interque eſſe deſiderat pugnis, cædibus, mortalitatibus, & cruori. Si Deorum eſt proprium ſi modò ſunt veri, & quos deceat nuncupari vi vocis iſtius, & potentia numinis nihil facere malitioſe, nihil injuſte, hominibuſque ſe cunctis una & parili gratia ſine ulla inclinatione præbere: generis eam fuiſſe divini quiſquam ne hominem credat, aut habuiſſe æquitatem diis dignam, quæ humanis ſeſe diſcordiis inſerens, aliorum opes fregit, aliis ſe præbuit exhibuitque fautricem? libertatem his abſtulit, alios ad columen dominationis erexit: quæ ut una civitas emineret, in humani generis perniciem nata, orbem ſubjugavit innoxium.

LIBER VII. EXPLICIT.

Digitized by Goo

256

THEODORI CANTERI

NOTÆ

AD ARNOBIUM,

quibus emendationum ratio redditur.

Digitized by Google

LECTORI S.

NOn me fugit, erudite lector, rem arduam periculique plenam esse, hunc auctorem nostrum, infinitis, si quem alium, adfectum vulneribus atque plagis, nullo manuscriptorum librorum ope aut subsidio fultum, non dico nitori suo restituere, sed vel solum tentare, nonnullisque in locis medicas velle adferre manus. Qua de causa cum jam omnem de eo emendando curam atque cogitationem abjeceram, ecce amici quidam mei, difficultatẽ hanc lenire cupientes, omnem operam pollicentur, utque cœptum opus absolverem, sedulo hortantur, & crebris monitis tandem me eo compulerunt, ut manum operi denuo admoverim: quod cum illorum, tum ipsius auctoris causa (quem vulgo magis innotescere cupiebam) quamvis factum arduum, libenter feci. Itaque partim fide Romani codicis, qui mihi adinstar manuscripti fuit, ita præclara veteris scripturæ vestigia continebat, partim etiam Clementis Alexandrini auxilio (à quo multa auctor noster ad verbum pæne mutuatus est, ut suis locis indicabitur) rem aggredi tentavi. His enim duobus (quibus tamquam scipionibus innixus fui) quicquid à nobis præstitum est, debetur. Nullas autem conjecturas quamvis veras & certas textui inseruimus, sed quicquid à nobis mutatum & additum fuit, auctoritate & fide Romani codicis factum est. Verum ubi melius quod substitueremus non habebamus, secuti sumus lectionem Gelenii (qui

nimium quantum ſibi in hoc auctore emendando indulſit, homo alioquin doctiſſimus, & de re literaria optimè meritus) quamvis interdum falſam & à veri veſtigiis procul remotam. Et quàm plurimis in locis (quod præfiſcinè dixerim) ſubdola illius & adulterina lectione rejecta, veram & genuinam ſcripturam repoſuimus. præterea multa eſſe non equidem ignoro in hoc auctore obſcura, & quæ interpretatione egeant, ut quæ aliter à vulgo ſatis intelligi non poſſint. ſed ea quia hujus loci non erant, ſtudiosè in aliud tempus reſervavimus. Brevi enim, Deo volente, & ſi ſtudium hoc noſtrum vobis gratum fore perſpexero, ampliſſimum in hunc auctorem commentarium adornabimus, ut eo facilius omnium manibus poſthac teri poſſet. Interim contenti ſolum fuimus his notis noſtris indicare veſtigia veteris ſcripturæ, & emendationum rationem reddere (quamvis & illæ interdum copioſiore interpretatione opus habeant) nec non & quæ auctor noſter à Clemente & aliis deſumpſit, indicare. Hæc volebam, Lector, neſcius ne eſſes. Vale, & noſtris candidè fruere.

THEO-

THEODORI CANTERI
NOTÆ AD ARNOBIUM,
quibus emendationum ratio redditur.
AD LIBRUM PRIMUM.

Exterminandi ſumus ſi per nos examina.] In Romano codice legebatur, exterminati ſumus dum longè examina: ex qua ſcriptura hanc lectionem eruit Gelenius, pro duobus vocabulis, quæ minimè huic loco quadrare videbantur, tribus aliis ſc. ſi per nos, ſubſtitutis. Pag. 1.

Nec madidata imbribus arva ſucceſcunt.] In Romano legitur nec madidari ex imbribus arva ſuccedunt. Ego Iovem lapidem dejerare auſim, legendum hoc loco ex antiquæ ſcripturæ veſtigiis, nec madidata ex imbribus arva ſuccedunt, id eſt, bene & fœliciter ſe habent, copioſos fructus proferunt. Pag. 2.

Et ſua lege cuſtodiunt ipſi homines?] Ego hunc locum hoc pacto diſtinguendum eſſe putavi: & ſua lege cuſtodiunt? Ipſi homines denique. Quemadmodum enim in præcedenti interrogatione locutus eſt de animalibus brutis, cum dicit: animalia terris ſueta atque in aquis degentia non eſuriunt non concipiunt? fœtus non in uteris ſumptos ſuis moribus & ſua lege cuſtodiunt? ſic in ſequenti interrogatione de hominibus loquitur, cum dicit: Ipſi homines denique quos per inhabitabiles oras terræ ſparſit prima incipiensque nativitas. Pag. 3.

Continuatione diduxerit.] In Romano legitur deduxerit, quam lectionem retinendam potius quàm temere rejiciendam exiſtimo.

Caſus frequentiſſimi grandinis accidunt atque atterunt cuncta.] In Romano exemplari pro atterunt ſcriptum repperi, adierunt: quam lectionem quare Gelenius ſequutus non ſit, equidem ignoro, cum ea optimè huic loco quadret ac conveniat, præſertim cum etiam alio loco hoc vocabulo utatur, cum inquit: Chriſtianorum inquiunt, cauſa mala omnia adierunt, & interitus comparatur ab ſuperis frugibus. Pag. 4.

Genus omne acciditur atque arroditur frugum.] Lego cum Romano codice, genus omne occiditur. Non enim homines ſolum cæterave animalia occidi dicuntur, verum etiam fruges & herbæ, quæ licet non ſentiant, tamen vivere dicuntur.

Et non faſtu & ſupercilio tumidi.] In exemplari Romano legitur, luminis, pro quo Gelenius ſubſtituit tumidi. nec prima fronte malè, ſed cum penitius hunc locum inſpicio, antiquam ſcripturam defendi poſſe video, ut lumen hoc loco accipiatur pro eruditione & ſcientia, ut & auctor ipſe alibi, lumina verborum. Pag. 6.

Pag. 6. *Miseriarum omnium causas suis continet rotationibus involutas.*] In Romano legitur, vis continet irritationibus: Quid si legamus, suis continer in rationibus involutas.

Quid si statu temporibus.] In Romano legitur, Quid si æstatis, unde legendum conjicio, quid si & statis.

Pag. 7. *Et juventutem his quandam redintegratis viribus comparari.*] In Romano scriptum habetur, & injuventurem, uno vocabulo quod ut antiquum, retinendam censeo. ut accipiatur pro summa juventute.

Pag. 10. *Et tamen ô magni cultores atque antistites numinum, cur irasci populis.*] Ad meliorem orationis contextum, libenter hoc loco legerem, pro cur, ut. Eodem enim modo loquitur libro v. Et tamen ut vobis ita se habere assentiamur res istas, id est ut historiæ aliud verbis sonent nescio quid, aliud more hariolantium dicant, ita non animadvertitis, non videris quanta, &c.

Pag. 12. *Emittant aliquod indignationis signum.*] In Romano est, indicationis.

Et hos non posse cœlestia.] In Romano pro, & hos, legitur, errores. nulle cum sensu: attamen inde colligere est (Et hos) non esse veram hujus loci scripturam. Iudicent doctiores.

Pag. 13. *Si quando nos velle rem venire in invidiam.*] Vir quidam nostri sæculi doctissimus ingeniosa conjectura legit, nos bellorum venire in invidiam. Mihi tamen (quamvis ab illo dissentire prope piaculum duxerim) non omnino displicet vetus scriptura, & tolerari etiam posse videtur. Dixerat enim in initio Arnobius noster, ab adversariis suis ethnicis & idololatris, contra Christianos Christique nomen confitentium hanc fictam fuisse calumniam, quod ex eo tempore quo Christiana gens in terris esse cœperit, numina cœlestia populis Christianis irata, multiformibus malis affecerint genus humanum, nimirum pestilentiis, diluviis, terræmotibus, annona & bellis, quæ in posterioribus elegantissimè ab auctore diluuntur. Nunc autem, ut ad hunc locum revertar, vestra, inquit, hæc sunt, quasi dicat, vestræ sunt hæ calumniæ quibus nos opprimere conamini, vel potius aruspices & arioli hæc excogitarunt, qui indignantur & tremunt, quod nos, quantum in nobis est, abolere conamur oracula deorum, ut nullus honor deferatur Diis gentilium & simulachris eorum, & ut in contemptum & invidiam veniant illorum cultus & cærimoniæ. Hic mihi, (salvo interim cuilibet de hoc loco ut & in reliquis omnibus suo judicio) hujus loci sensus esse videtur.

Comperierunt, indignantur, declamitantque: In templis.] In Romano legitur nullo sensu, compererunt, negliguntur, declamitant, atque in templis.

Deum principem rerum cunctarum quæcunque sunt, dominum.] Hunc locum hoc pacto interpungendum existimo, Deum principem, rerum cunctarum quæcunque sunt dominum, summitatem omnium summorum, &c.

Pag. 15. *Quid dicitis ô sacri divinique interpretes juris.*] In Romano legitur, quid dicitis ô sacri quid divini interpretes viri.

Ajos locutios.] In Romano, Ajaitos Boëtios.

Qui Faunos, qui statuas.] Elegantissimè & verè hunc locum emendavit decus Musarum Lipsius noster, legendo, qui Faunos qui Fatuas.

Pag. 16. *Quod ab eo vel missi vel lapsi vacuate hoc in corpore continemur*] In Romano exemplari legitur, hujus in corporis, eleganti phrasi pro hoc in corpore, quod nunc à nobis in suum & proprium locum restituitur. Sic idem auctor libro secundo, & in hujus nominis supercilium sultulerunt. *Nulla*

Nulla determinat circumscriptio qualitatis, expers quantitatis.] Forsitan an legendum, circumscriptio quantitatis, expers qualitatis, judicet lector. Pag. 17.

Procul, inquam, (ut dicitur) aberuncetur amentia.] Lego cum Romano exemplari, averuncetur. de quo vocabulo sic Festus veruncent) verrant, Pacuvius Dii monuerint meliora atque amentiam averuncassent tuam, id est avertissent. Pag. 18.

Imo ipsis penè in genitalibus.] In Romano rectè: imò ipsi penè in, &c.

Dionia Venus proles.] Quid si legamus, Dionæ Venus proles, alioqui quo ni proles referri debeat, non video. Pag. 20.

Ignes & fulgores marini.] In codice Romano legitur Tisianes & Buceres Mauri, nullo sensu. *Aliter in nostro textu.*

Hinc ergo Christum coli.] Extra omnem dubitationem legendum hic est, Hinc ergo Christum coli, &c. dixerat enim paulo ante: Si vobis jucundum est amici, edissertate quinam sint hi Dii, qui à nobis Christum coli suum credunt ad injuriam pertinere? Ianus Ianiculi, &c. Nunc autem dicit: Hinc ergo Christum coli, &c.

Cur Luna semper in motu indemnis creditur.] In Romano codice legitur, in motu idem ne quis creditur, ex quo Gelenius fecit, in motu indemnis creditur. neutra lectio mihi placet: nec melius quod substitui possit, in præsentiarum habeo. Officio autem meo satis functus videor, quod vestigia veteris scripturæ protulerim, ut doctiores magisque ingenio pollentes ex his vestigiis tandem veram lectionem eruere possent. Pag. 22.

Si quando conspexeram lubricatum lapidem.] Similis ferè locus est apud Clementem Alexandrinum libro Stromatum VII. ubi inquit: εἰ καὶ τινὰ σὺν ξύλον ἢ καὶ πάντα λίθον, οἷ δὲ λιγύφωνοι, λιτερῶν ἀφιέντες.

Et ex olivi unguine ordinatum.] Quid si legamus, odoratum, sequitur enim tanquam inesset vis præsens. Ordinatum enim hic ad rem parum aut nihil facere videtur. judicent doctiores.

Contumeliam nomini.] Fortè legendum, numini. Pag. 23.

In funebribus busticetis.] In Romano codice legitur, Funestibus, quam lectionem retinui. Pag. 24.

Qui sequentium se millia quinque saturavit quinque panibus.] In Romano codice legitur, quinque saturavit è panibus. Pag. 26.

Sed firmitate credatur valetudinem.] Sententiam sequutus emendo: sed infirmitate. Pag. 29. & 30.

Divinique operis derogatores.] In Romano legitur, arrogatores, quod non temerè rejiciendum puto.

Quinimmo Dialem (quod ejus est) Flaminem, illo jure donavit.] Lego, Dialem (quod majus est) Flaminem. Dialis enim solus divinarum rerum curam gerebat, ministerioque Iovis assignabatur à Numa. Hinc Livius libro primo decadis primæ, Tum sacerdotibus (de Numa loquitur) creandis animum adjecit, quamquam ipse plurima sacra obibat: ea maximè quæ nunc ad Dialem Flaminem pertinent, sed quia in civitate bellicosa plures Romuli quam Numæ similes reges putabat fore, iturosque ipsos ad bella, ne sacra regiæ vicis desererentur, Flaminem Iovi assiduum sacerdotem creavit: insigniique cum veste, & curuli cum regia sella adornavit. De ordine sacerdotum sic Festus: Ordo sacerdotum æstimatur deorum * * * maximus quisque. Pag. 31.

Maxi-

Maximus videtur rex, deinde Dialis, post hunc Martialis, quarto loco Quirinalis, quinto Pontifex Maximus: itaque in conviviis solus rex supra omnes accubat, sed Dialis supra Martialem & Quirinalem, Martialis supra proximum, omnes dein supra Pontificem. Rex quia potentissimus, Dialis quia universi mundi sacerdos, qui appellatur Dium. Martialis, quod Mars conditoris urbis parens. Quirinalis socio imperii Romani curibus ascito Quirino. Pontifex Max. quod judex atque arbiter habetur rerum divinarum, humanarumque. Hæc illi.

Sed ut pustulam, reduviam, papulam.] In Romano legitur: sed ut pulturare dubiam papulam. Quibus ex verbis non aliam hoc in tempore lectionem, quam quæ à Gelenio prolata est, eruere possum. Eamque eo usque probabo, donec ab alio aliquid melius ac vero similius, allatum videro.

Pag. 32. *Nihil (ut memini) Magicum.*] Legendum ex Romano codice, ut remini, id est, ut vos existimatis. Plura de hoc vocabulo diximus in Variis nostris lectionibus.

Pag. 33. *Cælo convexionibusque dimota.*] Obertus Giffanius vir doctissimus & summa mihi familiaritate conjunctus, legendum hoc loco censet, cælique convexionibus. Sic etiam idem auctor noster supra: sub hac cœli convexione.

Beneficia patris & munera dis hominibusque portabant.] In Romano codice legitur, & munerandis animis hominibusque portabant. nullo sensu. judicent doctiores.

Sed conscriptores nostri mendaciter ista promiserunt.] Lego cum Lipsio nostro, cum scriptores nostri mendaciter ista promiserunt vel prompserunt.

Pag. 45. aliter. *Vtrumne quid leve.*] In Romano legitur grave, sed sensus videtur postulare leve, ut emendavit Gelenius.

Pag. 36. *Nonne aliud hæc utria, aliud dicitis hoi utres?*] Iustus Lipsius vir doctissimus idemque mihi amicissimus ingeniosa conjectura legit: Nonne aliubi hæc utria, aliubi dicitis. quam conjecturam non possum non amplecti, præsertim cum sciam hac voce Senecam, Plinium & alios usos esse. Et in veteribus glossis Latinogræcis aliubi explicari ἀμαχῶ.

Pag. 37. *Quamvis Epicados omnes.*] In Romano legitur, quamvis Epicandeos omnes, unde conjicio forsan legendum Epicadeos, quamvis sciam nonnullos legere ex Suetonio Epicadios. Sed nos veterem scripturam sequimur. Mira enim fuit veteribus literarum i & e inter se commutatio.

Et nisos.] In Romano legitur, Nisos. quam lectionem sequor, quamvis aliquando aliter legendum docuerim, quod temere mihi tum temporis & per incogitantiam excidisse fateor.

Et vix ulli comprehensibiles causa.] In Romano, & vix ullis.

Pag. 38. *Si quo tempore Sibylla præsaga, oracula illa depromens.*] In Romano legitur præsagia: unde colligo hanc vocem hic irrepsisse ex interpretatione alicujus Grammatici, qui in margine forte notaverat, oracula, id est, præsagia.

Quam nec ipsam perpeti succubuisset, tanta si non agenda res esset.] In Romano codice legitur: Quam nec ipsam perperi succubuisset vis tanta si non agenda res esset. Forsitan legendum, succubuisset, suis tanta si non agenda res esset.

Is efficere si deberet.] Minima mutatione legendum contenderim, is efficere

cere si liberet. eamque lectionem sensus ipse postulare videtur.

Qui claudos faciebat incedere.] In Romano codice legitur præciebat, unde Gelenius fecit faciebat. Ego malo legere præcipiebat. Dicit enim Dominus in Euangelio, Vade & ambula.

Nec imputandum putavit.] In Romano legitur, Hæc reputandum. Ego lego, Nec reputandum putavit. Pag. 39.

Solum Christum convellere, dilacerare.] In Romano legitur, compellare, pro quo Gelenius substituit convellere, ego pro compellare legendum censeo compilare, vel antiquo vocabulo concipilare. Pag 40.

Dilacerare, si poscitis, vultis.] In Romano habetur, dilacerare potestis si Deum vultis. nullo sensu. forte legendum dilacerare potestis, si eum vultis vel eum si vultis.

Sed æqualiter benignus omnibus docuerit quidnam his salutis.] In Romano codice rectè hoc modo legitur: sed æqualiter benignus hostibus dicere quidnam his salutis. Nec rationem ullam video, quare Gelenius, homo alioqui doctissimus, hunc locum mutaverit. Pag. 41.

AD LIBRUM SECUNDUM.

NVnquid arrogantia supercilio tumidus injuriis & contumeliis passim sine ullius personæ discriminibus irrogavit: ut non omnium virtutum amore correpti cognitas accipiant rationes, atque mundi omnibus rebus præponant amicitias Christi?] Si quis attentè & cum judicio hunc locum consideret, mancum & mutilum esse, nec secum cohærere, facilè animadvertet. Nec diversis quare Christum tam gravibus bellis insectarentur, interrogationibus superius allatis, commodè ab auctore inferri, ut non omnium virtutum amore correpti cognitas accipiant rationes, atque mundi omnibus rebus præponant amicitias Christi? Ut autem paucis & sine ambagibus dicam quod sentiam, hoc loco collocandi & inserendi sunt versus nonnulli, qui in Romano codice leguntur, sed non suo loco, & propterea etiam ut videtur à Gelenio prætermissi. Verba hæc sunt: In cunctos & lumen prætenderit vitæ & periculum ignorationis amoverit? qui si dignus non esset cui auscultare deberetis, & credere: vel hoc ipso fuerat non aspernandus à vobis, quod salutaria vobis ostenderet, quod vias vobis ad cœlum, & vota immortalitatis optaret. Itaque rectè & sine ulla dubitatione hunc locum hoc pacto legendum censeo: ut non omnium virtutum amore in cunctos & lumen prætenderit vitæ & periculum ignorationis amoverit? qui si dignus non esset cui auscultare deberetis & credere: vel hoc ipso fuerat non aspernandus à vobis, quod salutaria vobis ostenderet, quod vias vobis ad cœlum & vota immortalitatis optaret. Dicet forsan aliquis: sed quæ nunc sequuntur apud Arnobium multo minus quam antea cum superioribus cohærent? Verum hoc esse fateor. Debet enim nunc subsequi ratio quare tantis odiis Christum persequantur. Itaque hic subjiciendum censeo locum illum qui est à Gelenio collocatus libro primo, & rectè in Romano codice proximè superius allatis subsequitur, qui optimè hic quadrare videtur: sic autem incipit: At enim odio dignus est, quod ex orbe religiones expulit, &c. Finis autem illius loci est: ut cum carnifices, unci, aliique innumeri cruciatus (quemadmodum diximus) impendeant creditu- Pag. 42.

ris, veluti quadam dulcedine atque nectare ebrii cuncta contemnant. Sed ne nunc quidem, dicet aliquis, sequentia cohærent; fateor: sed si fucum Gelenii detexero, & quæ ille de suo hic addiderit, præsecavero, omnia rectissimè cohærebunt: Illa enim postrema verba, nectare ebrii cuncta contemnant, ut sensum aliquem afficeret, de suo addiderat Gelenius; quibus iterum deletis, sic optimè cohærebunt: veluti quadam dulcedine atque amore correpti cognitas accipiant rationes, &c.

Pag. 44. *Quod ab dominis se servi, cruciatibus affici, quibus statuerint, malunt, solvi conjuges matrimoniis,*] Locus corruptus & intricatus, quem minima mutatione sic restituendum censeo: Quod ab dominis se servi cruciatibus affici quibusvis statuerint, malunt solvi conjuges matrimoniis. Iudicet lector.

Pag. 45. *Nescio quid aliud videtis & profundum.*] Fortasse legendum pro aliud, altius, sed nolim temere quicquam mutare.

Pag. 46. *Primum & ipsi penitus.*] In Romano legitur, primum & quæ ipsi. Fortè legendum ut sequamur antiqua vestigia, primum itaque ipsi penitus.

Pag. 48. *Quid enim si verum fateamur.*] In Romano legitur, si verum perspiciam: quod quare reici debeat, non video.

Nonne ipsa ea quæ dicunt.] In Romano legitur, Nonne apud ea quæ dicunt.

Pythagoras numeros scit?] Malim cum Romano codice legere, numeros scire? pro nosse & callere.

Aliter in nostro textu. *Sed facessant hæc.*] In Romano codice scribitur, sed efficiant hæc, nec malè.

Pag. 49. *Vos Platoni, vos Plotino.*] In Romano habetur, vos Platoni, vos Crotonio. sed mendose. pro quo quid substituam impræsentiarum equidem ignoro. Nisi fortè, ut ignotum per ignotum illustremus, cum Apuleio legamus protomo vel Prothomo. Apulei verba hæc sunt è libro de Deo Socratis: Sat è prothomo gloria, qui talis fuit ut ejus neporem non puderet. Apud quem tamen malim ad exemplum Arnobii legere, prothonio, & hoc eo libentius, quod in quibusdam veteribus codicibus scriptum invenerim, sat è prothaonio gloria. quod hoc loco silentio præterire nolui. Iudicent doctiores.

Concludere acutissimè syllogismo.] Melius in Romano, concludere acutissimè syllogismos.

Pag. 51. *Quantum fieri potest.*] Veterem lectionem probo, quæ habet, pote est.

Pag. 52. *Et homo prudentia non prava.*] Fortè parvæ.

Pag. 53. *Quibus mali simus, & pessimis cupiditatibus atque iracundia ferveamus*] Lego cum Romano codice, Quibus mali simus & pessimi, cupiditatibus, &c.

Et ex alvis fundimur, atque emittimur, matrum cibo sustentamur & potu.

Pag. 54. *Et illa superfluas fœditates.*] Hunc locum, sequutus vestigia Romani codicis, hoc pacto lego ac distinguo: Et ex alvis fundimur atque emittimur: matrum cibo sustentantur & potu, & superfluas fœditates. Nihil hoc loco mutatum à nobis est præter distinctionem, & pro sustentamur legimus sustentantur. Dictio autem *illa* aberat à Romano codice, nec hic locum habere videtur.

Postquam sunt humanis corporibus exuta.] In Romano pro exutæ, legitur sumptæ, quod tolerari potest: nõ nego tamen exutæ elegantius dici, sed propterea aliquid temerè in auctoribus mutandum esse, nunquam concedam.

Neque

Neque divinitus eruditus advolasse hucanimus.] In codice Romano legitur, neque divinas eruditas advolaviſſe. unde colligo ſcribendum eſſe, neque divinè eruditas advolaviſſe, ut ſit divinè pro divinitus. vel potius, quod magis probo, neque divinas, eruditas advolaviſſe, pro neque divinas neque eruditas. Pag. 55.

Et ſint in his plurima.] In Romano eſt, ut ſint in his plurimæ. Non malè autem hoc loco pro, ut, repoſuit Gelenius, &; quamvis antiqua ſcriptura etiam defendi poſſit.

Quod ſi ea qua diſcimus.] Fortè legendum, quod etſi ea quæ diſcimus, ut habetur in codice Romano: magis tamen probo Gelenii lectionem.

Sed hic natos addiſcere.] Legendum cum Romano codice, hic nata. ſequitur enim, & ſuſpicionibus coalita vindicare. Pag. 57.

Non fervens nimio calore] Romanus codex habet, fervetis nimium in calore: ex his veſtigiis colligo forſitan legendum, non ſervoris nimius in calore.

Nec in ſermonem aliquem ora & labra diducat.] In Romano codice legitur, Nec in ſermone alicujus ora & labra deducat. Pag. 58.

Et ſi verum eſt illum principalis eſſe ſubſtantiæ portionem, & ex fontibus vitæ.] In Romano eſt, portione jam læta ex fontibus.

Siliquaſtrum, trulla.] Siliquaſtrum hoc loco mendoſum eſſe videtur. nam quid herbæ loci eſt inter inſtrumenta: judicent doctiores. Pag. 59.

Quid ſit Dibus aut Dynamus.] Dibus quid ſit nuſquam me legiſſe memini: forſan legendum minima mutatione Cubus. Iudicent doctiores. Pag. 60.

Ita ille ſenſurus eſt.] Fortaſſe legendum hæſurus; id eſt dubiturus: nihil tamen muto.

Haccine eſt anima.] Hunc locum feliciſſimè ut plurima alia reſtituit Gelenius, antea enim legebatur Hæc inteſtamina.

Demoretur, iners velutipuer.] In Romano legitur, iners valeat in aëræ. nullo ſenſu. *Alitur interim.*

Circumligaverit junctiones.] Fortè legendum vinctiones. nihil tamen temere mutandum cenſeo. Pag. 61.

At ne tamen inſtructi non plenius abeamus, audiamus à vobis.] In Romano codice eſt, abeamus, ne videamur à vobis. nullo ſenſu. Pag. 62.

Quid ſi animæ.] In Romano eſt, quod ſi animæ. Pag. 63.

Quem teneant in rebus gradum.] In Romano codice legitur, tenent, & bene; ſequitur enim quo ſint ordine à Deo patre diſcretæ.

Deſinite hominem proletarius cùm ſit, claſſibus, & capite cùm cenſeatur adſcribere ordinibus primis; cùm ſit inops.] Quid ſi ſic diſtinguamus, proletarius cum ſit, claſſibus, & capite cum cenſeatur adſcribere ordinibus: primis cum ſit inops.

Poſſunt tamen longævæ ſummi principis munere & beneficio fieri] Optimè in Romano codice, poſſe tamen longævas ſummi principis, &c. quod cur à Gelenio mutatum, mirari ſatis nequeo. Pag. 65.

Et protegimus nos laminis, phyllis, Marſis vendentibus.] Locus hic valdè obſcurus & intricatus eſt, & ſine dubio etiam mendoſus. Doctiſſimus autem vir Ioannes Auratus doctor quondam meus, multis mihi nominibus colendus, cum aliquando de hoc loco ſententiam etiam perquirerem, dixit ſibi videri Pag. 64.

deri hic legendum, & protegimus nos labiis Pſyllis, Marſis ve dentibus pro Pſyllorum labiis & Marſorum dentibus. Quam conjecturam non poſſum non magni facere, utpotè profectam à viro noſtri ſæculi doctiſſimo & ingenioſiſſimo. Pſylli autem Libyæ populi ſunt, qui non ſolum à ſerpentium morſu immunes ſunt, verum etiam ab aliis, qui morſi fuerint, venenum exugunt. Hinc Lucanus: Marmaridæ Pſylli par lingua potentibus herbis.

Pag. 68. *Alter in textu noſtro.* *Nexuſque abolitione.*] In Romano legitur; neque ullo abolitionis. judicet lector.

Et ſalutari miſſione donari.] In Romano legitur, juſſione; nec male. Infra enim inquit, habitari juſſæ ſunt has partes. & alibi, non regis juſſione venerunt.

Atque in ſui nominis eſſe ſententia prædicari.] Non dubito quin ab auctore ſcriptum fuit, atque in ſui nominis eſſentia prædicari. quam veram & certam hujus loci lectionem eſſe autumo. Simile mendum eſt apud Senecam Epiſt. lix: Cupio ſi fieri poteſt propitiis auribus tuis quid ſentiam dicere: ſin minus, dicam & iratis. ubi pro illo, quid ſentiam, omnino legendum eſt eſſentiam, ut doctè & ingeniosè à Mureto obſervatum eſt.

Pag. 70. *Volones, unguentarios.*] Adrianus Turnebus vir doctiſſimus, cenſet hoc loco legendum eſſe, bolones.

Coquos, panchryſtarios.] Idem Turnebus, pro panchryſtarios mavult legere panifices cruſtarios.

Pag. 72. *Nec in formas erubeſcerent maſculorum calamiſtris.*] Deliciæ Muſarum Scaliger hunc locum hoc pacto emendat: nec ii formis erubeſcerent calamiſtris maſculorum. Scaligeri emendationem ex parte confirmat codex Romanus, ubi etiam, formis legitur.

Pag. 73. *Ad oris ſtuprum parata.*] In Romano codice legitur, ad oris ſacri comparatæ. Forſitan legendum, ad oris ſacrificium paratæ, quod tamen non arridet.

Pag. 75. *Et integritatis ſuæ conſervantia menſiones.*] Fortè legendum conſervans menſiones vel dimenſiones. Sic paulo poſt: nihil rerum à principe agi, fieri, ſtatui, niſi quod oporteat & conveniat fieri, niſi quod ſit plenum & integrum & in ſuæ integritatis perfectione finitum. Sic libro III. At vero vos Deos parum eſt formarum quod amplectimini menſione.

Pag. 81. *Poſſe id adſtruere.*] Melius in Romano codice, poſſe videas deſtrui. Ea enim lectio minimè rejicienda eſt.

Pag. 86. *An ortus primogenios habeat.*] Sequor ſcripturam Romani codicis, quæ habet primigenios, & eodem modo infra: Habet ergo primigenios ortus, ubi Gelenius legit primogenios.

Pag. 87. *Libris in Acheruntiacis.*] Sunt qui hic malint legere, libris in Aruntiacis.

Qui longævas facere perpetuitatis poſſit.] Forſan legendum, qui longævæ facere perpetuitatis poſſit. nihil tamen temere mutandum cenſeo.

Pag. 88. *Deponite has curas.*] Romanus codex legit, Exponite has curas: ut ſit pro Deponite.

Pag. 90. *Vias claudant.*] Retinenda lectio Romani codicis quæ eſt, vias cludant. antiquo vocabulo pro claudant.

Pag. 91. *Et ex omnibus auſpicatis.*] In Romano codice legitur acuminibus. Nec temere hæc dictio (cum ea etiam Cicero utatur) mutanda eſt, quamvis ejus ſignificatio ſit obſcura.

Et le-

Et leviter animata.] Giraldus legit, leviter cremata, tamen nihil mutandum cenſeo. Pag. 91.

Cujus ſocer Latinus fuit? Æneæ genitoris Latini cujus? Albani oppidi conditoris.] Obertus Giſannius vir doctiſſimus, idemque mihi amiciſſimus, hunc locum nitori ſuo reſtituendum exiſtimat, ſi legamus (voce Latini rejecta) hoc modo: Æneæ, genitoris cujus. quæ lectio mihi valde placet. Et ſententia ſimul & hiſtoria nunc eſt perſpicua. Quærit enim cujus genitor ſeu pater ſit Æneas: & ait Æneam genitorem eſſe ejus qui condidit Albam, id eſt Aſcanii. Pag. 94. *Alter in textu noſtro.*

Ac tamen ne cauſam tam bonam.] In Romano codice legitur tam longam: unde colligo melius hic legi poſſe, ne cauſam tam longa diſſimulatione. Pag. 95.

In infinitis perpetuis ſeculis nihil omnino eſt ſerum.] Sequor ſcripturam Romani codicis quæ habet, nihilo minus eſt ſerum. Pag. 97.

Et immoderata continuatio.] In Romano habetur, etiam moderata, quod tamen non arridet.

AD LIBRUM TERTIUM.

Avet animus atque ardet.] In Romano codice legitur, habet etiamnum atque ardet. quam ſcripturam retinendam cenſeo, cum videam antiquis fuiſſe familiare pro avere ſcribere, habere, & havere; & pro ave, habe: ut abundè ab aliis obſervatum jam eſt. Similiter & paulo poſt pro, avet inquam videre, in Romano legitur, habet inquam videre, eadem loquendi ratione. Pag. 105

Atque ardet in Chalcioicis.] In Romano codice habetur, in Chalcidicis, & rectè: nec quare hoc Gelenius mutaverit, rationem video. utitur hoc vocabulo & libro quarto: Atque in Chalcidicis aureis cænitare. De hac voce plura, volente Deo, dicturi ſumus in Commentariis noſtris Arnobianis.

Ejulare & hortari.] Non dubito quin hoc loco legendum ſit tortari, id eſt torqueri: quo vocabulo utitur Lucretius libro III. (quem noſter in multis imitatur) cum inquit; Pag. 106

Volvere, tortari, & terram conſpargere tabo.

Hoc enim putatur in eorum literis dici & legi, certâque auctoritate firmari.] In Romano codice legitur, dici, & ut vel re certa, atque auctoritate firmari. quam ſcripturam probo. Pag. 107

Et honoris & dotis cauſa.] Iuſtus Lipſius vir doctiſſimus, quem ego ob ſingularem doctrinæ conjunctam humanitatem pro eo ac debeo amore complector, legendum cenſet, & honoris & dicis cauſa. Et citra controverſiam hæc vera lectio eſt. Pag. 109

Si aſelluli, canes, porci, humanum aliquid ſaperent.] Videtur hoc loco Arnobius noſter reſpexiſſe ad elegantiſſimos verſiculos Xenophanis Colophonii, quos propter elegantiam ſubjicere non gravabor.

Ἀλλ' εἴπερ χεῖράς γ' εἶχον βόες ἠὲ λέοντες,
Ἢ γράφειν χείρεσσι, καὶ ἔργα τελεῖν ἅπερ ἄνδρες,
Ἵπποι μὲν θ' ἵπποισι, βόες δέ τε βουσὶν ὁμοίας
Καί κε θεῶν ἰδέας ἔγραφον, καὶ σώματ' ἐποίουν
Τοιαῦθ' οἷόν περ καὶ αὐτοὶ δέμας εἶχον ὁμοίως.

Pag.112 *Vt Flammipotens Vulcanus.*] In Romano habetur, ut flammis potens.

Pag.113 *Cur esse dicatis in aliis perceptionibus gnariores.*] Lego gnarures. Sic enim hunc locum Iosephus Scaliger vir doctissimus divinitus emendavit.

Pag.115 *Victa & potna.*] Fortè legendum Pota.

Pag.117 *Ianiculi oppidi conditorem, patrem Fauni.*] In Romano codice legitur Fonti, pro quo Gelenius substituit Fauni. Utinam tam facilè veram hoc loco lectionem eruere, quàm hanc à Gelenio prolatam ut falsam refellere possem. Nullo modo enim hic Fauni legendum esse vel unico hujus auctoris testimonio facilè pervincam: qui libro 2. sic inquit: Quis Picum Fauni patrem, atque avum Latini? Saturnus, ut iidem vos vestris scriptis atque auctoribus traditis. Ex quo loco facile est colligere Faunum Pici filium esse, qui fuit filius Saturni: quare non convenit ut hic dicatur Faunus Iani filius. Nos interim dum melius doceamur, scripturam Romani codicis retineamus.

Nullum est Saturnium nomen.] Obertus Gifannius vir doctissimus putat legendum, numen, pro nomen.

Pag.120 *Quorum si est vera & fixa certa.*] Fortsitan legendum, quorum si est vera, fixa, & certa.

Pag.121 *Neque ulla esse in parte natura.*] In Romano codice legitur, neque una esse in parte: quam lectionem non temere rejiciendam censeo, ut sit una pro ulla.

Nam si liquido sciretur, quid sit unanimis vox omnium.] Sententiam sequutus lego, Nam si liquido sciretur, fuisset unanimis vox omnium.

Pag.122 *Cornificius balare convincitur.*] Guilielmus Canterus frater meus piæ memoriæ libro III. cap. XXII. Novarum lectionum, pro balare reponendum putat halare. quod accipitur pro mentiri.

Pag.123 *Cæsius & ipse assequens.*] Omnino sine ulla dubitatione hic legendum contenderim, Cæsius & ipse has sequens. sc. disciplinas Ethruscas. præcesserat enim paulo ante. Idem rursus in libro sexto exponit & decimo, disciplinas Ethruscas sequens, genera esse penatium, &c. Si quis pro Cæsius, quod infrequens est, maluerit legere, Cælius, non refragabor.

Et iis nationis barbarissima.] Unde hoc habeat Gelenius noster, nescio. In Romano codice legitur, & miserationis parcissimæ. quod quandiu melius aliquid non occurrat, retinendum censeo.

Pag.124 *Quasi quosdam genios defunctorum animis mortuorum.*] In Romano est, animas mortuorum. Suspicor autem glossemate pollutum hunc locum, & illud, animas mortuorum, glossema esse illius quod præcedit, genios defunctorum.

Pag.125 *Quibus uror, terreor, vexor.*] Legendum hoc loco videtur pro terreor, torreor, ut admonuit me vir doctissimus & idem amicissimus Obertus Gifanniue.

Vsque adeò res exigit propriatim deos scire]. Lucretius (quem auctor noster in delitiis habet) propritim dicit. quod etiam malim. sed nihil temere mutandum censeo.

Pag.126 *Novensiles Musæ sunt, Trebiani quinimmo dii sunt.*] Fortè legendum Trebianis. dixerat enim antèa, in Sabinis apud Trebiam constitutis.

AD

AD LIBRUM QUARTUM.

AN ita ut assolet dici causa.] Rectè in Romano codice legitur dicis causa. atque ita etiam edendum curavimus. Dicis causa autem aliquid fieri dicitur, ut hoc obiter admoneam, quod neglectè, remisse, & eo tantum animo ut officio functi videamur, non accuratè, sed perfunctoriè, quatenus satis sit ad vitandam reprehensionem. Hinc Varro libro VI. sub finem: Et dicis causa fiebant quædam, neque item facta, neque item dicta. Eodem modo emendandus est & Apulei locus in libro de Philosophia, cujus hæc sunt verba in vulgatis codicibus: Sed & alia optima quidem & satis justa & ipsa quidem specie & ditis causa civitatis fabricata, non ut superior fine evidenti: ubi pro, ditis causa, dicis causa, legendum censeo. Pag. 127

Ita quod illic adversum ex qualitatibus.] Lego cum Romano codice, adversum est ex qualitatibus. Pag. 128

Vel Pantica. Et hæc ergo.] Lego ex Romano codice, vel pantica, Patefacta & hæc ergo.

Quid ergo si argilla aut materia.] In Romano pro argilla, legitur, ista. unde facile colligere est veram lectionem non esse, quam protulit Gelenius. Pag. 130

Ossilago ipsa memoratur. & paulo post: *aut Ossilago solidatrix ossium.*] Malim legere utrobique Ossipago; ut sit à pungendis ossibus. Sic supra libro tertio; Nulla Pomona, nulla Ossipagina. *Aliter in textu nostro.* Pag. 131

Quis liburnum libidinum præesse tutelis.] In Romano est, Quis Burnum libidinum, &c. Pag. 132

Quis Saturnum præsidem sationis.] In Romano legitur, præsidem Latini; quod tamen hoc loco minimè quadrat. sed ad verum gradus est. legendum enim censeo, sativis.

Et quia non supplices Mutuno procumbimus atque Tutuno. In Romano legitur, Et quia non supplices hoc est humi procumbimus, &c. Extra controversiam scriptura Romani codicis vitiosa est: sed an pro *hoc est humi* substitui debeat *Mutuno*, doctioribus judicandum relinquo. Pag. 133

Sed sint ut asseritis vera, nunquam tamen.] Pro, nunquam, legitur in Romano codice, eandem, nullo sensu. Pag. 134

Antitheos sæpius obrepere pro veris.] In Romano est, pro actis.

Atque in mores tetricos asperitate durati.] In Romano codice legitur, atque in mores tetricia asperitate durati. nec male meo judicio. *Aliter in textu nostro.*

Tres in rerum natura Iones.] Hunc locum, ut & pleraque alia hujus libri, (quemadmodum suis locis indicabimus) desumpsit auctor noster, tum ex Cicerone de Natura Deorum, tum etiam ex Clementis Alexandrini protreptico ad Gentes, & hos ipsos auctores videtur innuere, cum paulo ante dixit: Quam quidem olim partem judicii acres viri, atque ingenio perspicaci, tam sermone Italo explicuere quàm Græco, & dare nobis compendium potuisset res ista, si non & aliquos videremus, literarum esse istarum rudes, & instituus à nobis sermo, nos quoque compelleret, nonnihil de his rebus, quamvis ab illis sumptum commemoratumque depromere. Hunc itaque locum muruatus est Arnobius noster à Cicerone in tertio De Natura Deorum. ejus verba hæc sunt: Principio Iones tres numerant ii qui Theologi nominantur, ex quibus primum & secundum natos in Arcadia: alterum patre Æthere, Pag. 135

ex quo

ex quo etiam Proserpinam natam ferunt & Liberum: alterum patre Cœlo, qui genuisse Minervam dicitur, quam principem & inventricem belli ferunt. Tertium Cretensem Saturni filium, cujus in ea insula sepulchrum ostenditur. Hujus rei etiam Clemens, sed brevius, hoc modo meminit: Αὐτίκα γοῦν αἱ σὺν αἱ τρεῖς τοὺς ζωῆς ἀπαχθέντας, ὁ μὲν αἰθέρος ἐν Ἀφροδίτῃ, τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ χρόνου παῖδα, Τέτταν ὁ μὲν, ὁ κρήτης, θάπτουσιν δὲ ὁ Ἀφροδίτης φάλλος.

Quinque Soles.] Cicero eodem libro: Quumque tu Solem, quia solus esset, appellatum esse dicas, Soles ipsi quam multi à Theologis proferuntur. Unus eorum Iove natus, nepos Ætheris; alter Hyperione; tertius Vulcano Nili filio, cujus urbem Ægyptii volunt esse eam, quæ Heliopolis appellatur. Quartus is quem Heroicis temporibus Acantho Rhodi peperisse dicitur, avum Ialysi, Camiri, & Lindi. Quintus qui Colchis fertur Æetam & Circen procreavisse.

Aliter in textu nostro.

Secundus Rhea & Hyperione genitus.] Legendum hoc loco esse pro Rhea, Regina, docuimus Variarum Lectionum libro secundo, cap. x.

Iam Mercurius primus.] Cicero eodem libro: Mercurius unus Cœlo patre, Die matre natus, cujus obscœnius excitata natura traditur, quod aspectu Proserpinæ commotus sit, alter Valentis & Phoronidis filius, is qui sub terris habetur idem Trophonius. Tertius Iove tertio natus & Maja, ex quo & Penelopa Pana natum ferunt. Quartus Nilo patre, quem Ægyptii nefas habent nominare. Quintus quem colunt Pheneatæ, qui & Argum dicitur interemisse, ob eamque causam Ægypto præfuisse, atque Ægyptiis leges & literas tradidisse. Hunc Ægyptii Thoyth appellant, eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur.

Sed & Minerva.] Idem Cicero: Minerva prima, quam Apollinis matrem supra diximus. Secunda orta Nilo, quam Ægyptii Saitæ colunt. Tertia illa est quam Iove generatam supra diximus. Quarta Iove nata & Coryphe Oceani filia: quam Arcades Coryphasiam nominant, & quadrigarum inventricem ferunt. Quinta Pallantis: quæ patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem, cui pinnarum talaria affigunt. Eodem ferè modo & Clemens in Protreptico: Εἰσὶ δὲ, οἱ πέντε αὐτὴν ὑποτίθενται, τὸν μὲν, ἀφ' ἑαυτῆς τὸν Ἀθηναίαν. Τὸν δὲ, Νείλου, τὸν Αἰγυπτίαν. τρίτον, τῶν Κρόνου, τὸν πολέμου εὑρέτην. πέμπτον, τὸν Διὸς, ὃν μισόντων κοσμοφασίαν ὑπὸ τῆς μητρὸς ἐπικαλοῦνται. ὃν πᾶσι τὸν Παλλαντος, καὶ πτανὸν, τὸ Ὠκεανοῦ, ἵν' τὰ πατέρα δυστυχῶς ἀπολύσας, τῷ πατρῴῳ κακόσματι δέρματι, ὥσπερ κηδείῳ.

Pag. 136 *Aliter in textu nostro.*

Vt hæc sit religio conturbata.] Melius in Romano: ut hæc sit & religio conturbata.

Quorum Nili lingua dicor.] Legendum hoc loco est Neith, teste Platone in Timæo, cujus hæc sunt verba: Ἔστι πε τοῦτ' Αἰγύπτου (ἦν δ' ὁς) ἐν τῷ Δέλτα, περὶ ὃ κατ' κορυφὴν χίζει τὸ τοῦ πήλου ῥεῦμα, Σαΐτικὸς ὀνομάζουσι νομός. πόλις δὲ τοῦ νομοῦ μεγίστη πόλις Σάϊς. ἵδρυσε δὲ ἐν Ἄμασις ἰδίᾳ ὁ βασιλεύς. οὗ τῆς πόλεως θεὸς ἀρχηγός ἐστιν, Αἰγυπτιστὶ μὲν τοὔνομα Νηΐθ, Ἑλληνιστὶ δὲ, ὡς ὁ ἐκείνων λόγος, Ἀθηνᾶ.

Pag. 137

Vſu farreo, coëmptione.] Legendum uſu, farreo, coemptione, vel ut alii, uſu, farre, coëptione. Pag. 140

Vt fletum poneret, ineptiſſimè tractum.] In Romano codice legitur, ut fletum exponeret. ſic infra eodem libro, & nomen virginitatis ponere. quo loco in eodem Romano codice habetur, virginitatis exponere. Pag. 141

Ex eodem quibus græcè Dioſcoris nomen eſt.] In Romano codice abeſt, quibus, & ejus loco lacuna eſt; quam tamen ut ſuppleamus, non videtur nobis legendum, quibus, ſed potius Caſtores. Antiquitus enim Caſtores dicebantur Caſtor & Pollux, & illi græcè Δόσκορροι dicuntur. Sic idem auctor libro primo: Tyndaridæ Caſtores, unus equos domitare conſuetus, alter pugilator bonus. Et hoc eodem libro: tria genera Caſtorum. Minutius in Octavio: Caſtores alternis moriuntur, ut vivant. Idem, ut cum equis Caſtores viderentur. Euſebius in Chronico: porro Liber & reliqui, quos mox inferemus, poſt CC. annum Cecropis fuerunt; Linus ſcilicet, & Zetus & Amphion, Muſæus, Orpheus, Ninus, Perſeus, Æſculapius, gemini Caſtor & Pollux. Hercules cum quo Apollo ſervivit Admeto. quo in loco auctoritate manuſcripti codicis legendum cenſeo, gemini Caſtores.

Et ſuis diebus tantis vinculorum ponderibus relevari.] In Romano exemplari legitur, Et ab his diebus tantis vinculorum ponderibus elevari. Juſtus Lipſius eleganti conjectura legendum cenſet, Et ſuis diebus tantum, vinculorum, &c. ut ſit ſenſus, Saturnalium diebus iterum quaſi regni compotem eſſe, cæterum annum in vinculis haberi. Pag. 143 *Aliter in textu noſtro.*

Nunquid altero claudum pede.] Hujus rei ſic meminit Clemens: Ἥφαιστος, ὃν ἔῤῥιψαν ἐξ οὐλύμπου Ζεὺς, βιαίῳ ἀπὸ θεσπεσίου ἐκ λήμνου κατακισὼν ἐχέλαυε, προπηδᾶν τὸν πόδα· ὑπὸ ᾧ, κῶμαι ῥέοντα ἀέχμαί.

Nunquid cupidinis & avaritiæ cauſa.] Idem Clemens hoc pacto: Ἔχεις καὶ ἰατρὸν, οὐχὶ χαλκέα μόνον ἐν θεοῖς· ὁ ᾧ ἰατρὸς, φιλάργυρός ἐστι, Ἀσκληπιὸς, ὄνομα αὐτῷ. Καὶ σοὶ τὸν ὁδηγήσομαι ποιητὴν, τὸν βοιώτιον Πίνδαρον,

ἔπεστι κακῶν ἀγάνορι μισ-
θῷ. χρυσὸς ἐν χερσὶ φανείς,
αἰδήρ' ἐν θανάτῳ κομίσαι
καὶ ἁλωτὸν. χερσὶ δ' ἄρ' ἀμφοτέραις
ῥίψας δι' ἀμφοῖν ἀμπνοὰν
στέρνων καθεῖλεν
ὠκέως, αἶθων ᾧ κεραυ-
νὸς ἐνέσκηψε μόρον. καὶ εὐριπίδης·

Ζεὺς γὰρ κατακλᾷς παῖδα τὸν ἐμὸν, αἰπυ-
Ασκληπιὸν στέρνοισιν ἐμβαλὼν φλογί. οὕτω μὲ καὶ τὸν κεραυνωθέντα ἐν τοῖς κορυσταῖς θείοις,

Nunquid ex nobis Myrtilus eſt auctor.] Hanc hiſtoriam ſumpſit ſimiliter Arnobius noſter à Clemente, qui tamen paulo fuſius illam refert. Hoc modo· τὰς ᾧ μούσας φησὶν Ἀλκαῖος, Διὸς καὶ μνημοσύνης γεγενῆσθαι, καὶ ὀλίγα πρὸ τού-

τὰι, ϗ πηγεφρεῖς ἐκθεάζοισι ϗ σέβουσιν. ἄλλη ϑ ϗ ὅλαι πόλεις μισθὸν μὴ ἴζειν ἀυτῆις μύσαις, ὕσας θεσπαινίδας ταύτας, ἐώιη ϑ μιγαχλὼ ἡ θυγατὴρ μάκαρ ⊙. ὁ ϑ μάκαρ λεσβίων μὲ ἐβασίλευεν. διαφέρει ϑ ἀεὶ σοφὸς τὼ γωαῖκα. ἠγαγάλετο ϑ ἡ μιγαχλὼ ὑπὸ τῆς μητρὸς, τί δ' οὐκ ἔμιλλα. ϗ μύσας θεσπαινίδας ταύτας, ποσαύτας τ' ἀριθμὸν οὐσῆσαι, ϗ καλεῖ μύσας, χρὴ τὼ διάλεκτον τὼ Αἰολέων. ταύτας ἐδιδάξατο ᾄδειν ϗ κιθαρίζειν τὰς ἁρμονίας τὰς παλαιὰς ἐμμελῶς. αἰδὲ, σωιχνῶς κιθαρίζουσαι, ϗ καλῶς καπῳδοῦσαι, τ' μάκαρα ἔθελγον, ϗ κατέπαυον τῆς ὀργῆς, ἃ δὴ χάριν ἡ μιγαχλὼ, χαλκεῖον ἀυτῆις ὑπὸ τῆς μητρὸς, ἀνέθηκε σήλας χαλκᾶς, ϗ ἀνὰ σαύτα ἐκίλευσε πμᾶς τὰ ἱερά· ϗ αἱ μὲ μῦσαι, παιᾶνα. ἡ ϑ ἱστορία παρὰ μυρσίλῳ τῷ Λεσβίῳ. Emendavimus autem hunc Arnobii locum Variarum lectionum libro primo capite primo, & auctoritate Clementis legendum docuimus, qui Macari filiæ, Megaclonis. Sed utrum cum Arnobio Myrtilus, vel cum Clemente Myrsilus legendum sit, non valdè ambigo.

Quis Spartanum fuisse Martem.] Hunc locum sic tractavit Clemens: Ἄρης χρυσῶ, ὁ ϗ πρόσθε πῖς πειστεῖς ὡς οἵονπ. πεπαμένος

Ἄρεις, ἄρεις, βροτολοιγὲ μιαιφόνε πυργεσιπλῆτα

ὁ ἀλλοκρόσαλλος ἕτος, ϗ αἰάφρων, ὡς μὲ Ἐπίχαρμος φησὶ, Σπαρτάτας ὧν. Σοφοκλῆς ϑ Θρᾴκα οἶδεν αὐτόν. ἄλλοι ϑ, Ἀρκάδα. τοῦτον ϑ, ὅμηρος δηλοῖ φησὶν, ὅτι μῦνας τεσσαίδεκα.

Τλῆ μὲν Ἄρης ὅτέ μιν ὅτος κρατερὸς πεδάησε

Παῖδες Ἀλωῆος δῆσαν, κρατερῷ ἐνὶ δεσμῷ,

Χαλκέῳ δ' ἐν χαλκὸν δέδετο, τρισκαίδεκα μῆνας.

Πολλὰ κἀγαθὰ κᾶρες σχεῖν, οἳ καπνθύνουν αὐτῷ τὰς κύνας. Σκύθαι δὲ, τὰς ὄνους ἱερεύοντες, μὴ παυέσθαι ὡς Ἀπολλόδωρος φησὶ ϗ καλλίμαχος

Φοῖβος ὑπερβορέοισιν ὅτων ὑπτίλλετ' ἱροῖς. ὁ αὐτὸς δ' ἀλλαχῆ.

Τέρπεσθ' λεπτὴ περὶ φοῖβον ὀνοσφαγίαι.

Pag. 144 *Nunquid aliquando à nobis conscriptum est mercenariam Deos.*] Similiter & hunc locum à Clemente desumpsit. Ἀλλὰ ϗ θεὸς ὑπ' εἰλώτων καλεμένων τῶν ὑπὸ Λακεδαιμονίοις, δέλεον ὑπεστήλωσεν ζυγὸν Ἀπόλλωνι ἀδμήτῳ ἐκ Φερῶν ἡρακλῆς ἐν Σάρδεσιν, ὀμφάλῃ. Λαομέδοντι ϑ ἐθήκατο Ποσειδῶν, ϗ Ἀπόλλων, καθάπερ ἀνχεῖος οἰκέτης μισθὸν ἐλευθερίας δήπουθεν δωσθεὶς τυχεῖν ὑπὸ τοτέρου δεσπότου. Τότε, ϗ τὰ Ἰλίου τείχη ἀφικομένοις τῷ φρυγί. ὅμηρος ϑ τὼ Ἀθηνᾶν οὐκ ἀνχύνῃ παραφαίνειν, λέγων τῷ ὀδυσσεῖ. χρύσεον λύχνον ἔχουσα ἐν χεροῖν.

Et lucernarum modulatricem.] Forsitan legendum, moderatricem.

Nonne ille vester est vates, qui Martem fecit & Venerem.] Hujus rei sic meminit Clemens: Τεκμήριοῦ ϑ ὅμηρος μάλα ἀκριβῶς ἀφροδίτην ὅτι τῷ τραύματι παρεισάγων, ὀξὺ ϗ μάχιμον ἐσχηκότα, ἀυτόν τε πολεμικώτατον Ἄρη ὑπὸ τῆς Διομήδους, χερὶ τῇ κουφοτέρᾳ ἐπασμένον δηγούμενος.

Non

Non ex vobis Panyasis unus est.] Idem Clemens: Ναὶ μὴν καὶ τὴν Αἰδυνέα ὑπὸ Ἡρακλέους τοξευθῆναι Ὅμηρός φησι. καὶ τὸν Ἡλεῖον Αὐγέαν Παυάσιος ἱστορεῖ. πάλιν δὲ καὶ τὴν πρὸ τῆς ζυγίας ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Ἡρακλέους ὁ αὐτὸς οὗτος Παυάσιος ἐν σύλῳ ἡμαθόεντι. In Romano codice legitur Panyatlis, & videtur in eo Arnobius noster sequutus esse Græcos, qui per duplex s. scribunt. alioqui Latini euphoniæ gratia per unum s. scribunt. Sed auctori nostro græcisare aliquando in delitiis est.

Non viraginem ab Ornyto cæsam.] Clemens ibidem: Πολέμωνα δὲ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν ὑπὸ ὀρνύτου πεσεῖν λέγει.

Non ab Hippocoontis liberis.] Clemens ibidem: Ζωσίμου δὲ καὶ τὴν Ἡρακλέα φησὶ τῶν ἱπποκοωντιδῶν καὶ τοῦ χειρὸς οὐ πεσεῖν λέγει.

Apud insulam Cretam sepulturæ.] Clemens: Ζήνωνα δὲ Δία, μὴ τὸν Ἡρακλέα, ἀλλὰ τὸν ζῆν πολυτελῶς. ὁ κρὰς σοι διηγήσεται, παρ' ᾧ καὶ τέθαπται, καλλίμαχος ἐν ὕμνοις· καὶ γὰρ τάφον ὧν ἄρα σῆμα κρῆτες ἐπλάσαντο.

In Spartanis & Lacedæmonis.] Idem: Κρόνου δὲ ἐπὶ τῆς Σικελίας, καὶ ἐνταῦθα αὐτὸν πεπόρθαι, Πατροκλῆς τε θύειν, καὶ Σοφοκλῆς ὁ νεώτερος ἐν τοῖς πρωτοδίαις ἱστορεῖται τὸ διοκύρου τοῦ ἀνδρός τινος, τύπτω τὸ διοπόρου ἐπικύρου γενέσθαι. Legendum autem esse apud Arnobium Patrocles Thurius, non ut in prælis omnibus Patrocles Hurius, Variarum lectionum libro I. cap. XXIII. abunde docuimus.

Nunquid enim à nobis arguitur rex maris.] Clemens eodem libro: Κάλλιμος τὸν ποσειδῶνα, καὶ τὸν χορὸν τὸν διαφθαρμένον ὑπ' αὐτοῦ, τὴν Ἀμφιτρίτην, τὴν Ἀμυμώνην, τὴν Ἁλόπην, τὴν μελανίππην, τὴν Ἀλκυόνην, τὴν ἱππόθοην, τὴν χθονίαν. Τὰς ἄλλας τὰς ὠνείας ἐν αἰδοῖ καὶ ποιναῖς οὔσας, ἔτι τοῦ ποσειδῶνος ὑμῶν ἱστοχορεῖτο τὰ πάθη.

Numquid Apollo Latonius.] Idem: Κάλλιμος καὶ τὸν Ἀπόλλω, φοῖβός ἐστιν οὗτος καὶ μάντις ἀγυιεὺς καὶ σύμβολος ἀγαθὸς ἀλλ' ἃ ταῦτα ἡ Σπρόπη λέγει, οὐδὲ ἡ Λήθυσα, οὐδὲ ἡ Ἀρσινόη οὐδὲ ἡ Ζευξίππη, οὐδὲ ἡ Πρόθοη, οὐδὲ ἡ μάρπησσα, οὐδὲ ἡ ὑψιπύλη: Δαφνη δὲ ἐξέφυγε μόνα καὶ ἡ μάντις καὶ τοῦ Φοιβοῦ.

Et quod omnia genera contumeliarum transiluit, in formiculam parvulam.] Pag. 145 Clemens: Τί δεῖ, πάλιν ἡμᾶς οἱ μύρμηκες ἱστοροῦσιν εἶδος ἐπεὶ ἡ Δία μεμαθήκασιν ὁμοιωθέντα μύρμηκι τῇ κλίπος καὶ συγκοιμίσασθαι μιγῆναι, καὶ μυρμιδόνας γεννῆσαι, Intelligit autem Arnobius per Cinoris filiam, ut hoc obiter admoneam, Eurymedusam.

Quis illum in Alcmenæ noctem noctibus.] Idem: Εἰς ὅσον διελάλησεν ἀπλαγήσας ὁ Ζεὺς ἐκεῖνος, ὁ μετ' Ἀλκμήνης τοσαύτας ἡδυπαθήσας νύκτας. ἐδεῖ γὰρ αἱ νύκτες αἱ ἐννέα τῷ ἀπολέσαι μακραὶ ἅπασ ἦμπαλιν ὁ βίος ἀκηράσια βεβαχεύσῃ, ἵνα δὴ ἡμῖν ἡ ἀληξίπαχον ἀστέμφη θεὸν, Διὸς υἱὸς, ἡρακλῆς, Διὸς ὡς ἀληθῶς, ὁ ἐκ μακρᾶς γενόμενος νυκτός.

Natas quinquaginta de Thestio.] Clemens: Τὰς μὲ ἄθλους τοὺς δώδεκα

πολλῷ παλαιπαρησαίμην χρόνῳ, τὰς ἡ πεντήκοντα θησέα θυγατέρας νυκτὶ διαφθειρέας μιᾷ. μιχθεὶς οἰμαι καὶ τυμφίῳ τοσούτων χρόμιος παρθένων.

Et Hercules sanctus Deus natas quinquaginta de Thestio.] Scio alios hoc loco pro Thestio legere Thespio, sed quia Clemens, Athenæus, & Nazianzenus & alii Thestium hunc vocent, nihil mutandum censeo. Athenæi verba hæc sunt, lib. XIII. ὁ ἡ ἡρακλῆς πλείστας δόξας ἐχπιέσαι γυναῖκας, ὧν χὸ φιλογυώης, ἀνὰ μέρος αὐτὰς εἶλεν, ὡς ἂν φασιν ὁμιν χ' χὶ διάφορα χαρόμιος χαρείσας, ἐξ ὧν χὶ τὸ τ' τέκνων αὐτῷ πλῆθος ἐγένετο, ἐν ἑπτὰ μὲ πλεῖ ἡμέρας πεντήκοντα διαπερθένευσι θεσπιάδας, ὡς ἡρόδωρος ἱστορεῖ. Et Nazianz. oratione prima in Iulianum: εἰ βέλοιντο ἡ χὴ τ' βυθοῦσθαι παρῆσαν αὐτῆς χὴ τὸν τειθέστριν, ἵνα ἐ μᾶλλον ἀυτῆς χαρεῖς ὦμεν· τὸν χὴ χαιρῶμιον ὅπως χὴ χαιρῶντα μεγαλοφρόνως χὴ ἄθλον ποιησάμιον τοιοσκαιδέκατον, ἐν μιᾷ νυκτὶ τὰς θεσπιάδας τεσσαράκοντα θυγατέρας, ἵν' ἐκ τούτων ὀνομασθῇ θεός. Idem paulo infra: χὴ τοῖς πεντήκοντα θεσπιάδων θυγατράσιν ἐπαθλεύων ἡρακλῆς, ἐν μιᾷ νυκτὶ ὁ τριέσπερος, χὴ τριακοσιοστὸν ἄθλον τοῦτον ὑπομείνας, οὐκ οἶδ' ὅπως τοῖς ἄλλοις μὲ συμβεβλημένον.

Etiam sexus adjungitis adamatos ab his mares.] Hujus rei sic meminit Clemens: Οὐδὲ χὸ ἐπὶ παίδων ἀπέχονται οἱ παρ' ὑμῖν θεοί. ὁ μὲν γε ὕλλος, ὁ ἡ ἰακίνθου, ὁ ἡ Πίλοπος ὁ ἡ χρυσίππου, ὃν χαυμήδης ἐρῶντος.

Et ut Jovis dicatur pullus, in partibus Fabius aduritur.] Hujus Fabii sic meminit Festus Pompejus in dicto, pullus: cum inquit: Pullus Jovis dicebatur Q. Fabius, cui eburno cognomen erat propter candorem, quod ejus natis fulmine icta erat. Antiqui autem puerum, quem quis amabat, pullum ejus dicebant. Quod non annotassem, nisi aliquos aliter sentire animadvertissem.

Sed soli amant apud vos mares.] Hunc locum similiter à Clemente desumpsit auctor noster, qui sic inquit: Ἀλλ' οἱ μὲν ἄῤῥενες αὐτῆς ὑπ' ἀνδρῶν, ἴσως μόνοι ἅπαν σεβὶ τὰ ἀφροδίσια. Θηλύτεροι ἡ θεαὶ, μόνον (leg. μόνον) αἰδοῖ οἷοι ἐκάστη, φησὶν ὅμηρος, αἰδέσσασθαι αἱ θεαὶ, διὰ συμβόλου ἀφροδίτην εἰδεῖν μεμοιχευμένην· αἰδὲ, ἀτολμοτέραν ἀμυθήτορα ἐν τῇ μοιχείᾳ δεδεμένας. ἥρᾳ μὲν πάρι, Σελήνη ἐνδυμίωνι, Νηρεὶς μὲν Αἰακῷ, χὴ μὲν Πηλεῖ θέτις, μὲν Ἰάσονι (leg. Ἰασίωνι) Δημήτηρ, χὴ μὲν Ἀνχίσῃ φερεφάττα, Ἀφροδίτη δὲ, ἐπ' Ἄρεϊ κατηχυμμένη. μετῆλθεν μὲν Κυθέρεα χὴ Ἀγχίσην ἔγημεν, χὴ φαίδιμος χὴ ἥρως ἀδώνιδος.

Nonne vestris cautum est literis.] Locus absque dubio vitiosus & corruptus, sed tamen qui vel unius literæ mutatione facile sanari & in integrum restitui possit: vult enim auctor noster dicere, nonne vestris literis continetur & celebratum est? eamque significationem hoc vocabulum non admittere, satis constat. quare minima, ut dixi, mutatione, hanc veram & sinceram lectionem auguror, si pro cautum, legamus, cantum, id est, cantatum. simile mendum hæret etiamnum in Minutio Fœlice, in libro qui Octavius inscribitur. cujus hæc sunt verba: De Pyrrho Ennius Apollinis Pythii responsa con-

confinxit, cum jam Apollo versus facere desisset, cujus tunc cautum illud & ambiguum defecit oraculum. ubi similiter pro cautum omnino scribendum est cantum, quemadmodum diserte scriptum inveni in Romano codice, qui mihi (quando aliter non licet) adinstar manuscripti est. non tamen inficior cautum, pro callidum hic commode etiam posse legi: sed quare lectionem Romani codicis postponere debeamus, rationem nullam video.

Et post Vulcanum, Phaonem, Martem.] In Romano codice legitur, & post Vulcanum, Phaethontem, &c. quæ vera est lectio. & ita legendum esse docuimus lib. 1. cap. XIX. Variarum Lectionum. Pag. 146

Præcellere in furum ordine.] In Romano est, præcellere in furtorum donis. Pag. 147

Vel Nicagora Cyprio.] Hunc eundem videtur Clemens Alexandrinus nominare Nicanora Cyprium, cum inquit: Θαυμάζω ἔπεισί μοι, ὅτῳ ποτὲ Εὐήμερον τὸν Ἀκραγαντῖνον, καὶ Νικάνορα τὸν κύπριον, καὶ Διαγόραν καὶ Γρύλλον τὸν μήλιον, τίνι ποτὲ κωλωτῶν ὄντι τύπτεις ἐκεῖνον, ὁ Διόδωρος & ὄγκωμα αὐτῷ καὶ πᾶς ἄλλος, &c. *Alter in textu nostro.*

Si per imprudentiæ lapsum, aut in verbo quisquam.] Hæc ex Cicerone desumpta videntur ex oratione de Aruspicum responsis, cum inquit: An, si ludius constitit, aut tibicen repente conticuit, aut puer ille patrimus & matrimus, si terram non tenuit, aut tensam, aut lorum omisit, aut si ædilis verbo aut sympulo aberravit, ludi non sunt rite facti, eaque errata expiantur, & mentes Deorum immortalium, ludorum instauratione placantur. Pag. 148

Tanta itis obviam temeritati] In Romano legitur iistis. Pag. 149

Ipse ille Iupiter, cuius vos numen.] Alludit hoc loco ad hos versus Homeri Iliad. Pag. 150

Τλὼ δ' ἀκαμβόλιος φοσάφη τερφιμήδης Ζεὺς,
ἤρη πεῖσι μὲ δῆ καὶ ὕστερον ἁρμαθίῃσι
τοῖσδ' ἄγ' ἐς φιλότητα τραπείομεν εὐνηθέντε.
οὐ γὰρ πώποτέ μ' ὧδε θεᾶς ἔρος ἀμφεκάλυψε
θυμὸν ἐνὶ στήθεσι περιπροχυθεὶς ἐδάμασσεν,
οὐδ' ὁπότ' ἠρασάμην ἰξιονίης ἀλόχοιο,
ἣ τέκε Πειρίθοον θεόφιν μήστωρ' ἀπάλαστον.
οὐδ' ὅτε περ Δανάης καλλισφύρου Ἀκρισιώνης,
ἣ τέκε Περσῆα πάντων ἀριδείκετον ἀνδρῶν,
οὐδ' ὅτε Φοίνικος κούρης τηλεκλειτοῖο,
ἣ τέκε μοι μίνω καὶ ἀντίθεον ῥαδάμανθυν.
οὐδ' ὅτε περ Σεμέλης, οὐδ' Ἀλκμήνης ἐνὶ θήβῃ,
ἣ ῥ' ἡρωΐνα κεκπεφόρουσα γένατο παῖδα.
ἠδὲ Διώνυσον Σεμέλη τέκε χάρμα βροτοῖσιν:
οὐδ' ὅτε Δήμητρος καλλιπλοκάμοιο ἀνάσσης,
οὐδ' ὁπότε Λητοῦς ἐρικυδέος, οὐδὲ σεῦ αὐτῆς.
ὡς σέο νῦν ἔρομαι καί μοι γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ.

Pag.161 *Necnon & illa proles Iovis à Sophocle in Trachiniis Hercules.*] Suſpicor gloſſemate eſſe pollutum locum, & ſic ſcribendum, nec non & illa proles Iovis Hercules, &c.

Pag.153 *Et contagione peſtilentia corruiſſe auras.*] Forte corrupiſſe.

Sequitur ut intelligi debeat iracundias non parvas ex opinionibus eos concipere prædictis.] Melius in Romano codice, ex opinionibus eos continere prædictis. & quare loco continere Gelenius concipere poſuerit, cauſam non video. Si quis pro opinionibus legere malit opinationibus, non refragabor.

AD LIBRUM QUINTUM.

Pag.155 *Deum contra anima.*] In Romano codice legitur, animali.

Subjeciſſe Pompilium piſcis.] Vox piſcis abeſt, nec legitur in Romano codice: forſitan legendum mœnæ, teſte Plutarcho in Numa: cujus hæc ſunt verba, hanc hiſtoriam ſive fabulam paucis deſcribentis: Πᾶσιν ἦν ὑπερβάλλουσιν ἀπιστίαν τὸ ὑπὲρ τὸ Διὸς ὁμιλίας ἱστορούμενον. μυθολογοῦσι γὰρ εἰς τὸν Ἀβεντῖνον λόφον, ὅπου μέρος ἐστὶ τῆς πόλεως, οὐδὲ συνοικούμενον, ἀλλ' ἔχειν πηγάς τε διαφανεῖς ἐν αὐτῷ καὶ νάπας σκιερὰς. φοιτᾶν δύο δαίμονας πῖνον καὶ φαῦνον, οὓς τὰ μὲν ἄλλα σατύροις αὖπις ἢ παῖσιν εἶναι παραπλησίους, δυνάμει δὲ Φαρμάκων καὶ διανοίᾳ τοῦ θεῖα τελετὰς λέγεται ταυτὰ τοῖς ὑφ' ἑλλήνων παραγορευθεῖσιν ἰδαίοις δακτύλοις στριζόμενοι κρατῆσαι τῆς Ἰταλίας. τούτους φασὶ χειρώσασθαι τὸν Νουμᾶν, οἴνῳ καὶ μέλιτι κεράσαντα τὸν κρήνιον ἀφ' ἧς ἔπινον συνήθως. λαφθέντας δὲ πολλὰς μὲν ἰδίας τρόπους καὶ μεταβολὰς τῆς αὐτῶν φύσεως, ἀλλόκοτα φάσματα καὶ φοβερὰ τοῦ ὄψεως παραβαλλομένους. ἐπεὶ δὲ ἔγνωσαν ἰσχυρὸς ἰσχυρὸν καὶ ἄφυκτον ἅλωσιν, ἄλλατ' παραπαίοντα πολλὰ δὴ μαλλόντων, καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς κεφαλαίοις ἐκδιδάξαι καθαρμὸν, ὃς πιεῖν μέχρι νῦν διὰ χρομμύων καὶ τειχῶν καὶ μαντίδων. ἔνιοι δέ τὸν δαίμονάς φασιν ὑποθέσθαι τὸν καθαρμὸν, ἀλλ' ἐκείνους μὲν καταγαγεῖν τὸν δῖα μαγεύσαντας. τὸν δὲ θεὸν ὁρκίζόμενον τῷ Νουμᾷ παρασάσσειν, ὡς χρὴ χοὰς τὸν καθαρμὸν καταλαβεῖν. ὑποληφθέντα δὲ τοῦ Νουμᾶ κρομμύων, εἰ θεῖν ἀνθρώπων, τὸν δὲ αὖθις ἐκτρέποντα τὸ τοῦ παραπέμπτου δεινὸν ἐπέρασθαι θρίξιν. ὑποτεμόντα δὲ τοῦ διὸς ἐμψύχοις, ἐπαγαγεῖν τὸν Νουμᾶν μαντίσι. ταῦτα λέγειν ὑπὸ τῆς ἡμέρας διδασκόμενον καὶ τὸν μὲν θεὸν ἀπαλλεῖν, ἑλεῖν γενόμενον.

Et ex utroque ſexu.] In Romano legitur, & ex utraque ſexus.

Pag.158 *Aister in textu noſtro.* *Exolutus ille vi meri.*] In Romano codice legitur, exaltatus ille vi meri forte legendum, exartatus.

Cum diſſidio partium.] Obertus Giſannius amicus noſter cenſet diſcidium per c ſcribendum hoc loco, atque ita etiam ſcriptum inveni in Gloſſario veteri, Diſcidium, διαχωρισμὸς, χωρισμὸς. item alio loco: Diſcidium, divortium diecit (forte leg. fecit) διάλυσις γάμου. Et in alio Gloſſario: διάλυσις γάμου, Divortium, diſcidium, repudium.

Pag.159 *Aister in textu noſtro.* *Et quæ ſolum poterat amans.*] In codice Romano legitur minus; ex quo ſuſpi-

ſuſpicio eſt, ne fortè legendum ſit, mimus: verè enim mimicus ille amor, & ſine ſpe effectus. idem etiam mendum reperitur apud Lactantium libro 2. cap. 19. cum inquit: Non religio in ſimulachris ſed minus religionis eſt: ubi ſimiliter pro minus, legendum eſt, mimus, ut rectè à P. Fabro Præſide Tholoſano viro extra controverſiam doctiſſimo, & de noſtris literis optimè merito, obſervatum eſt: & nos diſertè etiam (mimus) in duobus manuſcriptis codicibus ſcriptum invenimus. eodem modo & apud Apuleium libro 4. Florid. legendum contendo: nec quod hic alias mimus hallucinatur: ubi vulgo tamen mendosè (minus) legitur.

Vnde vinum quod ſilentium prodidit in ejus nefas eſt ſanctuarium inferre pollutis.] In Romano codice legitur, unde vino quod ſilentium prodidit in ejus nefas eſt ſanctum ſe eſſe inferre pollutis. Ex quibus verbis ſubodoraſſe mihi videor, hunc locum rectè ſic legi poſſe: Unde vinum quod ſilentium prodidit in ejus nefas eſt Sanctum Deæ inferre pollutis. ut ſic quàm proximè ad veterem ſcripturam accedamus.

Poſſet intractabilis illa feritas edomari.] In Romano codice legitur, eſſet intractabilis illa feritas edomari. & benè, pro poſſet edomari, græca phraſi. Pag. 163

Peñiculantem decuramenta cantheriorum] Scaliger legit, peniculamenta decurtantem. *Aliter in textu noſtro.*

Etiamne fluore de ſanguinis, & ex genitalibus.] Fortè legendum, Etiamne fluore de ſanguinis viola flos naſcitur, & ex genitalibus, &c. Sic enim ſupra, Fluore de ſanguinis viola flos naſcitur, & redimitur ex hac arbos. Pag. 164

O Abdera Abdera, quàm ſias mortalibus irridenda.] In Romano codice legitur, quantas vias mortalibus irridendi. *Aliter in textu noſtro.*

Sed pecudes etiam fiunt exmares.] In Romano codice ſcribitur, ſed pecudes etiam fiunt ex maribus mares. Pag. 165

Ad iſtius rei comparationem poſſemus.] Fortè legendum, comprobationem. *Aliter in textu noſtro.*

Quid temperatus fabæ alimonio panis.] Vide quàm periculoſum ſit aliquid ex ingenio & ſine libris emendare, & ab antiquis veſtigiis recedere: cum enim in Romano rectè legeretur, temperatus ab alimonio panis. Gelenius emendavit, temperatus fabæ alimonio panis. Sed ignoratio ſignificationis vocabuli temperatus, ei anſam errandi præbuit. non enim hic temperatus pro mixtura, ut ille putavit, ſed pro temperantia & abſtinentia, accipitur. Plura de hoc loco diximus Variarum lectionum lib. 2. cap. 21. Pag. 166 Pag. 167

Sexto de diis graco.] Forſitan legendum, Græcorum. Pag. 168

Bacchanalia etiam prætermittamus immania.] In codice Romano legitur, prætermittimus inania. Horum Bacchanaliorum ſic meminit Clemens: Διόνυσον μαινόλλῳ ὀργιάζειν βάκχοι, ὠμοφαγίᾳ τῷ ἱερομανίᾳ ἄγοντες, καὶ περιθέλγουσι τὰς χρεανομίας τῷ φόνῳ, ἀνασπμῶσι τῇ ὄψει, ἀπολολύζοντες ἐναί. Pag. 169

Nec non & Cypria Veneris abſtruſa illa initia.] Hujus rei ſic meminit Clemens in Protreptico. ἢ μὲν οὖ ἀφροδίστε καὶ κυφορμνὶς, ἢ κυπρία φίλη, τῷ ἀφροδίτην λέγω, τῷ φιλομηδίᾳ, ὅτι μηδέων ἐξεφανδη μηδέων ἐκείνων τῷ ἀποκεκρυμμένων ὀργῶν, τῷ λάγνων, τῷ μὴ τῷ τιμῆς, τὸ κῦμα βεβιασμένων, οἷς ἀσε-

ὡς ἀσπλγῶν ὑμῖν μοείων ἄξιον, ἀφροδίτη γὰς κερπὸς, ἐν ταῖς πλεπαῖς. ταύτης τ πικαγίας ἡδονῆς παρμάκειον τ γονῆς, ἅλων χόνδρον καὶ φαλλὸς τῆς μυκιένοις τὰ τέχνα τὰ μαιχικὰ ἐπιδίδον. νόμισμα γ εἰσφέρεται αὐτῇ οἱ μυέμενοι, ὡς ἐπίσχ ἐσται.

Oblivioni etiam Corybantia sacra donentur.] De his paulo latius Clemens: Εἰ θέλεις δ' ὑποπτῦσαι καὶ τὰ κορυβάντων ἔργια τ πρῶτον ἀδελφὸν ἀποκτείναντες ὕπνι, τὰ χαλκᾶν τῦ νεκρῦ φοινικίδι ἐπικαλυψάντων, καὶ κατασκάψαντες δωφάτνν, φέροντες δὲ χαλκῆς ἀσπίδος ὑπὸ τὰς ὑποφορίας τῦ ἐλύμπου. καὶ τοῦτ' ἔστι τὰ μυστήρια σωφελόντα φάναι, φόνοι καὶ τάφοι· οἱ δὲ ἱερεῖς οἱ τῦ Δι, ὃς ἀνακοπτλεσᾶς, οἷς μέλον καλεῖν, καλῶσι, περιστεφπύον τῇ συμφορᾷ ὀλόεις ον ἀπορευόντες σέλινον ἐπὶ πρατέζης, πθέναι· οἷον γὰ δὴ ἐκ τῦ αἵματος τῦ ἀπορρύντος τῦ κορυβαντικῦ, τὸ σέλινον ἀνατρυκύναι.

Sed & illa desistimus Bacchanalia altera praedicare.] De his Bacchanalibus sic Clemens: τὰ γὰ Διονύσου μυστήρια τέλεον ἀπαύδρασε· ὃν, εἰς ἔτι παῖδα ὄντα, ὑπόπλῳ κιτῶνι θεοχορευόντων κυρήτων, ὅλῳ τ ὑποδώτων πταύων, ἀνατπάσαντες παιδαριώδην ἀθύρμασιν. οὗτοι δὴ οἱ πτᾶνες διέσπασαν, ἔτι νηπίαχον ὄντα, ὡς ὁ τ πλαστῆς ποιητὴς Ὀρφεύς φησὶν ὁ Θρᾴκιος.

Κῶν, καὶ ῥόμβος, καὶ πάντια κυμπτύγματα
Μῖλάτι χεύσια τυλαὶ τε θ' ἐλεφείδων λιγυφώνων.

Καὶ τ γ ὑμῖν τ ἅλωτῆς τὰ ἀρρεῖα σύμβολα ἐκ ἀρρένων εἰς κατάγνωσιν ἐξαγάγωμεν, ἀστράγαλον, σφαῖρα, τρόχιλον, μῖλα, ῥόμβος, ἔσοπτρον, πόκος. Ἀθλιᾶς μὲ οὖν τὰ καρδίας τῦ Διονύσου ὑφελομένη. καλὰς ὁπ τῦ παλιγ τὰ καρδίας ἀνασκαφεύσῃ, οἱ γ πτᾶνες, οἱ καὶ διασπάσαντες αὐτὸν, λίθινά πνα τρίποδι ἐπιθέντες καὶ τῦ Διονύσου ἐκβάλλοντες τὰ μέλη, καθήψαν τρόπον· ἔπειτα ὀβελίσκοις ἀνατείραντες ὑπέτρεχον ὠφαίστῳ, Ζεὺς γ ὕστερον ἐπῆλθε, καὶ ἅτε ἐκ πάλαι τ κλοπὴν τ ὀπτωμένων κρεῶν μεταλαβών, ἵνα δὴ τὸ γέρας λαχεῖν ὁμολογῆσαι ὑμῶν οἱ θεοὶ, κελεύσαντος τὰς τιτᾶνας αἰκίζεσθαι, καὶ τὰ μέλη τῦ Διονύσου Ἀπόλλωνι τῷ παιδὶ, ἐπιτάττοντι κατατίθεσθαι κατεθάψαν· ὁ γ, ὁ γὰ πατήθεν λίθ, εἰς ἣν Παρνασσὸν φέρων, κατατίθεσθαι διασπασμένον τὸν νεκρόν.

Pag. 170 *Quondam Diespiter (inquiunt) cum in Cererem matrem.*] Sic Clemens: Δηῶς δὲ μυστήρια καὶ Διὸς πρὸς μητέρα Δήμητρα ἀφροδίσιοι συμπλοκαὶ καὶ μῆνις οὐκ οἶδ' ὅπ φῶ λοι τὸν μητρὸς ἢ γυναικὸς τῆς Δηοῦς· ἧς δὴ χάριν, βεμιὸ περιζευθῆναι λέγεσθαι· ἱκετηρίαι διὸς καὶ πόμα χολῆς καὶ καρδιακίαι καὶ ἀρρητουργίαι. ταῦτα οἱ φρύγες ἐλίσσουσιν Ἄτιδι καὶ κυβέλῃ καὶ κορύβασιν· τετριλλήκασιν γ, ὡς ἄρα ἀποστάσης ὁ Ζεὺς πὸ κεῖνον τὸν δίδυμον φόβον, ἐν μέσοις ἔρριψε πῖς κόλπις τ Δηῦς, τιμωρίαν ψευδῆ τῆς βιαίας συμπλοκῆς ἐκτινύων, ὡς ἑαυτὸν δῆθεν ἀφ-μών· τὰ σύμβολα τῆς μυήσεως ταύτης ἐν θεσμοῖς παραδεδόντα οἶδ' ὅτι κυπ-σελίωτα, καὶν μὴ γελᾶσι ἔπεσθαι ὑμῖν, διὰ τὸν ἐλέγχους. ἐν τυμπάνοις ἔφασαν, ἐν κυμβάλοις ἔπον, ἐπιφορήσαι, ὑσὸν τὸν πιστὸν ὑπέδυσαν. ταῦτα ὑχ' ὕβρεως τὰ σύμβολα·

σύμβολα: ὑ χλεύη τὰ μυστήρια. τί γὰρ ἂν ἡ τὰ ὅπλοτερα προθείλω, κύων μᾶλλον ἢ Δημήτηρ: ἀναιρέσεται γὰρ ἡ κόρη μίγνυται δ' αὖθις ὁ γαμήσας ὑπὸ Διὸς τῇ φερεφάττῃ, τῇ ἰδίᾳ δυσμενὴς μᾶλλον τῷ μητρὶ τῷ Διῷ, ἐκλαθόμενος τὰ σεμνὰ μύστης: πατὴρ γὰρ φθορεὺς κόρης ὁ Ζεύς. ἢ μίγνυται δράκων γινόμενος: ὃς ἦν ἀλεγχθείς. Et paulo post: Κύων γὰρ ἡ φερεφάττα παῖδα ταυρόμορφον. ἀμέλει, φασί πε ποιηταὶ, εἰδωλικόν.

Ταῦρος δράκοντος γὰρ πατὴρ ταύρου δράκων.

Ex consimili passione primo, deinceps ne appellatur.] Legendum hoc loco pro primo, Brimo esse, multis adductis exemplis, docuit Guilielmus Canterus frater meus piæ memoriæ lib. 1. cap. 6. Novarum lectionum: quibus etiam addi poterit hic Clementis locus paulo ante à nobis allatus: ἢ μῆνις οὐκ εἶδ' ὅπ φῶ λοιπὸν μηδὲ ἡ γυναικὸς τ' Δηοῦς· ἧς δὰ χάριν, ζεμνὰ θεσπιῳδεῖν λέγω.

Ipsa novissimè sacra, & ritus initiationis ipsius, quibus Sebadiis nomen est.] Pag. 171
Clemens: Σαβαζίου γὰρ μυστήριον σύμβολον τῆς μυουμένοις, ὃ διὰ κόλπου θεὸς δράκων ἦ, ὃν ἔτ, ἑλκόμενος τὸ κόλπου τ' πλαμένου, ἕλεγχος ἀκριβείας Διός. Ad exemplum autem Clementis & aliorum apud auctorem nostrum pro Sebadiis, malim legere, Sabaziis.

Et tolerabilis esset maledictionis injuria] In Romano codice legitur, ma- Pag. 172
lectionis. unde colligo fortè legendum maledictionis. eo enim vocabulo aliquoties utitur auctor noster.

Tum deinde secretæ rimantem ferventi similæ.] In Romano codice legitur, ferventi nullas. neutrum mihi placet, sed quid pro eo substitui debeat, doctioribus judicandum relinquo. *Aliter in textu nostro.*

Quodam (inquiunt) tempore cum in Sicilia pratulis.] Clemens: Ἁλωμένη δὲ Pag. 173
ὑπὸ Διὸς καὶ ζητοῦσα τὴν θυγατρὸς τῆς κόρης, εἰς τελὼ ἐλευσῖνα (τῆς Ἀττικῆς ἡ δὲ τοῦτο τὸ χωρίον) ἀφικέσθαι, καὶ φρέατι ἐπικαθίζειν λυπουμένην, διὸ τοῦτο τοῖς μυουμένοις ἀπαγορεύειν αἰσχρὸν εἶναι μὴ δακρῦσαι αἰ τετελεσμέναι μιμοῦσαι τὴν ἀδρομένην. φασὶν δὲ παιδὰ τὴν Ἐλευσῖνα οἱ γηγενεῖς· ὀνόματα αὐτῆς, βαυβὼ, καὶ Δυσαύλης καὶ πεπτόλεμος. ἔστι δὲ, εὔμολπός τε καὶ εὐβουλεύς. βουκόλος, ὁ πεπτόλεμος λιμόν. πομπὸν δὲ, ὁ Εὔμολπος· εὐβούλης δὲ, ὁ Εὐβουλεύς, ἀφ' οὗ τὸ εὐμολπιδῶν καὶ τὸ κηρύκων τὸ ἱεροφαντικὸν δὲ τοῦτο Ἀθήνησιν γένος ὠνόμασαν.

A quo & gens fluit Eumolpidar.] In Romano codice legitur, gens & fluit: Pag. 174
unde suspicor legendum, gens effluit. sic infra. causæ atque origines effluunt.

Igitur Baubo illaquam incolam diximus.] Hunc locum penè ad verbum expressit ex Clemente Alexandrino Arnobius noster. Clemētis verba hęc sunt: Καὶ δή (ὑ γὰρ ἀνήκεστα μὴ ἐχὶ εἰπεῖν) ξενίσασα ἡ βαυβὼ τὴν Δηὼ ὀρέγει κυκεῶνα αὐτῇ· τῆς δὲ ἀπαναινομένης λαβεῖν, καὶ πεῖν ὑπ ἀθυμίας: πιθήκης γὰρ ὢν ἀπολαγὼν ἡ βαυβὼ γενομένη ὡς ἀφορεθεῖσα δῖθε, ἀναστέλλει τὰ αἰδοῖα, καὶ ὑπαναύει τῇ θεῷ· ἡδὺ τέρπει τῇ ὄψει ἡ Δηὼ, καὶ μᾶλις πὶ δέχεται τὸ ποτὸν· ἡσθεῖσα τῷ θεάματι. ταῦτα ἔστι τὰ κρύφια τῆς Ἀθηναίων μυστήρια. ταῦτα τοι καὶ Ὀρφεὺς ἀναχθέφει. Παρεθήσομαι δέ σοι αὐτὰ τὰ Ὀρφέως τὰ ἔπη, ἵν' ἔχῃς μάρτυρα τ' ἀναμφιλογίας, τ' μυσταγωγόν.

Ὡς εἶπε᾽σα, πίθηλος ἀνεσύρετο. δεῖξε δ᾽ ἅπαντα
Σώματος, οὐδὲ φρίκην τύπτε· παῖς δ᾽ ἦεν ἰακχος
Χειρὶ τύμπανα βίπτασκε γαλῶν βαυβῶν ὑπὸ κόλπους.
Ἡδ᾽ ἐπὶ σοῖς μείδησε θεὰ μείδησ᾽ ἐνὶ θυμῷ,
Δέξατο δ᾽ αὖθις ἄγγος ἐς ᾧ κυκεὼν ἐνέκειτο.

Notandum autem est tertium versum Arnobium aliter legisse quàm Græca jam habeant exemplaria. Ab illo enim nulla fit mentio Iacchi, quemadmodum etiam neque à Clemente ipso: quare inducor ut credam græcum versum mendosum esse.

Cynum] Fortè legendum Cinnum.

Pag. 175 *Aliter in textu nostro.*

Non est ista falsa suspectio.] Forsitan legendum, suspectio; auctore Lipsio.

Ipsa denique symbola, quæ rogati] Hunc similiter locum ad verbum auctor noster mutuatus est à Clemente Alexandrino: ejus verba hæc sunt: τὸ σωθημα ἀλυσιτέλων μυστηρίων, ἐπίστευσα ἔπιον τὸν κυκεῶνα, ἔλαβον ἐκ κίστης: ἐργασάμενος ἀπέθλιψα εἰς κάλαθον, καὶ ἐκ καλάθου εἰς κίστην· καλά γε τὰ θεάματα καὶ θεοῦ ἄξια

Ebibi cyceonem, exta sumpsi.] In Romano codice legitur, ex cita sumpsi, non quidem rectè; sed ad verum gradus est. legendum enim putamus ex cista sumpsi, idque auctoritate Clementis Alexandrini in Protreptico. cujus verba statim adduximus. Hunc Arnobii locum eodem modo ante nos emendatum etiam esse ab Hadriano Iunio viro doctissimo, postea comperi, ne quemquam merita laude privem.

Pag. 176 *Aliter in textu nostro.*

Reverendisq; Baubonis.] Fortè legendum, verendisque.

Dum pudor me habet alma illa proferre mysteria.] In Romano codice legitur, alimoniæ illa proferre. quod quomodo ferri possit non video.

Cum inter homines esset adhuc Nysius.] Hunc similiter locum à Clemente auctor noster mutuatus est. Διόνυσος καταλθεῖν εἰς ᾅδου γλυκόμυθος, ἡγεῖτο τὴν ὁδὸν, ὑπισχνεῖτο δ᾽ αὐτῇ φέρουσιν, Πρόσωπον τοῦτο, ὦ ἄμυδον· ὁ δὲ μαθὼν, ὦ καλὸς, ἀλλὰ Διονύσῳ καλὸς καὶ ἀφροδίσιος ἴσθι· ἡ χάρις, ὁ μαθὼν, ὃν ἔτι τὸ Διόνυσος βουλομένῳ δὲ τοῦ θεοῦ γένεσιν ἡ αἴτησις, καὶ δὴ ὑπισχνεῖτο παρέξειν αὐτῷ εἰ ἀναζεύξοι, ὅρκῳ πιστωσάμενος τὴν ὑπόσχεσιν, μαθὼν ἀπῆρεν. ἐπανῆλθεν αὖθις, ἡ καταλαμβάνει τὸν ἀρόσιμον, ἐπιθύουσι δὲ, ἀφοσιούμενος τῷ ἱερεῖ ὁ Διόνυσος, δὸς τὸ μυστικὸν ὁρμᾷ, καὶ παρῆκε. καλάθου αὖ σιτῖς, ἐς ἔτυχεν ἐκπεμὼν αὐδρεῖα μυεῖσι σκευάζεται πρόπαν. ἐφίξεται τῷ καλάθῳ, τὴν ὑπόσχεσιν ἐκπληροῦν τῷ νεκρῷ. ὑπόμνημα τῶν παθῶν τούτε μυστικὸν, φαλλοὶ καὶ πλόκες αἰδοίων Διονύσῳ· εἰ μὴ γὰρ Διονύσῳ τιμὴν ἐπιοῦσα, καὶ ὕμνον ᾄσομαι αἰδοίοισιν ἀναιδέστατα ἔργασιν, φησὶν ἡ ἐκλησία, αὐτὸς γὰρ ἦλθε καὶ Διόνυσος, &c.

Pag. 179 *Subcisivis tamen accumulat laudibus.*] Malim scribere, Subsicivis. qua de voce alias copiosè dicturi sumus.

Deorum in contumeliis crimina.] In Romano rectius, deorum in contumelias.

Pag. 182 *Quid sibi velit primo verbum.*] Legendum hoc loco Brimo, ut supra docuimus.

Nequa

Neque adrerum vocare contextum.] In Romano codice legitur, neque alterum rerum vocare contextum.

Quid accidit quaeſo ut in aliud converteretur.] In Romano legitur, ut in aliud ſubito converteretur. Pag. 183

Converſionem non poteſt in allegoriam duci.] In Romano, allegoricam, & recte. ſic paulo poſt: In allegoricas ſpecies nulla poſſunt converſione traduci. Pag. 184

Quemadmodū connumeratis & dicitis.] Forſitan legendū, commemoratis. Pag. 187

Ganymedibus partis.] Doctiſſimus juvenis, & mihi ſumma, dum viveret, familiaritate conjunctus, Lucas Fruterius, putabat hic legendum, raptis, pro partis. elegantiſſima & ipſo digna conjectura.

AD LIBRUM SEXTUM.

Quam quo eos in ea ponamus parte.] In Romano codice legitur, ponimus. Pag. 190

Quorum ſi quaris aud re quis prior fuerit fabricator.] Clemens eodem libro: Pag. 191

ὅθεν ἔνιοί μοι θαυμάζειν, τίνι ποτὲ φασὶ πίσει ἀπιχθέντες οἱ φῶτες πεπλασμένοις δεισιδαιμονίαν ἀνθρώπους κατήγγειλαν, δαίμονας ἀλιτηρίους νομοθετοῦντες σέβειν. εἶτα φορυτοὺς ἐπεῖνον ἰῶ, εἶτα μίροψ, εἶτα ἄλλος τις, οἱ νεὼς καὶ βωμοὺς ἐράσσασθαι αὐτοῖς· ὧδε δὲ καὶ θυσίας παρεῖναι φῶτες μεμύθευνται.

Vt tradit in Admirandis Varro.] Forte legendum, aut ut tradit in Admirandis.

Nonne patet & promptum eſt, aut pro Diis immortalibus.] Hunc locum ſimiliter à Clemente, auctor noſter mutuatus eſt: cujus hæc ſunt verba. καὶ νεὼς οἰκοδομοῦσι, οὓς δὴ καὶ δὴ καὶ τότε σεσῆσθαι· ὧδε δὲ, καὶ αὐτὰς ἐξελέγχω· νεὼς μὲν, εὐθήμους δρομαζομένους. τάφους δὲ ἡγουμένους, τουτέστι τοὺς τάφους νεὼς ὀνομακλημένους. ἡμεῖς δὲ, ἀλλὰ κἂν τῶν δεισιδαιμονίας ἐκλαθέσθω, τοὺς τάφους πρὸ αἰῶνος ὁμοίως, ἐν τῷ νεῷ τῆ Ἀθηνᾶς, ἐν Λακεδαίμονι ἐν τῇ ἀκροπόλει τάφος ὅστις Λυκούργου· Ἀθλώνων δὲ ἐν Ἀκροπόλει κάκρου τινὸς, οὓς φησὶν Ἀρίστοχος ἐν τῷ ἐναάτῳ τῆς ἱστορίας. τί δαὶ Ἐλευθέρας οὐχὶ ἐν τῷ νεῷ τῆ πολιάδος κειμένου; Ἴμμαρος δὲ ὁ Δημόκριτος καὶ Δαυίδης οὐχὶ ἐν τῷ προνάῳ τῆς ἐλευσινίας, τῆ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει; αἱ δὲ κελεοῦ θυγατέρες, οὐχὶ ἐν ἐλευσῖνι τετάφαι; τί σοι καταλέγω τὰς ὑπερβορέων γυναῖκας Ὑπερόχην καὶ Λαοδίκην κεκλαυσθαι, ἐν τῷ Ἀρτεμισίῳ ἐν Δήλῳ κειμένου· τὸ δὲ, ἐν τῷ Ἀπόλλωνος τῷ Δηλίῳ ὄζειν ἱερῷ. Λεανδρίου δὲ, κλάσχρον ἐν μιλήτῳ τεθάφθαι ἐν τῷ διδυμαίῳ φησὶν· ἐντεῦθεν δὲ Λευκοφρύνης τὸ μνημεῖον, οὐκ ἄξιον παρελθεῖν· ἱστορέντος Ζήνωνος τῷ μυνδίῳ, ἢ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος, ἐν μαγνησίᾳ κειμένου. ὑδὲ μίλητος ἐν τελμισσῷ βωμὸν τῷ Ἀπόλλωνος. ὃν μῆμα εἶναι καὶ τοῦτον τελμισσέως τοῦ μάντεως ἱστοροῦσιν· Πτολεμαῖος δὲ ὁ τοῦ Ἀγησάρχου ἐν τῷ ἕκτῳ φησὶ, καὶ τὸ φιλοπάτορος, ἐν Πάφῳ λέγει, ἐν τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἱερῷ κεῖσθαι, καὶ τοὺς κύπρου βασιλέας κεκλαυθῆναι· ἀλλὰ γὰρ ἔστιν μοι τοὺς σεσημασμένους ὑμῖν τάφους, ἐμοὶ μὲ, ὑδ' ὁπᾶς ἂν ἀρχέσῃ χρόνος.

Daïras & Immarnachus fratres.] Hoc in loco ut plurimis aliis in locis variat à Clemente Arnobius noſter: quæ ſingula diligentius examinabuntur & explicabuntur, favente Deo, in commentariis noſtris Arnobianis. *Aliter in textu noſtro.*

Non in Cereris Eleuſina humata habere perhibentur officia.] In Romano codice legitur, Eleuſinæ humationibus perhibentur officio. nullo ſenſu. *Aliter in textu noſtro.*

Cleochum.] Variant admodum auctores inter se de hoc nomine: Clemens hunc appellat Clearchum, & Theodoretus, qui integrum hunc fere locum à Clemente ad verbum sed suppresso nomine, mutuatus est, Cleomachum nominat. Cujus hæc sunt verba lib. VIII. De curatione Græcarum affectionum, ex Græco manuscripto codice Bibliothecæ Augustanæ, quo usus sum beneficio clarissimi pariter & doctissimi viri Ioannis Baptistæ Heinzelii, inclytæ Reip. Augustanæ Consulis dignissimi, nec non & opera doctissimi & humanissimi viri Hieronymi Wolfii, ejusdem Bibliothecæ præfecti: quos honoris gratia nominatos volui, ut vel hoc pacto saltem, illorum in me beneficium, reipublicæ literariæ juvandæ causa, collatum, publice recognoscerem. ejus inquam verba hæc sunt: **Ε'ν ᾧ μαλίστᾳ τὸ κλεόμαχον ἔιδος ἐν τῷ δεξιῷ κεῖσθαι φησὶ Λεάνδριος.**

Suprema Leandrus.] Lego cum Romano codice, Leandrius: quæ scriptura cum Clemente respondet.

Sub Apollinis aræla quæ Telmessi apud oppidum visitur, Telmessum esse conditæ vatem, non scriptis constantibus judicatur Agesarchit Ptolemæus Philopator quem edidit primo.] In Romano codice legitur, Ptolemæo de Philopatore quem edidit primo. partim autem ex vestigiis antiquæ scripturæ, partim ex Clemente Alexandrino, & aliis auctoribus adductus, hunc locum ante multos annos, sic legendum & distinguendum putavi: judicatur? Agesarchi Ptolemæus de Philopatore quem edidit primo. Quo de loco plura diximus Variarum Lectionum lib. 2. cap. 2.

Pag. 194 *Vel in parte qua curiosa fuerit obscuritate conclusum.*] Lego cum Romano codice, vel in parte qua rei curiosa fuerit obscuritate conclusum.

Pag 196 *Aliter in textu nostro.* *Mero oblita minio & nomine frugiferio nuncupari.*] Optime Lipsius hunc locum restituit legendo minima mutatione, truci serio.

Aliter in textu nostro. *Sanguineo de gutture.*] In Romano codice legitur, sanguineo de coloro. forsitan legendum sanguineo de colore. nihil tamen affirmo.

Ridetis temporibus priscis Persas fluvios.] Et hunc similiter locum à Clemente mutuatus est auctor noster: cujus hæc sunt verba: **Πάλαι μὲν οὖν οἱ Σκύθαι, τὴν ἀκινάκην· οἱ Λέσβιοι, τὸν λίθον· οἱ πέρσαι τὸν ποταμὸν ὀρυκτόν, καὶ τὴν ἄλλην ἀνθρώπων οἱ ἔτι παλαιότεροι, ξύλα ἱδρύοντο σκιφαῖα, καὶ κίονας ἴσον ἐκ λίθων αἱ δὲ καὶ ξόανα ὀρθοστατοῦσι, διὰ τὸ ἀπαξεῖδαι (leg. ἀποξέειν) τῆς ὕλης. Ἀμάλη δὲ ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος τὸ ἄγαλμα, ξύλον ἦν ἐκ ἐργασμένον. καὶ τῆς καθαρσίας ἕνεκα ἐν δεξιᾷ φέρουσιν ἐκκεκομμένον, καὶ τὸ τῆς Σαμίας ἕνεκα, ἃς φασὶν Ἄιθλιοι, φέρειν μὲν οὐκ, ὕστερον δὲ, διὰ Πρόκλεις ἄρχοντος, ἀνδριαντοειδὲς ἐγένετο. ἐπεὶ δὲ ἀνθρώποις ἀπεικονίζειν τὰ ξόανα ἤρξαντο, βρέτη τὴν ἐκ βρόντης ἐπωνυμίαν ἐκτήσαντο· ἐν ῥώμῃ δὲ τὸ παλαιὸν, δόρυ φασὶν γεγενῆσθαι τῆς Ἄρεως τὸ ξόανον, Οὐάρρων ὁ συγγραφεὺς, οὐδέπω τῆς πρώτης διὰ τὴν διαφόρου τινὸς καταστάσεως ἁρμοσθέν.**

Aliter in textu nostro. *Ramum Prognes Thespios.*] In Romano codice legitur, Ramum procinxi Athespios. Lilius Giraldus quodam in loco hæc verba adducens, sic citat: Ramum Proconnesii * Athespios. Apud Clementem legitur, **καὶ τῆς καθαρσίας ἕνεκα τὸν κλάδον ἐν δεξιᾷ φέρουσιν ἐκκεκομμένον.** Ex quo suspicio est ne forte legendum

dum sit, Ramum pro Cytharonia Thespios. nihil tamen affirmo.

Lignum Carios pro Diana indolatum.] Forsitan legendum cum Clemente Icarios. Dianæ enim templum apud Icarios fuisse testis est Strabo lib. XIIII. cum inquit: Παρήκεισι δὲ τῇ Σάμῳ νῆσος ἡ Ἰκαρία, ἀφ' ἧς τὸ ἰκάριον πέλαγος. & paulo post: τεσσαράκοντα δ' ὅτι τοὺ ἐλάττων διάπλους παντὸς ἡ νῆσος ἅπασα, καὶ ἔστι λιμένες, πολὺ ὑφόρμων, ὧν ὁ κάλλιστος Ἰκαρίου λέγουσι. ἄκρα δ' ἐστὶν ἀνατείνουσα πρὸς ζέφυρον· ἔστι δὲ καὶ Ἀρτέμιδος καλούμενον τυφοπόλιον ἐν τῇ νήσῳ, καὶ πολισμάτιον οἰνόη, &c.

Atque ut Ethedius memorat.] Malim cum Clemente legere Æthlius: Pag. 197
quæ verior lectio videtur. Ethedii enim nullibi mentionem fieri inveni. Æthlii autem præter Clementem meminit & Athenæus lib. XIV. Dipnosophist. Ἄθλιος δὲ ἐν πέμπτῳ ὅρων σαμίων, εἰ γήπεδα τὰ συγγεγραμμένα, ὁμωμυλίδας αὐτὰς καλεῖ. & paulo post eodem libro: Τί οὖν παράδοξον ἱστορεῖν δοκεῖ Ἄθλιος ὁ σάμιος ἐν πέμπτῳ σαμίων ἀρχαίων, λέγων, σῦκον καὶ σαφυλὴν καὶ ὁμωμυλὶς καὶ μῆλα καὶ ῥόδα δῆς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐγίνετο. Magnopere autem ad hanc lectionem corroborandam facit, quod Athenæus hunc fuisse Samium & de eorum rebus scripsisse testetur.

Puteum Samios pro Iunone.] Legendum hoc loco, pro puteum, Pluteum, Variarum Lectionum libro 2. cap. 25. abunde satis docuimus.

Quis est enim qui ignoret Athenienses illos Hermas.] Clemens: ὥσπερ αὖ καὶ Pag. 198
οἱ λιθοξόοι τὰς Ἑρμᾶς Ἀθήνησιν, πρὸς ἀλκιβιάδην ἀπεικάζουσιν.

Quis Praxitelem nescit.] Idem: ὁ Πραξιτέλης δὲ, ὡς Ποσείδιππος ἐν τῷ περὶ κιθαίου διατριβῇ, τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἄγαλμα τῆς κιθαίας κατασκευάζων, τῷ κρατῆρι τῆς ἑταίρας εἶδεν, ὃν ἀκάλυπτον πεπλικεν αὐτῷ ἵνα ἔχοιεν οἱ δεῖλαιοι, τὸν Πραξιτέλης ἐρωμένην θεασώμεθα.

Posidippum si relegat.] In Romano codice legitur; Posidippi si relegat. & subintelligitur, scripta.

Phryne illa Thespiaca.] Clemens: φρυνὴ γὰρ ὀπτωπικὰ λοῦθι ἡ ἐταίρα ἡ Θεσπιακὴ οἱ ζωγράφοι πάντες τῆς Ἀφροδίτης εἰκόνας πρὸς κάλλος ἀπεμιμοῦντο φρυνίης.

Inter significes ille memoratus Phidias.] Clemens: οἱ γὰρ τὰ ἀγαλματουργοὶ, οὐ διανοητέον ὑμῶν τοὺς ἐμφορεῖς, τοὺς ὕλης καταφρονεῖν. ὁ μὲ Ἀθλιος φησὶν, ὅτι τῷ ἀκανθίνῳ τοῦ Διὸς ἐλεφαντίου ἐπιγράψας, Παντάρκης καλός· οὐ γὰρ καλὸς ἦν ὁ Ζεὺς, ἀλλ' ὁ ἐρώμενος ἦν. Pag. 199

Pantauches pulcher.] In Romano codice legitur, Pantarces, atque ita legendum esse docuimus Variarum Lectionum lib. 2. cap. 14.

Atque in temporibus asperis propitii numinis favores accurrere.] Melius in Romano codice, favore succurrere. Pag 200

Quæ insensibilia fuerant paulo ante, faciat ut sint viva.] Melius in Romano codice, Quæ insensilia fuerant paulo ante, facit ut sint viva. Pag 201

Iacularier stercoris plenas.] Hunc locum mire corruptum esse, vel quivis facile animadvertere poterit, sed medicinam adhibere non item: solus dæmonium illud hominis Ioannes Auratus, quem honoris gratia nomino, mi- Pag. 202

nima mutatione locum hunc alioqui insanabilem, pristino suo nitori restituit, legendo pro plenas, splenas. Hinc Martialis: splenia tolle, leges.

Pag 203 *Aliter in textu nostro.* Pag 205

Obscœna facere.] In Romano legitur, obscœna dicere.

Antiochum Cyzicenum ferunt.] Clemens: Ἀντίοχος ὁ κυζικηνὸς ὑπερήμυρος χειμάσιον, τῷ Διὶ τὸ ἄγαλμα τὸ χρυσοῦν, πεντηκόντηκα πηχῶν τὸ μέγεθος ὄν, σεσοφισταξε χωνεῦσαι, ἐκ τῆς ἄλλης τῆς ἀπημοτέρας ὕλης, ἄγαλμα ἐξαπλάσιον ἀντ' αὐτοῦ, πλέθροις καχρυσωμένον, ἀναθεῖναι πάλιν.

Dionysius ille (sed junior) cum velamine.] Idem Clemens: Διονύσιος δὲ ὁ τύραννος, ὁ νεώτερος, ἱμάτιον τὸ χρύσεον περιβάλων τῷ Διΐ, ἐν Σικελίᾳ σεσοφισταξεν αὐτῷ ἱρεῶν σεσυλῆσθαι χαλκέπους φήσας, τοῦτο ἀμείνον εἶναι τὸ χρυσίον, ἐκ θέρους κυρόπνοον, ἐκ χειμῶνος ἀλεεινότερον.

Pag 206 *Philostephanus in Cypriacis auctor est.*] Clemens: οὕτως ὁ κύπριος ὁ Πυγμαλίων ἀνεῖος, ἐλεφαντίνην ἱερώσατο ἀγάλματος, τὸ ἄγαλμα, Ἀφροδίτης ἐὼν ἐκ γυμνὴ ἐὼν γυνὴ ὁ κύπριος τῷ ἀγάλματι, ἐκ συνέρχεται τῷ ἀγάλματι, ἐκ τοῦτο φιλεσοφαστος ἱστορεῖ: Ἀφροδίτην ἡ ἄλλη ἐν κύπρῳ, λίθος ἐὼν, ἐκ καλὴ ἐὼν, ἕτερος ἱερώσατο ταύτης. ἐκ μίγνυται τῷ λίθῳ ὡς παρίδηπας ἱστορεῖ ὁ μὲν θερίτης ἐν τῷ θεὶ κύπρῳ· ἡ ἕτερος ἐν τῷ θεὶ κύπρῳ.

Superque rebus ejus.] In Romano codice legitur, superque re à se ejus. Forsan legendum reapse.

Pag 207 *Cum Capitolium toties edax ignis absumeret.*] Et hunc etiam locum à Clemente mutuatus est. ejus hæc sunt verba. ἀλλ' οὔ τι γε πὶ πῦρ, ἐκ οἱ σεσωσμένοι καρδιλίοι, οὐδὲ μὴν φοβοῦνται, ἢ δυσπτοῦνται, οὐ τὰς δίμοιρας, οὐ τὰ ἀγάλματα, οὐ μᾶλλον, ἢ ταῖς ψηφίσιν ταῖς ὑπὲρ τοῖς αἰχμαλοῖς σπουδαυμένας, τοῖς κύμασιν. οἶδα ἐγὼ πῦρ ἀλεγκτικὸν, ἐκ ἀγεσιλαϊκὸν οἱ βάλοι παύσασθαι τῆς ἀνοίας. φαντασιοῦσι σε τὸ πῦρ. τοῦτο τὸ πῦρ, ἐκ τὸ ἐν Ἄργει ναὸν, σὺν ἐκ τῷ ἱερεῖ κατέφλεξε χρυσίδι, ἐκ τὸ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀρτέμιδος, λύχνον μὲν Ἀμαζόνας, ἐκ τὸ ἐν Ῥώμῃ καπιτώλιον ἀπανυέμενοι πολλάκις. οὐκ ἀπέχετο ἡ ἐπὶ τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείων πόλει Σαράπιδος ἱεροῦ, Ἀθήνῃσι τοῦ Διονύσου τοῦ ἐλευθερέως, καπήρυψε τὸ ναὸν, ἐκ τὸ ἐν Δελφοῖς τοῦ Ἀπόλλωνος, φόβερον ἅπασιν ὀφθαλμοῖς ἔστιτα ἀφάνισε πῦρ σωφρονοῦν.

Nec unum quidem habueris scrupulum quod hirundinibus hospitis (Varro ut dicit in Menippis) ostenderet?] In Romano codice legitur: Ne unum quidem habuerit scrupulum quo hirundinibus hospitiis (Varro ut dicit) se Thenipeus ostenderet? Iudicet lector.

Pag 208 *Qua antistites, & sacerdotes, & ipsi suspicione.*] Forsitan legendum, & sacerdotes ipsi, suspicione.

Quod ratione in aliqua videretur forsitan dici.] Lego cum Romano codice: Quod ratione cum aliqua. quemadmodum etiam idem auctor loquitur libro VII. Quod ratione cum aliqua & audiri forsitan potuisset & dici.

AD LIBRUM SEPTIMUM.

Pag. 213 *Diffundi latitia.*] In Romano codice legitur, diffindi lætitia..

Pag. 216 *Ita Dii mortales plagamenta illa sumunt.*] Forte legendum, Ita dii immortales.

Sed

Sed ineluctabili omnia neceſſitate conficiunt.] Forſitan legendũ, confiunt. Pag. 219

Agit ſeſe ordo præſcriptus.] In Romano legitur, perſcriptus.

Aberuncentque contrarias.] Sequor ſcripturam Romani codicis, quæ eſt, averruncentque; ut etiam ſuperius diximus. Pag 220

Non præmiis ne nocẽant proritari.] Forte legendum, non præmiis ne noceant proritari: id eſt, non præmiis invitari & allici ne noceant. Eodem modo loquitur etiam infra: Itaque ut vobis commodemus aſſenſum, dextrarum ſiniſtrarumque rerum Deos eſſe fautores, ulla nec ſic ratio eſt, cur alios alliciatis ad proſpera, alios vero, ne noceant, ſacrificiis mulceatis & præmiis. & paulo poſt: Nam ſi bonis ut proſint, res divina conficitur, aliis autem ne noceant iiſdem rationibus ſupplicatur. Pag 222

Sacrificiorum jura præſcribunt.] In Romano habetur, perſcribunt. Pag. 225

Quia ſuperis diis, atque hominum dexteritate pollentibus.] Legendum extra omnem controverſiam, omnium pro hominũ. Sanè harum vocum affinitate ſæpe à librariis peccatum fuit, unam pro altera temere ſubſtituentibus. *Aliter in textu noſtro.*

Telluri (inquiunt) matri ſcroſa ingens immolatur fœta.] Antonius Auguſtinus vir extra controverſiam doctiſſimus, putavit hoc loco pro fœta, legendum forda. Pag 227

Placidumque natura, nocendi procul eſt uſu.] Lego cum Romano codice, placidumque natura, ab nocendi procul eſt uſu. Pag 228

Et ad ea quæ facti ſunt, ingenitis legibus.] Forte legendum, quæ fati ſunt. Pag 229

Quid tuceta?] In Romano codice legitur, Quid tædæ. neutrum placet: ſed quid ſubſtituendum ſit, non facile ſine manuſcriptorum codicum ope, eſt divinare.

Quid nænia?] Joſephus Scaliger cenſet hoc loco pro Nænię legendũ tænię.

Quod in ſecundo ſitum eſt, inteſtini eſt porrectio.] Petrus Daniel vir doctiſſimus mihique amiciſſimus legendum exiſtimat, inteſtini eſt proſectio. Pag 230

Non ratione eadem arumnas.] Forſitan legendum potius, rumas.

Quid diverſis cum fratribus.] Lectionem Romani codicis veram eſſe puto, eamque ſequutus ſum, quæ habet fratribus. Qua de voce plura diximus Variarum lectionum lib. 1. c. 1x. nec audiendi ſunt qui hoc loco fartibus legunt. Pag 231

Quas præſicias dicitis.] Facile aſſentior Adriano Turnebo viro doctiſſimo, qui legendum exiſtimat proficias. nihil tamen temere ſine veterum codicum auctoritate, mutandum cenſeo.

Iſitium ſolum, omentum ſolum.] In Romano corrupte legitur, iræ ſolæ, nomenque ſolum. *Aliter in textu noſtro.*

Niſi ſibi adoleri paratas conſpexerint nanias.] Hic ſimiliter doctiſſimus Scaliger, tænias legit.

Offasq; penitas.] In Romano codice legitur, offasque redemptas.

Vnde aut quo tempore noſſe illud aut ſcire potuiſtis.] In Romano legitur poteritis, ut ſit pro potueritis.

Quicquid autem cœleſti ſuſtinetur è paſtu.] Non poſſum non ſequi ſcripturam Romani codicis, quæ eſt: Quicquid autem cœli ſuſtinetur è paſtu. ut ſit cœli pro cœleſti. Pag 233 Pag 234 *Aliter in textu noſtro.*

Neque oliditatis alicujus eminentia.] Lego cũ Romano codice, validitatis.

Et venerabiles cniſſas.] In Romano codice legitur, & venerabiles miſcas. judicent doctiores. Pag 235 *Aliter in textu noſtro.*

Non quod fieri oportere confiditis; nimirum quia.] In Romano pro, nimirum, legitur primum. Nec Pag 236

Nec religione obligabitur. caterum qualis ergo hic honor eſt.] Intetpungendum hoc pacto: nec religione obligabitur cæterum. qualis ergo hic honor eſt.

Pag 237 *Quid domuitiones illæ.*] In Romano legitur, dormitiones, tamen domuitionis vocabulum, quo etiam aliquotiens Apuleius utitur, optime huic loco quadrare videtur: niſi quis malit legere domitiones.

Et ad ſordes eluendas lavantibus aquis.] In Romano codice legitur, laventibus aquis: ex quo ſuſpicio eſt ne forte legendum ſit, labentibus aquis.

Pag 239 *Salpictarum ſonitu, atque planſu.*] In Romano legitur, Salpictanum ſonitu. Doctiſſimus Scaliger legendum cenſet, Salapittarum ſonitu.

Sine cauſa alios curſitare.] In Romano eſt, ſine culpa alios curſitare.

Et clunibus fluctuare criſpatis.] Quid ſi pro criſpatis legamus criſſatis? Nam criſſare ea in re proprium eſt. Hinc Iuvenalis, *fractum criſſantis adorat.* ſed nihil temere mutandum puto, quandoquidem auctor noſter etiam libro ſecundo, hoc vocabulo, in eadem ſignificatione, uſus fuerit, cum inquit: & ad ultimum clunibus & coxendicibus ſublevatis lumborum criſpitudine fluctuaret.

Pag 241 *Quoniam diis artes neceſſarias ducimus arbitramurque non eſſe eas, conſtat & liquidum eſt.*] Lego cum Romano codice, ducimus arbitramurque non eſſe, & eas conſtat & liquidum eſt. Elegantius autem multo eſſet, ſi cum Lipſio noſtro pro *& eas* legamus *quas*, & forſitan an ita ab auctore ſcriptum fuit.

Aliter in textu noſtro. *Et mortalitati ſubeuntium functiones.*] In Romano legitur, mortalitatis obeuntibus functiones.

Et in gratiam cum hominibus remiſſis offenſionibus redire opinatis.] Temere hunc locum emendando corrupit Gelenius, homo alioqui doctiſſimus, ſed in emendando nimium quantum ſibi licentiæ ſumens. Alio enim & longe meliori verborum ordine hic locus exaratus legitur in Romano codice, hoc modo: Et in gratiam cum hominibus remini offenſionibus redire ſopitis.

Pag 242 *In voluptatibus habere, atque in delitiis res eas.*] In Romano eſt, atque in delitiis eſſe res eas.

Pag 244 *Multaſſe poſt patibuli pœnam.* Senſum ſequutus lego, pœna.

Vti ad conſules ſuaderet præſulem ſibi diſplicuiſſe.] Recte Lipſius noſter, ad conſules vaderet.

Pag 246 *Eſt cur ignoſcere debeamus.*] Melius in Romano, eſt ut ignoſcere debeamus.

Pag 249 *Averſabili corpora fœditate deoneratis.*] In Romano codice eſt, deonerans; quam ſcripturam ſequor.

Pag 251 *Cujus ſeſe objectu atque oppoſitione protexit.*] In Romano eſt, protexerit.

Pag 253 *Multum veris aberraſſe.* In Romano legitur, abertaviſſe.

FINIS.

27 2

GODESCALCI

STEWECHII HEUSDANI

IN

LIBROS VII. ARNOBII

ADVERSUS GENTES

ELECTA.

Digitized by Google

NOBILISS. GENEROSISS.

DOMINO

D. RENATO

EX ILLUSTRI

CHASTELETORUM APUD

LOTHARINGOS FAMILIA

ABBATI BELLI-LOCI

in finibus Lingonum,&c.

DOMINO ET PATRONO SVO

GODESCALCUS STEWECHIUS

S. D.

SOLENT,fateor,in oculis ferri,AMPLISS. PRÆSUL, fortibus & bonis procreati,ſi ipſi,ignari litterarum,benevoli erga litteratos: eos vero, qui Palladis virtutes non ſolis armis meriti, majorum imaginibus Muſarum ſeu ornamenta,ſive præſidia adhibere non neglexerunt, hos experientia majore ad res gerendas venire; præceptis, exemplis inſtructiores; unus tu, ut jam nuper me,itidem alios facilè doctus es. Nobilitatis ſtemma agatur? mihi familiæ veſtræ, familiæ (inquam) tantæ, tam vetuſtæ, vel ſolum nomen edixiſſe ſat fuerit. Facta avorum componere quis,& hanc partem tecum contendere velit? unum ei *Virum Generoſiſſimum*, parentem tuum,ob oculos poſuiſſe ſuffecerit.quem ut Lotharingia tota in ſuis nobilibus ſuſpicit, veneratur; ſimiliter ſi & unicum ex tam Illuſtri familia nominandum ſeligerem,idipſum non ſine judicio facturus videbar. cujus quidem præclara cum domi,tum foris; pace,belloque geſta enarrare, neque loci eſt hujus,nec inſtituti noſtri. tantùm dico,rectè illum uſurpare poſſe iſtud Africani,quod apud Ennium:

A Sole exoriente ſupra Mæotis paludes
Nemo eſt,qui factis me æquiparare queat.

Dixi poſſe; addendum erat,debere. quippe hæc ſola cauſa eſt,cur *Chriſtianiſſimus Francorum Rex* patrem tuum in numerum cochleatorum Equitum ordinis *Sancti Michaelis* adlegerit. quò aditus nemini, præterquam ſi egregiis virtutis Martiæ exemplis eodem ſe dignum comprobarit. Quid? quod ab eodem Rege, altero quoque ordine eundem donatum videmus, qui eſt *Sancti Spi-*

Spiritus! non modo ampliſſimus, verum & iis ſolis paratus, qui intaminatis fulgent honoribus, quique continuatam Illuſtris familiæ ſeriem à tritavis uſque valeant repræſentare. Alia proſapiæ veſtræ encomia ſi commemorare inſiſterem, & reliquos in ea primores viros recenſere, ipſe me dies deficeret. Hîc enim primo loco obviam foret *Ampliſſimus, & admodum Reverendus Præſul, D. Abbas Flabei montis, & Clari-loci*, patruus tuus, vir prudentiſſimus, nec minore beneficentia quàm pietate inter ſuos conſpicuus. occurreret ſtatim *Ioannes à Chaſtelero*, munitiſſimæ Lingonum civitatis Gubernator, germanus frater tuus, vir magnanimitate, fortitudine veſtris non impar majoribus. item alii complures jam nunc ſilentio prætereundi. Sed ulterius jam de dignitate tibi adepta quæratur? quis, quæſo, dignior illa, quam tu? qui & natalibus reliquos anteis; eaque es modeſtia, pietate, prudentia denique, ut plures poſt te relinquas, & quidem longiſſimo intervallo. Quocirca etiam minus mirum eſt, in religioſis, ac ſubditis tuis relucere caſtitatem tuam, tuam benignitatem cerni, diligentiam agnoſci: iſtos à ſimulationibus alienos eſſe, odia, ociumque deteſtari: nomen amicitiæ, ac fraternitatis ubique tueri: patientia gaudere, diſciplina delectari: ex te denique ſpeculum morum, vitæ normam capere. Quid dicam? niſi meras animi dotes, ſummaſque virtutes in te conſiderare *Illuſtriſſimum, ac Reverendiſſimum Dominum Carolum à Lotharingia, Epiſcopum Metenſem*; dum is Princeps te in paucis diligit, tecum joca, tecum ſeria tractare non deſiſtit. Vt mittam interea familiaritatem, qua te amplectitur *Generoſiſſimus Ioannes Porcelletus, Dominus de Malhaine*, prædictæ Celſitudinis ſuę Gubernator; & exemplum iſtius ſecuti cæteri nobiles, atque aulici tori. Vident illi te, ut *magni illius Iacobi Cujacii* diſcipulum addecet, non infrequentem eſſe in his ſtudiis: in iis non parum videre: judicio acriore, quàm vulgum profanum, omnia putare: nihil iners, nec quicquam inane ſe tibi probare: immo jam iſſe te per omnes artes, facultates omnes: ipſos diverſarum linguarum fontes adiſſe: uſum ad hoc duce nec indiligenti, nec ſnidoneo, *Iacobo Iordelio tuo*. verè inquam tuo, quod is tibi in Galliam, in Italiam, alio, tamquam ad mercatum litterarum profecto, ſeu ſocius, ſeu præmonſtrator adfuerit. id plus minus xv., & quod excurrit, annis continuis. Sed jam diu exſpectas, ſcio, ac ſcire aves quid cauſſæ ſit, quare ſelectas iſtas in Arnorum notas meas tibi, & nomini tuo Illuſtri, dicare viſum fuerit. ne vivam, ſi aliud ſingulari humanitate, atq; auctoritate tua me incitavit, quibus nulli iſtius ordinis, aut numeri, cedis. Neq; enim ſoli famæ in laudibus tuis credidi: quin potius ipſemet comperi exemplum eſſe te candoris, probitatis, virtutum omnium. neque aliud fuit, quapropter ita ægre, in nupera digreſſione noſtra Trevirenſi, à te potuerim divelli. Arrabonem amicitiæ mihi relictum grato, munique animo conſervabo. Tu interea, *Patrone Ampliſſime*, vale; & conatum hunc meum, pro innata tibi humanitate, æqui boniq; conſule: ſed ita, ſi plures in eo laudes, quam culpæ. qua de re tua inprimis exiſtimatio valebit. Videbis, ne nihil agerem, hoc potius me egiſſe, etſi non nimis diligenter. nam quî poſſim inter peregrinandum? in maximis circumtonantium procellarum turbis? &, quod caput eſt, in magna doctorum, & librorum, qui conſulantur, inopia? Iterum vale, AMPLISSIME PRÆSUL, & quod ſoles, perge bonos amare. Anno incarnationis Dominicæ M. D. LXXXVI.

GODE-

GODESCALCI STEWECHII

AD BENEVOLUM LECTOREM

PRÆFATIO.

Vtinam esse in Arnobio doctrinæ recondite vestigia, non po-tes ignorare, erudite Lector. plura Latini, & lauti illius sæculi vocabula in opere ipsius inspersa, quilibet videat. neque enim fieri potuit, quin libros priscos ruminanti voces adhærescerent priscæ. Si fabularum reliquias, formulas veteres; si ludorum aves cognoscere insaniam, impietatem; si cæremonias, & ritus sacrificiorum: vix erit (mihi crede) qui-cum componatur. Taceo historias Ægyptiorum, Græcorum, Romanorum, quibus ille suis locis aptissimè utitur. hoc amplius, argumenta quam solida! quam luculenta exempla! quibus disputator arduus, ac strenuissimus religionis Christianæ propugnator malevolentiam paganorum, sive gentium contundere; caliginem discutere; cæremoniarum paratum cohibere; superstitionem denique totam dimovere; ac verum templis cultum, animis hominum lucem veram immittere, ac redhibere conatur. Sedulus, inquam, & serius auctor: dignus, in quo perpurgando omnes docti operas conferant. Neque enim Theologos solos hic posse; cæteroquin, præter Grammaticos, Poëtas, Philosophos, ipsos etiam Iurisconsultos nostros, immo totius antiquitatis indagatores, res ipsa clamitat. Etsi nihilo secius tamen, quæcunque in hunc scriptorem à me dicta, notata; istorum judicio, & censuræ libens merito submitto. ELECTA *inscribere, visum fuit: nec aliam ob rem, quàm quod è plurimis, quæ depravata, quæ obscura hic reperi, elegerim mihi ex ingenio, & membraneis codicibus vel emendanda, vel illustranda. omnia tamen ista, ex formula veteri,* QUOMODO SCIVI, QUOMODO POTUI. *In his namque studiis Sedigiti illud nec placet, nec placebit umquam,*

Ut contra si quis sentiat, nil sentiat.

Sat mihi, quæ vero simillima videntur, ea probare; causas quæ in hanc, aut illam partem inclinare faciant, expromere; judicio tamen lectitantium integro, ac libero semper relicto. Vale benevole lector, & si quid potes, ornando, restituendo Arnobio, operam da, præsta. Salve. Augustæ Trevirorum, Anno ab orbe redempto M. D. LXXXVI.

SYLLABUS
ELECTORUM.
LIBRO PRIMO.

Libri Arnobii inſcripti, *adverſus nationes.*
Cauſſas malorum publicorum infideles Chriſtianis imponebant.
Iuſta matrimonia, liberi juſti. juſta uxor, nuptiæ injuſtæ.
Irrumpere ſe. erumpere ſe. *Illicet*, id eſt, confeſtim.
Immittere ſiccitatem, tabem, &c.
Obſcævare. omina ſcæva unde dicta.
Auſpicia ſiniſtra. Oriens pars mundi dextra.
Græcorum & Rom. de partibus dextris, ſiniſtris diſſenſio.
Defendere, idem quod arcere, prohibere.
Vim vi defendere licet.
Subſtantiva, loco nominum adjectivorum.
Rorem vinum, pro vineum. *Dies autumnos*, pro autumnales.
Pari phraſi alia dicta, quæ digna obſervatu.
Errones, emanſores, deſertores in re militari.
Dæmonas vagos eſſe.
Bellè provenire. Aliquem proventum cupere.
Exerceri malorum ærumnis.
Chriſtiani ab infidelibus *athei* vocati.
Tumor indignationis tumor inflati pectoris.
Culmen, pro, columen, ſæpe repoſitum.
Bonorum poſſeſſio aut cum re, aut ſine re.
Animalia, inanimalia antiquis dicta, quæ nobis animata, inanimata.
Irruere ſe, Erumpere ſe ad bellum. Uſurpare ſe.
Emendata ter l. ſecunda, C. de præfecto prætorio Africæ.
Duæ in Iuſtiniani Inſtitutionibus correctiones.
Fatua, dicta Bona dea, cum ebria fuit.
Potus, pro ebrio. Caſtor & Pollux, cur *dioſcuri* dicti.
Interdum, valet quod interim, interea temporis.
Proverbia, *manum dare: porrigere victam manum.* Petronius emendatus.
Referre in cenſum, aut ſeriem deorum.
Re, pro, *Ex:* & contra non ſemel ſcriptum in libris.
Elegans in Arnobio conjectura. Luna inquies, id eſt, inquieta.
Homines animantia infirma.
Exfabricare. Exædificare.
Ritus ornandi, coronandi, ungendi ſimulachra.
De morte Pythagoræ ſcriptores diſſentiunt.
Mactare aliquem conſecratione templorum.
Numinis, loco nominis repoſitum.

Nomen

Nomen *Invaletudo*, Arnobio reſtitutum.
Librarios olim geminandas litteras, ſyllabas, & verba ſemel tantum ſcripſiſſe.
Ingenitum, ſignificat etiam invetteratum.
Volumina pollinctorum, pro faſciis ſepulchralibus.
Cantiones & cantamina Magorum.
Arogare, antiquis idem fuit quod abrogare. *Ajudicare*, pro abjudicare.
Arnobius extra ordinem emaculatus.
Niſi, valet idem quod *Sed*.
Locus Arnobii deploratus hactenus, ſanatus.
Succeſſus huic ſcriptori pro domo aut caſa uſurpatus.
Reciperare, i pro u. & contrà.
Dialem flaminem Iovis, ſeu Diovis fuiſſe.
Antiqui ſcripſere *Set* loco *Sed*.
Chriſtus etiam diſcipulos ſuos miracula edere voluit.
Belus, Bel, Baal. Deus ab inconditis regnis,
Emeritum corpus. emerita vita. ſtipendium emeritum.
Panegyricus ſcriptor emendatus.
Munerari animos. munerari aliquem ſtatuis.
Compingere falſa, fabulas, cantiones.
Diſſertare. Ediſſertare.
Simii aliorum imitatores adagio dicti.
Quid Arnobio in Ciceronianis diſplicuerit.
In Arnobii loco corrigendo diverſorum conjecturæ.
Cæſellius, Verrius, Scaurus, & Niſus grammatici.
Verbo *quire*, pro poſſe, Arnobius crebro uſus eſt.
Altus puteus, id eſt, profundus. ſomnus altus, rationes altæ.
Poteſtates, Nobilitates, pro ipſis nobilibus & poteſtate præditis.
Notæ temporis poſterioris. notam inurere.

LIBRO SECUNDO.

ARnobium, ut Afros complures, acerrimum fuiſſe defenſorem religionis Chriſtianæ.
Lactantius Firmianus Arnobii diſcipulus.
Edicere, valet palam proferre, totum enarrare.
Gloſſarium vetus manuſcriptum in Bibliotheca Stewechii.
Prorſum)(*rurſum*. idem notant quod antrorſum, retrorſum.
Quid? ea interpunctio ſæpius repoſita in Arnobio.
Geminatio ſyllabæ olim neglecta.
Nulla tam ſtulta opinio, quæ non invenerit ſuum adſertorem apud Philoſophos.
Suſpicio. Probatum. & comprehenſum.
Si, pro, *An*. Arnobio extra ordinem eadem phraſis reddita.
Romani rerum domini. Roma domina.
Syllabæ retractio ex verbo antecedenti.
Numa, rex Romanus, cur Sanctus dictus.
Romulus Romam condidit, Numa legibus ordinavit, ornavitque.

Metus

Metus Deorum efficaciſſimus ad continendum populum.
Numæ regis libri combuſti.
Nomen *ritus* convenicns ſacris. Rituales libri.
Sécare, valet ſecare. ab eo verbo formant *ſecus, ſecius, ſeculum, &c.*
Erumpere ſe. Eruere ſe. Penetrare ſe.
Apulejus libro de mundo correctus.
Ciceronis locus in epiſtolis ad familiares emaculatus.
Defit, pro, deficit. Mamertini panegyris emendatur.
Iteratione litterarum, ſyllabarum aliquot loca Arnobii tentata.
Secus, pro ſexu. Id nomen ſcriptori noſtro pluries reſtitutum.
Sumere res certas à dubiis, id eſt, ſecernere.
Excludere, pro, exſculpere. Id verbi in Apulejo defenſum, ac reſtitutum.
In Solino ſcriptura membranarum comprobata.
Commentari ſcientiolas artium.
Penitè, penitius, penitiſſime. Mentes penitiſſimæ. Populi penitiſſimi.
In Apuleji apologia reſtitutio facta.
Nothum, pro inconſueto, inſolenti, illegitimo.
Inflectus, auxiliatus, objectus, pro, inflexio, &c.
In homine portio lecta, ſeu laura, pro divinæ auræ particula.
Solipuga, Solipaga, ſive, *Solipunga*, genus formicæ venenatum.
Calantica, tegmen capitis muliebris.
Seliquaſtrum, ſedile antiqui generis.
Sella, Subſellium, Solium, unde deriventur.
Sedularia, quæ in rheda ſedentibus ſubjiciuntur.
Anquirere. Vagire. Balare.
Pſittacus, & corvuus verba exprimere diſcunt.
Auguſtus Imp. corvos ſalutatores coëmit.
Omnis, pro, omnes. *tris*, pro, tres.
Atque, valet quod ilico, confeſtim.
Qui claſſici olim, qui infra claſſem. Proletarii, & capite cenſi.
Spatiari. ſpatiatores.
Pſylli in Africa, Marſi in Italia, ſerpentum morſibus medebantur.
Ennii verſus apud Ciceronem illuſtratus.
Plani dicti ſycophantæ, & impoſtores. *Implanare*, ſeducere.
Ioannis Aurati emendatio excutienda.
Enodi homines, id eſt, nodis corporis exempti.
Numini, majeſtatique. Æviternum, æviternitas.
In ambiguæ ſortis conditione *unstabiles*.
Satis plurimi. Satis pulchertimi.
Defenſa ſcriptura in lib. 2. §. poſt hoc quoque. D. de origine juris.
Flatitare. Suſpicionum errorem induci.
Supprimere jugo ſervitutis.
Vngmen, velamen, munimen. pro unguento, velamento, munimento.
Diurnare, notat diu vivere.
Robigo in ſegetibus. Robigus Deus. Robigo Dea. Robigalia quando celebrata.
Nonius Marcellus nondum perſanatus.

Ejus

Ejus locus reſtitutus. *Angeſcere.*
Inſomnia augere ſupputando.
Καμιβλέφαρα, uſui feminis in obumbratione oculorum.
Tæniæ capitis ornamentum laneum.
Scenicorum & ſcenicarum impudicitia.
Scorta finitis ludis Romæ publicè propoſita.
Vilitas meretricia, viliſſimi nominis ſcorta.
Meretrices in lupanaribus, & fornicibus.
Committere, componere, comparare milites, & gladiatores.
Commodus Imp. omni parte corporis, etiam ore infamis, ac libidine pollutus.
Nobiles animæ. Animæ corporibus clauſæ. d loco cl.
Subagere, antiquè, pro, ſubigere.
Horrendum cruciatus genus per muſculos, & glires.
Forma, deforma, formido, denotant calida.
Infirmus, quaſi ſine formo, id eſt, calore.
Præpoſitiones DE, IN, non ſemper privativæ.
Deforma, id eſt, valde calida. *Impotens*, valde potens.
Arnobius alibi emaculatus. Calamiſtri.
Nonii Marcelli ſcriptura ſanata.
Diffinitio, & *definitio* malè confunduntur.
Diffinitio ſeparandi vim habet.
Aferre, *Afore*, pro auferre, abfore.
Improbabilis, Probatores operum publicorum.
Animam deſuper homini datam Philoſophi ſentiunt.
Chaldæorum de natura hominis opinio.
Lancinare. Id verbi Arnobio, & Apulejo redditum.
Subruere. Hallucinari. Delirare. Nonius leviter correctus.
Conjectamus rationibus humanis. Mundus ſe circumagit.
Immiſſuli ſeu Immiſculi alites. Nidores.
Idem ſæpe commutatum in libris, pro, *Id eſt*.
Potis eſt, loco poteſt, vel pote eſt.
Pontificium, hoc eſt, poteſtas, facultas.
Romani tempore belli vexillum ex arce Capitolina monſtrabant.
Auſpico. Nævii locus apud Nonium tentatus.
Lex annaria de magiſtratibus.
Lex Cincia de muneribus.
Leges ſumptuariæ. Ignis perpetuus in templo Veſtæ.
Virgines Veſtales à Pontifice caſtigabantur.
Salino appoſito menſæ fiunt ſacræ.
Nubentium comæ haſta celibari comatæ.
Matres familiæ Romanorum in atrio operabantur, Græcorum vero in ædibus intimis.
Mulieres Romanæ vinum non bibebant.
Varronis verba apud Nonium fortè correcta.
Vinum antiquitus vocabant *Temetum.*
Agellio inſigne gloſſema ademptum.

Vita exſtruitur.homo fabricatur. Parentes fabri liberorum.
Saturnius,pro *Iove* ponitur: Semelejus, pro Libero.
Conjunctiones. *Et*,*que*,*Ac*,uſurpantur loco,*id eſt*.
Definitio tutelæ apud Iuriſconſultos interpretata.
Accuſativus præ Ablativo veteribus placuit.
Arnobius ſub Diocletiano Imp.vixit.
Arnobius ſcripſit circa annum Domini C C C.
Adagium, *Stentore clamoſior*. Oreſtis corpus cubitorum ſeptem.
Solinus Polyhiſtore emendatus.
Cornelii Valerii Ultrajectini vera laus.
Homo animal potens conſequi. Compenſare potens.
Subagere,pro,*Subigere*. Itidem *Prafatere*,*Refacere*.
Suppreſſæ eleganter particulæ *Tam*,*magis*,*potiùs*,*plus*,*meliùs*,*&c*.
Arnobii loca extra ordinem perpurgata,& explicata.

LIBRO TERTIO.

Tebus ludibriis, poſitum pro,*ludicris*.
Cenſus deorum.Elegans & rarum loquendi genus, in quo ſubticentur, *Antè*,*prius*,*&c*.
Secus,pro ſexu. Seicut,Meiles,Leibertas.
Triceæ tellenæ. Ad poſtremum. *Tam* particula omittenda.
Pedere. Statura media,militaris,& eminens. Nani.
Apulejus libro de mundo corrigitur. Parviſſimus.
Dolatum ex ligno. Flammipotens,divinipotens,ſilvipotens.
Et quod ſupererat. Fabrico,& fabricor.
C.& G.litteræ affines,olim promiſcuæ.
Hiberna,æſtiva etiam pecoribus olim pro tempore data.
Mimicum,& *inimicum*,confuſè ſcripſerunt.
Pan dictus fuit Inuus.
Oracula ſemper dubia fuiſſe data.
Apollo an etiam Latinè oracula reddiderit.
Plerus,plera,plerum. Officioſi verbum inter obſcœna.
Nomina quartæ declinationis Arnobius crebra uſurpat loco verbalium in Io.
Compotire,id eſt,comporem facere. *Ceroma*.
Tria libertinorum genera. *Numinis*,aliquotiens repoſitum pro,nominis.
Formula antiqua D.N.M.Q.S. Apulejus emendatus.
Eumenio Panegyrico magna macula demta. Motus.
Re,& *Ex*,ſimilitudine litterarum,ſæpius immigrant in locum mutuum.
Sponſa poſtes viri ungebat ante introitum.
Vxor dicta quaſi unxor ab illa ipſa unctione.
Maritus novæ nuptæ cingulum ſolvebat in lecto.
Cingulum novæ nuptæ laneum. Idem nodo Herculeo vinctum.
Iuno Cinxia, Unxia. Saturnus κρόνος, quaſi χρόνος, immutata littera dicitur.
Oſſipangæ Deæ ὄνομα & officium.

Duo,

Duo, quarto caſu uſitatum bonis ſcriptoribus pro, *duos*.
Cenſorinus de die natali correctus.
Nuptunnus, Satunnus, Portunnus.
Litteræ C. G. non tantum in ſcribendo, ſed etiam in compoſitione nominum promiſcuæ.
Ceres à gerendo. à clade *gladius* formatur.
Deſpoliare, verbum non inſolens.
Tenere conſilium. Aliquid alicui ſtare, hærere, ſedere, fixum eſſe.
Romani Deos ex urbibus, quas expugnare ſtatuebant, Romam evocabant.
Illi rei certam formulam adhibuere.
Gulielmi Canteri Ultrajectini juſta laus.
Halare, id eſt, mentiri. Labare. Dii Selecti.
Dii Conſentes duodecim. Eorum ſtatuæ Romæ quondam auratæ.
Indigetes Dii, ἐφιδρυοι, κτιστοι. horum nomina non publicabantur.
Arnobii locus extra ordinem reſtitutus. *Continens*, id eſt, quadrans, conveniens.
Functi ponuntur pro defunctis.
Lemures, *Lares*, & *Larvæ*, quid differant.
Vror, *torreor*, *verſor*, bona tranſlatione conjunguntur.
Curetes, & Corybantes appellati *digiti Samothracii*.
Dactyli Idæi quoque iidem nuncupati.
Quo modo Saturnus à Cretenſibus eluſus ſit, dum Iovem enutrirent.
Curetes modò tonſi, modò intonſi caput.

LIBRO QUARTO.

VIrtuoſus. Virtutis ἐνυμον.
Onerare aliquem promiſſis. onerare ſpe præmiorum.
Duorum locorum in hiſtoriis Q. Curtii bona reſtitutio.
Effectibus fortuitis aliqua dicuntur fieri.
Si ne moleſtum eſt. Ne vis: ne vult. *Ne purus*, id eſt, non purus.
Si non; pro niſi. *Quid?* Panegyrici nævo liberati.
Enim, orationem inchoat, nec ineleganter.
Eam phraſin Philippus Beroaldus injuriâ ſuſtulit ſæpius in Apulejo.
Formulæ, *Dii lævi*, *Dea læva*. *Sive tu Deus es*, *ſive Dea*.
Locus è membranis bene ſuppletus.
Dii Gentilium ex ære, teſta, gypſo, &c. *Summus*, *ſuus*, facilè confunduntur.
Ecquis, *ecquid*. Orbus dicitur tam pater, quàm filius.
Orbus lumine. Feſti locus expendendus.
Iam particula tranſitionibus ſervit.
Deus Nodutis, & Noduterenſis: ſive Nodotus, Nodoterenſis.
Limæ Dea quæ fuerit, quæſitum. Limi Dei.
Forculus, Cardea, Limentinus Dii, januis præſidebant.
Pollentia. Salluſtii Conjuratio mendo liberatur, & pariter Apulejus.

Fici, & *ficus*, quid differant. Lateranus genius focorum.
Libentina Dea. Liburnus Deus.
Superesse alicui, id est, *praesse*, Latinè dici, ostensum contra Gellium.
Mutunus Tutunnus Deus, quem Græci Priapum vocant.
Ejus Dei sacellum Romæ ubi fuerit.
Iecorum fibræ in extispicio maximè inspectæ.
Caroli Sigonii vera laus.
Theodosius Imp. extispicia Christianis ademit.
Extispiciorum primus inventor Tages Thuscus.
Tibulli carmen illustratur. Vir serius.
Rea sive Regina malè substituitur pro Hyperiona.
Adhinnire. Minutim, minuratim.
Persona idonea. Idonea curatoris substantia, id est, sufficiens.
Idonei homines, quibus pecunia tutò creditur mutua.
Arnobius in phrasi Iurisprudentium multus est.
Vina inferia. Ostendere, & estendere, scripta pro, extendere.
Solinus emendatus. *Numina* repositum pro, nomina.
Ioves ethnicis numerati trecenti.
Obtestandi seu obsecrandi elegans formula.
Arbitrari interdum frequentatum scriptoribus pro, judicare.
Romani uxores habebant usu, farreatione, coëmptione. Diffarreatio quid.
Condicere sacramenta lectuli genialis.
Formula nuptialis, *ubi tu Cajus, ego Caja*, unde orta.
Particula *Æquè* crebra est in scriptis veterum absolutè posita.
Genere dicebant antiqui, non *gignere*. Cœtus reponitus, pro coitu.
Librarii antiqui adspirationis notam sæpe omiserunt.
Diana silvarum habitatrix. Dea silvarum, nemoralis, nemorensis.
Matrum, & nutricum mos tangendi infantes, ut placent eos.
TRACTU' TACTU' olim scribebantur, pro, *tractus*, *tactus*.
Locus Arnobii è membranis suppletus.
Bacchum Semele concepit, Iuppiter enixus est.
Differentia inter femur, & femen.
Homines lauti, lauta ingenia. Grandis merces.
Veritas prompta, id est, ante oculos posita.
Hilla, sive *birra*, genera sunt farciminum.
Mars in Thracia natus. Geniales lectuli. Genitalia, membra sunt pudenda.
Minerva inõleatrix. Paupetare, arietare, & similia. Ingeniatus.
Indigitatur, significat, *nominatur*.
Sancus Deus, & Fidius, idem qui Hercules.
L. pro D. & contrà in multis ponebant vetusti.
Sancus, vox Sabina, ut Hercules Græca.
Quid? *Cura* dictæ bonis auctoribus loco *amorum*.
Cura dicta est quasi cor edat sive urat.
Sexus mares interpretamur sexus viriles, marinos.
Q. Fabius Eburnus Iovis pullus vocatus. *Pulli* dicti pueri amatorii.
In Epistolis Senecæ depravatus hactenus locus sanatus.
Furta amorum, furta bellorum. *ExpeRI*, pro, experiri.

Contrahere commissionem piacularem. *Contrahere*, pro, delinquere.
Simpuli vasis forma, usus, materia.
Simpulatores, simpulatrices, simpulones.
Simpinium sive *simpuvium*, vas ligneum.
Aures patientissimæ, patentissimæ. Incentivum laudis.
Sequius aliquid suspicari. Sequior sexus est femininus.
Varronis scriptura apud Nonium revocata.
Qui sint rei majestatis. Imperatoris imaginem lapide petens reus majestatis.
Senatores sunt pars corporis Principum.
Convicium unde dictum sit.
Lex duodecim tabularum de carmine famoso.
Famosi libelli auctores, etiam repertores interdum puniuntur.
Quæ sit *atrox injuria*. Genetrix scribendum, contrà Genitor.
Circumretitus. Ora immutare *pellacia*. Subditivus & subditicius.
In conventiculis ἀπαρχὰς & supplicationes primitus factas.
Lex XII. tabularum de cœtibus nocturnis inhibendis.
Nox cur *intempesta* dicta Varroni, Censorino, aliis.
Bona Christianorum in Ecclesia primitiva communia.
Christiani libenter se mutuo *fratres* appellarunt.
Continere iras, contentus iræ.

LIBRO QUINTO.

Animale idem significat, quod animatum.
Aliorum est scire. In promptum est. Accusativus ablativi loco.
Impostare. OI pro I. similiter EI pro I.
OE loco V. item V U pro V. Itidem A V conversum in V.
Itemque V pro AV. O loco AV, & OV pro V.
Emendatus Nonius Marcellus; fortè & Arnobius extra ordinem.
Flumina indoluisse. Limus durescit.
Exaltata vis meri. Sangarius, sive Sagaris, fluvius Asiæ.
Discidium. Pregnas. Retracta syllaba, quæ latitabat in verbo præcedenti.
Exterriti adorandorum. Falli sermonis. *Orare, adorare*, id est, agere.
Arbor lanata, in sanctuario matris Deûm.
Lapides à Deucalione, & Pyrrha jacti, mutati in homines.
Perpetua sæculorum continuatio. *Enisus*, pro, enixus.
Depudere, Desævire, Exsævire, id est, desinere pudere, &c.
Furtum obreptionis. Convenire, id est, liberis operam dare.
Conventitii patres, id est, promiscui. *Conventus, & conventiones*, pro coitu.
Conciliare: concilia corporalia eodem significatu posita.
Antiqui honestè dixerunt *factum*, pro coitu.
Iuvenalis, & Plauti versus explicati.
Sementis jaculata. Detrudere à regimine.
Augustissimæ Deorum curæ. Laquei nodabiles.
Sauciare aquam vino. Sauciare se vino.
Curatus, pro curatione. *Cati patres.*
Dedignatus. *Pignus*, prò filio, filiave.
Petronii locus insignitè depravatus, nunc restituus.
Flama, mama. Veteres non duplicasse consonantes.

Homines positi pro servis: item pro masculis.
Magna Deûm mater quare dicta *turrita*.
Hiscere. Explorata fides, explorata veritas.
Conjectura magni momenti in Arnobio.
Ia sponsa Attidis. Ea Atlantis filia minor.
Cloatius Verus, & Sextus Clodius, scriptores prisci.
Dii *Consentes*, Complices aliis vocati.
Dii Consentes à consentiendo denominati. *Sacra Consentia*.
Inter Consentes sex mares, & sex feminæ censentur.
Qui fuerint Dii *Consentes*. Singuli menses anni, quem Deum tutelarem habuerint.
Inferere μετωνυμικῶς usurpatum.
De natalibus Servii Tullii regis Romani dubitatum.
Hunc natum dicebant sine patre. Ejus parentes nominati.
Hetrusci auguriorum peritissimi. Corniculum Latii oppidum.
Inscriptio vetus Lugdunensis. Servius Tullius ædem Dianæ dedicavit.
Servorum dies festus Romæ idibus Augusti.
Servii Tullii mater Ocresia, sive *Ocrisia*.
Vis Lucillii quid apud Arnobium notet.
Invocatus, non invitatus. *Vocare*, *Vocationes*, *Revocationes*, de conviviis, & comessationibus dicuntur.
Nonii Marcelli verba de conjectura restituuntur.
Subsessores alieni matrimonii. *Subsidere*, verbum castrense.
Astus. Petronii versus leviter correctus.
Furta, & subsessæ amorum Iovis, à veteribus celebratæ.
Obtutus, pro visu. Maleactio, Maledictio, Maletractatio.
Smila idem quod scalprum, sive scalpellum.
Verbum vetus, *Diribere*, pro, dividere. *Diribitorium*.
Ausonii locus in Panegyri confirmatus.
Polimina, *polimenta*, & *proles*, pro testiculis.
Suppressa in priori membro orationis *Tam*, *magis*, *potius*, &c.
Dictitare. *Et* positum loco, *id est*.
Proserpina quamobrem Virago nuncupata.
Secus, pro sexu. *Suboles*. Ceres filiam quærens ad Baubonem divertit.
Enallage verborum Arnobio redhibita. Item Petronio.
Antiquis *atque* sonabat idem quod confestim, ilico.
Perducere, *educere*, ponebantur significatione *cibandi*.
Iuvenalis versus illustratus.
Spectus, pro spectione. Arnobius extra ordinem magno mendo liberatus.
Explicata Bacchi cognomina. *Semelejus*, *Nysius*, *Euhyus*.
Nomen *Expeditionis* à re militari ad diversa tralatum ab Arnobio.
Decedere, mori. Subsidere. *Surire*, verbum obscœnum.
Phalli. Bruta vox, quæ in fine præcedentis hæserat.
S. & x. litteræ olim indifferentes. *Contextus*, pro, contextus.
Intercapta, pro intercepta, antiqui scripsere.
Alia similia, ut, *Adquarere*, *Facitur*, *Parvifacitur*.

Item

Item *Prafacere, Ædifacere, Antefacere.*
Emendationes in Codice Iuſtiniani in Macrobio, Salluſtii Iugurth.
Vetus vocabulum *Differitas*, pro, differentia.
Id minimùm quater in Arnobio obſervatum.
Notio verbi. Iteratione aliquot verborum ſententia conſtituta.
Sanctuarium. Emittere vocem. *Catus*, pro, coitu.
Vredo, Vrigo, idem ſonant, quod prurigo.
Inquinare, coinquinare, ducta à verbo priſco *cunire.*
Homines verecundi, ac lauti. *Succeſſus lautiores*, pro ædificiis pretioſis.
Gloſſarium manuſcriptum, quod apud G. Stewechium.
Fulvii Urſini conjectaneum in Arnobio corroboratum.

LIBRO SEXTO.

Ecquid. Ecqua. Ecquo. Sæpius ea phraſis reddita huic ſcriptori.
Potiora, repoſitum loco, potentiora. *Ducere*, id eſt, exiſtimare.
Objectus quarta declinatione, objectionis vice collocatur.
Suppletus Arnobii locus ex membranis non paucis verbis.
Confundebant olim y cum u. Gula. & gyla. Capua, Capya.
Subtricentur eleganter hæc in oratione, *cauſa, nomine, gratia, ergo.*
Populi ſervandi laborare: Reipubl. defendendæ periclitari.
Salluſtio gloſſema ademptum è bello Iugurth. Itemque Auſonio.
Correcta l. plagii, C. ad legem Fabiam de plagiariis.
Item l. quia, C. de operibus publicis.
Prudentii poëtæ verſus emaculatus.
Agellii locus in noctibus Atticis gloſſemate purgatus.
Unus Apuleji locus, plures Nonii Marcelli de conjectura tentati.
Set, ſcriptio vetuſta pro, *Sed.*
Ciceronis oratio in Salluſtium duobus in locis repurgata.
Publii Craſſi emere, ſupple *domum.*
Venire ad Dianæ, Apollinis, ſcilicet *templum.*
M. Terentius Varro, neque Græco, neque Romano ſecundus in litteris.
Repulſim, Expulſim, promiſcuè ſcripta à ſimilitudine litterarum.
Varronis locus apud Nonium deſperatus hactenus, jam puto perſanatus.
Sera priſcis auctoribus dicta, quæ nobis *triſtia, gravia.*
Apud Nonium alter Varronis locus fortean correctus.
Tuberata templa buſtis mortuorum.
Tumuli mortuorum *aggeres* vocati.
Arceſii, & Acriſii nomen non rectè commiſceri.
Eleuſis, & Eleuſina ſacra. Theſmophoria.
Celeus rex Eleuſinius: Triptolemus ejuſdem filius.
Humatus, pro humatione. Hygini opinio rejecta.
Eleæus vicus. Eleæ urbes. *Situs*, id eſt, conditus, ſepultus.
Formula monumentorum, H.S.E. Accuſativus loco ablativi.
Alius, alii, alio. Vnus, uni, uno. Altera, altera, altera, &c.
Effigiare. Effigiatus. Iani Gulielmii, & Nicolai Fabri I.C. conjectura.
Ex minima mutatione libri veteris, bona lectio pòſt eruta.

Motari

Motari crebrum in Arnobio verbum, pro, *moveri.*
Ritus antiqui in obsecrationibus, manus osculandi, amplexandi genua, & aras.
Etiam simulachrorum genua Gentiles amplexi orantes.
Simulachrorum caveæ, armaria seu thecæ. *Potus est.*
Conjecturas in textum auctoris recipere, temerarium, ac periculosum.
Aliud est, si extra ordinem quid bene moneatur.
Privum. Iosephus Scaliger antesignanus Criticorum.
Alimonia. Alimentum. Patibulo, cruci subfigere. *Gabalum, gibet,*
Constantinus A. vetuit quemquam in crucem tolli, in honorem Christi.
Scz. loco scilicet. *Grandaevitas, aevitas.*
Medicorum, & Philosophorum barba à multis risa.
Varronis verba apud Nonium rectè supplera. Philosophica supellex.
Reatus. Id nomen Messalla orator primus uti ausus.
Praxitelis duæ statuæ Veneris celebratæ.
Adolescens Gnidius statuæ amore exarsit.
Apuleji locus spurio vocabulo liberatus.
Varronis Satyræ Menippææ. Menippus servus, Philosophus fuit.
Ab eo Satyræ Cynicæ, sive Menippææ nominatæ.
Hirundines, charum animal penatibus. Dii penates.
Scrupulum, vel *scriptulum*, unciæ pars vigesima quarta.
Suspectio. Reddita ea vox Vegetio, Frontino, aliis.
Suspectare. Petronio Arbitro id verbi redhibitum.
Habitatus, quarto declinatu, pro habitationibus.
Alia multa in Arnobio eodem paradigmate inflexa.
Pariare, quid sit. Pariatio, pariatores.
Fixum, id est, *certum.*

LIBRO SEPTIMO.

C. Littera olim etiam pro S. itemque pro adspirationis nota fuit.
Apuleji loco plurima rectè constituta.
Hujuscemodi antiquè in Apulejo sæpius scriptum pro, *cujusquemodi.*
Arnobius extra ordinem aliquammultis locis castigatus.
Cilunculi, Cilones. Silo, Silus.
Voces totas in scribendo intercidisse, ob similitudinem litterarum.
Hostiæ in altaribus incendi solitæ. Thus adjectum igni.
Mamertini Panegyrici verba expensa. *Totus*, pro, *omnis.*
Locus Arnobii defectu laborare visus.
Thus nullum in sacrificiis Rom. tempore Numæ.
Pium far quid, & cui usui in sacrificiis.
Hostia quæ dicatur *immolata*; quæ verò *mactata.*
Formula sacrificii, *Macte esto.*
Consectaneum. Particula *Si*, pro, *An*, usitata.
Pupus, pupa. *Puppula*, id est, imagunculæ, sigillaria.
Syllabæ geminatio à librariis neglecta.
Traducere copias militares, pompam.
Historia de servo in Circo flagellato quo anno inciderit.

Nepam imitari, adagium.
Humiles) (Honesti. Honestiores à vilioribus in pœna discreti.
Acclinis. Ritus varii exhibendi honorem personis dignioribus.
Nempe in adeundo; adsurgendo; desiliendo ex equo, sive vehiculo, &c.
Sallustium ut brevitatis amatorem omnes suspiciunt.
Eidem scriptori ineptissima glossa adempta.
Membrum orationi redhibitum è codicibus manuscriptis.
Secundo multis verbis ditatus è membranis Arnobius.
Belua, pro elephantis. Iani Gulielmii conjectura stabilitur.
Honoris ergo. Putere. putescere. putrescere.
Bucula, B. pro V. Telluri scrofa, Minervæ vitula virgo immolata.
Nupturæ olim camelis virginibus supplicabant.
Forda, fordicidia. H. loco F. & contra F. loco H.
Bos forda. Boves injuges Minervæ cur sacrificarent.
Lucillii carmen libro xxx. Satyratum explanatum.
Minerva cur appellata Tritonia. Statio lux data.
Tetra hostia eadem est, quæ atra.
Vicit ratio. C. loco S. & contra.
Dis superis candidæ hostiæ, inferis nigræ offerebantur.
Deos Superos ominibus dextris, & fastis præfuisse.
Inferi, & manes rebus lævis, & infastis præpositi.
Festo sua reddita scriptura. *Impar numerus fastus*.
Adspirationis nota addita, dempta, pro libitu librariorum.
Omnia in locum vocabuli *omina* non semel immigravit.
Sublatum vitium scripturæ de Panegyri Mamertini.
Eadem opera præstita Nazario Panegyrico.
Omen, augurium, quid distent. *Sufficere lanam*.
Retracta syllaba, quæ latebat in dictione præcedenti.
Inferre verbum conveniens sacrificiis.
Procuratio rei sacræ nomen.
Procurare Iovi, Marti. *Procurare fulmen*, id est, expiare.
Dare diis. datio sacrificiorum.
Apexabo, Silicernium, Longabo, farciminum genera.
Ircei, farcimina nunc primum in Arnobio reponuntur.
Hirra, Hilla, Lucanicus botulus, Lucanica hirra. Hilum, id est, minimum.
Seculum, pro multitudine, & sobole ferarum.
Secus, seculum, à secendo, id est, sequendo.
Seculum pro stirpe, & generatione. Similiter & *secus*.
Apuleji libro de mundo scriptura in integrum restituta.
Magmentum, augmen, augmentum, verba sacrificorum.
Mactare, quasi magis augere.
Numera dapes, dicuntur pro, numeratæ.
Isicium, Isiciarii. legata ridicula Grumii Corocottæ Porcelli.
Aliis placet *Isitium* ab insectione. *Hiræ* repositæ pro Isiciis.
Ruma Strebula. offa penita in cœnis puris.
Infligere. Restituem, evolvem, pro, restituam, evolvam.
Quis victus *solidus* in sacrificiis. *Administratus*.

Cniſſa ſacrorum verbum. Arnobius Græca vocabula libenter uſurpat.
Particula *plus* in præeunte orationis membro omiſſa.
Domnitio verbum probum, Plauto, Apulejo, & Ciceroni uſitatum.
Veteres proferebant *cinis* genere feminino. *Lixivia.*
Epulum Iovis anniverſarium idibus Novembris.
Epulum indictum. Epulonum Romanorum munus, numerus.
Lucillio apud Nonium ſua lectio poſtliminio reddita.
Epulum, & *Epulam*, numero ſingulari dicebant.
Gladiatoribus, Ludis Circenſibus: id eſt, eorum ludorum tempore.
Vaſiones. Vadere. Viare. Vinalia Romanis duplicia.
De Vinalibus magni viri error. Quibus diebus celebrata.
Vindemiam flamen Dialis quo modo auſpicatus ſit.
Calpar. Iovi nova vina prælibata.
Floralia, quo die Romæ celebrata.
Flora propudioſa meretrix, ea relata in cenſum Deorum.
Meretrices nudæ mimorum vice functæ.
Mimi, & ſcænici infames Romæ habiti.
Eorum origo. Leges de infamia eorum hominum latæ.
Plato poëtas urbe pellendos cenſebat.
Salpincta, tubicines ſunt. σάλπιγξ.
Atellanæ comœdiæ ſeveriores. *Atellani* perſonam non ponebant.
Atellani immunes ab infamia reliquorum ſcænicorum.
Hiſtriones, ut minus honeſti, prohibiti militia.
Romani ludis ſe Deos placare arbitrabantur.
Promptum eſt. promptum facere.
Res *ſcæva.* ominis ſcævi mulier. Apulejus correctus.
Subrigere. ſubrecto culmine.
Penitè, penitius. Arnobii trium locorum reſtitutio.
Invidere rem penitius, id eſt, accuratius introſpicere.
Numerus impar ut fauſtus adamatus.
Maximè ternarius, & ſeptenarius.
Septenarium numerum religioni aptiſſimum cenſuit Plato.
Conſus, Deus conſiliorum. Aurigæ in Circo ſepties metas circuibant.
Edicere ludos. Edictum libellus ſive titulus in ludis.
Notatum publicè cui Deo, cui Deæ ludi futuri eſſent.
Edicere rem, valet, palàm, in coram eloqui, totam enarrare.
Correcta l. prima, C. de famoſis libellis.
Salluſtio in Conjuratione ſua phraſis repoſita.
Duûm locorum in Nonio Marcello emendatio.
Diligere. Dilectus militum. *Subicere.*
In membranis multorum verborum Arnobii reſtitutio, ſeu repetitio.
Niſus, pro nixus. Roma, poſt Æſculapii adventum, ſæpius peſtilentia vexata.
Lacuna in Arnobio magni momenti ſuppleta.
Angellus diminutum à voce *angulus.* Colmen.
Fors, loco ſortis, ſive fortunæ. *Fors*, pro, forſaſſe.

GODE-

GODESCALCI STEWECHII IN LIBRUM I. ARNOBII ADVERSUS GENTES ELECTA.

280

GOD. STEWECHIUS
IOANNI WAMESIO I.C.
Primario apud Lovanienſes Anteceſſori
S. D.

ARNOBIUM *in Bibliotheca tibi Theologica, quam inſtituere, cum domi tuæ habitarem, cœperas, collocatum, certò mihi perſuadeo; diligenter legiſſe non ambigo: quod mihi pro comperto ſit, te, dum à ſtudiis gravioribus vacaret, non modo horas, ſed etiam dies aliquot antiquitatis ſtudio, hiſtoriæ, Eccleſiaſticæ præſertim, libenter impendiſſe. Inde in ſpem adducor, non ingratum fore laborem, quem tibi V. C. (etſi multis, graviſſimisque oneribus preſſo) inpræſentiarum impono; componendi ſcilicet præſentes conjecturas, & notas meas cum exemplari excuſo: tum probandi eaſdem, vel, ſi ita viſum erit, improbandi. Memini menſibus ſuperioribus me ad te litteras dediſſe, in quibus variis de rebus conſulebam. perferre debuit ** quidam, quem non nomino, quod paucis ab hinc diebus reſciverim, eum hominem non bona fide mecum egiſſe. Vale obſervandiſſime Domine Anteceſſor, & de Stevvechio diſcipulo tuo promovendo, juvando, cum ſe offeret occaſio, ſeriò cogita. Iterum vale.*

PAGINA 1. *Arnobii [diſputationum] adverſus Gentes libri* VII.
In manuſcripto exemplari legitur: *Arnobii adverſus nationes libri ſeptem.* neque aliter vidi laudari hos libros è fide manuſcripti alterius Pariſienſis, qui in regia bibliotheca eſt. quod ſemel monuiſſe ſufficerit.

Pag. eadem: *Si apud nos eſſe conſtiterit cauſas, per quas ſuis mundus aberravit ab legibus: exterminati ſunt Dii longè: examina tanta mœrorum, mortalium importata ſunt ſæculis.*

Ita conſtituendus locus totus, auctoritate membranarum. Romani ediderant, *per quas ſuis mundus aberravit ab legibus. Exterminati ſumus dum longè.* Id rurſùm Gelenius depravarat hoc modo, *Exterminandi ſumus, ſi per nos examina tanta mœrorum.* Cæterum utrobique periit ſecundum illud crimen, quod infideles Chriſtianis objectabant: ipſos ſcilicet in cauſa eſſe, cur ſuperi ex orbe omnes exterminati, profligati eſſent. ipſum Arnobium audiamus, qui ait libro 5. *Noſtra quidem nihil intereſt, quorum cauſa contenditis exterminatos eſſe à terris Deos.*

Pag.3. *Non matrimonia copulant nuptiarum ſolemnibus juſtis? non dulciſſimas procreant liberorum ſtirpes?*

Legendum arbitror cum Iuriſprudentibus, *Non matrimonia copulant nuptiarum ſolemnibus juſta?* Similiter ut illi juſtas nuptias, ſervitutem juſtam, juſtam libertatem, liberos juſtos dixere paſſim, Inſtitutionibus tit de libertinis. Itidem uxor juſta, quæ legum ſolemnitate obſervata ducta eſt, l Si uxor. ff. de adulteris. Alciatus ad l. lege obvenire. ff. de verbor. ſignificat. De nuptiis injuſtis ita Apuleius 6. de aſino: *Impares enim nuptiæ, & præterea in villa, ſine teſtibus, & patre non conſciente, facta, legitimæ non poſſunt videri.*

Pag. ead. *Et ſtudioſè referunt nativitatis uſuras.*

In noſtra Edit. gnavitatis.

Illud non modo placitum huic ſcriptori, verum & perpetuo quaſi uſitatum comperi, ut nomina, quæ Latina conſtructio copulare ſolet, ea & disjungat, & ſæpe magno interſtitio ſeparet. Scribo loco præmiſſo, *ſtudioſa referunt nativitatis uſuras.* in quo mecum ſentit vir clariſſimus Fulvius Vrſinus Rom. cum eodem illo reſtituebam & hæc ejuſdem lib. pag. 7. *libidini non permittitur ocioſa.* vulgo, *ociosè.* Alia habemus ſimilia non pauca, de quibus ſuo loco.

Pag. ead. *Non imperant? quibus ſors rerum adtributa eſt? Talibus non auctiores quotidie, &c.*

Merito è manuſcript. reſtitui, diſtinxi, *quibus ſors rerum adtributa eſt talium? non*, &c.

Pag. ead. *Irrupiſſe has labes, & infeſtari cœpiſſe diſcriminũ varietate mortalia.* Gemino ſyllabam, *irrupiſſe ſe has labes*, pariterq; reſtituendum arbitror paullo antè hac eadem pagina, *Cum igitur hæc ita ſint, neque ulla irruperit ſe novitas.* quam phraſim alibi Arnobio reddemus, atque exemplis confirmabimus. ex quibus liquebit (ni fallor) pari locutione poſt reponendum, *magna erumperet ſe vis hominum.*

Pag. 6. *Qui homines eſſe non ſpecie corporum.*

Geminabam ſyllabam, *qui homines eſſe ſe.* in qua conjectura mihi quoque cum Urſino convenit. exempla ſimilia alibi proponemus.

Pag. 7. *Plato ille ſublimis apex Philoſophorum, & columen.* In membranis legebatur, *& lumen.* mihi verum eſt antiquum, *colmen*, pro, *culmen.* De cætero, verbis ſequentibus è manuſcripto lucis multum accedere nemo negabit, his ſcilicet: *ruinas, interitus, funera, rerum innovationem vocare: etenim* (vulgati libri, &) *juventutem his quandam redintegratis viribus comparari.*

Aliter in textu noſtro.

Pag. 8. *Maledicam ſcilicet primordiis rerum, potentioribus dare conditionem velle, ut id fiat, quod cupias, fixum.*

Inprimis reponendum credo, *maledicam ilicet*; ſive potius, *maledicas ilicet.* Valet ilicet, quod confeſtim, ut oſtendi ad Apuleii librum primum. Reſcribo in poſterioribus, *potentioribus dare conditionem. Velle ut id fiat, quod cupias.*

Pag. 9.

Pag. 9. *Sapenumero maximos annorum fuisse proventus.*

Quod in membranis reperitur, *maximos annone f.p.* id neglegendum non arbitror. Similiter quod eædem suppeditant pagina sequenti, *nihil latum habere:* cujus loco editur, *nihil lati.*

Pag. 10. *Si apud Getulos, tum Aquitanos, hujus rei causa siccitatem satis, ariditatemque miserunt.*

Pro Aquitanos *noſtr. Edit.* Tinguitanos.

Suadeo scribamus, *ariditatemque immiserunt:* quod probat Arnobius ipsemet hoc eodem libro pag. 25. *in concessi amoris flammas, & furiales immittere cupiditates.* Iterum eodem libro pagina 25. *mortiferam immittere, quibus libuerit, tabem.* Neglecta est geminatio syllabæ: qua de re nos infra non uno loco.

Pag. 10. *Mali ominis obscœnitate traducor.*

Quid si legatur, *mali ominis obscœvitate?* Obscœvare, est quasi malum omen adferre, interprete Nonio Marcello. Plautus asinaria, *Metuo quid illic obscœvavit mea falsa fallacia.* Arnobius libro 3. *discordias, furias, & læva illa numina:* in libro 5. erat, *& sæva:* malim *scæva.* Auctor Varro libro 6. de lingua Latina, à manu scæva, quam ἀριστερὰ Græci vocant, dicta omnia scæva, id est, bona: & auspicia quoque sinistra, bona, & fausta esse; & quidquid ave sinistra addicatur. Idem in Epistolicis quæstionibus notavit, ad sinistram partem mundi esse exorientes; ad dexteram occidentes: ideoque sinistra auspicia meliora existimata. In eadem sententia Plinius agens de fulmine, & Festus in voce *Sinistra.* contra tamen apud eundem Paulus Diaconus auspicia dextera interpretatur prospera. Itidem Persius satyra 4.

----- dis iratis, Genioque sinistro.

Accedit vetus poëta Accius Bruto, cujus versus apud Ciceronem libro 1. de Divinatione:

Per propinqua hac bene verruncent populo. nam quod ad dexteram
Cœpit cursum suum ab læva, signum prepotens, pulcherrimè Auguratum est.

Observavi de partibus hisce non paucas in scriptoribus occurrere dissensiones. Philippus Beroaldus id differentiæ conatus est constituere: Romanis scilicet sinistra prosperiora esse; Græcis, & Barbaris dextera: & inde esse, ut Cicero libro secundo de Divinatione, quæ bona sunt, sinistra dici, etiamsi dextera sint, censeat. De numinibus lævis, de auguriis dextris, sinistris, Gellius libro 5. cap. 12. Livius libro 1. Dionysius Halicarnassæus libro 2. Plutarchus in Problematibus, alii alibi. ominum tamen opiniones ridet Arnobius noster libro 4. nempe pro corporis nostri situ quemliber orbis cardinem dextrum, vel sinistrum esse; anticũ, vel posticum. Vide etiam Festum in *Posticum.*

Pag. 11. *Et in perpetua virtutis firmitate consistens, scire adseveratur à vobis.*

Consideranti præcedentia, videbitur non dissimilis vero hæc lectio: *& in perpetua virtutis firmitate consistens, sentire adseveratur à vobis.* præmittitur enim, *perpetiuntur, & sentiunt.*

Pag. ead. *Qui propulsare, defendere suas valeant contumelias.*

Usu veniisse scimus oppido frequenter, ut quæ interpretandis vocibus obscurioribus, vel margini librorum, vel spatio interlineari adhibita primum fuerant, post locum repererint in ipso textu. itidem hic factum puto verbo *propulsare.* nam *defendere*, id est, *arcere, prohibere*, Ciceroni, Martiali, cæterisque Romanis usitatum fuisse, ostendi ad Flav. Vegetium de re militari libro 3. cap. 22. sublato exinde insigni mendo. Verba Pauli Iurisconsulti huc accersenda,

cerſenda, vel ob ſolam ſententiam: *Vim enim vi defendere, omnes leges, omniaque jura permittunt.* l. Scientiam. §. qui cum. D. ad legem Aquiliam. Atqui aliter viſum eſt libris antiquis cum impreſſis, tum cuſis, qui hinc defendendi verbum exterminant.

Pag.12. *At ex noſtris exprimi unum prohibeant palmitis rorem.*

Ponam primum lectionem cod.ſcripti: poſt videbo an valeam corroborare: *at ex noſtris exprimi vinum prohibeant palmitibus rorem.* Si nomen vinum accipiamus inſtar adjectivi, pro vineo, ſeu vinoſo rore, ſatis inclareſcet ſententia. Eadem phraſi in Codice Iuſtiniani Imper. reponebam, *dies autumnos*, pro autumnales, in eo membranas ſimiliter ſecutus. vide Notas noſtras ad prædictum Codicem, in l. Omnes. 1. titulo de feriis. Item ſpicilegia Palmerii, & Iani Guliel. Quæſtiones ad Plauti Rudentem cap. 3. Itidem uſurpat Arnobius lib. 3. *ludibrios dies*, dum è manuſcripto emendatur, *an ipſi hæc ſibi diebus impoſuerint ludibriis.* editum hactenus, *diebus impoſ. ludicris.* Pariter capio vulgatum textum dicti libri tertii, his verbis, *& præpropero partu ſeptimanas edere aliquando feturas.* Similiter loquuntur membranæ lib. 5. *mendacia vulneris lanis* (vulgo laneis) *faſciis, linteoliſque contectum.* Emendant pari modo membranæ lib. 6. *quod in vulgariis proverbiis dicitur.* Itidem in textu eſt libro 6. *quod in primogenio corpore iners fueris.* Regredior ad librum quartum Arnobii, ubi occurrent hæc: *Quid? quod non contenti feminei generis adtribuiſſe Diis curas, etiam* [*ſexus*] *adjungitis adamatos ab his mares.* ſuppreſſum. *ni ſexus* in manuſcripto libro: puto tamen retinendum, atque ſumendum modo prædicto *ſexum marem*, pro ſexu marino. Non diſſimili locutione Varro lib. 4. bis dicit, *verba oblivia.* Sed alibi hac de re dicemus, Cenſorinum Apulejum, & alios emendabimus.

Pag. ead. *Dæmonas appellat, & hos non noſſe cæleſtia.*

Differit Arnobius Deos veros, & qui ferre hujus nominis auctoritatem condigni ſunt, paſſionibus non eſſe obnoxios. quippe iraſci, gaudere, indignari, adulationem admittere, nimis eſſe indigna ſuperis, immo vix cadere in eos, quos Dæmonas Philoſophorum ſcholæ appellant; Semones & minorum gentium Deos: de quo & Apulejus libro de Deo Socratis. leve tantum in iſtis verbis mendum, miror non ſublatum. in Codice Romæ edito legebatur, *Dæmonas appellat, errores non noſſe.* corrigo, ac diſtinguo, *Dæmonas appellat, errones, non noſſe cæleſtia.* Arrius Menander: *Levius* (inquit) *delictum emanſionis habetur, ut erronis in ſervo; deſertionis gravius, ut in fugitivo.* l. qui cum §. edicta. D. de re militari. Identidem ſervi errones dicti in l. emptor. C. de actionib. empti & venditi. Conſulatur Anton. Auguſtinus libro 3. Obſervat. c. 7. De Dæmonibus porro ita Apulejus lib. de dogmate Platonis: *In aëris* (ait) *plagis terræ conterminis, nec minus confinibus cælo, perinde verſantur, ut in quacumque parte naturæ propria ſint animalia, & in æthere volantia, & in terra gradientia.* Quibus etſi plus ſatis conjectura noſtra confirmata, viſum tamen Minutii Felicis teſtimonium ſilentio non prætereundum: *Spiritus ſunt inſinceri, vagi, à cæleſti vigore terrenis labibus, & cupiditatibus degravati.* Iterum mox ibidem: *Dæmonas prodidit terrenos, vagos, humanitatis inimicos.* Adeundus quoque Lactantius lib. 2. cap. 15.

Pag. 13. *Si quando vos velle rem venire in invidiam compererunt, indignantur. declamitantque: In templis jam raritas ſumma eſt.* &c.

Fuere

Fuere mihi ad hunc locum paratæ conjecturæ complures. de quibus unam hanc expendendam ponebam primitus : *Si quando nos belle provenire compererunt, invident, indignantur, declamitantque* Provenire segetes, oratores Plautus, Cicero, Cæsar, Sallustius dicebant. *aliquem proventum cupere : provenire bene, rectè*, Romana phrasi Plautum & Apulejum dixisse, alibi ostendi. Docet autem Arnobius, quod fidelibus & orthodoxis & numerus augeretur, & res ; eo paganorum invidiam incurrisse. immo haruspices, & reliquam maleficorum fæcem rumores falsissimos sparsisse, quo publicorum malorum invidiam iisdem imponerent. Atqui libri manuscripti lectio sat claret, ista scilicet : *Si quando vos velle rem venire in invidiam compererunt: negliguntur Dii, clamitant: in templis.*

Pag. 13. *Merito genus humanum tot miseriarum angustiis premitur, tot laborum excruciatur arumnis.*

Exemplar membranaceum habebat, *Et merito genus humanum*. inflectere id conor leviter, *Eò, meritò genus humanum*. Eo, id est, eapropter. reliqua verosimile est legi posse, *tot laborum exercetur arumnis*. Germanus huic apud scriptorem Milesiarum locus, lib. 6. *Psyche tantis exercita arumnis*. Simile Virgilii istud : ----- *nate Iliacis exercite fatis*.

Pag. 14. *In vatibus profanis nos impios Dodoneus aut Iuppiter nominat.*

Aliter in textu nostro.

Restituere conor, *in vatibus profanis nos impios, atheos Dodonæus Iuppiter nominat*. exsecrandum etenim, & impium istud nomen ab infidelibus objici Christianis solitum, exemplo unico demonstrasse sat erit. Arnobii scilicet hoc eodem libro : *quod caput rerum, & culmen venerabilibus adimus obsequiis, (ut convitio utamur vestro) infausti, & athei nuncupamur?*

Pag. 15. *Aut amet substerni, tot millium venerationem videre.*

Particula disjunctiva hic desiderata, *substerni aut tot*, vel, quod verius puto, *tot substerni* è glossa est.

Pag. ead. *Nullus timor indignationis in Diis est.*

Rectius esse censeo, quod in membranis scriptum, *tumor indignationis*. nam quibus hic irascentiæ tumorem tribuit, iisdem mox livorem. Arrogantiæ supercilio tumidos vocat initio libri proximi, & inibi mox subdit, *in opinionem scientiæ sub inflati pectoris tumore tollamur*. Rerum tumores Cicero ad Atticum posuit, pro perturbationibus, tumultibus publicæ rei. Minutius Felix : *Nam indignationis ejus tumorem, effusa orationis impetus relaxaverat.*

Pag. 16. *A quo ipsam deitatem (ut ita dicam) sortiti esse sentiunt.*

Emendo, *sortitos sese sentiunt*; ni mavis, *sortiti sese sentiunt*. Infra lib. 5. cum de matre magna Deum agit, *humanum est ergo*, inquit, *quod esse se sentit, & Pyrrha debet*. Item lib. 6. *cui debent divina numina nobiscum quod esse se sentiunt, & vitali in substantia contineri.*

Pag. ead. *Nam si omnes concedimus unum esse principem solum.*

Quod in membranis substituunt, *principem Solem*, dubito an consultè factum sit : quamquam de Sole infra nobis notandum video.

Pag. ead. *Quod caput rerum, & columen venerabilibus adimus obsequiis.*

Liber vetus mavult, *caput rerum, & culmen*. non semel hoc nominis mutavit, propter antiquam scripturam *colmen*. ostendi id supra : item in Quæstionibus Apulejanis. non sequor membranas lib. 3. Arnobii, *ad istius nominis columen* (probum est vulgare, *culmen*) *vobis laudatoribus elevati*. Quinimmo, licet

licet non consentientibus membranis, repono lib. 7. *& quod rursus exsilivit ad imperii culmen, & regium principatum.* Iterum illo libro extremo, *alios ad culmen dominationis evexit.* in editionibus est, *ad columen dominationis erexit.*

Pag. 16. *Mundus iste, in quo degitis, cujus est? aut quis vobis attribuit fructum, possessionemque retinere?*

Exemplar manuscripti hactenus probo, quatenus ad veram lectionem rimam aperit. scribit, *fructum, possessionemque in re.* Mihi verissima conjectura visa, *fructum possessionemque cum re.* Bonorum possessio aut cum re datur, aut sine re. Cum re, si is, qui accipit, cum effectu bona retineat: sine re, cum alius jure civili hæreditatem evincere potest. auctor Ulpianus I. C. in fragmentis Institutionum, titulo 28. & l. filiis. C. de inof. testam.

Pag. 18. *Si arbores, gleba, saxa, sensu animata vitali vocis sonitum quirent, & verborum articulos integrare.*

Ut suspicarer rescribendum, *sensu animali vocis sonitum quirent*, ipsemet Arnobius causam præbuit supra hoc libro: *vique ipsa vivendi efficit nos esse, & animali agitatione motari?* Similiter hoc ipso libro, *animalibus*, ait, *cansis lucem semper, atque obscuritatem resumens.* Proinde hostiam animalem nuncupat lib. 7. Pariter apud Senecam in epistolis, quæ vulgo *animata, inanimata* vocantur, *animalia, inanimalia* in membranis nominari monuit doctissimus Franciscus Modius noster in suis Novantiquis, epistola 58. Itidem Charisius libro primo Grammaticæ *materiam animalem, animalem calculum* vocat. Pacuvius apud Cicer. *Eviscerata, inanima, cum animali sono.*

Pag. 19. *Ignotam sibi in lucem sensu irruisse vitali.*

Supereset Orbilius, periculum immineret non Arnobio, sed ineptis librariis, qui peccarunt hic exigua vocis mutatione, non leviter tamen, si quid ego aut Latinè scio, aut Arnobii stylum degustavi. Characterum ductus tamquam Ariadnæum filum me persecutum videbis, & verum esse quod scribam, *ignotam sibi in lucem sensu irruit se vitali.* In vulgari illo Solœcismum inesse, in lectione nostra locutionem elegantem, probabit in primis hoc Comici: *Vide, ne ille huc prorsus se irruat.* Pari phrasi apud Ciceronem lib. 8. epistola 14. dictum, erumpere se ad bellum, observabat ibidem diligentissimus, eruditissimus Paulus Manutius. quomodo etiam Virgilius dicebat primo Georgicor.

------- densa inter nubila sese
Diversi erumpunt radii ------

Iterum libro quarto Georg. ------

Et caput, unde altus primum se erumpit Enipeus.

Sed nunc desultorum in morem ad libros Codicis Iustiniani transilire lubet. l. 2. C. de officio præfecti prætorio Africæ. §. hæc autem. vulgo ita legitur, *Sin autē quisquam de militibus ausus fuerit.* sed in vetustis membranis, quas apud me in Ubiis vidisti, disertim perscriptum, *Sin autem quisquam de militibus se usurpaverit.* Similiter in iisdem legitur. §. hoc etiam, eadem l. *nam si quis amplius, quam subdita notitia taxatum est, usurpaverit se accipere.* quod cum ibidem vir doctus reperisset, neglexit. à quo in tantum dissentio, ut particulam, *Se*, non tantum istic retinendam existimem, verum etiam ultrà recipiendam eadem l. §. hæc autem, atque inibi legendum, *nam si se usurpaverint memorati duces.* Non dissimile, quod ex manuscriptis repono. §. & quidem. Instit. de rerum divisione: *monumentis, & ædificiis se abstineat.* Iterum §. si uxor. Instit. de nuptiis: *qui ab hujusmodi nuptiis se abstinuerint.*

Pag.

Pag.20. *Fauna, fatua Fauni uxor, Bona Dea quæ dicitur, ſed vino meliori, & laudabiliori potu?*

Etiam hic ſubſiſtere jubent membranæ, quæ præ ſe ferunt, *Fenta, Fatua, Fauni uxor.* qui locus mea opinione comparandus cum altero è lib. 5. *Fœdam Fatuam, Bonaque dicitur Dea, tranſeamus.* nam Fœda illa iſtic, mea opinione, defœdata. Videndum ſi quid huc faciat locus Martiani Capellæ, qui inter choros longævorum, qui ſilvas, lucos, lacus, fontes, ac fluvios habitant, enumerat Panes, Faunos, Fones, Satyros, Silvanos, Nymphas, Fatuos, Fatuasque (addit manuſcriptus, *vel Fantuas*) etiam Fanas, à quibus fana dicta, quod ſoleant divinare. Hæc ille. In ſequentibus auctoris noſtri, mea opinione, genuina lectio erit, *vino meliori, & laudabiliori pota*? id eſt, ebria. Arnobius promc, ſeu malis, pro ſeipſo, ſententiam ferat. Is lib. 5. *Fœdam igitur Fatuam, Bona quæ dicitur Dea, tranſeamus. quam myrteis cæſam virgis, quòd marito neſciente ſeriam meri ebiberit plenam, Sex. Clodius indicat.* Lucillius lib. ſatyr. 30. *ludo bene potus receſſit.* ita apud Nonium in *Potus.*

Pag. ead. *Ignes, & fulgores marini, & ovorum progenies Dii? Syriapis Peloponneſi proditus, &c.*

Nondum probavit mihi liber vetus, ut pro duabus vocibus, *Dii Syriapis*, debeam reſtituere, *Dioſcuri.* libens tamen ſcripſerim, *& ovorum progenies Dioſcuri? Syriapis*, &c. Dicti enim à Græcis Caſtor, & Pollux Dioſcuri, quaſi Jovis filii. Hos antiquitas credidit navigantibus ſalutares, ſi gemini apparerent; (apparent autem ignis ſpecie, antennæ, aut malo inſidentes) contra triſtes, ſi ſinguli Dioſcuri. Adeundus Cicero lib. 3. de natura Deorum. Stephanus de Dioſcuro Libyæ vico. alii. Varro lib. 4. de lingua Latina: *Ælius Gallus* (inquit) *Dium Fidium dicebat Diovis filium. ut Grati Διόσκουρον Caſtorem.* Quinimmo ipſum hunc ſcriptorem noſtrum ad teſtimonium provocemus potius. ſcribit lib. 4. *ex Leda, & eodem, Caſtores, Græcè Dioſcoris nomen eſt.* *Aliter in textu noſtro.*

Pag. 21. *Sed concedamus, interdum manum veſtris opinationibus dantes.*

Particula *interdum* æquivalet adverbio *interim*, ſive, *interea.* quo pacto uſurpari, & quidem non inſolenter, declaravi in Quæſtionibus Apulejanis, cum ex Digeſtorum libris, tum aliunde. Elegans in præcedentibus tropus, & verbum domo mutuatum, hoc eſt, ab iis, qui hoſtibus ſeu adverſariis manus victas porrigere ſolent, manicis inſerendas. Sedit quondam in verbis Petronii eadem metaphora, ſi rectè judico: *Donec ancilla vini certè, ab eo odore corrupto, primum porrexit, ad humanitatem invitantis victa manum.* quæ quidem abhinc annis aliquot elucere tentavi, hoc modo: *Donec ancilla vini certè odore correpta, primum porrexit ad humanitatem invitantis victam manum.* Sidonius Apollinaris in epiſtola ad Polemium, *Do*, inquit, *abſens obtrectatoribus manus.* Verba Arnobii, exiguo admodum interſtitio præmiſſa, hæc videlicet, *nihilominus tamen nobis nati hominis objectatis cultum*, perbene ſupplevi, auctoritate codicis membranei revocato vocabulo, *nobis*: quia de Chriſto, & Chriſtianis accipienda, quæ dicuntur.

P. ead. *Herculem*, &c. *divorum retuliſtis in cœtum.*

Adſentio exemplari ſcripto, *divorum retuliſtis in cenſum.* Album Deorum vocabat L. Apulejus in 6. de aſino aureo. Arnobius lib. 7. ait, in ſeriem numinum computari. Ejuſdem ſcriptoris locum è dicto lib. 7. huc pertinere arbitror: *Si modo dii veri ſunt, atque in hujus nominis exceptione* (fortè legendum *receptio*.

receptione) *ponendi* R E, pro, EX, & contrà, non ſemel in libris eſt, ex adſiuitate litteratum.

Pag.22. *Cur luna ſemper in motu indemnis creditur, animalibus cauſis lucem ſemper, atque obſcuritatem reſumens.*

Aliter in textu noſtro.

Editio Romana cum manuſcripto conſpirat, *ſemper in motu idem ne quis creditur.* Genuinam lectionem ſubodoratus videor, *ſemper in motu, id eſt inquies creditur.* Inquies, vel, ut alii volunt, inquiens, eadem notione in Apulejo notavi. Is lib. 2 aſini aurei: *Cum ego jam vino madens, nec animo tantum, verùm etiam corpore ipſo ad libidinem inquies alioquin, & petulans.* Quietem, & inquietem aliquem rectè dici docet Priſcianus libro 6.

Pag.ead. *Conſtructionem ipſam confirmaverit corporum.*

Emendabam pariter cum Fulvio Urſino, *conformaverit.* Infrà lib. 7. *Nonne primordiis iiſdem eadem & me genuit, informavitque natura?*

Pag.ead. *Qui animantia monſtravit informia nos eſſe.*

Præter rationes quæ peti ex libro Geneſ. poſſint, aliam ſuppeditant ſequentia verba, ut reſtitutum putem, *animantia monſtravit infirma nos eſſe.* verba auctoris ſcilicet iſta: *qui arrogantiam conſtrinxit noſtram, & elatæ ſupercilio cervices modum ſuæ infirmitatis fecit cognoſcere.* Item libro ſequenti hominis fabricam rei flaccidæ fictionem nominat.

Pag.ead. *Venerabar (ô cæcitas) nuper ſimulacra modo ex fornicibus prompta, in incudibus Deos, & ex malleis fabricatos.*

Lego, *modo incudibus Deos, & malleis exfabricatos.* exfabricare poſitum, ut exædificare libro 4. & libri 5. principio.

Pro ordinatum *in noſtra Edit.* ſordidatũ.

Pag.cad. *Si quando conſpexeram lubricatum lapidem, & ex olivi unguine ordinatum.*

Ritum ordinandi, coronandi, unguendi ſimulachra Deorum, illuſtravi apud Vegetium libro 2. cap. 6. Præſentem vero locum reſtituere tentavi, & *olivi unguine exornatum*, in Quæſtionibus meis ad lib. 1. Floridorum Apuleji: ubi plura hac de re.

Pag.23. *Pythagoras Samius ſuſpicione injuſta vivus concrematus in fano eſt.*

Corrigendum exiſtimabam, *ſuſpicione inuſta:* quod auctor ſubderet, *Nemo umquam innocens malè interemptus infamis eſt, nec turpitudinis alicujus commaculatur nota.* cæterum nunc nihil muto; tantum moneo, Laërtium ab Arnobio diſcrepare, Plutarchum autem à Cyloniis Pythagoram exuſtum ſcribere.

Pro diſſipatum *noſtræ Edit.* diſceptum.

P.23.&24. *Liberũ membratim ab Titanis* diſſipatũ, *fanorũ conſecrationi aptatis.* Ludovicus Carrio lib.2. Emendationum cap. 3. ex membranis Pariſienſibus reſtituebat, *fanorum conſecratione mactatis:* eamque reſtitutionem noſter manuſcriptus quoque adprobat. Pari locutione ait Arnobius animas immortalitatis conditione mactatas, lib. 2. Iterum lib. 5. *quam hiſtoriam perpetuitatis honore mactaſtis.* De quo vocabulo etiam poſt agemus.

P.24.&25. *Quæ populi, gentesq; ſuo generis ſub limine, nullo diſſentiente, videre.* Urſini correctio, meo judicio, in textum recipienda: *ſuo geri ſub lumine.* dabo opinionis meæ teſtimonium, quod ab ipſo Arnobio, infrà hoc eodem libro: *Sed qui ea conſpicati ſunt fieri, & ſub oculis ſuis viderunt agi, teſtes optimi, certiſſimique auctores.* Membranarum ſcriptura habet, *gentesque ſeu ſuo generis ſub limine.* eam examini doctiorum relinquo.

Pag.ead. *Occurſurus forſitan rurſus eſt, cum aliis multis calumnioſis illis, & puerilibus vocibus.*

Suſpi-

Suſpicabar verum eſſe: *Occurſurus forſitan rurſus eſt alius, cum multis, calumnioſis illis, & puerilibus vocibus.* retracto pronomine ad illa præcedentia, *Poſtulabit forſitan inſanior, & furioſior factus.* nam & hîc objectioni tacitæ obviam itur.

Pag.ead. *Omnia illa, quæ fecit, nominis ſui poſſibilitate feciſſe.*

Reſtituo, *numinis ſui poſſibilitate:* & ſubdubito ſitne paullo antè pagina 24. reſcribendum quoque, *angelorum potentium numina, & remotas ſuffuratus eſt diſciplinas.* libri editi habent, *nomina, & remotas furatus eſt diſciplinas.*

Pag.ead. *ſed auxiliaribus plenum, nobis poteſtatis munifica liberalitate donaſſe.*

Concinniorem ſcripturam, atque interpunctionem fore credidi, *ſed auxiliare, plena nobis poteſtatis munifica liberalitate donaſſe*, vel ſcribendum, *auxiliatibus plenum*, quarta declinatione, de quo infrà.

Pag. 26. *Valetudines, morbi, febres, atque alia corporum cruciamenta.*

Membranis placet, *invaletudines.* id vocabulum memini reddere me L. Apuleio lib. 9. & Ciceronem bis uſum obſervavi ad Atticum, lib. 7. epiſt. 2. & lib. eodem, epiſt. quinta. eidem reddebat (ni fallor) in Catone Majore V. C. Carolus Langius. etiam apud Tertullianum obſervabam, adverſus Valentinianos, & alibi.

Pag.ead. *Porrigere* (ſcilicet *præcipiebat Chriſtus*) *mancos manus, & articuli mobilitate jam ingenitas explicabant.*

Vix perſuademus iis, qui membraneos codices non evolverunt, tam crebro peccatum eſſe in auctoribus, librariorum, id eſt, deſcriptorum, negligentia, qui characteres, ſyllabas, immo voces integras, bis ſcribendas, ſemel tantum exararunt. Gemino hic ſyllabam, ſeu retraho, *articuli immobilitates jam ingenitas*, Interpretor autem *ingenitas*, id eſt, inveteratas. Emendationem & ſacræ litteræ, & ſequentia ſcriptoris noſtri verba comprobant, *cernebant nullis cum oculis procreati.* tum & pagina 28. ſubſequuntur hæc: *cum ea ſolvit, & vicit, quæ perpetuis nexibus, & immobili fuerant neceſſitate devincta.* Ubi ſi quis reponat, *cum ea ſolvit, devinxit*, mea opinione rectè faciat. Arnobii verba ex lib. 7. huc arceſſenda, corroborandæ ſuperioris conjecturæ: *Agant ſuam naturam, & ad ea, quæ fati ſunt, ingenitis legibus, & quadam neceſſitate ducantur.* Item & alia è lib. 1. *cæcitate ingenita nequeuntes videre*, &c. Itemque iſta, quæ ſcribuntur lib. ſecundo: *quibus ex cauſis pili nigrorem ingenitum putant.* Idem libro primo, *cui non ſit ingenitum, non affixum.*

Pag.ead. *Et poſt diem funeris tertium, pollinctorum velaminibus expediri.*

Et hunc locum L. Carrio dicto libro 2. cap. 13. reſtituit, *voluminibus expediri.* moneo tamen etiam membranas noſtras ipſius manuſcripto conſonare. Eleganter ille interpretatur volumina. pro faſciis ſepulchralibus: & reſpectum putat ad locum S. Ioannis, cap. 10. addit alia, quæ pete ab ipſo. Iam quod idem Carrio apud auctorem noſtrum pagina eadem omnino legendum contendit, *Quanta ſint enim hæc, vel exilitatis cujus reperientur:* idipſum expreſsè, & ad unguem ſcriptum in noſtris membranis.

Pag. 27. *Arrogantium magorum fruſtrari efficis actiones.*

Magorum *cantiones* (alii cantamina vocant) huic ſcriptori in animo fuiſſe, mihi perſuaſi.

Pag. 29. *Et precibus fatigarent, & invitarent miſerrimis votis.*

Malim, *miſerrimi votis.*

Fici, & *ficus*, quid differant. Lateranus genius focorum.
Libentina Dea. Liburnus Deus.
Supereſſe alicui, id eſt, *præeſſe*, Latinè dici, oſtenſum contra Gellium.
Mutunus Turunnus Deus, quem Græci Priapum vocant.
Ejus Dei ſacellum Romæ ubi fuerit.
Iecorum fibræ in extiſpicio maximè inſpectæ.
Caroli Sigonii vera laus.
Theodoſius Imp. extiſpicia Chriſtianis ademit.
Extiſpiciorum primus inventor Tages Thuſcus.
Tibulli carmen illuſtratur. Vir ſerius.
Rea ſive Regina malè ſubſtituitur pro Hyperiona.
Adhinnire. Minutim, minuratim.
Perſona idonea. Idonea curatoris ſubſtantia, id eſt, ſufficiens.
Idonei homines, quibus pecunia tutò creditur mutua.
Arnobius in phraſi Iuriſprudentium multus eſt.
Vina inferia. Oſtendere, & eſtendere, ſcripta pro, extendere.
Solinus emendatus. *Numina* repoſitum pro, nomina.
Ioves ethnicis numerati trecenti.
Obteſtandi ſeu obſecrandi elegans formula.
Arbitrari interdum frequentatum ſcriptoribus pro, judicare.
Romani uxores habebant uſu, farreatione, coëmptione. Diffarreatio quid.
Condicere ſacramenta lectuli genialis.
Formula nuptialis, *ubi tu Cajus, ego Caja*, unde orta.
Particula *Æquè* crebra eſt in ſcriptis veterum abſolutè poſita.
Genere dicebant antiqui, non *gignere*. Cœtus reponitus, pro coitu.
Librarii antiqui adſpirationis notam ſæpe omiſerunt.
Diana ſilvarum habitatrix. Dea ſilvarum, nemoralis, nemorenſis.
Matrum, & nutricum mos tangendi infantes, ut placent eos.
TRACTU' TACTU' olim ſcribebantur, pro, *tractus*, *tactus*.
Locus Arnobii è membranis ſuppletus.
Bacchum Semele concepit, Iuppiter enixus eſt.
Differentia inter femur, & femen.
Homines lauti, lauta ingenia. Grandis merces.
Veritas prompta, id eſt, ante oculos poſita.
Fillæ, ſive *birræ*, genera ſunt farciminum.
Mars in Thracia natus. Geniales lectuli. Genitalia, membra ſunt pudenda.
Minerva inōleatrix. Pauperare, arietare, & ſimilia. Ingeniatus.
Indigitatur, ſignificat, *nominatur*.
Sancus Deus, & Fidius, idem qui Hercules.
L. pro D. & contrà in multis ponebant veteſti.
Sancus, vox Sabina, ut Hercules Græca.
Quid? *Cura* dictæ bonis auctoribus loco *amorum*.
Cura dicta eſt quaſi cor edat ſive urat.
Sexus mares interpretamur ſexus viriles, marinos.
Q. Fabius Eburnus Iovis pullus vocatus. *Pulli* dicti pueri amatorii.
In Epiſtolis Senecæ depravatus hactenus locus ſanatus.
Furta amorum, furta bellorum. *ExpeRI*, pro, experiri.

Con-

Contrahere commissionem piacularem. *Contrahere*, pro, delinquere.
Simpuli vasis forma, usus, materia.
Simpulatores, simpulatrices, simpulones.
Simpinium sive *simpuvium*, vas ligneum.
Aures patientissimæ, patentissimæ. Incentivum laudis.
Sequius aliquid suspicari. Sequior sexus est femininus.
Varronis scriptura apud Nonium revocata.
Qui sint rei majestatis. Imperatoris imaginem lapide petens reus majestatis.
Senatores sunt pars corporis Principum.
Convicium unde dictum sit.
Lex duodecim tabularum de carmine famoso.
Famosi libelli auctores, etiam repertores interdum puniuntur.
Quæ sit *atrox injuria*. Genetrix scribendum, contrà Genitor.
Circumretitus. Ora immutare *pellacia*. Subditivus & subditicius.
In conventiculis νυκτερινὰς & supplicationes primitus factas.
Lex XII. tabularum de cœtibus nocturnis inhibendis.
Nox cur *intempesta* dicta Varroni, Censorino, aliis.
Bona Christianorum in Ecclesia primitiva communia.
Christiani libenter se mutuo *fratres* appellarunt.
Continere iras, continentus iræ.

LIBRO QUINTO.

Animale idem significat, quod animatum.
Aliorum est scire. In promptum est. Accusativus ablativi loco.
Impostare. OI pro I. similiter EI pro I.
OE loco V. item V O pro V. Itidem A V conversum in V.
Itemque V pro AV. O loco AV, & OV pro V.
Emendatus Nonius Marcellus; fortè & Arnobius extra ordinem.
Flumina indouruisse. Limus durescit.
Exaltata vis meri. Sangarius, sive Sagaris, fluvius Asiæ.
Discidium. Pragnas. Retracta syllaba, quæ latitabat in verbo præcedenti.
Enterriti adorandorum. Falli sermonis. *Orare, adorare*, id est, agere.
Arbor lanata, in sanctuario matris Deûm.
Lapides à Deucalione, & Pyrrha jacti, mutati in homines.
Perpetua sæculorum continuatio. *Enisus*, pro, enixus.
Depudere, Desavire, Exsavire, id est, desinere pudere, &c.
Furtum obreptionis. Convenire, id est, liberis operam dare.
Conventitii patres, id est, promiscui. *Conventus, & conventiones*, pro coitu.
Conciliare: concilia corporalia eodem significatu posita.
Antiqui honestè dixerunt *cœtum*, pro coitu.
Iuvenalis, & Plauti versus explicati.
Sementis jaculata. Detrudere à regimine.
Augustissimæ Deorum curæ. Laquei nodabiles.
Sauciare aquam vino. Sauciare se vino.
Curatus, pro curatione. *Cati patres.*
Dedignatus. *Pignus*, pro filio, filiave.
Petronii locus insignitè depravatus, nunc restitutus.
Flama, mama. Veteres non duplicasse consonantes.

Homines positi pro servis: item pro masculis.
Magna Deûm mater quare d ta *turrita*.
Hiscere. Explorata fides, explorata veritas.
Conjectura magni momenti in Arnobio.
Ia sponsa Attidis. Ea Atlantis filia minor.
Cloatius Verus, & Sextus Clodius, scriptores prisci.
Dii *Consentes*, Complices aliis vocati.
Dii Consentes à consentiendo denominati. *Sacra Consentia*.
Inter Consentes sex mares, & sex feminæ censentur.
Qui fuerint Dii *Consentes*. Singuli menses anni, quem Deum tutelarem habuerint.
Inserere μετωνυμικῶς usurpatum.
De natalibus Servii Tullii regis Romani dubitatum.
Hunc natum dicebant sine patre. Ejus parentes nominati.
Hetrusci auguriorum peritissimi. Corniculum Latii oppidum.
Inscriptio vetus Lugdunensis. Servius Tullius ædem Dianæ dedicavit.
Servorum dies festus Romæ idibus Augusti.
Servii Tullii mater Ocresia, sive *Ocisia*.
Vis Lucillii quid apud Arnobium notet.
Invocatus, non invitatus. *Vocare*, *Vocationes*, *Revocationes*, de conviviis, & comessationibus dicuntur.
Nonii Marcelli verba de conjectura restituuntur.
Subsessores alieni matrimonii. *Subsidere*, verbum castrense.
Astus. Petronii versus leviter correctus.
Furta, & subsessæ amorum Iovis, à veteribus celebratæ.
Obtutus, pro visu. Maleactio, Maledictio, Maletractatio.
Smila idem quod scalprum, sive scalpellum.
Verbum vetus, *Diribere*, pro, dividere. *Diribitorium*.
Ausonii locus in Panegyri confirmatus.
Polimina, *polimenta*, & *proles*, pro testiculis.
Suppressa in priori membro orationis *Tam*, *magis*, *potiùs*, &c.
Dictitare. *Et* positum loco, *id est*.
Proserpina quamobrem Virago nuncupata.
Sexus, pro sexu. *Suboles*. Ceres filiam quærens ad Baubonem divertit.
Enallage verborum Arnobio redhibita. Item Petronio.
Antiquis *atque* sonabat idem quod confestim, ilico.
Perducere, *educere*, ponebantur significatione *ebibendi*.
Iuvenalis versus illustratus.
Spectus, pro spectione. Arnobius extra ordinem magno mendo liberatus.
Explicata Bacchi cognomina. *Semelejus*, *Nysius*, *Euhyus*.
Nomen *Expeditionis* à re militari ad diversa tralatum ab Arnobio.
Decedere, mori. Subsidere. *Surire*, verbum obscœnum.
Phalli. Eruta vox, quæ in fine præcedentis hæserat.
S. & x. litteræ olim indifferentes. *Contextus*, pro, contextus.
Intercapta, pro interceptа, antiqui scripsere.
Alia similia, ut, *Adquærere*, *Facitur*, *Parvifacitur*.

Item

Item *Prafacere, Ædifacere, Antefacere.*
Emendationes in Codice Iustiniani in Macrobio, Sallustii Iugurth.
Vetus vocabulum *Differitas*, pro, differentia.
Id minimùm quater in Arnobio observatum.
Notio verbi. Iteratione aliquot verborum sententia constituta.
Sanctuarium. Emittere vocem. *Cœtus*, pro, coitu.
Vredo, Vrigo, idem sonant, quod prurigo.
Inquinare, coinquinare, ducta à verbo prisco *cunire.*
Homines verecundi, ac lauti. *Successus lautiores*, pro ædificiis pretiosis.
Glossarium manuscriptum, quod apud G. Stewechium.
Fulvii Ursini conjectaneum in Arnobio corroboratum.

LIBRO SEXTO.

Ecquid. Ecqua. Ecquo. Sæpius ea phrasis reddita huic scriptori.
Potiora, repositum loco, potentiora. *Ducere*, id est, existimare.
Objectus quarta declinatione, objectionis vice collocatur.
Suppletus Arnobii locus ex membranis non paucis verbis.
Confundebant olim y cum u. Gula. & gyla. Capua, Capya.
Subtricentur eleganter hæc in oratione, *causa, nomine, gratia, ergo.*
Populi servandi laborare: Reipubl. defendendæ periclitari.
Sallustio glossema ademptum è bello Iugurth. Itemque Ausonio.
Correcta l. plagii, C. ad legem Fabiam de plagiariis.
Item l. quia, C. de operibus publicis.
Prudentii poëtæ versus emaculatus.
Agellii locus in noctibus Atticis glossemate purgatus.
Unus Apuleji locus, plures Nonii Marcelli de conjectura tentati.
Set, scriptio vetusta pro, *Sed.*
Ciceronis oratio in Sallustium duobus in locis repurgata.
Publii Crassi emere, supple *domum.*
Venire ad Dianæ, Apollinis, scilicet *templum.*
M. Terentius Varro, neque Græco, neque Romano secundus in litteris.
Repulsim, Expulsim, promiscuè scripta à similitudine litterarum.
Varronis locus apud Nonium desperatus hactenus, jam puto persanatus.
Sera priscis auctoribus dicta, quæ nobis *tristia, gravia.*
Apud Nonium alter Varronis locus fortean correctus.
Tuberata templa bustis mortuorum.
Tumuli mortuorum *aggeres* vocati.
Arcesii, & Acrisii nomen non rectè commisceri.
Eleusis, & Eleusina sacra. Thesmophoria.
Celeus rex Eleusinius: Triptolemus ejusdem filius.
Humatus, pro humatione. Hygini opinio rejecta.
Eleæus vicus. Eleæ urbes. *Situs*, id est, conditus, sepultus.
Formula monumentorum, H.S.E. Accusativus loco ablativi.
Alius, alii, alio. Vnus, uni, uno. Altera, altera, altera, &c.
Effigiare. Effigiatus. Iani Gulielmii, & Nicolai Fabri I.C. conjectura.
Ex minima mutatione libri veteris, bona lectio pòst eruta.

Motari

Motari crebrum in Arnobio verbum, pro, *moveri.*
Ritus antiqui in obſecrationibus, manus oſculandi, amplexandi genua, & aras.
Etiam ſimulachrorum genua Gentiles amplexi orantes.
Simulachrorum caveæ, armaria ſeu thecæ. *Potus eſt.*
Conjecturas in textum auctoris recipere, temerarium, ac periculoſum.
Aliud eſt, ſi extra ordinem quid bene moneatur.
Privus. Ioſephus Scaliger anteſignanus Criticorum.
Alimonia. Alimentum. Patibulo, cruci ſubfigere. *Gabalum, gibet,*
Conſtantinus A. vetuit quemquam in crucem tolli, in honorem Chriſti.
Scz, loco ſcilicet. *Grandævitas, ævitas.*
Medicorum, & Philoſophorum barba à multis riſa.
Varronis verba apud Nonium rectè ſuppleta. Philoſophica ſupellex.
Reatus. Id nomen Meſſalla orator primus uti auſus.
Praxitelis duæ ſtatuæ Veneris celebratæ.
Adoleſcens Gnidius ſtatuæ amore exarſit.
Apuleji locus ſpurio vocabulo liberatus.
Varronis Satyræ Menippææ. Menippus ſervus, Philoſophus fuit.
Ab eo Satyræ Cynicæ, ſive Menippææ nominatæ.
Hirundines, charum animal penatibus. Dii penates.
Scrupulum, vel *ſcriptulum,* unciæ pars vigeſima quarta.
Suſpectio. Reddita ea vox Vegetio, Frontino, aliis.
Suſpectare. Petronio Arbitro id verbi redhibitum.
Habitatus, quarto declinatu, pro habitationibus.
Alia multa in Arnobio eodem paradigmate inflexa.
Pariare, quid ſit. Pariatio, pariatores.
Fixum, id eſt, *certum.*

LIBRO SEPTIMO.

C. Littera olim etiam pro S. itemque pro adſpirationis nota fuit.
Apuleji loco plurima rectè conſtituta.
Hujuſcemodi antiquè in Apulejo ſæpius ſcriptum pro, *cujuſquemodi.*
Arnobius extra ordinem aliquammultis locis caſtigatus.
Ciluneuli, Cilones. Silo, Silus.
Voces totas in ſcribendo intercidiſſe, ob ſimilitudinem litterarum.
Hoſtiæ in altaribus incendi ſolitæ. Thus adjectum igni.
Mamertini Panegyrici verba expenſa. *Totus,* pro, *omnis.*
Locus Arnobii defectu laborare viſus.
Thus nullum in ſacrificiis Rom. tempore Numæ.
Pium far quid, & cui uſui in ſacrificiis.
Hoſtia quæ dicatur *immolata*; quæ verò *mactata.*
Formula ſacrificii, *Macte eſto.*
Conſectaneum. Particula *Si,* pro, *An,* uſitata.
Pupus, puppa. *Puppulæ,* id eſt, imagunculæ, ſigillaria.
Syllabæ geminatio à librariis neglecta.
Traducere copias militares, pompam.
Hiſtoria de ſervo in Circo flagellato quo anno inciderit.

Nepam imitari, adagium.
Humiles) (Honesti. Honestiores à vilioribus in pœna discreti.
Acclinis. Ritus varii exhibendi honorem personis dignioribus.
Nempe in adeundo; adsurgendo; desiliendo ex equo, sive vehiculo, &c.
Sallustium ut brevitatis amatorem omnes suspiciunt.
Eidem scriptori ineptissima glossa adempta.
Membrum orationi redhibitum è codicibus manuscriptis.
Secundo multis verbis ditatus è membranis Arnobius.
Belua, pro elephantis. Iani Gulielmii conjectura stabilitur.
Honoris ergo. Putere. putescere. putrescere.
Bucula, B. pro V. Telluri scrofa, Minervæ vitula virgo immolata.
Nupturæ olim camelis virginibus supplicabant.
Forda, fordicidia. H. loco F. & contra F. loco H.
Bos forda. Boves injuges Minervæ cur sacrificarent.
Lucillii carmen libro XXX. Satyrarum explanatum.
Minerva cur appellata Tritonia. Statio lux data.
Tetra hostia eadem est, quæ atra.
Vicit ratio. C. loco S. & contra.
Dis superis candidæ hostiæ, inferis nigræ offerebantur.
Deos Superos ominibus dextris, & faustis præfuisse.
Inferi, & manes rebus lævis, & infaustis præpositi.
Festo sua reddita scriptura. *Impar numerus faustus*.
Adspirationis nota addita, dempta, pro libitu librariorum.
Omnia in locum vocabuli *omina* non semel immigravit.
Sublatum vitium scripturæ de Panegyri Mamertini.
Eadem opera præstita Nazario Panegyrico.
Omen, augurium, quid distent. *Sufficere lanam*.
Retracta syllaba, quæ latebat in dictione præcedenti.
Inferre verbum conveniens sacrificiis.
Procuratio rei sacræ nomen.
Procurare Iovi, Marti. *Procurare fulmen*, id est, expiare.
Dare diis. datio sacrificiorum.
Apexabo, Silicernium, Longabo, farciminum genera.
Ircei, farcimina nunc primum in Arnobio reponuntur.
Hirra, Hilla, Lucanicus botulus, Lucanica hirra. Hilum, id est, minimum.
Seculum, pro multitudine, & sobole ferarum.
Secus, seculum, à secendo, id est, sequendo.
Seculum pro stirpe, & generatione. Similiter & *secus*.
Apuleji libro de mundo scriptura in integrum restituta.
Magmentum, augmen, augmentum, verba sacrificorum.
Mactare, quasi magis augere.
Numera dapes, dicuntur pro, numeratæ.
Isicium, Isiciarii. legata ridicula Grumii Corocottæ Porcelli.
Aliis placet *Isitium* ab insectione. *Hira* repositæ pro Isiciis.
Ruma Strebula. offa penita in cœnis puris.
Infligere. Restituem, evolvem, pro, restituam, evolvam.
Quis victus *solidus* in sacrificiis. *Administratus*.

Chiſſa ſacrorum verbum. Arnobius Græca vocabula libenter uſurpat.
Particula *plus* in præeunte orationis membro omiſſa.
Domitio verbum probum, Plauto, Apulejo, & Ciceroni uſitatum.
Veteres proferebant *cinis* genere feminino. *Lixivia.*
Epulum Iovis anniverſarium idibus Novembris.
Epulum indictum. Epulonum Romanorum munus, numerus.
Lucillio apud Nonium ſua lectio poſtliminio reddita.
Epulum, & Epulam, numero ſingulari dicebant.
Gladiatoribus, Ludis Circenſibus: id eſt, eorum ludorum tempore.
Vaſiones. Vadere. Viare. Vinalia Romanis duplicia.
De Vinalibus magni viri error. Quibus diebus celebrata.
Vindemiam flamen Dialis quo modo auſpicatus ſit.
Calpar. Iovi nova vina prælibata.
Floralia, quo die Romæ celebrata.
Flora propudioſa meretrix. ea relata in cenſum Deorum.
Meretrices nudæ mimorum vice functæ.
Mimi, & ſcænici infames Romæ habiti.
Eorum origo. Leges de infamia eorum hominum latæ.
Plato poëtas urbe pellendos cenſebat.
Salpincta, tubicines ſunt. σάλπιγξ.
Attellanæ comœdiæ ſeveriores. *Attellani* perſonam non ponebant.
Attellani immunes ab infamia reliquorum ſcænicorum.
Hiſtriones, ut minus honeſti, prohibiti militia.
Romani ludis ſe Deos placare arbitrabantur.
Promptum eſt. promptum facere.
Res *ſcæva.* ominis ſcævi mulier. Apulejus correctus.
Subrigere. ſubrecto culmine.
Penitè, penitius. Arnobii trium locorum reſtitutio.
Invidererem penitius, id eſt, accuratius introſpicere.
Numerus impar ut fauſtus adamatus.
Maximè ternarius, & ſeptenarius.
Septenarium numerum religioni aptiſſimum cenſuit Plato.
Conſus, Deus conſiliorum. Aurigæ in Circo ſepties metas circuibant.
Edicere ludos. Edictum libellus ſive titulus in ludis.
Notatum publicè cui Deo, cui Deæ ludi futuri eſſent.
Edicere rem, valet, palàm, in coram eloqui, totam enarrare.
Correcta l. prima, C. de famoſis libellis.
Salluſtio in Conjuratione ſua phraſis repoſita.
Duûm locorum in Nonio Marcello emendatio.
Diligere. Dilectus militum. *Sublcere.*
In membranis multorum verborum Arnobii reſtitutio, ſeu repetitio.
Niſus, pro nixus. Roma, poſt Æſculapii adventum, ſæpius peſtilentia vexata.
Lacuna in Arnobio magni momenti ſuppleta.
Angellus diminutum à voce *angulus.* Colmen.
Fors, loco ſortis, ſive fortunæ. *Fors,* pro, fortaſſe.

GODE-

GODESCALCI STEWECHII IN LIBRUM I. ARNOBII ADVERSUS GENTES ELECTA.

280

GOD. STEWECHIUS
IOANNI WAMESIO I.C.
Primario apud Lovanienſes Anteceſſori

S. D.

ARNOBIUM *in Bibliotheca tibi Theologica, quam inſtituere, cum domi tuæ habitarem, cœperas, collocatum, certò mihi perſuadeo; diligenter legiſſe non ambigo: quod mihi pro comperto ſit, te, dum à ſtudiis gravioribus vacaret, non modo horas, ſed etiam dies aliquot antiquitatis ſtudio, hiſtoriæ, Eccleſiaſticæ præſertim, libenter impendiſſe. Inde in ſpem adducor, non ingratum fore laborem, quem tibi V. C. (etſi multis, graviſſimisque oneribus preſſo) inpræſentiarum impono; componendi ſcilicet præſentes conjecturas, & notas meas cum exemplari excuſo: tum probandi eaſdem, vel, ſi ita viſum orit, improbandi. Memini menſibus ſuperioribus me ad te litteras dediſſe, in quibus variis de rebus conſulebam. perferre debuit ** quidam, quem non nomino, quod paucis ab hinc diebus reſciverim, eum hominem non bona fide mecum egiſſe. Vale obſervandiſſime Domine Anteceſſor, & de Stevvechio diſcipulo tuo promovendo, juvando, cum ſe offeret occaſio, ſeriò cogita. Iterum vale.*

PAGINA 1. *Arnobii [diſputationum] adverſus Gentes libri* VII.
In manuſcripto exemplari legitur: *Arnobii adverſus nationes libri ſeptem.* neque aliter vidi laudari hos libros è fide manuſcripti alterius Pariſienſis, qui in regia bibliotheca eſt. quod ſemel monuiſſe ſufficeret.

Pag. eadem: *Si apud nos iſſe conſtiterit cauſas, per quas ſuis mundus aberravit ab legibus: exterminati ſunt Dii longè: examina tanta mœrorum, mortalium importata ſunt ſæculis.*

Ita constituendus locus totus, auctoritate membranarum. Romani ediderant, *per quas suis mundus aberravit ab legibus. Exterminati sumus dum longè.* Id rursùm Gelenius depravarat hoc modo, *Exterminandi sumus, si per nos examina tanta mœrorum.* Cæterum utrobique periit secundum illud crimen, quod infideles Christianis objectabant: ipsos scilicet in causa esse, cur superi ex orbe omnes exterminati, profligati essent. ipsum Arnobium audiamus, qui ait libro 5. *Nostra quidem nihil interest, quorum causa contenditis exterminatos esse à terris Deos.*

Pag. 3. *Non matrimonia copulant nuptiarum solemnibus justis? non dulcissimas procreant liberorum stirpes?*

Legendum arbitror cum Iurisprudentibus, *Non matrimonia copulant nuptiarum solemnibus justa?* Similiter ut illi justas nuptias, servitutem justam, justam libertatem, liberos justos dixere passim. Institutionibus tit de libertinis. Itidem uxor justa, quæ legum solemnitate observata ducta est, l Si uxor. ff. de adulteris. Alciatus ad l. lege obvenire. ff. de verbor. significat. De nuptiis injustis ita Apulcius 6. de asino: *Impares enim nuptiæ, & praterea in villa, sine testibus, & patre non consciente, facta, legitimæ non possunt videri.*

Pag. ead. *Et studiosè referunt nativitatis usuras.*

In nostra Edit. gnavitatis.

Illud non modo placitum huic scriptori, verum & perpetuo quasi usitatum comperi, ut nomina, quæ Latina constructio copulare solet, ea & disjungat, & sæpe magno interstitio separet. Scribo loco præmisso, *studiosa referunt nativitatis usuras.* in quo mecum sentit vir clarissimus Fulvius Vrsinus Rom. cum eodem illo restituebam & hæc ejusdem lib. pag. 7. *libidini non permittitur ociosa.* vulgo, *ociosè.* Alia habemus similia non pauca, de quibus suo loco.

Pag. ead. *Non imperant? quibus sors rerum adtributa est? Talibus non auctiores quotidie, &c.*

Merito è manuscript. restitui, distinxi, *quibus sors rerum adtributa est talium? non,* &c.

Pag. ead. *Irrupisse has labes, & infestari cœpisse discriminã varietate mortalia.* Gemino syllabam, *irrupisse se has labes,* pariterq; restituendum arbitror paullo antè hac eadem pagina, *Cum igitur hæc ita sint, neque ulla irruperit se novitas.* quam phrasim alibi Arnobio reddemus, atque exemplis confirmabimus. ex quibus liquebit (ni fallor) pari locutione post reponendum, *magna erumperet se vis hominum.*

Pag. 6. *Qui homines esse non specie corporum.*

Geminabam syllabam, *qui homines esse se.* in qua conjectura mihi quoque cum Ursino convenit. exempla similia alibi proponemus.

Pag. 7. *Plato ille sublimis apex Philosophorum, & columen.* In membranis legebatur, *& lumen.* mihi verum est antiquum, *colmen,* pro, *culmen.* De cætero, verbis sequentibus è manuscripto lucis multum accedere nemo negabit, his scilicet: *ruinas, interitus, funera, rerum innovationem vocare: etenim* (vulgati libri, *&*) *juventutem his quandam redintegratis viribus comparari.*

Aliter in textu nostro.

Pag. 8. *Maledicam scilicet primordiis rerum, potentioribus dare conditionem velle, ut id fiat, quod cupias, fixum.*

Inprimis reponendum credo, *maledicam ilicet*; sive potius, *maledicas ilicet.* Valet ilicet, quod confestim, ut ostendi ad Apulcii librum primum. Referibo in posterioribus, *potentioribus dare conditionem. Velle ut id fiat, quod cupias.*

Pag. 9.

Pag. 9. *Sapenumero maximos annorum fuiſſe proventus.*
Quod in membranis reperitur, *maximos annona f. p.* id neglegendum non arbitror. Similiter quod eædem ſuppeditant pagina ſequenti, *nihil latum habere:* cujus loco editur, *nihil lati.*

Pag. 10. *Si apud Getulos, tum Aquitanos, hujus rei cauſa ſiccitatem ſatis, ariditatemque miſerunt.*
Pro Aquitanos *noſtr. Edit.* Tinguitanos.
Suadeo ſcribamus, *ariditatemque immiſerunt:* quod probat Arnobius ipſemet hoc eodem libro pag. 25. *in conceſſi amoris flammas, & furiales immittere cupiditates.* Iterum eodem libro pagina 25. *mortiferam immittere, quibus libuerit, tabem.* Neglecta eſt geminatio ſyllabæ: qua de re nos infra non uno loco.

Pag. 10. *Mali ominis obſcœnitate traducor.*
Quid ſi legatur, *mali ominis obſcœvitate?* Obſcœvare, eſt quaſi malum omen adferre, interprete Nonio Marcello. Plautus aſinaria, *Metuo quid illic obſcœvavit mea falſa fallacia.* Arnobius libro 3. *diſcordias, furias, & læva illa numina:* in libro 5. erat, *& ſæva:* malim *ſcæva.* Auctor Varro libro 6. de lingua Latina, à manu ſcæva, quam *ευωνυμον* Græci vocant, dicta omnia ſcæva, id eſt, bona: & auſpicia quoque ſiniſtra, bona, & fauſta eſſe; & quidquid ave ſiniſtra addicatur. Idem in Epiſtolicis quæſtionibus noravit, ad ſiniſtram partem mundi eſſe exorientes; ad dexteram occidentes: ideoque ſiniſtra auſpicia meliora exiſtimata. In eadem ſententia Plinius agens de fulmine, & Feſtus in voce *Siniſtra.* contra tamen apud eundem Paulus Diaconus auſpicia dextera interpretatur proſpera. Itidem Perſius ſatyra 4.

----- dIs iratis, Genioque ſiniſtro.

Accedit vetus poëta Accius Bruto, cujus verſus apud Ciceronem libro 2. de Divinatione:

Per propinqua hæc bene verruncent populo. nam quod ad dexteram
Cœpit curſum ſuum ab læva, ſignum præpotens, pulcherrimè Auguratum eſt.

Obſervavi de partibus hiſce non paucas in ſcriptoribus occurrere diſſenſiones. Philippus Beroaldus id differentiæ conatus eſt conſtituere: Romanis ſcilicet ſiniſtra proſperiora eſſe; Græcis, & Barbaris dextera: & inde eſſe, ut Cicero libro ſecundo de Divinatione, quæ bona ſunt, ſiniſtra dici, etiamſi dextera ſint, cenſeat. De numinibus lævis, de auguriis dextris, ſiniſtris, Gellius libro 5. cap. 12. Livius libro 1. Dionyſius Halicarnaſſæus libro 2. Plutarchus in Problematibus, alii alibi. ominum tamen opiniones ridet Arnobius noſter libro 4. nempe pro corporis noſtri ſitu quemlibet orbis cardinem dextrum, vel ſiniſtrum eſſe; anticù, vel poſticum. Vide etiam Feſtum in *Poſticum.*

Pag. 11. *Et in perpetua virtutis firmitate conſiſtens, ſcire adſeveratur à vobis.*
Conſideranti præcedentia, videbitur non diſſimilis vero hæc lectio: *& in perpetua virtutis firmitate conſiſtens, ſentire adſeveratur à vobis.* præmittitur enim, *perpetiuntur, & ſentiunt.*

Pag. ead. *Qui propulſare, defendere ſua valeant contumelias.*
Uſu veniſſe ſcimus oppido frequenter, ut quæ interpretandis vocibus obſcurioribus, vel margini librorum, vel ſpatio interlineari adhibita primum fuerant, poſt locum repererint in ipſo textu. itidem hic factum puto verbo *propulſare.* nam *defendere*, id eſt, *arcere, prohibere,* Ciceroni, Martiali, cæteriſque Romanis uſitatum fuiſſe, oſtendi ad Flav. Vegetium de re militari libro 3. cap. 22. ſublato exinde inſigni mendo. Verba Pauli Iuriſconſulti huc ac-

cerſenda, vel ob ſolam ſententiam: *Vim enim vi defendere, omnes leges, omniaque jura permittunt.* l. Scientiam. §. qui cum. D. ad legem Aquiliam. Atqui aliter viſum eſt libris antiquis cum impreſſis, tum cuſis, qui hinc defendendi verbum exterminant.

Pag.12. *At ex noſtris exprimi unum prohibeant palmitis rorem.*

Ponam primum lectionem cod.ſcripti: poſt videbo an valeam corroborare: *at ex noſtris exprimi vinum prohibeant palmitibus rorem.* Si nomen vinum accipiamus inſtar adjectivi, pro vineo, ſeu vinoſo rore, ſatis inclareſcet ſententia. Eadem phraſi in Codice Iuſtiniani Imper. reponebam, *dies autumnos*, pro autumnales, in eo membranas ſimiliter ſecutus. vide Notas noſtras ad prædictum Codicem, in l. Omnes. 1. titulo de feriis. Item ſpicilegia Palmerii, & Iani Guliel. Quæſtiones ad Plauti Rudentem cap. 3. Itidem uſurpat Arnobius lib. 3. *ludibrios dies*, dum è manuſcripto emendatur, *an ipſi hæc ſibi diebus impoſuerint ludibriis.* editum hactenus, *diebus impoſ. ludicris.* Pariter capio vulgatum textum dicti libri tertii, his verbis, *& præpropero partu ſeptimanas edere aliquando feturas.* Similiter loquuntur membranæ lib. 5. *mendacia vulneris lanis* (vulgo laneis) *faſciis, linteoliſque contectum.* Emendant pari modo membranæ lib. 6. *quod in vulgariis proverbiis dicitur.* Itidem in textu eſt libro 6. *quod in primogenio corpore iners fuerit.* Regredior ad librum quartum Arnobii, ubi occurrent hæc: *Quid? quod non contenti feminei generis adtribuiſſe Diis curas, etiam [ſexus] adjungitis adamatos ab his mares.* ſuppreſſum. *ſexus* in manuſcripto libro: puto tamen retinendum, atque ſumendum modo prædicto *ſexum marem*, pro ſexu marino. Non diſſimili locutione Varro lib. 4. bis dicit, *verba oblivia.* Sed alibi hac de re dicemus, Cenſorinum Apulejum, & alios emendabimus.

Pag. ead. *Dæmonas appellat, & hos non noſſe cæleſtia.*

Diſſerit Arnobius Deos veros, & qui ferre hujus nominis auctoritatem condigni ſunt, paſſionibus non eſſe obnoxios. quippe iraſci, gaudere. indignari, adulationem admittere, nimis eſſe indigna ſuperis, immo vix cadere in eos, quos Dæmonas Philoſophorum ſcholæ appellant; Semones & minorum gentium Deos: de quo & Apuleius libro de Deo Socratis. leve tantum in iſtis verbis mendum, miror non ſublatum. in Codice Romæ edito legebatur, *Dæmonas appellat, errores non noſſe.* corrigo, ac diſtinguo, *Dæmonas appellat, errones, non noſſe cæleſtia.* Artius Menander: *Levius* (inquit) *delictum emanſionis habetur, ut erronis in ſervis; deſertionis gravius, ut in fugitivis.* l. qui cum §. edicta. D. de re militari. Identidem ſervi errones dicti in l. emptor. C. de actionib. empti & venditi. Conſulatur Anton. Auguſtinus libro 3. Obſervat. c. 7. De Dæmonibus porro ita Apulejus lib. de dogmate Platonis: *In aëris* (ait) *plagis terræ conterminis, nec minus confinibus cælo, perinde verſantur, ut in quacumque parte naturæ propriæ ſint animalia, & in æthere volantia, & in terra gradientia.* Quibus etſi plus ſatis conjectura noſtra confirmata, viſum tamen Minutii Felicis teſtimonium ſilentio non prætereundum: *Spiritus ſunt inſinceri, vagi, à cæleſti vigore terrenis labibus, & cupiditatibus degravati.* Iterum mox ibidem: *Dæmonas prodidit terrenos, vagos, humanitatis inimicos.* Adeundus quoque Lactantius lib. 2. cap. 15.

Pag. 13. *Si quando vos velle rem venire in invidiam compererunt, indignantur, declamitantque: In templis jam varitas ſumma eſt. &c.*

Fuere

Fuere mihi ad hunc locum paratæ conjecturæ complures. de quibus unam hanc expendendam ponebam primitus : *Si quando nos belle provenire compererunt, invident, indignantur, declamitantque.* Provenire segetes, oratores Plautus, Cicero, Cæsar, Sallustius dicebant. *aliquem proventum cupere : provenire bene, rectè*, Romana phrasi Plautum & Apulejum dixisse, alibi ostendi. Docet autem Arnobius, quod fidelibus & orthodoxis & numerus augeretur, & res ; eo paganorum invidiam incurrisse. immo haruspices, & reliquam maleficorum fæcem rumores falsissimos sparsisse, quo publicorum malorum invidiam iisdem imponerent. Atqui libri manuscripti lectio sat claret, ista scilicet : *Si quando vos velle rem venire in invidiam compererunt: negliguntur Dii, clamitant: in templis.*

Pag. 13. *Merito genus humanum tot miseriarum angustiis premitur, tot laborum excruciatur arumnis.*

Exemplar membranaceum habebat, *Et merito genus humanum*. inflectere id conor leviter, *Eò, meritò genus humanum*. Eo, id est, eapropter. reliqua verosimile est legi posse, *tot laborum exercetur arumnis*. Germanus huic apud scriptorem Milesiarum locus, lib. 6. *Psyche tantis exercita arumnis*. Simile Virgilii istud : ..... *nate Iliacis exercite fatis*.

Pag. 14. *In vatibus profanis nos impios Dodonæus aut Iuppiter nominat.*

Aliter in textu nostro.

Restituere conor, *in vatibus profanis nos impios, atheos Dodonæus Iuppiter nominat*. exsecrandum etenim, & impium istud nomen ab infidelibus objici Christianis solitum, exemplo unico demonstrasse sat erit. Arnobii scilicet hoc eodem libro : *quod caput rerum, & culmen venerabilibus adimus obsequiis, (ut convitio utamur vestro) infausti, & athei nuncupamur?*

Pag. 15. *Aut amet substerni, tot millium venerationem videre.*

Particula disjunctiva hic desiderata, *substerni aut tot*, vel, quod verius puto, vel *substerni* è glossa est.

Pag. ead. *Nullus timor indignationis in Diis est.*

Rectius esse censeo, quod in membranis scriptum, *tumor indignationis*. nam quibus hic irascentiæ tumorem tribuit, iisdem mox livorem. Arrogantiæ supercilio tumidos vocat initio libri proximi, & inibi mox subdit, *in opinionem scientiæ sub inflati pectoris tumore tollamur*. Rerum tumores Cicero ad Atticum posuit, pro perturbationibus, tumultibus publicæ rei. Minutius Felix : *Nam indignationis ejus tumorem, effusa orationis impetus relaxaverat.*

Pag. 16. *A quo ipsam deitatem (ut ita dicam) sortiti esse sentiunt.*

Emendo, *sortitos sese sentiunt*; ni mavis, *sortiti sese sentiunt*. Infra lib. 5. cum de matre magna Deum agit, *humanum est ergo*, inquit, *quod esse se sentit, & Pyrrha debet*. Item lib. 6. *cui debent divina numina nobiscum quod esse se sentiunt, & vitali in substantia contineri.*

Pag. ead. *Nam si omnes concedimus unum esse principem solum.*

Quod in membranis substituunt, *principem Solem*, dubito an consultè factum sit : quamquam de Sole infra nobis notandum video.

Pag. ead. *Quod caput rerum, & columen venerabilibus adimus obsequiis.*

Liber vetus mavult, *caput rerum, & culmen*. non semel hoc nominis mutavit, propter antiquam scripturam *colmen*. ostendi id supra : item in Quæstionibus Apulejanis. non sequor membranas lib. 3. Arnobii, *ad istius nominis columen* (probum est vulgare, *culmen*) *vobis laudatoribus elevati*. Quinimmo, licet

licet non consentientibus membranis, repono lib. 7. *& quod rursus exsilivit ad imperii culmen, & regium principatum.* Iterum illo libro extremo, *alios ad culmen dominationis evexit.* in editionibus est, *ad columen dominationis erexit.*

Pag. 16. *Mundus iste, in quo degitis, cujus est? aut quis vobis attribuit fructum, possessionemque retinere?*

Exemplar manuscripti hactenus probo, quatenus ad veram lectionem rimam aperit. scribit, *fructum, possessionemque in re.* Mihi verissima conjectura visa, *fructum possessionemque cum re.* Bonorum possessio aut cum re datur, aut sine re. Cum re, si is, qui accipit, cum effectu bona retineat: sine re, cum alius jure civili hæreditatem evincere potest. auctor Ulpianus I. C. in fragmentis Institutionum, titulo 28. & l. filiis. C. de inof. testam.

Pag. 18. *Si arbores, gleba, saxa, sensu animata vitali vocis sonitum quirent, & verborum articulos integrare.*

Ut suspicarer rescribendum, *sensu animali vocis sonitum quirent*, ipsemet Arnobius causam præbuit supra hoc libro: *vigue ipsa vivendi efficit nos esse, & animali agitatione motari?* Similiter hoc ipso libro, *animalibus*, ait, *cansis lucem semper, atque obscuritatem resumens.* Proinde hostiam animalem nuncupat lib. 7. Pariter apud Senecam in epistolis, quæ vulgo *animata, inanimata* vocantur, *animalia, inanimalia* in membranis nominari monuit doctissimus Franciscus Modius noster in suis Novantiquis, epistola 58. Itidem Charisius libro primo Grammaticæ *materiam animalem, animalem calculum* vocat. Pacuvius apud Cicer. *Eviscerata, inanima, cum animali sono.*

Pag. 19. *Ignotam sibi in lucem sensu irruisse vitali.*

Supereset Orbilius, periculum immineret non Arnobio, sed ineptis librariis, qui peccarunt hic exigua vocis mutatione, non leviter tamen, si quid ego aut Latinè scio, aut Arnobii stylum degustavi. Characterum ductus tamquam Ariadnæum filum me persecutum videbis, & verum esse quod scribam, *ignotam sibi in lucem sensu irruit se vitali.* In vulgari illo Solœcismum inesse, in lectione nostra locutionem elegantem, probabit in primis hoc Comici: *Vide, ne ille huc prorsus se irruat.* Pari phrasi apud Ciceronem lib. 8. epistola 14. dictum, erumpere se ad bellum, observabat ibidem diligentissimus, eruditissimus Paulus Manutius. quomodo etiam Virgilius dicebat primo Georgicor.

- - - - - - - densa inter nubila sese
Diversi erumpunt radii - - - - - -

Iterum libro quarto Georg. - - - - - -

Et caput, unde altus primum se erumpit Enipeus.

Sed nunc desultorum in morem ad libros Codicis Iustiniani transilire lubet, l. 2. C. de officio præfecti prætorio Africæ. §. hæc autem. vulgo ita legitur, *Sin autē quisquam de militibus ausus fuerit.* sed in vetustis membranis, quas apud me in Ubiis vidisti, disertim perscriptum, *Sin autem quisquam de militibus se usurpaverit.* Similiter in iisdem legitur. §. hoc etiam, eadem l. *nam si quis amplius, quam subdita notitia taxatum est, usurpaverit se accipere.* quod cum ibidem vir doctus reperisset, neglexit. à quo in tantum dissentio, ut particulam, *Se*, non tantum istic retinendam existimem, verum etiam ultrà recipiendam eadem l. §. hæc autem, atque inibi legendum, *nam si se usurpaverint memorati duces.* Non dissimile, quod ex manuscriptis repono. §. & quidem. Instit. de rerum divisione: *monumentis, & ædificiis se abstineat.* Iterum §. si uxor. Instit. de nuptiis: *qui ab hujusmodi nuptiis se abstinuerint.*

Pag.

Pag.20. *Fauna, fatua Fauni uxor, Bona Dea quæ dicitur, ſed vino meliori, & laudabiliori potu?*

Etiam hic ſubſiſtere jubent membranæ, quæ præ ſe ferunt, *Fenta, Fatua, Fauni uxor.* qui locus mea opinione comparandus cum altero è lib. 5. *Fœdam Fatuam, Bonaque dicitur Dea, tranſeamus.* nam Fœda illa iſtic, mea opinione, defœdata. Videndum ſi quid huc faciat locus Martiani Capellæ, qui inter choros longævorum, qui ſilvas, lucos, lacus, fontes, ac fluvios habitant, enumerat Panes, Faunos, Fones, Satyros, Silvanos, Nymphas, Fatuos, Fatuasque (addit manuſcriptus, *vel Fantuas*) etiam Fanas, à quibus fana dicta, quod ſoleant divinare. Hæc ille. In ſequentibus auctoris noſtri, mea opinione, genuina lectio erit, *vino meliori, & laudabiliori pota*? id eſt, ebria. Arnobius promē, ſeu malis, pro ſeipſo, ſententiam ferat. Is lib. 5. *Fœdam igitur Fatuam, Bona quæ dicitur Dea, tranſeamus. quam myrteis caſam virgis, quòd marito neſciente ſeriam meri ebiberit plenam, Sex. Clodius indicat.* Lucillius lib. ſatyr. 30. *Iudo bene potus receſſit.* ita apud Nonium in *Potus.*

Pag.ead. *Ignes, & fulgores marini, & ovorum progenies Dii? Syriapis Peloponneſi proditus, &c.*

Nondum probavit mihi liber vetus, ut pro duabus vocibus, *Dii Syriapis*, debeam reſtituere, *Dioſcuri.* libens tamen ſcripſerim, *& ovorum progenies Dioſcuri? Syriapis, &c.* Dicti enim à Græcis Caſtor, & Pollux Dioſcuri, quaſi Jovis filii. Hos antiquitas credidit navigantibus ſalutares, ſi gemini apparerent; (apparent autem ignis ſpecie, antennæ, aut malo inſidentes) contra triſtes, ſi ſinguli Dioſcuri. Adeundus Cicero lib. 3. de natura Deorum. Stephanus de Dioſcuro Libyæ vico. alii. Varro lib. 4. de lingua Latina: *Ælius Gallus* (inquit) *Dius Fidius dicebat Jovis filius. ut Græci Διόσκουρον Caſtorem.* Quinimmo ipſum hunc ſcriptorem noſtrum ad teſtimonium provocemus potius. ſcribit lib. 4. *ex Leda, & eodem, Caſtores, Græcè Dioſcoris nomen eſt.* *Aliter in textu noſtro.*

Pag.21. *Sed concedamus, interdum manum veſtris opinationibus dantes.*

Particula *interdum* æquivalet adverbio *interim*, ſive, *interea.* quo pacto uſurpari, & quidem non inſolenter, declaravi in Quæſtionibus Apulejanis, cum ex Digeſtorum libris, tum aliunde. Elegans in præcedentibus tropus, & verbum domo mutuatum, hoc eſt, ab iis, qui hoſtibus ſeu adverſariis manus victas porrigere ſolent, manicis inſerendas. Sedit quondam in verbis Petronii eadem metaphora, ſi rectè judico: *Donec ancilla vini certè, ab eo odore corrupto, primum porrexit, ad humanitatem invitantis victa manum.* quæ quidem abhinc annis aliquot eluere tentavi, hoc modo: *Donec ancilla vini certè odore correpta, primum porrexit ad humanitatem invitantis victam manum.* Sidonius Apollinaris in epiſtola ad Polemium, *Do*, inquit, *abſens obtrectatoribus manus.* Verba Arnobii, exiguo admodum interſtitio præmiſſa, hæc videlicet, *nihilominus tamen nobis nati hominis objectatis cultum*, perbene ſupplevi, auctoritate codicis membranei revocato vocabulo, *nobis*: quia de Chriſto, & Chriſtianis accipienda, quæ dicuntur.

P.ead. *Herculem, &c. divorum retuliſtis in cœtum.*

Adſentio exemplari ſcripto, *divorum retuliſtis in cenſum.* Album Deorum vocabat L. Apulejus in 6. de aſino aureo. Arnobius lib. 7. ait, in ſeriem numinum computari. Ejuſdem ſcriptoris locum è dicto lib. 7. huc pertinere arbitror: *Si modo dii veri ſunt, atque in hujus nominis exceptione* (fortè legendum *receptio*.

receptione) *ponendi* RE, pro, EX, & contrà, non semel in libris est, ex adfurtate litterarum.

Pag.22. *Cur luna semper in motu indemnis creditur, animalibus cunctis lucem semper, atque obscuritatem resumens.*

Aliter in textu nostro.

Editio Romana cum manuscripto consentit, *semper in motu idem ne quis creditur.* Genuinam lectionem subodoratus videor, *semper in motu, id est inquies creditur.* Inquies, vel, ut alii volunt, inquiens, eadem notione in Apulejo notavi. Is lib. 2 asini aurei: *Cum ego jam vino madens, nec animo tantum, verùm etiam corpore ipso ad libidinem inquies alioquin, & petulans.* Quietem, & inquietem aliquem rectè dici docet Priscianus libro 6.

Pag.ead. *Constructionem ipsam confirmaverit corporum.*

Emendabam pariter cum Fulvio Ursino, *conformaverit.* Infrà lib. 7. *Nonne primordiis iisdem eadem & me genuit, informavitque natura?*

Pag.ead. *Qui animantia monstravit infirmia nos esse.*

Præter rationes quæ peti ex libro Genes. possint, aliam suppeditant sequentia verba, ut restitutum putem, *animantia monstravit infirma nos esse.* verba auctoris scilicet ista: *qui arrogantiam constrinxit nostram, & elatas supercilio cervices modum sua infirmitatis fecit cognoscere.* Item libro sequenti hominis fabricam rei flaccidæ fictionem nominat.

Pag.ead. *Venerabar (ô cæcitas) nuper simulacra modo ex fornicibus prompta, in incudibus Deos, & ex malleis fabricatos.*

Lego, *modo incudibus Deos, & malleis exfabricatos.* exfabricare positum, ut exædificare libro 4. & libri 5. principio.

Pro ordinatum *in nostra Edit.* sordidatũ.

Pag.ead. *Si quando conspexeram lubricatum lapidem, & ex olivi unguine ordinatum.*

Ritum ordinandi, coronandi, unguendi simulachra Deorum, illustravi apud Vegetium libro 2. cap. 6. Præsentem vero locum restituere tentavi, *& olivi unguine exornatum*, in Quæstionibus meis ad lib. 1. Floridorum Apuleji: ubi plura hac de re.

Pag.23. *Pythagoras Samius suspicione injusta vivus crematus in fano est.*

Corrigendum existimabam, *suspicione inusta:* quod auctor subderet, *Nemo umquam innocens malè interemptus infamis est, nec turpitudinis alicujus commaculatur nota.* cæterum nunc nihil muto; tantum moneo, Laërtium ab Arnobio discrepare, Plutarchum autem à Cyloniis Pythagoram exustum scribere.

Pro dissipatum *nostra Edit.* discerptum.

P.23. & 24. *Liberũ membratim ab Titanis* dissipatũ, *fanorũ consecrationi aptatis.* Ludovicus Carrio lib. 2. Emendationum cap. 3. ex membranis Parisiensibus restituebat, *fanorum consecratione mactatis:* eamque restitutionem noster manuscriptus quoque adprobat. Pari locutione ait Arnobius animas immortalitatis conditione mactatas, lib. 2. Iterum lib. 5. *quam historiam perpetuitatis honore mactastis.* De quo vocabulo etiam post agemus.

P.24. & 25. *Quæ populi, gentesq; suo generis sub limine, nullo dissentiente, videre.* Ursini correctio, meo judicio, in textum recipienda: *suo geri sub lumine.* dabo opinionis meæ testimonium, quod ab ipso Arnobio, infrà hoc eodem libro: *Sed qui ea conspicati sunt fieri, & sub oculis suis viderunt agi, testes optimi, certissimique auctores.* Membranarum scriptura habet, *gentesque seu suo generis sub limine.* eam examini doctiorum relinquo.

Pag.ead *Occursurus forsitan rursus est, cum aliis multis calumniosis illis, & quorilibus vocibus.*

Suspi-

Suſpicabar verum eſſe: *Occurſurus forſitan rurſus eſt alius, cum multis, calumnioſis illis, & puerilibus vocibus.* retracto pronomine ad illa præcedentia, *Poſtulabit forſitan inſanior, & furioſior factus.* nam & hic objectioni tacitæ obviam itur.

Pag.ead. *Omnia illa, quæ fecit, nominis ſui poſſibilitate feciſſe.*

Reſtituo, *numinis ſui poſſibilitate:* & ſubdubito ſine paullo antè pagina 24. reſcribendum quoque, *angelorum potentium numina, & remotas ſuffuratus eſt diſciplinas.* libri editi habent, *nomina, & remotas furatus eſt diſciplinas.*

Pag.ead. *ſed auxiliaribus plenum, nobis poteſtatis munifica liberalitate donaſſe.* Concinniorem ſcripturam, atque interpunctionem fore credidi, *ſed auxiliare, plena nobis poteſtatis munifica liberalitate donaſſe*, vel ſcribendum, *auxiliatibus plenum*, quarta declinatione, de quo infrà.

Pag. 26. *Valetudines, morbi, febres, atque alia corporum cruciamenta.* Membranis placet, *invaletudines.* id vocabulum memini reddere me L. Apulejo lib.9. & Ciceronem bis uſum obſervavi ad Atticum, lib. 7. epiſt. 2. & lib.eodem, epiſt. quinta. eidem reddebat (ni fallor) in Catone Majore V. C. Carolus Langius. etiam apud Tertullianum obſervabam, adverſus Valentinianos, & alibi.

Pag.ead. *Porrigere* (ſcilicet *præcipiebat Chriſtus*) *mancos manus, & articuli mobilitate jam ingenitas explicabant.*

Vix perſuademus iis, qui membraneos codices non evolverunt, tam crebro peccatum eſſe in auctoribus, librariorum, id eſt, deſcriptorum, negligentia, qui characteres, ſyllabas, immo voces integras, bis ſcribendas, ſemel tantum exararunt. Gemino hic ſyllabam, ſeu retraho, *articuli immobilitates jam ingenitas,* Interpretor autem *ingenitas*, id eſt, inveteratas. Emendationem & ſacræ litteræ, & ſequentia ſcriptoris noſtri verba comprobant, *cernebant nullis cum oculis procreati.* rum & pagina 28. ſubſequuntur hæc: *cum ea ſolvit, & vicit, quæ perpetuis nexibus, & immobili fuerant neceſſitate devincta.* Ubi ſi quis reponat, *cum ea ſolvit, devinxit*, mea opinione rectè faciat. Arnobii verba ex lib.7. huc arceſſenda, corroborandæ ſuperioris conjecturæ: *Agant ſuam naturam, & ad ea, quæ fati ſunt, ingenitis legibus, & quadam neceſſitate ducantur.* Item & alia è lib. 1. *cæcitate ingenita nequeuntes videre*, &c. Itemque iſta, quæ ſcribuntur lib.ſecundo: *quibus ex cauſis pili nigrorem ingenitum putant.* Idem libro primo, *cui non ſit ingenitum, non affixum.*

Pag.ead. *Et poſt diem funeris tertium, pollinctorum velaminibus expediri.* Et hunc locum L.Carrio dicto libro 2. cap.13. reſtituit, *voluminibus expediri.* moneo tamen etiam membranas noſtras ipſius manuſcripto conſonare. Elegantèr ille interpretatur volumina. pro faſciis ſepulchralibus: & reſpectum putat ad locum S. Ioannis, cap. 10. addit alia, quæ pete ab ipſo. Iam quod idem Carrio apud auctorem noſtrum pagina eadem omnino legendum contendit, *Quanta ſint enim hæc, vel exilitatis cujus reperientur:* idipſum expreſsè, & ad unguem ſcriptum in noſtris membranis.

Pag.27. *Arrogantium magorum fruſtrari efficit actiones.* Magorum *cantiones* (alii cantamina vocant) huic ſcriptori in animo fuiſſe, mihi perſuaſi.

Pag.29. *Et precibus fatigarent, & invitarent miſerrimis votis.* Malim, *miſerrimi votis.*

Pag. 30. *Nam cum videret futuros vos esse gestarum ab se rerum, diviniqué operis derogatores.*

In Romana editione erat, *arrogatores.* nihil certius, quàm in manuscriptis codicibus fuisse, *arogatores.* Antiquis fuisse *arogo* quod nobis abrogo, alibi doceo pluribus. Similis locus lib. 2. Arnobii pag. 57. *Non enim nos convenit fidem rebus abjudicare, quas dicis.* in alia editione vulgarunt, *adjudicare.* ego conjecturam meam non abjicio. scribo enim more antiquo, *ajudicare.* Iterum lib. 2. *humana sibi omnia sapientes negent.* alii codices legunt, *sapientes adrogent.* scribere debuisse non ambigo, *sapientes arogent.* Repetit eandem sententiam hic noster, ut sæpe alias, lib. 2. *Patrimonia, & divitiæ* (Philosophi nimirum) *fugiunt, ne causas sibi adferant lapsus.* quamquam istic cum membranis lego, *& causas sibi auferunt lapsus.*

Pag. ead. *Ne qua subesset suspicio, magicis se artibus munera illa, beneficiaque largitum.*

Adhibendum Divi Augustini cap. 53. libri 18. de civitate Dei. Rursum pagina 23. quod præcessit, *Nisi fortè dicatis opem bonis, ab Diis ferri:* tento legere, *Nisi fortè dicetis.* nisi, valet, sed. qua significatione frequentata his libris ea particula. Infra hoc libro: *Nisi fortè dubitabis, an sit iste, de quo loquimur, imperator?* Itidem libro sequenti: *Nisi fortè rex mundi ideirco huc animas misit.* Iterum lib. 5. *Nisi homo præsumens, quid dicturus esset Iuppiter, circumscripsit:* editio Romana, & manuscriptus legunt *præsumeret*, ego tamen Gelenii editionem sequi malui.

Pag. ead. *Imperio ille uno exturbavit à corporibus damonas, & exanimatis suos restituit sensus: sub eorum portantes & illi se casibus, jussione non alia, sanitati, & constantiæ reddiderunt.*

Dignus profecto stigmate locus, si quis alius apud Arnobium. quæ Christi exempla, seu potius miracula laudat, clara sunt, & verbis dilucidè expressa: quod ad ea, quæ Apostolis tribuit, quæque Christum potestati eorum subjecisse ait, in iis non me explico. quæ enim sententia eruatur ex verbis istiusmodi? *sub eorum portantes & illi se casibus.* Locum tentandum putavi non alia de causa, quam ut eum, me indicante, Theologi persanare studeant. mea opinione Arnobio præ oculis fuit istud ex Actis Apostolorum cap. 19. *Virtutesque non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli, ita, ut etiam super languidos deferrentur à corpore ejus sudaria, vel semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur.* Legere conor *sudarium*, pro verbis, *sub eorum.* Attamen conatum hunc meum cassum esse vidi, simul atque in editionem recentiorem Romanam incidi: ubi ad oram adscriptum, *sub eorum portatos & illi successibus, jussione nuda sanitati, & constantiæ reddiderunt:* quæ conjectura utrum à Fulvio, an ab alio profecta sit, nescio: mihi certè placebit, quamdiu aliam lectionem libri non suggerent. Arnobius alibi, *quod ab rusticis Christianis jussionibus factitatum est nudis.* Porro quod de successionibus, pro casis, domibus, in lectione hujus scriptoris mihi notatum est, libenter subjiciam. Arnobius libro secundo, *domibus structis, & lautioribus successibus institutis, non adamarint casulas.* Similiter lib. 5. cum de raptu Proserpinæ agitur, *raptam virginem secum vehit, & terrarum absconditur successibus rursus.* Iterum lib. 7. *ex molibus inæqualiter aggeratis successus quidam, & fornices.* Iterum lib. 6. *successus quidam parvi, atque* (ut verius eloquar) *genus angustissimum caver-*

cavernarum. Virgil. 4. Æneid. *Quis novus hic nostris successit sedibus hospes?*

Pag.ead. *Siccitatem jussit recuperare nativam.*

Librarii scripserunt more vetusto *reciperare*. Itidem in libri septimi fine exarunt iidem, *felix reciperata victoria est*. Alibi contra libri,& lapides u loco i usurpant,quemadmodum in *lacruma,felicissumus, Optumus, Maxumus*,&c.

Pag. 31. *Quinimmo Dialem, quod ejus est,flaminem isto jure donavit?*

Mutabat amicus noster Canterus, *Dialem quod majus est*,scio qua occasione: at Romana lectio illa prior cur rejicienda? præsertim cum Festo, & Varrone auctoribus, ut alios taceam, Dialem Iovis, seu Diovis flaminem fuisse constet. Consulendus Varro lib.4.& 5. de lingua Latina. Festus in *flamen*, & in *flameo*,in *Ordo*. Gellius lib.10.cap.15. Adhibendo & Livium,qui scribit libro primo: *Flaminem Iovi adsiduum sacerdotem creavit*. Magis tamen ad rem præsentem ipse Arnobius lib. 7. de ipso Iove disserens, *veniret ad flaminem suum Dialem*. qui locus facit me ut dissentiam quoque ab iis, qui putant legendum, *Dialem quo Deus est*.

Pag.ead. *Sed ut pustulam,reduviam,papulam.*

Editio antiquissima præfert, *sed ut pulsurare dubiam*. at vero membranæ nostræ, *pullulare dubiam*. Carrio ex manuscripto Parisiensi pro *pousulam*, reponit *pusulam*, ex Festo in verbo *Hetta*. Adhibe eundem Festum in voce *Rediviam*.

Pag.ead. *Id enim,quod potueris,feceris: & quod præstare debuerit vis tua, ut potens esset unà & ipsius,qui operaretur,qualitas. Transcribere posse in hominem jus tuum.*

Aliter in edit. nostra.

Idonea,& apertior futura sententia,si scripserimus, *Id enim quod potueris feceris. Set quod præstare debuerit vis tua,ut potens esset unà & ipsius,qui operaretur, qualitas: transcribere posse in hominem jus tuum*, &c. Set,loco sed, olim scribere consuesse,libri Digestorum,membranæ insuper vetustæ,optimæ, & præter cæteros Grammaticos Sosipater Charisius mihi testis erit. En quod præmittitur pagina superiore de Christo: *non tantum ipse perfecit, verum (quod erat sublimius) multos alios facere permisit*. Clarius paullo post de iisdem, qui Christum sectabantur discipulis, *Neque quidquam*, inquit, *ab illo gestum, per admirationem stupentibus cunctis; quod non omne donaverit faciendum parvulis illis,& rusticis.*

Pag.ead. *Magus interiore ab orbe Zoroastres.*

Scribunt alii *Zoroastes*. hujus libros de Magia vicies centum millia versuum continuisse, auctor Eudoxus. libros ejusdem de natura, de lapidibus, rebus Astronomicis, &c. laudat Suidas. Videndus Plinius lib. 30.cap.1.& Diogenes Laërtius lib.1. Nini regis temporibus eundem floruisse,& bella cum eodem gessisse ferunt. Cæterum,quod paullo post,pro Hosthane,liber scriptus Zostrianum supponat, cur faciat nescio: nam Hosthanum, sive, ut alii, Hosthanem,celebratum memini in comitibus Alexandri,ut in Magica arte valde præstantem. Hunc Hosthanem,in Magis eloquio,& negotio primum,celebrat Minutius Felix in Octavio suo. quamquam istic membranis vocetur *Sosthenes*.

Pag.ead. *Dardanus, Velus, Iulianus.*

Subdubito, scribendumne sit, *Belus*,& hunc esse, cujus meminêre Diodorus Siculus lib.3. Cyrillus, Berosus, & alii. Bel vocatus videtur ab aliis, & Baal.

Hieron. lib. 2. in Of. Euſebius lib. 1. de præpar. Euangelica cap. 7.

Pag. 32. *Nihil fraudis, nihil delicti in Chriſto derideatis: licet ex more atque in laſciviam diſſolvamini cachinnorum.*

Dixerit quis poſſe interpolari hæc, in hunc modum, *licet ex more in riſum, atq; in laſciviam diſſolvamini cachinnorum.* Cæterum, cum libris antiquis deſtituor, non arbitror temere tale quid recipiendum. potius interpreter illud *atque* ſignificatione adverbiali, ut ſignificet *ſtatim, continuo.* qua de re nos in Particulis linguæ Latinæ, & alibi Agellius. Sed vide quo nos adduxerit leviuſculè tantum vitiata interpunctio, quam membranæ nobis redhibebunt: *Nihil fraudis, nihil delicti in Chriſto: derideatis licet ex more, atque in laſciviam diſſolvamini cachinnorum.* Nihil delicti in Chriſto (ſupple, eſt) ut remini.

Pag. ead. *Deus radice ab intima, Deus ab incognitis regnis.*

Mea opinione legendum, *Deus ab inconditis regnis.*

Pag. ead. *Potuerunt noſcere, vel ſuſpicari: & merito exutus à corpore, quod in exigua ſui circumferebat parte.*

Splendoris non parum auctori acceſſerit, ſi pro noſtro ſenſu repoſuerimus hæc de Chriſto prolata tali ſcriptione: *potuerunt noſcere, vel ſuſpicari. at emerito exutus corpore, quod in exigua ſui circumferebat parte,* &c. Eodem refero, quæ infrà hoc eodem libro dicuntur: *Quis eſt ergo viſus in patibulo pendere? quis mortuus eſt? homo quem induerat, & ſecum ipſe portabat.* Iterum paullo inferius: *Mors illa, quam dicitis, adſumpti hominis fuit, non ipſius; geſtaminis; non geſtantis.* Simile & Nemeſiani ecloga prima: ------*emerita permenſus tempora vitæ.* Itemque Minutii Felicis hoc: *Conſecrantur, non ad fidem numinis, ſed ad honorem emeritæ poteſtatis.* Feſto mortuus ab emerita vita dictus. Apulejus lemurem vocat animum ſtipendiis vitæ liberum. Tralata omnia hæc à re militari: ubi cogniti milites emeriti, ſtipendia emerita. Corrigo eadem opera, quod in panegyrico incerti auctoris ad Conſtantinum vulgatur: *Stipendiis in ordinem meritis, & militiæ gradibus emenſis,* dubio procul ſincerum eſt, *Stipendiis in ordinem emeritis.*

Pag. 33. *Qui per orbem totum miſſi, beneficia patris munerandis animis, hominibuſque portabant.*

Expreſſi lectionem vetuſtam Rom. quam liber ſcriptus quoque conſervavit. Gelenius ediderat, *beneficia patris, & munera Dis, hominibuſque portabant.* Carrio autem priorem lectionem mutat hoc modo, *beneficia patris, munera ſanandis animis, hominibuſque portabant:* atque interpretatur, ſanandis animis, corporibuſque. ſed ab edita lectione recedendum non eſt, quia eandem ſententiam ejicit; &, *munerari aliquem ſtatuis,* dicitur hoc libro; & inibi eſt, *nuntiator, & portitor muneris Chriſtus.*

Pag. ead. *Aut apprehendere locum fortaſſe poſſetis, quod videretur eſſe ſimillimum veri, & incrementa rebus appoſita, & inditas ſcriptis, & commentariis falſitates.*

Cum in libro antiquo vidiſſem ſcribi, *quo videretur*; viſum fuit ut mutarem, atque interpungerem totum locum ſic: *aut apprehendere fucum fortaſſe poſſetis, quo videtur eſſe ſimillimum veri, & incrementa rebus appoſita,* &c. ut ſententiam habeat talem? Si omnia quæ Chriſtus geſſit, ejuſque diſcipuli, relata forent in litteras, occurrerent fortè, quæ fucum illum detegerent, qui falſo vobis nunc blanditur, perſuaderque omnia ab iis geſta, minora multo eſſe, quàm

quàm scriptorum fama ferat. Huc refero verba libri sequentis: *Quod si non mentis elatio, & typhus qui appellatur à Græcis, obstaret, atque officeret vobis, jamdudum scire potuissetis, quid, aut quare prohibuerit fieri*, &c.

Pag. 34. *Falsa de Christo confingimus.*

Placet libro veteri *compingimus*. neque id displicere debet erudito lectori; cui indicabo frequenter ita locutum Arnobium: in primis lib. 4. *ignominiosas ipsi compingitis fabulas*. Iterum lib. 7. *quin & ipsos dicatis Deos ludere, lascivire, saltare, obscœnas compingere cantiones.*

Pag. ead. *Et illa sunt ab hominibus scripta, mortalibus edissera sermonibus.*

Si loquendi consuetudinem hujus auctoris præ oculis habebimus, non negabimus verè me conjeciisse, *edissertata*, adstipulatus post mihi manuscriptus, & multa Arnobii testimonia: apud quem nimis crebrum est edissertare, & dicite. Dissertare Latinè Apulejus quoque dixit, idque verbi à Plauto; ut multa alia, mutuatus est.

Pag. 35. *Pompa ista sermonis, & oratio missa per regulas conciombus, litibus, foro, judiciisque servetur, deturque: illis immo, qui voluptatum delimenta quarentes, omne suum studium verborum in lumina contulerunt.*

Conciones foro, judiciis lites convenire certum: nihil tamen audeo his verbis mutare. De cætero, improbat disputator acerrimus malè collocatam quorundam operam, qui docti videri, quàm probi esse, malunt: qui de ornatu sermonis potius, quàm de vitæ puritate, solliciti, in exprimendo, imitando alterius sermone ætatem consumunt. Hos Ciceronianos, si quid video, simios appellavit, scripsitque: *foro judiciisque servetur: deturque illis simiis, qui voluptatum delimenta quarentes*, &c. Liber manuscriptus interpungebat hoc modo: *servetur: deturque illis immo.* idemque mox restituit, *omnes unum studium.* quod perplacet. Simios dici adagio imitatores aliorum, sat notum. Objicit itidem Arnobius lib. 3. iisdem istis, quod in lectione Ciceronis non tam rerum veritatem, quam verborum luculentias, persequantur. Tangit deinceps eosdem lib. 4. *Vos*, inquit, *stupetis eloquentiæ viribus; & quod penitus oportebat ex humani generis coetu tolli, percensetis.*

Pag. 36. *Et tamen, ô isti, qui pollutas res nostras vitiorum criminamini.*

Corruptum hunc locum esse, abhinc multis annis mihi persuasum fuit. sanavi distractione duarum vocum, quæ incuria librarii, injuria Arnobii, coïerunt, *qui pollutas rei nostræ vitio horum criminamini.* oculos reflecte ad hæc præcedentia, quæ objecta Christianis ab infidelibus, *Barbarismis, solœcismis obsita sunt*, (inquit) *res vestra, & vitiorum deformitate polluta:* ac simul expende, quod nunc nuper epistola 41. Centuriæ primæ V. C. & utrique nostrûm amicissimus Iustus Lipsius de conjectura reposuit, *qui pollutas res nostras vitio verborum criminamini.*

Pag. 37. *Cæsellios, Verrios, Scauros teneatis, & Nisos.*

Nomina ea grammaticorû sunt, de quibus ista notavi: Cæsellium Vindicem commentarium, sive libros antiquarum lectionum scripsisse, videre est apud Agellium (sive A. Gellium) lib. 7. cap. 2. & lib. 11. cap. 15. item apud Sosipatrum Charisium. Verrius Flaccus, idem est, quem Charisius, & alii nominant, ex quo sua collegit S. Pompejus Festus. At vero Terentius Scaurus divi Hadriani A. temporibus grammaticus fuit vel nobilissimus, teste Gellio lib. 11. cap. 15. Capitolinus in vita Severi: *Audivit Scaurum* (inquit) *qui filius Scauri,*

qui

qui grammaticus Hadriani fuit. Niſum grammaticum præter Velium Longum, & Priſcianum, agnoſcit quoque Chariſius. De Verrio Flacco, &, quem Arnobius antea poſuit, Cornelio Epicado, adeundus Suetonius lib. de illuſtribus grammaticis.

Pag. ead. *Quis eſt enim mortalium qui quæreret eum videre.*

Menda hæc carere animo meo perſuadere numquam potui: is divinabat genuinam Arnobii ſcripturam eſſe, *Quis eſt enim mortalium, qui quiret eum videre.* Præter exempla ſacrarum litterarum, juvant me iſta ſequentia: *Adſumpſit igitur hominis formam, & ſub noſtri generis ſimilitudine potentiam ſuam clauſit, ut & videri poſſet, & conſpici.* Uſus hic noſter verbum *queo* his libris plus centies.

Pag. ead. *Latenter involuta, & vix ullis comprehenſibiles cauſæ.*

Proponam primum ſcripturam membranarum, *latent aliter involutæ*, tento reſtituere, *latent altæ, involutæ, & vix ullis comprehenſibiles cauſæ.* alibi inquit, *rationes miræ, atque altæ.* Altum pro profundo non ineleganter ſumitur. ſic puteum altum, altum ſomnum, dicebant antiqui. Cicero, *Cum terra*, inquit, *araretur, & ſulcus eſſet altius impreſſus.* eadem phraſis infra occurret.

Pag. 38. *Quam nec ipſam perpeti ſuccubuiſſet, tanta ſi non agenda res eſſet.*

Romanus codex habebat, *perpeti ſuccubuiſſet, vis tanta ſi non.* is utrum transverſum me egerit, tu vide. namque conatus emendare ſic, neſcio an probabo tibi, *quam nec ipſam perpeti ſuccubuiſſe inuſitatam, niſi agenda res eſſet.* Sed obſtare aurumo, quod legemus lib. 1. *Deus ille eſt Chriſtus? Deus, reſpondebimus, & interiorum potentiarum Deus: &, quod magis infidos acerbiſſimis doloribus torqueat, rei maximæ cauſa à ſummo rege ad nos miſſus.*

Pag. ead. *Vel poteſtate univerſa prohiberet.*

Aliter in textu noſtro. Tantum ſuſpicor, æquè quadraturum, *vel poteſtates univerſas.* De *poteſtatibus*, pro iis videlicet, qui poteſtate præditi ſunt, memini me agere in Commentario ad Vegetium, item in Notis ad Codicem Iuſtiniani. Pari phraſi ſequente pagina *nobilitates* loco virorum nobilium conlocavit, his verbis, *qui proſcriptionibus, & ſuis* (alias *ſævis*) *cædibus nudant nobilitatibus civitates.* Non poſſum, quin & hoc Arnobii adhibeam ex lib. 2. *Quid illi ſibi volunt ſecretarum artium ritus, quibus affamini neſcio quas poteſtates, ut ſint vobis placidæ, neque ad ſedes remeantibus patrias obſtacula impeditionis opponant?*

Pag. 39. *Cum enim de animarum periculis multa, medelarum contra inſinuator, magiſter, atque auctor, ad officiorum convenientium fines, ſuas leges, & conſtituta direxit: non ſuperbia faſtum comminuit?*

Locus deploratus, depoſitus, me judice, ſi quis alius in hoc ſcriptore. Romana editio pariter cum membranis habebat: *Cum enim de animarum periculis multa mala de illarum contrà inſinuator, magiſter,* &c. ſed & hic flocci meri. In recenti edione Romana conati fulcire hoc pacto: *Cum enim de animarum periculis multa, multa de illarum natura inſinuator, magiſter, atque auctor, ad officiorum convenientium fines, vias, leges, & conſtituta direxit, non ſuperbia faſtum comminuit?* Et ferri ea lectio poſſit, ſi modò libris antiquis juvaretur. mea opinione oratio hiat & deficit. *Cum enim de animarum periculis multa, multa mala de illarum* * * * * * * *contra inſinuator*, &c. cæterum judicium penes polum eſto.

Pag. 40. *Solum Chriſtum convellere, dilacerare, ſi poſſitis, vultis.*

Roma-

Romanus codex viam aperit ad correctionem; dum legit, *dilacerare poteſtis, ſi Deum vultis*, permiſſu auctoris, atque adeo ſententiæ ipſius, verba trajicio, *dilacerare, ſi Deum poſſitis, vultis.* quæ quidem emendatio nullis verbis indiget. Sive ſcribe, *dilacerare, ſi detur, eum velle per viſcera.* Satius autem conſiderare, quod paucis lineis inſertis præmittitur: *qui conſcriptione voluminum multiformi maledictis mordacibus carpunt publicos mores; qui luxurias, ac vitas veſtras ſecant, urunt, dilacerant; qui in temporis poſteri notas ſcriptorum perpetuitate prolatant.* Corrigent forſitan alii *perpetuitatem.* mihi tamen neſcio qua cauſa pro genuino viſum eſt, *qui in tempus poſterum, notas, ſcriptorum perpetuitate prolatant.* Notam inurere alibi dicit Arnobius, & nemo non. *carmen in notam aliorum producere*, Ulpianus Iureconſultus.

Pag. 40. *O ingratum.*

Præcedebat, *At enim odio dignus eſt.* Hæc cum iis, quæ duabus aliis paginis ſequuntur, Theod. Canterus amicus noſter tranſtulit ad librum ſecundum Arnobii, ejus Notas conſule initio libri 2. Quamquam tranſpoſitionem ab eo factam libri v v. & ſcripti damnant. hoc amplius, quod ille à Gelenio cenſet adſuta verba quædam, iſta nempe, *nectare ebrii cuncta contemnant.* id è manuſcripto non apparet.

GODESCALCI STEWECHII IN LIBRUM II. ARNOBII ELECTA.

GOD. STEWECHIUS CLAUDIO CASTELLANO

Theologo, ac Scholastico Tullensi

S. D.

DE *Arnobio, venerandissime senex, pariter mecum senties spero. hominem nempe Afrum cæteris ejusdem nationis scriptoribus (Tertullianum, Cyprianum, Optatum, Athenagoram, alios intelligo) non segniorem fuisse religionis Christianæ adversus infideles, & Ethnicos adsertorem. In eo non tantum re, cæteroquin etiam exemplo Reipub. profuisse: quod non ita multo post, etsi sub modestioribus Principibus, eum præceptorem secutus Lactantius Firmianus, &, ut sic dicam, pæne adsecutus est. quidquid enim ille argumentorum vi, rerum pondere, id est, antiquitatum peritia, antecedit; id hic sermonis elegantia, & sententiarum gravitate ita compensat, ut vix scias, utrum utri præferas. Quæ in Arnobii lectione nunc nuper selegi, ex iis pauca subjicere statui. ea tamen tunc demum se mihi probabunt, ubi illa tuo judicio intellexero comprobata. Domino Archidiacono de Ligny, utrique Doctori Rambervillerio, amicis, ac familiaribus cæteris ex animo salutem. Vale, & quod strenuè in hodiernum usque feciſti, Stevvechium redama.*

Pag. 42. *Edissertate nobis, & dicite, quid rei, quid causa est.*
Sæpius eam locutionem occurrere non nescio. lubens tamen ubique rescripserim, *Edissertate nobis, edite.* De quo verbo quia dictum à me in Commentario ad Vegetium lib. 3. cap. 15. itemque in Notis ad Codicem, immo & inferius plura dicenda intelligam, contentus ero quædam attexuisse, quæ de mendo mihi suspecta. suprà lib. 1. extremo de Christo loquitur: *qui non modo nullum intulerit malum nulli, sed æqualiter benignus hostibus dicere, quidnam his salutis Deo portaretur à principe.* Phrasin illam capio; at tamen codex vetus legit, *æqualiter benignus hostibus diceret:* conor restituere pro *diceret*, *edixerit.* Glossarium membraneum, quod apud me, *edicit, totum dicit: edicit, foras dicit: unde edictum.*

Pag.44. *Cùm ulterius prorſus fuerimus evecti.*

Mihi quandoque in animo fuit, verbum *ulterius* abjiciendum, ac ſubinde ſcribendum, *cùm prorſus fuerimus evecti.* De voce *prorſus, prorſum*, ac limitibus prorſis conſulendus Feſtus. *Prorſum*, id eſt, porro verſum, antrorſum, & per antitheſin reſpondens illi *rurſum*, notione ſolenti antiquis uſitata. Terentius Hecyra: *Trepidari ſentio, curſari rurſum prorſum.* quin & Arnobium ipſum teſtem citemus potius, qui libro 7. Æſculapium ſerpentis forma, & circumſcriptione finiens, ita inquit: *Per terram reptans, cæno natis ut vermiculis mos eſt, ſolum mento radit, & pectore, tortuoſis voluminibus ſe trahens: atque, ut pergere prorſus poſſit, partem ſui poſtremam conatibus prioris adducit.*

Pag.45. *Quid ergo? vos ſoli ſapientiæ conditi, atque intelligentiæ vi mera, neſcio quid aliud videtis, & profundum? ſoli nugas eſſe intelligitis hæc omnia?*

Interpunctionem depravatam non dubito, ambigo de ſcriptura. *Quid? ergo vos ſoli ſapientiæ conditi, atque intelligentiæ vi mera, neſcio quid altius videtis, & profundius? ſoli nugas.* Arnobium auſculta ſcribentem quinto libro ſuo: *Iſtæ hiſtoriæ myſteria in ſe continent ſancta, rationes miras, atque altas.* Adhibeatur Feſtus in *Altum.* Diſtinctionem illam, hoc eſt, interrogationis notam, elegantem eſſe, ac ſonantem præ vulgata, & verè oratoriam, capient facilè, qui Ciceronem triverunt. Rurſum neglecta eſt iſtiuſmodi interpunctio ſupra libro primo: *Quid? hiatibus maximis interceptas urbes, cum gentibus ſuperiora tempora non viderunt?* Revoco poſtliminio eandem diſtinctionem lib. 2. *Quid? illa de rebus humanis à cognitione ſepoſitis?* Iterum lib. 2. *Quid? ergo ſi homines non ſint, ab officiis ſuis ceſſabit mundus?* Similiter eodem libro: *Quid? ergo nos ſoli ignoramus, neſcimus quiſnam ſit animarum conditor, quiſnam conſtitutor?* Addendus etiam hic locus ex lib. 3. *Quid? ergo, inquiet aliquis, non audit Deus? non loquitur?* Item alter è principio libri 3. *Quid? ergo dicemus Deos procreare?* Iterum dicto libro: *Quid? ergo dicemus Deos caput geſtare tereti rotunditate collectum.* Utrobique edebatur, *Quid ergo dicemus?* Item alius ex lib. 5. *Quid? quòd multa ex his templa.* Itemque ex lib. 7. quaſi medio: *Quid? quod iſto modo utrique deſinunt Dii eſſe?* Superant ſimilia in Arnobio, ſuperant in Apulejo: ſed jam perſequi hæc leviuſcula, nimis tædioſum foret, mihi ſcribere, tibi legere. quapropter attendamus ad id, quod ſubinde ſequitur.

Pag.46. *Suſpiciones ſuas probatis, & comprehenſis.*

Illud audacter dicam, nullas ferè conjecturas felicius mihi cadere, quàm quæ ex geminatione litterarum, ſyllabarum, & vocum totarum. Reſtituo ſcripturam, & ſententiam, quæ fugerat, retraho, *ſuſpiciones ſuas pro probatis.* Pertinaciam hanc videre eſt in ſchólis veterum philoſophorum, ubi nulla tam ſtulta opinio, quæ non ſuum adſertorem, vindicem repererit. Comprehendendi vox ornata hîc, & Ciceroniana. is ait; *Cognitio, & καταλήψις, quam comprehenſionem dicemus.*

Pag.ead. *Quid enim (ſi verum perſpiciam) etiamſi omnia ſæcula in rerum inveſtigatione ponantur, ſcire per nos poſſumus,* &c.

Phraſis non intellecta loco depravando cauſam dedit. reſtituo è libris veteribus, cuſis, ſcriptis, *ſi verum perſpiciamus*; quod valet, *nè́mne*, vel, *an verum perſpiciamus.* Conſtituo reliquam interpunctionem pro meo captu: *Quid enim? ſi verum perſpiciamus; etiamſi omnia ſæcula in rerum inveſtigatione ponantur;*

nantur; scire per nos possumus? quasi dicat: Hoccine in hominis facultate sit, ut ipse, etiam post longissimam, ac diligentissimam examinationem, dijudicare per se valeat, an verum invenerit? Si, pro An, collocari solitum, ad Codicem Iustiniani Imperatoris plus satis doceo: & monuêre antehac multi. Terentius: *Visam si domi est.* Idem Adel. *Si fortè frater redierit viso.* Eandem locutionem Arnobio reddo, fide manuscripti libri septimi; *quoniam nec visi aliquando, neque si sunt ulli* (gentilium Deos intellige) *apertissima potuit cognitione dinosci.* corruperunt superiori sæculo scioli quidam: *neque si sunt visi, apertissima*, &c.

Pag. ead. *Quos ita cæcos, & superbos nescio quæ res protulit, & concinnavit invida.*

Multo mavelim ex manuscripto, *nescio quæ res protulit*; ac post scribere, *invidia.*

Pag. 48. *Nostra incredulitate communem.*

Poscit, quantum judicare valeo, mens auctoris distractionem verbi *incredulitate*; vel hanc lectionem potius, *nostra cum credulitate communem.* quod & Ursinus notavit. nationibus infidelibus, & his qui Christo nomen dederant, unum, & socium esse ait credere, & utrosque auctoribus stare. Repetitum idem lib. 2. *Quænam* (inquit) *injustitia tanta est, ut fatui vobis credulitate in ista videamur? cum vos & similia credere, & in eadem videamus exspectatione versari?* Subditur mox pag. 47. *vobis velitis dari, quod ita ab illis dicatur; accipere nos ea, quæ proferuntur à Christo; audire, & spectare nolitis?* sed immutare conor leviusculè, *vobis velitis dari, quidquid ab illis dicatur; arripere nos ea, quæ proferuntur à Christo*, &c. quam Arnobii mentem esse, sequentia mihi quidem probabant; atque hallucinatum, qui edendum putavit, *vobis velitis dari, quod ita ab illis dicatur arripere? vos ea*, &c.

Aliter in textu nostro.

Pag. 49. *Geometricas res etiam suis scitis, & perceptionibus explicare.*

Scribendum contra editiones *præceptionibus.* nec non paullo inferius, *quis eum permitteret apertè aliquid judicare.* perperam in omnibus editur, *promitteret.*

Pag. 50. *Ipsam denique apud dominam Romam, in qua cum homines sint Numæ regis artibus, atque antiquis superstitionibus occupati, non distulerunt tamen res patrias linquere, & veritati coalescere Christianæ.*

Dominam vocavit urbem, ut ille, *Romanos rerum dominos, gentémque togatam.* Cæterum, argumentum in his verbis non leve adversus gentiles, verba tamen (ut mea fert opinio) sic constituenda erunt: *in qua cum homines essent Numæ ritibus, atque antiquis superstitionibus occupati.* primum mendum inde est, quod syllabas non geminarent librarii, vel scriberent *hominESsent:* quod tantundem valet, ac, *homines essent.* testantur locis innumerabilibus libri Digestorum. etsi, quæ hodie in illis ad istum modum excuduntur, non ab ipsis descriptoribus ita expressa fuêre, ut alibi indico. Quod ad vocabulum *ritibus*, liquet ex solo Halicarnasseo Numam Romuli leges firmasse quidem, sed de ritibus, ministris sacrorum, novas addidisse. quod ipsum, teste Livio, factum est, quia in civitate bellicosa plures Romuli quàm Numæ similes reges fore putabat. Immo ne luxuriarent otio animi, quos metus hostium, disciplinaque militaris continuerat, rem ad multitudinem imperitam (ut Livius ait) efficacissimam, metum Deorum injiciendum ratus est. Et hæc ipsa causa est, quam-

quamobrem Arnobius lib. 3. hunc Numam vocet Sanctum Pompilium. Meminit hujus rei & Iustinianus Imperator in Novella constitutione sua 47. *Reges* (ait) *ipsa, instituerunt Romulus, & Numa: quorum alter urbem condidit, alter ipsam ordinavit, ornavitque legibus.* Numæ autem leges de sacrificiis, auspiciis, sepulturis, &c. etiam in hodiernum conservatæ in fragmentis 12. tabularum. Libros ejusdem de jure pontificio repertos, & combustos ex senatus decreto, id Cornelio, & Bebio consulibus memoriæ prodidit Lactantius lib. 1. cap. 22. Nomen porro, *Ritus*, rebus sacris peculiare esse qui nescit, & inde denominatos Hetruscorum libros Rituales, is legat Pompejum Festum. De Numa consulendus Plutarchus in ejus vita, Orosius lib. 4. Eutropius primo, Auctor de viris illustribus cap. 3. Ex Arnobio testimonia in præsens occurrebant, quæ adscribenda duxi, ex libro 3. *Sacra miscetis, & religionum conjungitis ritus.* Iterum libro dicto, *& dissimilibus ritibus singulorum animos placari.*

Pag. 51. *Partes opinionum diversitate fecerunt.*

Minimè dissimulandam arbitror membranarum scripturam, vel ob id, quod alibi nos eximiam ab iis sensimus opem. habent autem illæ sic, *partes opinionum diversitate secerunt.* Voluit librarius fortean *secerunt*, quod antiquis valebat *sexerunt.* *Secere* idem esse, quod secare, immo derivata inde *secius*, & *sectius*, perinde ut *sequius* à sequor, atque illa significatione eadem esse, ostendit Ianus Mellerus Palmerius in suis Spicilegiis, pag. 64. Immo & *secus* pro sexu, & *seculum* pro stirpe (de quibus nos infra) etiam à secendo idem deducit. *Aliter in edit. nostra.*

Pag. ead. *Rursus eruptures homines telluris è gremio scribit, senes, canos, decrepitos.*

Libens restituerim *eruptures homines se telluris è gremio.* Accius Epigonis: *Stupiditate erumpit se impos consili.* Terent. Phorm. *eruere se ex turbis.* Eadem elegantia, & proprietate verborum dici, irruere se, irrumpere se, jam antè à nobis adnotatum est: proinde apud Agellium scribitur, *in antiquiores, altioresque litteras sese penetrare*, lib. 13. cap. 10. in Apuleji libro verè aureo, sed hodie nimium corrupto, legere conor: *Cœlum & tempestates inter se serenè, hiberneque conflignnt, dimicant imbres, ignes se erumpunt*, [vulgo ignes rumpuntur] *& rursus latitia mundi reseratur.* Ciceronem emendo l. 12. epist. 18. *Quo iste nescio quis Cæcilius Bassus se erumperet:* quod in manuscripto meo fuerit, *se rumperet.*

Pag ead. *Per eosdem gradus, quibus hodie crescitur, ad incunabula infantiæ defituros.*

Videtur correctum iri, si legerimus *desulturos*, sive *redituros.* nihilo secius tamen *desinendi* verbum, vel, quod ego Arnobium hic secutum sentio, *desiendi*, hinc proturbare non ausim. Mamertinus in Panegyrico, quem Genethliacum Aurelii Maximiani A. indigitant, *Rumpunt*, inquit, *horrea condita messes, & tamen cultura duplicatur. ubi silva fuère, jam seges est, metendo & vindemiando defecimus.* Audax hominum, & illitteratum genus, ex *defeimus* locum sollicitavit; & manu admodum infausta nobis suppositit, *defecimus.* Vegetio eandem vocem restitui lib. 3. cap. 1.

Pag. 52. *Ad nihilum redacta interitionis perpetua frustratione vanescunt.*

Et hæc inter spicas meas colligere non negligo, *frustratione evanescunt.* Similes aliquot geminationes una quasi serie hoc loco proponendas putavimus, ne eandem corrigendi semitam insistamus sæpius. Infra libro secundo, pag. 75.

Quid ſi & hæc non ſunt? & eſt aliquares alia, alia cauſa: alia ratio, poteſtas; alia denique inauditi nobis, atque incogniti nominis gens, Interpungo, ac reſtituo, *& eſt aliqua res alia, alia cauſa; alia ratio, poteſtas alia; alia denique*, &c. Iterum eodem lib. *quinimmo potiùs, magis inſcientiæ finibus, atque ignorantiæ permanere.* Reſtituo, *magis in inſcientia.* Itidem libro 3. *Et audetis adſcribere cauſam nobis offenſionis Deorum? cùm, ſi judicatio fiat, certiſſima in vobis reperiatur hæc eſſe, & in contumelia, quam opinamini, fiare.* aurumo reſtiturum iri, *quam inopinamini*, id eſt, quam contumeliam vos minimè putatis, minùs æſtimatis. Pariter dicto libro pag. 110. de quo ſuo loco. Similiter libri 7. principio, *quid deinde ex hoc lucri ad Deos perveniat, atque in eorum commoditate ſubſideat.* in manuſcripto erat *ſubſidat.* juvo duplicatione s litteræ, *in eorum commoditates ſubſidat.* Sed iſta hactenus.

Pag. 54. *In totidem & nos ſexus.*

Repertum in membranis noſtris, *in totidem & nos ſecu.* ſcribo *ſecus.* Soſipater Chariſius lib. 1. Inſtitut. Grammaticarum, *Secus*, inquit, *neutri generis nomen. unde & Salluſtius dixit virile ſecus, hoc eſt, virilis ſexus, quod per omnes caſus integra forma declinatur.* Idemque libro eodem tradit *hoc ſecus unius tantùm caſus eſſe. ut affatim, inficias, adincitas, ſuppetias*, &c. Hac de re videndus Priſcianus lib. 5. Probus Catholicis, Pompejus Feſtus, Ianus Palmerius in Spicilegiis, Ludovicus Carrio in Scholiis ad lib. 3. hiſtoriarum Salluſtii, & idem lib. 2. Emendationum, cap. 13. Sed redeamus tandem ad alia noſtri ſcriptoris loca. obtulit ſe ſuprà quidam lib. 1. taliter vulgatus: *& hæc quid ſint. aut cur ex his unum, ſexum virilem deſignet; femininis generibus id quod ſequitur applicet.* Carrio ex manuſcripto Lutetiano emendat *ſexu virile*, ac poſtmodum *applicetur.* noſtræ membranæ videntur legiſſe *ſexum virile*, itidem *applicetur.* quod poſtremum genuinum eſt; priori tamen loco repoſuerim *ſecus virile.* Alibi hic ſcriptor, nempe lib. 3. *cur inſigniti ſint his locis, quibus ſexus ſe ſolent libidinum propriarum admonitionibus recognoſcere?* membranæ noſtræ corrigunt *ſolet.* arbitror conſtitutum iri, *quibus ſexu ſe ſolet*; ut nimirum s littera perperam geminata ſit: & eadem ratione geminationem factam ſuſpicari poſſumus loco præcedente, in *ſexu virile*, cum ediderunt *ſexum virilem.* Sexu virile, pro, ſexum virilem, Plautum dixiſſe, idem Carrio in prædictis Scholiis docuit. Iterum Arnob. lib. 5. *in qua* (fabula ſcilicet) *ſexus viriles non ſolùm homines ponunt, ſed* &c. Membranis Pariſienſibus & noſtris placet, *ſecus virile.* Legimus porro eodem Arnobii lib. 5. *partem illam corporis, per quam ſexus femineus & ſobolem prodere, & nomen ſolet adquirere*, &c. Carrio emendabat è membranis prænominatis, *ſecus femineum & ſubolem prodere:* quam ejus correctionem aliæ quoque membranæ adprobant. Secus pro ſexu etiam in Codicis Iuſtiani libro 8. repoſui.

Pag. ead. *Animas improborum poſtquam ſunt humanis corporibus exutæ.*

Illud *exutæ* à Gelenio eſſe clamant editiones aliæ, & manuſcriptus, in quibus comparet, *corporibus ſumptæ.* Sumendi verbum auctori huic pro ſeparando uſitatum notabam lib. 5. *qui poteſtis* (ait) *res certas rebus à dubiis ſumere.*

Pag. 55. *Et artificioſa excuderent novitate.*

Romani emendari putant *navitate:* at manuſcriptus legit, *artificioſas excud. novitates.* mihi pro genuino videri, *artificioſas excluderent novitates*, alibi monui. Apulejus libro 1. Floridorum, *Solus Pyrgoteles* (de Alexandri Magni effigie

figie agitur) *eam calamine excludere.* ubi in verbum *excluderet* omnes, quos vidi, consentiunt editiones. Sed hac de re multa dixi in meis Succidaneis ad L. Apulejum. inibi emendavi Apulejum prima apologia: *Sigillum* in tabernula sua sedens *propalam excluſit.* malè editur *exculſit*, sive *exſculpſit.* Rectum quoque esse ostendi illud Solini de corallio loquentis, *Extiduntur ex illis multa geſtamina.* ita enim est in membranis. non intellexerunt, qui maluerunt *exſculpuntur.* Sed plura in lib. prædicto.

Pag. 56. *Commendatas perduxit.*

Alibi, quemadmodum & hic, tentabam reponere *commodatas*: sed verum est Ursini *commentatas*, quo modo & Tertullianum loqui memini.

In noſtro textu coëmendatas.

Pag. ead. *Quod ſi homines penitus aut ipſos ſe noſſent.*

De hoc loco adnotavimus in Quæstionibus nostris ad primam L. Apulei apologiam, legendum videri scilicet *penitiùs.* De quo etiam infrà lib. 7. Penitè, penitius, penitissime Adverbia sunt à nomine *penitus* media syllaba producta. Hac locutione A. Gellius Scythas penitissimos populos vocavit, & pariter Sidonius Apollinaris paludes Francorum penitissimas dixit; & L. Apulejus, *in mentibus penitiſſimis.* apud quem correxi istud primæ apologiæ, *penitus piſcium ventribus inſuatis.* Idem lib. 11. *& penita mente conditum ſemper tenebis.*

Pag. ead. *Nec exiſtimarent* (homines intelligit) *quiddam magnificum ſe noſſe.* Si perpendamus quod submittitur, *quia ſibi craticulas, trullens, ceteraque fecerunt*: non male quadrat vocabulum *noſſe.* at tamen in libro scripto reperitur, *quiddam magnificum ſe eſſe.* Itidem de hominibus noster locutus paullo antea, *Vultis quærere, rimari, perveſtigare quid ſitis vos ipſi, cujus ſitis?* Idem lib. 5. *Humanum eſt ergo munus, quod Deûm mater eſſe ſe ſentit.*

Pag. 57. *Sed notum aliquid fiat.*

Etiam hîc, ut alibi non semel, concurrisse me animadverto cum Cisalpinatibus, *ſed nothum aliquid fiat.* id est, insolens, inconsuetum, atque illegitimum. & alibi vocabulum istud Arnobio usurpatum.

Pag. ead. *Adeatur inflexionibus flexuoſis, nec recludatur.*

Pronuntio rectissimum esse, quod in membranis legitur, *inflexibus.* nomen declinationis quartæ pro verbali creberrimè hunc scriptorem amare, diligens lector monendus non est. & superant nobis alia permulta ad hanc formam restituenda: u. *objectus* pro objectionibus, itidem *auxiliatus* pro auxiliationibus, reponere suprà conatus sum. Sed de his suo loco. Neque dissimulandum est bene corrigere membranas ibidem, *ut alimoniis convenientibus educari.* item *inferantur*, loco *inferatur.*

Pag. 58. *Etſi verum eſt, illum principalis eſſe ſubſtantiæ portionem, & ex fontibus vitæ derivatum hic agere.*

Scripta de homine verba prætereunda mihi erant sine ulla prorsus dubitatione, aut suspicionis significatione, ni reprehenderet Romani codicis lectio, & manuscripti, quæ talis est, *principalis eſſe ſubſtantiæ portione jam lata, & fontibus*, &c. ad quam dum animi curam adhibeo intentiorem, exsculpere cœpi hanc emendationem, quam lectoris arbitrio committo, *principalis eſſe ſubſtantiæ portionem tam lectam* (seu malis, *lautam*) *& ex fontibus vitæ derivatum hic agere.* Mea sententia *portionem lectam* vocat, quam poëta Lyricus ------ *divinæ particulam auræ.* Oculos reflexisse videtur Arnobius ad id, quod de homi-

hominibus typho,& arrogantia nimia ſublatis,hoc libro prædixit:*numquam ſibi* [homines ſcilicet] *adſciſcerent divinam, immortalemque naturam, nec exiſtimarent quiddam magnificum ſe eſſe.* Rurſum paullo ſuperius,hoc eodem libro: *Vultis homines inſtitutum, ſuperciliumque deponere? qui Deum vobis adſciſcitis patrem, & cum eo contenditis immortalitatem habere vos unam.* Repetituridem non multo poſt, *hic eſt ille pretioſus, & rationibus homo auguſtiſſimis praditus.*

Pag.59. *Elephantus, aut milvus?*

Corrigo pro re præſenti,non invito,ut opinor,Arnobio, *elephantus, aut mulus?* pertinet huc quod eodem libro ſcribitur,*unde ſunt elephanti,tauri,cervi, muli,aſini.* Paucis antè lineis eximiè reſtitui è manuſcripto,*ipſum ſeſe eſſe ante omnia neſciturus.*

Pag.ead.*Nónne ibit per medias flammas, viperas,ſolifugas,eſſe noxias neſciens.* Blattas à noſtro ſolifugas dici ſat memini. at cur viperas ita appellet? ſcribo *viperas,ſolipugas.* Plinius lib. 29. cap.4. *Eſt & formicarum genus venenatum, non ferè in Italia. ſolipugas Cicero appellat,ſalpugas Betica.* Lucanus lib.9.

Quis calcare tuas metuat ſalpuga latebras?

Sed iſtic ex mente Pompeji Feſti ſcripſerim,*ſolipunga latebras.* inquit ille: *Solipunga genus beſtiolæ maleficæ,quod acrius, concitatiuſque ſit fervore Solis,unde nomen traxit.* Similiter & Urſinus reponit Arnobii libro 7.

Pag.ead. *Muccinium, lena,tunica, mantile.*

Liber ſcriptus pro *tunica* reponit *camlamica.* Inde amicus noſter Franciſcus Modius faciebat *calantica*, quod Iunius noſter apud Ciceronem interpretatur tegmen capitis muliebris in humeros uſque demiſſum. Noſtratibus *caproen.* Celtis *chaperon.*

Pag.ead. *Quid arquata ſit ſellula, acus, ſtrigil, polubrum, ſiliquaſtrum, trulla, lanciculа,candelabrum,ſcopæ,ſcyphus,ſaccus.*

Suſpectum de mendo *ſiliquaſtrum* clariſſimo Theodoro Cantero.& parum abfuit, quin delirarem, & ad mundum pertinentem ruſticum ſupellectilem huc revocarem,*ſtrigil, polubrum, qualus, raſtrum, trulla:* vel iſta, *qualus, rutrum*,pro,*ſiliquaſtrum.* Sed prohibuere Feſtus, & M. Terentius Varro. hic, dum ſcribit libro 4. de lingua Latina: *Ab ſedendo appellantur ſedes, ſedile, ſedum,ſella,ſeliquaſtrum.* Ille vero,dum incognitæ vocis originem,& notionem explicat his verbis: *Seliquaſtra,ſedilia antiqui generis appellantur, d litteram in l converſa. ut etiam in ſella factum eſt, & ſubſellio, & ſolio,quæ non minùs à ſedendo dicta ſunt.* ex quibus ſi quis in præmiſſis Varronis ſuſpicetur pro *ſedem* reſtituendum *ſolium*, non omnino aberret. Vide Feſtum in *Sella.* Hyginus, *Inter ſidera ſedens*,inquit,*in ſeliquaſtro conſtituta.* Iterum alibi idem auctor ait, *In ſeliquaſtro conſtituta eſt.* Nota quondam in l. 4. D. de ſupellectile legata, ſeliquaſtra hæc, ſed Antonius Auguſtinus ex Florent.libris,reclamante tamen exemplari Norico,ſubſtituit in eorundem locum *ſedularia*, interpretatuſque ea, quæ in rheda ſedenti ſubjiciuntur. de quo judicium ſit apud doctiores.

Pag.60. *Volumus videre, volumus ſcire,quid rogatus reſpondeat,an inquiſitam expediat quæſtionem.*

Ductus levi ſuſpicione, putavi hic quondam hæſiſſe verbum vetus, *anquiſitamne:* de quo nos alibi loco ſuo; interim conſulatur Pompejus Feſtus. Iam quod eadem pagina edendum curavi, *an tibi ab ſe reſponderi aliquid poſtules,*

ſtiules, adjecta voce *tibi*, id feci auctoritate membranarum.

Pag. ead. *Et in montis ſemper ſolitudinibus degat, demoretur, iners velut i puer, quamvis annis vivat innumeris.*

Loco verborum, *iners velutipuer*, excuſum in veteri Rom. *iners valeat in aëre.* membranæ repræſentant, *iners valeat maere.* mutare poſſis, *iners vagias amarè:* ſive, tralata voce ab ovibus, propius accedere ad ſcripturam antiquam, *iners balet amarè.* Varro Aboriginibus, οἱ ἀνθρώπους φάσκει. *Mugit bos, ovis balat, equi hinniunt, gallina pipat.* *Aliter in Edit. noſtra.*

Pag. 61. *Verba pſittacus & integrare*, [ſupple diſcit] *& nomina prorſus expromere.*

Quod in libro antiquo ſcripſere, *& nomina corſus expromere*, id cuilibet poteſt perſuadere genuinam eſſe lectionem, *& nomina corvus expromere.* Apulejus lib. 2. Floridorum: *Verum enimvero* [inquit] *& corvus, & pſittacus, nihil aliud, quam quod didicerunt, pronuntiant.* quo libro is ſcriptor multa abdita de natura, & indiciis pſittacorum tradidit. De corvis porro ſalutatoribus, quos Imperator Auguſtus coëmit, adeundus Macrobius libro ſecundo Saturnalium, cap. 10.

Pag. ead. *Et ubi eſt illud, quod dicitur, incorporalis anima ſubſtantiam non habere?*

Veterum more ſcriptum *incorporalis*, pro incorporales, ſive, ut poſtmodum nonnulli exarare cœperunt, *incorporaleis*, Conſtitui locum de conjectura hoc modo, *incorporaleis animas ſubſtantiam non habere.* Neque metuo, ne opinionem hanc meam docti explodant, quibus conſtat Priſcianum lib. 7. prodidiſſe, accuſativum pluralem declinationis tertiæ Is, non Es, terminari; & inde in omnibus codicibus antiquis reperiri *omnis* pro *omnes*, *tris* pro *tres.*

Pag. 63. *Artes ſuas, atque antiquas reminiſcantur.*

Fuit cum genuinum crederem, *artes ſuas, eaſque antiquas*: nunc magis placet interpretari particulam *atque* prout ſuprà feci, *ſtatim, illico.* Infrà lib. 5. *illa pudoris loca revelatis monſtrat inguinibus. atque pubi affigit oculos Diva.*

Pag. ead. *Definite hominem, proletarius cum ſit, claſſibus; & capite cum cenſeatur, adſcribere ordinibus primis.*

Numquam hodie impetrabunt à me librarii, ut quidquam hîc murem: quamquam illi ſcripſerint omiſſa una voce, *claſſicus & capite cenſeatur.* Conſulendus Gellius lib. 7. c. 13. ubi claſſici, id eſt, primæ claſſis homines, cenſentur c & xxv. millia æris. Qui ſecundæ claſſis erant, prænominato loco vocati infra claſſem. De proletario, qui tantùm mille quingentûm æris in cenſum deferebat; item de capite cenſo, qui nullo, vel parvo ære cenſebatur; videndus idem Gellius lib. 16. cap. 10. Reliqua ſunt nonnulla paginæ ſubſequentis è manuſcripti fide non perperam à nobis reſcripta, quatenus reposuimus, *inleſum tamen neceſſe eſt permaneat, & intactum*, loco vulgariæ ſcripturæ, *inlibatum neceſſe eſt*, &c. Item *ſupervacua*, loco ſupervacanei. Tum & illud à membranis eſt, quod infrà curavimus edi, *nec in naturam poſſe degenerare mortalem.* vulgata lectio hæc ſcilicet, *nec in natura poſſe degenerare mortali*, vix dum Latina. Denique & Canteri ſubjectam emendationem, *poſſe tamen longævas ſummi principis beneficio fieri*, libro membraneo confirmatam, diſſimulandum non putavi.

Pag. 64. *Ac per omnia libidinum genera effrenatum ſpargere immenſæ cupiditatis ardorem.*

Ex adfinitate litterarum verbum periisse autumno, quod non parum possit ad exornandum tropum: eoque rescribo, *effrenatum spatiari immensa cupiditatis ardore.* Geminus apud auctorem hunc locus lib. 4. ideoque adtexendus. *Deum adamasse* (Iovem puto Optimum Maximum) *& per omnes libidinum formas incestarum cupiditatum circumegisse pellaciam.* Spatiatorem pro erratore collocavit M. Cato, testantibus Pompejo Festo, & Macrobio lib. 3. Apud Petronium quoque id vocabuli repertum. *Vidi*, ait, *quosdam conspatiantes.*

Pag. 66. *Protegimus nos laminis, Psyllis, Marsis vendentibus, alisque institoribus, atque planis.*

Acutissima Ioannis Aurati conjectura hunc in locum, *labiis Psyllis, Marsisve dentibus.* Charisius lib. primo: *Psylli sunt in Africa serpentibus medentes, sicut in Italia Marsi.* Psyllos non tantum exsugendo veneno, sed & sopiendis carmine serpentibus valuisse, præter Lucanum lib. 9. auctor Plutarchus in vita Catonis: cui adhibendus Plinius lib. 7. cap. 2. lib. 25. cap. 2. & lib. 28. Herodotus lib. 4. Agellius lib. 16. cap. 11. Strabo lib. 12. Suetonius in Octavio de Cleopatra capta. Marsos Italiæ populos serpentum morsibus mederi saliva sua solere, alii tradunt. Usos etiam ad hoc cantaminibus, didici primum à Lucilio, Satyrarum libro vigesimo:

Iam disrumpetur medius, jam ut Marsus colubras
Disrumpit cantu, venas cum extenderit omnes.

Inde etiam ex Pomponii Pistoribus:

Mirum ni hac Marsa est, in colubras callet canticulam.

Opportunè me subit recordatio versuum Ennii, qui apud M. Tullium Ciceronem primo de Divinatione:

Non habeo nauci Marsum augurem,
Non vicanos aruspices, non de circo astrologos,
Non Isiacos conjectores, non interpretes somniûm,

Eos distinguo, *Marsum, Augurem.* nì potius scribendum, *Marsum aut augurem.* Et hæc quidem de Marsis dicta sint. quamquam non exiguus mihi resideat scrupulus, quoad verbum *vendentibus:* quo sublato, nescio quid futurum sit *institoribus*, quos ego dum accuratiùs intueor, cum istis præcedentibus laminis, ictibus non malè accommodatas defendendis; neque ipse mihi queo facere satis, neque Aurati ista omnimodo probare. consultissimum igitur visum est, doctiorum judicio ista relinquere: nam à membranis nihil hîc subsidii. Suspicari possis, pro Psyllis, Subsilles, sive Ipsullices, id est, bracteas, olim hoc loco adhæsisse, de quibus est apud Pompejum Festum: ego tamen nihil ausim mutare. Quod ad Planos illos, errones, & sycophantas interpretamur, cum A. Gellio libro decimosexto, capite septimo: qui hoc nomine & Laberium minographum, & M. Tullium Ciceronem in ea, qua pro Cluentio dixit, ita usum observavit. Eadem vox lecta mihi apud Petronium Arbitrum: *Notavit me* [inquit] *miles, sive ille planus fuit, sive nocturnus grassator.* Item apud Horatium in epistolis ---- - *fracto crure planum.* Festus in verbo *Halopanta*: *ἅλων Graeci τὸν πλάνον, id est, fallentem, appellant.* Immo & in glossario nostro manuscripto reperi, *Implanavit, seduxit: Implanat, seducit.*

Pag ead. *Vos, cùm primum soluti membrorum abieritis, enodes alas vobis adfuturas putatis, quibus ad cœlum pergere, atque ad sidera volare possitis: nos tantam reformidamus audaciam, nec in nostra ducimus esse positum potestate res superas petere.*

Mea

Mea opinio valeret, edereturad *sidera avolare possitis* & mox iterum, *potestate oras, sive sedes superas repetere*; qualiter libro eodem dixit, *animas sedes superas repetere*, & pariter alibi *sedes inferas* nominavit. Pæne imprudens transieram verba illa superiora, *enodes alas vobis adfuturas putatis.* ubi membranæ scribunt *enodis.* quod credere possis antiquè scriptum, pro *enodeis* quarto casu: attamen ad personas non ad alas referendum videri, hæc sequentia [ni fallor] innuunt; supra hoc libro, *quamvis annis vivas innumeris, & numquam nodis corporis eximatur.* Infrà hoc libro, *quod enim rectè sit vinctum, & nodis perfectissimis colligatum.* Iterum eodem libro extremo, *gravibus relevatis nos vinculis, & ad lumen efficitis circumcisis nexibus evolare.*

Pag. 67. *Si ejus nomini, majestatique substernimur, à quo speramus utrumque, & mortem cruciabilem fugere, & vitam æternitate donari?*

Primo corrigendum, *numini, majestatique.* deinceps arbitrari possumus sincerum fore, *& vitæ æviternitate donari?* in quo verum fuisse meum arbitrium, liber vetus post ostendit. Ut æternum, atque æternitas; proinde quoque æviternum, & æviternitas Latina sunt. de æviterno meminit Varro: de Diis æviternis Plinius, Apulejus, & Verrius Flaccus.

Pag. ead. *Qualitatis & ipsi sunt medie, & in ambigua sortis conditione mutabiles.*

Alibi indicavi corrigendum videri *mutabiles*, & ita editio Romana habet.

Pag. 68. *Nexusque abolitione, ab eo qui vinxit, & dissolvi, [si res poscat] & salutari missione donari.*

Et hic peccasse videtur Gelenius. vetus enim editio, & lectio scripta habent, *neque ullo abolitionis ab eo:* ex quo conatus sum efficere, *neque ab ullo, nisi ab eo qui vinxit.* Ursinus tamen visus propiùs accessisse, dum reposuit, *neque ulle ab alio, nisi ab eo, qui vinxit.*

Pag. ead. *Et potentiæ gradibus satis plurimis ab Imperatore disjunctum.*

Non omnibus tritum loquendi genus *satis plurimis.* non tamen insolens est, superlativum positivi vice locari. Pomponius Iureconsultus in l. a secundo, §. post hoc quoque, D. de origine juris, Ciceronis orationem commendat his verbis: *Extat ejus oratio satis pulcherrima, quæ inscribitur pro Quinto Ligario.* licet indidem correctores inepti particulam *satis* expellere conentur: quod ferendum non est.

Pag. 69 *Quid mimulos, histriones, cantores, tuba, tibia, calameque flatantes?*

Verbi formationem sequamur, ac restituamus *flatitantes.*

Pag. 70. *Quid professorum & artium, quibus enumerandis omnis ætas angusta est. Rationibus conferre, & constitutionibus mundi: ut sine hominibus condi non potuisse credatur.*

Solæ membranæ rectissimè hunc locum legebant: *Quid professores artium, quibus enumerandis omnis ætas angusta est, rationibus conferunt & constitutionibus mundi.* cæterum interrogandi notulas addidimus nos, quòd sententia eas poscceret.

Pag. 71. *Velut oculorum luminibus vidua nihil certum viderent, & per anceps semitas suspicionum inducerentur errore.*

Genuinum suspicabar, *suspicionum ducerentur errore*; seu potius *suspicionum inducerentur errorem?* etsi alterum placeat impensiùs. Iam quod paullo antè dictum est, *everterent civitates, servitutis opprimerent, & manciparent se jugo,*

velim legere, *servitutis sopprimerent, & manciparent se jugo.* quod id rem magis exprimere videatur, de qua vide quæ in medium attuli in Commentario ad Vegetium, ubi peculiaris rebus istiusmodi locus.

Pag. ead. *Vestium tutamina sibi, aut velamenta conquirerent.*

Mihi sincerum est, *aut velamina* unguen, velamen, munimen, alia sexcenta vetustis frequentabantur pro unguento, velamento, munimento: & obvia similia apud Lucretium, quem hic noster unicè amat imitari, exprimere.

Pag. ead. *Supellectilem variam diurnorum contraherent egestate, imbecillitatis auxilia animalibus mutuarentur à mutis.*

Levi suspicione motus existimavi reponi posse, *diurna rerum contraherent egestate*: ut nimirum diurnam illam inopiam intelligamus quotidianam, seu potius diutinam, sive diuturnam. eo enim pacto videor ab Apulejo id nomen usitatum recordari. neque aliunde provenit verbum *diurnare*, quod Gellius lib. 17. cap. 2. & Nonius Marcellus explicant, *diu vivere*; in istis scilicet Q. Claudii libris Annalium: *Nam hæc maximè versatur Deorum iniquitas, quòd deteriores sunt incolumiores: neque optimum quempiam inter nos sinunt diurnare.*

Pag. ead. *Et cum sanguinem totum in subigenda tellure sudissent, robigine, grandine, siccitate spem laboris amitterent.*

Vides verum esse, quod dicere aliquotiens soleo: non de trivio esse hunc scriptorem, & ab illius lectione multos abstinere se, non quòd fabulis [ut ipsi causantur] istiusmodi minus capiuntur, sed quòd antiquitatis studio non adferant subactum probè ingenium. Robigini averruncandæ à segetibus, Robigus Deus fuit, seu Robigo Dea, cui & festus dies dicatus, Robigalia nuncupabant. Pompejus Festus: *Robigalia dies festus septimo Calendas Majas, quo Robigo Deo suo, quem putabant rubiginem avertere, sacrificabant.* quinimmo in fastis Kalendaribus, in eum diem notatur R O B. M P. Adhibendus mihi insuper Varro, qui libro quinto de lingua Latina sic scribit, *Robigalia dicta à Robigo. secundùm segetes huic Deo sacrificatur, ne rubigo occupet segetes.* Si placebit, adhibebis etiam hoc Virgilii primo Georg.

Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos
Esset rubigo. - - - - -

& Agellium libro quinto, cap. 12.

Aliter in textu nostro.

Pag. ead. *Translatis mercibus caritatem semper, vilitatemque captarent, exercerent avidum, atque injustissimum fœnus, & miserorum è sanguine supputandi se augerent insania.*

Fortassean verum sit, Arnobii scripturam olim obtinuisse, *& miserorum è sanguine supputandi augescerent insania.* Accio certè id vocabuli restituendum censeo apud Nonium in *noxitudo.* etsi enim medicas manus multorum, ac præstantissimorum hujus sæculi virorum iste senserit Grammaticus, multas nihilominus eidem plagas etiam nunc inesse, alibi demonstrabo. Verba Accii ex armorum judicio hæc sunt: *Oculo noxitudo obliteretur Pelopidarum, ac per nos sanctescat genus.* Scribo *occultè:* inde porro *augescat.* facit huc Varronis versus: *Qui rem Romanam, Latiumque augescere vultis.* Et hæc prima in locum Arnobii conjectura nostra fuit. cæterum divariat liber scriptus, qui habet, *& miserorum è sanguine supputandis augeret insomnia.* Unde faciendum censui, *& miserorum è sanguine supputandis summis augerent insomnia.*

Pag. 72. *Conſpiciendis quarerent corporibus fucos, innecterent his colla, laminas perſunderent aurinm, imminnerent frontes limbis.*

Non ſatis circumſpexiſſe arbitror eum, qui in vocabulo *conſpiciendis* fucum facere auctori conatus eſt. in membranis eſt *conſpiendis*. meo judicio corriges, *compingendis quarerent corporibus fucos*. nam ut alia ad hoc argumenta ſilentio præteream, reſpexiſſe arbitror ad id, quod paullo poſt ſubjicitur, *fuligine oculos obumbrarent*. huic rei ὑπαλείφειν Romanis feminis uſui fuiſſe, Plinio, & Varroni notum medicamentum, aliàs docui. Iam in verbis hiſce, *innecterent his colla*, quæ ſententia ſit, aut quæ erui commoda poſſit, non video. ſuſpicatus ſum non ſemel, in fine vocis præcedentis, alterius aliquot coaluiſſe characteres, ac reſtitui poſſe hoc modo, *innecterent taniis colla*. cæterùm id viderint alii, quorum judicio ego omnia mea cupio commiſſa. Tænias certè Verrius Flaccus vocem Græcam interpretatur, ornamentum capitis honorati laneum. Urſinus malit, *innecterent cathenis colla*.

Pag. ead. *Omnique alio cultu vigorem virilitatis & exponere, & in habitum feminarum, deliciaſque mollire.*

Legere aliquando tentavi, *vigorem virilitatis & ſeponere*; quod ut tibi comprobem, nullus laborabo. nam in eo quod ſubjiciam, pedibus te in ſententiam meam iturum non dubito: *ut in feminis fierent meretrices, ſambuciſtria, pſaltria; venalia ut proſternerent corpora, virilitatem ſui populo publicarent*. Ludos ſcenicos, & ſcenicas mulieres inſectatur; in quibus ludis magnus furor, at turpitudo prolixior; cum publicè vel exponerent, vel (ut auctor eſt Minutius Felix) monſtrarent etiam adulteria. quare emendo Arnobium, *viliſatem ſui populo publicarent*.

De ſcortis Romæ in ſcena proſterni publicè ſolitis poſt ludos finitos, conſule Iuſti Lipſii Electorum librum primum, cap. 11. & ad vilitatis nomen ecce alia in promptu loca hujus ſcriptoris. libro quarto: *Amans ſaltatur Venus, & per affectus omnes meretricia vilitatis impudica exprimitur imitatione bacchari*. Idem libro quinto, *poſtpoſitis puderis, & verecundia frenis, in obſcœnam prorumpere vilitatem*. Idemque libro primo meminit ſcortorum meritoriorum, & in vulgarem libidinem proſtitutorum. Similiter & viliſſimi nominis ſcorta commemorat lib. 3.

Pag. 73. *In lupanaribus prompta, in fornicibus obvincta, nihil pati renuentes, ad oris ſtuprum parata.* *Aliter in edit. noſtra.*

Dubito de lectione ſcripta, *in fornicibus obvia*. de cætero, quod Romanæ editiones poſtrema illa ſic conciperent, *ad oris ſacri comparata*: venit in mentem diligentiſſimo Theod. Cantero immutari poſſe, *ad oris ſacrificium parata*. ſed aliud libro veteri viſum eſt, in quo expreſſerunt, *ad orus ſacri comparata comparationes*. Mea opinione genuina iſta lectio, & ejuſdem ſententiæ cum ea, quam Gelenius publicavit. ut enim componere, & committere dicebant legiones inter ſe, vel gladiatores, eodem modo & comparare probavi alibi hoc teſtimonio Suetonii in Caligula: *E ſpectaculis detractum, repente Threci, mox Hoplomacho comparavit*. Ælius Lampridius de Commodo Imperatore loquens: *Nec inruentium in ſe juvenum carebat infamia, omni parte corporis, atque ore in ſexum utrumque pollutus*.

Pag. 74. *Tam mobiles animas genuiſſe gravitatis, ac ponderis, conſtantiæque nullius.*

Omnino reſcribendum *nobiles*.

Pag. 74. *In corpora* (animas intellige) *ire juſſiſſe, quorum induta carceribus ſub procellis agerent, tempeſtatibuſque quotidie fortuna.*

Veriſſimam conjecturam meam præſtabo, *quorum incluſa carceribus*. c & l litteræ incogitantia deſcriptorum coierunt. Arnobius noſter libro eodem: *Quid enim ſumus homines, niſi anima corporibus clauſæ?* Rurſum hoc eodem libro: *magis eſt, ut ea debeant oblivisci, quæ concluſa in corporibus facit arunt.* Iterum libro eodem: *Quid enim ſunt homines, niſi anima corporibus illigatæ?* Quæ ſuperant, ea hoc pacto legi poſſe exiſtimavi, *incluſa carceribus, procellis ſubigerentur, tempeſtatibuſque quotidie fortunæ*; ſeu placeat ampliùs antiquum, *procellis ſubagerentur*.

Aliter in textu noſtro.

Pag. ead. *Alias ut mendicitas premeret; infernarum paterentur alia laniatus muſculorum; alia ut interirent veneno; claudæ ut incederent alia.*

Ut præcedentia, item & iſta de animabus dicta. Ego puto tangi illud genus cruciatus, quo mures aut glires nudo torquendorum pectori imponuntur, ac poſtea pelvi integuntur. inde ignem ſuper impoſitum non ferentes, pectus lancinare incipiunt. Idcirco reſtitutum iri mihi perſuaſi hac ratione, *informorum paterentur alia laniatus muſculorum. Forma, deforma, & formida*, antiquis deſignaſſe, quod nobis *calida*, teſtis mihi Feſtus non uno loco. Gloſſæ ſcriptæ, quæ in noſtro muſeo: *Infirmus dictus quòd ſit ſine formo, id eſt, calore.* Informa autem dici poſſe augendi ſignificatione quaſi *valde calida*, & eadem notione *deforma*; quiſquis ignorabit, conſulat eundem Feſtum, de præpoſitione *In*: eundem in vocabulo *Immunis*, in voce *Clutum*, in *Dedita*: Nonium in voce *Demagis*, in *Impotens*, intelliget, ſpero, ſyllabam *In* non ſolum privatoriam eſſe particulam, ut illam appellabat in Topicis Boëtius, neque locum habere ſolum in iis, quæ Cicero privativa, Græci στερητικὰ, nuncupari voluerunt. Perſanandus hac via alter apud Arnobium locus, qui ſuprà hoc eodem libro, *nec informis erubeſcerent maſculorum calamiſtris vibrare caſariem*. Reſcribo connexis vocibus, *nec informis erubeſcerent maſculorum calamiſtris vibrare caſariem*. & rei explicandæ Varronem arceſſo, qui lib. 4. de ſermone Latino, *Calamiſtri*, inquit, *quod his calefactis in cinere, capillus ornatur*. Huic Nonium ſecutorem dabo, etſi alio quam fiſtulæ inſtrumento armandum. *Calamiſtrum fiſtula brevis, qua cirri continentur*. reſtituere non dubito, *ſicula brevis, qua cirri concinnantur*.

Pag. 75. *Paſceretur neſcio quæ latens, & humanitati adverſa crudelitas.*

Cum in codice manu exarato reperiſſet amicus noſter Franciſcus Modius, *neſcio quam vis latens*, ſtatim ille (qua eſt experientia in his litteris, & acumine) inrellexit probum fore, *neſcio quæ vis latens*. Iam quod ſubſequitur paucis abhinc lineis, *Sed quia Dei negamus, cujus ſint debemus oſtendere*; id libet ſcriptus non malè ad animas referre videtur, dum ſcribit, *Sed quas Dei negamus*. nec minus placet ſequenti pagina, *ſervitute innumerabili vitiorum*, quàm quod vulgarunt, *ſævitate vitiorum*.

Pag. 77. *Certo numero diffiniti, & nominũ forſitan comprehenſionibus terminati.* Subſtituunt membranæ *definiti*: & crebra certè in libris priſcis earum vocum confuſio, dum perperam multi ſcripſêre diffinitio pro definitione, ſeu deſcriptione; cum illud ſeparandi ſignificationem habeat, non aliter, quàm fit in voce *diffindere, diffundere*, & ſimilibus.

Pag. ead.

Pag. ead. *Divitias fugiunt, ne causas sibi afferant lapsus.*
Corrigunt membranæ, *ut causas sibi auferant lapsus.* verissima scriptura, sed mutata ab iis, qui ignorarunt antiquitus scribi consuesse aferre, afore; loco auferre, abfore. de qua re nos alibi non semel.

Pag. 78. *Is apertissimè monstra imperfectum se esse.*
Restitutum è libro manuscripto, *improbabilem se esse.* Tractum nomen à probatoribus operum publicorum. de quibus inscriptiones veteres, & scripta Romanorum millies meminêre: & notarunt ea de re inter multos amici ac familiares nostri, Ianus Gulielmius libro 2. Verisimilium, cap. 8. & Franciscus Modius in suis Novantiquis, epistola 39. Item Cartio lib. 2. Emendationum, cap. 5.

Pag. 79. *Nam & videmus ex sapientibus alios dicere tellurem esse hominem, matrem aquam; tum alios aërem, spiritum his* [alios] *iungere, solem verò nonnullos esse horum opificem, & ex ignibus animatos ejus vitali agitatione motari.*
Inclusa illa particula nisi abundet, atque inutilis sit, jam ego Arnobii mentem non adsequor. Etsi enim de generatione hominum variæ, ac discrepantes philosophorum fuerint opiniones, & affaniæ; in eo tamen ferè omnes consenserunt, animam, & divinæ particulam auræ desuper humano corpori datam, eamque solutam corporis carcere, eodem revolaturam. Vide quid tentem: *tum alios, aërem spiritum his adjungere.* Et ne meum hoc somnium deputes, habe hæc Pacuvii Chryse: *Mater est terra, ea parit corpus, animam æther adjungat.* Adeundus Censorinus de die natali cap. 2. 3. & 13. nam quæ de vi Solis nostet refert, inde scilicet animam hominibus datam, qua regerentur; id ex Chaldæorum opinione quondam creditum, ille monstrabit.

Pag. 80. *Quibus cuncta per sæcula genus uritur, & laceratur humanum.*
Arnobium & hîc sui simlem fuisse, mihi verosimile est, atque usum vetusto verbo *lancinatur.* quod obsetvabam hîc libro primo, *membratim conjugem lancinatum.* id ipse explicat eodem libro primo, cum ait, *membratim dissipatum*; & lib. 5. *membratim sectum.* Sed & libri secundi initio: *quoniam videre, nostram fidem consuetis, atque ipsam credulitatem facetiis jocularibus lancinare.* Deinceps hoc eodem libro: *cruciatibus, beluis, quibus corpora lancinatis, & divexatis nostra, non vitam eripitis nobis.* Locus erat apud Milesiarum scriptorem, quem depositum, ac deploratum antea, revocato hoc verbo insanè benè me restituisse profiteor, libro quarto de asino aureo, ubi hac de re plura. Arnobius libro 1. *viscera lanianda prabere*, lege *lancinanda.*

Aliter in textu nostro.

Pag. 82. *Argumenta non desunt, quibus & sua decreta confirment, & aliorum subrumpant.*
Cum in exemplari manuscripto reperisset Modius noster, *& aliorum subripiant*; emaculavit ille, *subruant.* in quo etiam Itali cum eo concurrunt. Sed ostendamus id Arnobianum esse. dixit autem libro primo, *virginum pudorem subruere.* Item lib. 7. *rationem subrui, atque interire vivendi.* Iterum dixit lib. 5. *vi matrem aggressus est, & apertissimè cœpit venerabilem subruere castitatem.*

Pag. 83. *Acceptare pro vero id, quod forsitan non sit, & ex more hallucinantium proferatur. & meritò res ita est. non enim divina divinis, sed rationibus pendimus. & commentamur humanis.*
Merito ait fieri, ut, cum maximè sapere velint homines, tum vero desipiant, errent

errent maximè. Fulgentius *hallucinari* interpretatur vana somniare. tractum ab allucitis, quos *κάνθωνας* dicimus, sicut adserit Petronius: in quem scriptorem Iani Dousæ Præcidanea si hoc loco inspexeris, videbis eruditionem ejus, ac diligentiam, &, ut te novi, delectaberis. Nonio autem denotat aberrare, non consistere. apud quē etiam in nupera editione mendosa hæc: *illius quidem delicatissimas mentis, & corporis hallucinationes.* restituo tamquam in possessionem *deliratissimas.* Quod autem codex Romanus apud Arnobium superiori loco habet, *rationibus pendimus, & commetamur humanis,* facit me ut restitutum iri existimem *commetimur*; exemplo Horatiano,

Metiri se quemque suo modulo, ac pede, verum est.

Cæterum & istam conjecturam, seu hallucinationem meam corrigi post vidi à membranis, dum repræsentant, *sed rationibus pendimus, & conjectamus humanis.* Ursinus reponebat *commentamur.* quod quidem non alienum à consuetudine loquendi nostri auctoris; at membranis reclamantibus non ausim recipere.

Pag. 83. *Sua ipse sponte, & voluntate circumagatur,* (mundus scilicet) *an virtutis alicujus impulsionibus torqueatur.*

Non minus sententiam illustrat, quod inventum in manuscripto, *& voluntate se circumagat.*

Pag. 84. *Scientissiméque monstrare, quid nivem in plumeas subaperiat crustulas.*

Tentabam immutare, *in plumeas suboperiat crustulas.* Apulejus lib. de mundo: *Nives autem colligi jactatione densarum nubium constat. nam prius, quam in aquam defluant, fracta, ac discissa, spumas agitationibus suis faciunt, & mox gelatus humor rigore frigoris inhorrescit:* Nunc quod eadem pagina de stellis scribitur, (noster ignea frustilla vocat) inibi video recedere ab editionibus membranas. verba vulgata ponam: *quid sit luna, quid stella? cur una specie aut illa non maneat, aut per omne mundi corpus frustilla hæc ignea convenerint? atque oportuerit figura alia ex his parva; ampliora, & majora* [*sint*] *alia.* In membranis, inquam, exstat, *atque oportuerit figi alia.* quod quidem verbum genuinum huic loco, eo me abduxit, ut censerem scribi debere, *eaque oportuerit figi*; seu potius, *& quur oportuerit figi*: deinde induci illud [*sint*]. Sequitur mox in textu, *quid sit, quod imbres, ac nives plumeas, & Æoli ora dilataverit? ventus unde oriatur.* Gelenius edidit, *quid Æoli ora dilatarit?* membranæ habebant, *& foliora dilatarit?* inde fabricabam, *quid foliola dilatarit?* Ursini editio conatur restituere, *quod imbres ac nives in plumulas & foliola dilatarit.*

Pag. cad. *Quid in mundo faciunt bubones, immissuli, buteones; quid alites, & volucres cætera.*

Iterum *immissulos* nuncupat lib. 7. aliter tamen Pompejo Festo placet, is enim *immusculos* vocat: interpretamenti vicem addit, alites esse ex genere aquilarum, sed minorum virium. Idem *immisculos* nuncupat, dum alites enumerat volatu auspicia facientes. Plinio sunt *immistuli* lib. 10. c. 7. aliter Glossarium vetus.

Pag. 85. *Quid herbarum, aut fruticum, aut adolentia naribus, aut tristia in odoribus semina.*

Vide si quid placeat conjectura, *tristia nidoribus.* nidorem agnoscit hic noster in aris scio non semel: libro 6. & lib. 7. Apulejus primo de asino, *in cujus hospitio*

hoſpitio nec fumi, nec nideris nebulam vererer. Tertullianus ad uxorem lib. 2. *Incipiente menſe, nidore thuris agitabitur.*

Pag. 85. *Ipſa deinde hæc quid ſint, ſapor dico, id eſt, ſapor, & cætera qualitatum diſtantias quibus ex rationibus ducant?*

Emaculare tento: *ipſa deinde hæc quid ſint, ſapor, odor, & color; & cæteras qualitatum diſtantias quibus ex rationibus* [res ſcilicet ipſæ] *ducant?* vel potius ſic, *& cætera qualitatum diſtantia, quibus ex rationibus ducantur?* ſeu potius inſiſtendo veſtigiis editorum librorum, à quibus manuſcriptus non recedit, legamus: *ipſa deinde hæc quid ſint, ſapor, odor: idem ſapor, & cætera qualitatum diſtantia, quibus ex rationibus ducantur?* Mutaſſe crebro *idem* pro *id eſt*, & contra; non ignorant, quibus iſta ſcribimus. Movet me partim, quod ab Arnobio præmittebatur: *fuerit neceſſitas aliqua, ut non alios ſapores, odores; alios colores, quàm quos habent ſingulæres, habere debuerint?*

Pag. 86. *Sed quantum fieri pote eſt.*

Mutant hanc phraſin & noſtræ, & Pariſienſes membranæ per omnes hos libros, ſcribuntque, *fieri potis eſt.* quod ſemel monuiſſe ſufficerit: nam Lucretianam mimeſin eſſe, oſtendit Lud. Carrio lib. 2. Emendat. cap. 17. ubi minimum duodecim locis reddit Arnobio *potis eſt*, loco *pote eſt*, vel *poteſt*. Loquendi rationem ab antiquo potiſſimum manaſſe, olim monuit doctiſſimus Lipſius. Obſervavi locutionem eandem in membranis, Martiani Capellæ libro quinto: *Hic totum potis eſt ambitum, & circos formare mundi.*

Pag. 87. *Servare animas alius, niſi Deus omnipotens, non poteſt: nec præterea quiſquam eſt, qui longæva facere perpetuitatis poſſit.*

Iuvat ſententiam amicus noſter hac conjectura, *qui longæva facere perpetuitatis poſſit.* perſiſto in veſtigiis lectionis vulgaris, ac corrigo, *qui longæva eas facere perpetuitatis poſſit.* quod mihi equidem aures magis implet. Reſtitui mox in textu, *qui fieri potis eſt, ut alii præſtare, id quod ipſi ſunt, valeant.* ediderant, *pote eſt, ut alii præſtare, vel quod;* obſcuro, &, ut verè dicam, nullo ſenſu.

Pag. 89. *Ita unius Pontificis Chriſti eſt, dare animis ſalutem.*

Veram haud dubiè ſcripturam è membranis Pariſienſibus eruit Ludovicus Carrio Iureconſultus, *ita unius pontificium Chriſti eſt.* interpretatur pontificium, licentiam, ſive poteſtatem; ac teſtimoniis confirmat primum Gellii è lib. primo, cap. 13. *Ab eo, cujus negotium, pontificiumque eſſet.* Item Symmachi è lib. 3. epiſt. 17. *Pontifico* (inquit) *iterati honoris auctus, nullum mihi indicium communis gaudii dediſti.* Subdit idem Carrio conſtitutionem principalem è Codice Theodoſiano, quam tamen inſigni mendo ab eodem liberatam vel ipſamet ividia non inverit inficias. ſed ipſum vide lib. 1. Emendat. cap. 9.

Pag. 91. *Cum paratis bella, ſignum monſtratis ex arce? aut fecialia jura tractatis? per clarigationem repetitis res raptas?*

De ſigno, hoc eſt, vexillo ex arce Capitolina monſtrari ſolito, rem totam explicavi in Commentario ad Vegetium lib. 1. cap. 6. quo loco illa etiam, quæ de jure fecialium, de rebus certa formulâ, teſtibuſque adhibitis, clarè repetendis antè, quàm bellum indiceretur, ab Arnobio hic ſubjecta, quantum in me fuit expoſ:i, illuſtravi.

Pag. ead. *Martium diſcrimen obeuntes ſpem prælii ſumitis, & ex acuminibus auſpicatis.*

Audax conjectura, quam vereor ut probem tibi: *Martium diſcrimen ſubeuntes*

ſpem præſumitis. auſpico, pro auſpicor, antiquitus uſitatum fuiſſe, certum eſt. teſtimonia qui deſiderabit, adeat Nonium: quamquam Nævii poëtæ locus mea ſententia apud eundem inemendatus, dum in libris ita circumfertur: *Navius belli Pœnici l. b tertio: Virum prator adveniet, auſpicat auſpicium proſperum.* adſcripſit eruditiſſimus Hadrianus Iunius ad oram ex membranis hæc verba, *libro quarto: Verum prator adveni.* mihi prima ſyllaba iſta in *Virum*, pro numero libri eſt; eoque reſtituo: *Navius belli Pœnici libro* IV.

Tum prator advenit, & auſpicat auſpicium proſperum.

Cato apud Feſtum in *prohibere* uſus quoque hoc verbo.

Pag. ead. *In poteſtatibus obeundis leges conſervatis annarias? in donis, muneribus, Cincias? in cohibendis cenſorias ſumptibus?*

Feſtus: *Annaria lex dicebatur ab antiquis ea, qua finiuntur anni magiſtratus capiendi.* Meminit etiam in orationibus (nî fallor) Philippicis M. Tullius, & alii. De Cincia hunc Livii locum aliquando in uſum meum enotavi libro 34. *Quid legem Cinciã de donis, & muneribus excitavit, niſi quod veſtigalis jam, & ſtipendiaria plebs eſſe cœperat ſenatui?* Quod ad eas leges, quibus ſumptus cœnarum Rom. cohibuerunt, quæque viſæ neceſſariæ ad propulſandam civium luxuriam, obſervabam apud Agellium illi rei primo obviam itum ſenatuſconſulto: inde lege Fannia; hinc Licinia; hinc ea, quam Sulla tulit: item lege Æmilia; item lege Antia; item edicto Capitonis Atteii; poſtremo lege Iulia, quæ ad populum pervenit imperante Cæſare Auguſto. Videndus Agellius lib. 20. cap. 1. lib. 2. cap. 24. qui luxuriam illam graphicè quoque depinxit lib. 15. cap. 8. Adhibendum quoque volumen viri ſummi, & ſummo reip. litterariæ bono nati, Domini Antonii Auguſtini, Pontificis Tarraconenſis, quod inſcribitur de legibus; item Macrobii lib. 3. Saturnalium, cap. 9.

Aliter in exemplo noſtro.

Pag. ead. *In penetralibus Veſtæ ignis perpetuos fovetis foces.*

In templo Veſtæ ignem perpetuo adſervari ſolitum, innuit Plutarchus in Numa, & verſiculus Virgilii 4. Æneid. & alter libro ſecundo, qui magis huc facit:

------ *Veſtamque potentem,*
Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

Virgines Veſtales illi præfuiſſe, & quidem per vices, clarum fiet ex verbis Livii, quæ ſumo ex decadis tertiæ lib. 8. *Plus* (inquit) *omnibus aut nuntiatis peregre, aut viſis domi prodigiis, terruit animos hominum ignis in ade Veſtæ exſtinctus. ob quam cauſam cæſa flagro eſt Veſtalis, cujus cuſtodia nectis ejus fuerat.* Cædi autem ſolere à Pontifice, docemur à Feſto in voce *Ignis.* Sed hæc nos alibi tractamus: ubi oſtendimus ignem pervigilem ſimiliter ſacratum fuiſſe in templo Gemellorum, Cereris, Iovis Ammonis, &c.

Pag. ead. *Sacras facitis menſas ſalinorum appoſitu, & ſimulacris Deorum?*

Explicatus locus ab eruditiſſimo I. Lipſio lib. primo Saturnal. ſermonum cap. 2. & ab ingenioſiſſimo Ioſ. Scaligero ad Feſtum in vocabulo *menſa.* etiam Feſtum in voce *Salinum* vide.

Pag. ead. *Nubentium crinem calibari haſta mulcetis?*

De hoc ritu Ovidius: *Comat virgineas haſta recurva comas.* Locum illuſtrabit ſatis Plutarchus in Problem. & Feſtus in *Celibari.*

Pag. ead. *Matres familiãs veſtra in atriis operantur domorum, induſtrias teſtificantes ſuas?*

Antiquum morem hunc Romanorum tetigi in commentario prædicto Vegetii

getii lib.1. cap.7. ubi & Græcis contrarium placuiſſe docui. Adhibendus Feſtus in voce *Andron*, & Aſconius in Milonianam Ciceronis.

Pag.ead. *Potionibus abſtinent vini? affinibus, & propinquis oſculari eas jus eſt, ut ſobrias comprobent, atque abſtemias [ſe] eſſe?*

Pronomen illud malè hic enatum eſſe cenſebam è litteris vicinis: quod manuſcriptus poſt probavit. Tangit autem diſputator noſter eum morem Romanorum, de quo apud Varronem primo de vita populi Rom. *Quantopere* (inquit) *abſtemias mulieres voluerint eſſe, vel ex uno exemplo poteſt videri.* Alterum Varronis fragmentum ejuſdem libri apud Nonium in *Lora*: *Antiqua mulieres natu bibebant loram.* emendo, *antiquitus mulieres.* Cicero 3. de Rep. *Carent*, ait, *temeto omnes mulieres.* Adſcribam quod ab Agellio notatum libro 3. cap. 23. mulieres Romæ, atque in Italia ætatem abſtemias egiſſe, hoc eſt, vino ſemper, quod temetum priſca lingua appellabatur, abſtinuiſſe: immo, ſi vinum bibiſſent, condemnatas. item ſi cum viro alieno probri quid commiſiſſent. ſubdit ibidem Agellius: *Inſtitutumque ut cognatis oſculum ferrent, deprehendendi cauſa, ut odor indicium faceret, ſi bibiſſent.* Atqui totum hoc, *deprehendendi cauſa*, non mihi pro Agelliano eſt, ſed pro lora, aut poſca; hoc eſt, pro impuro gloſſemate. Cauſam porro, ſeu fabulam potius, cur mulieres Halicæ vinum non biberint, poſtquam Herculi potum petenti aquam mulier porrexit, eam pete ex Athenæi Cœnis, lib.10. cap.13. Adjungendus Dionyſius Halicarnaſſ. lib.1. Plinius lib.14. cap.13. Subjicit alios ritus Arnobius de hoſtiis, & exſtis, de quibus nos alibi. & ne commentarios texere videamur, alio properabimus, quia debita, deſponſa aliis hæc Sparta.

Pag.92. *Philoſophia, Muſica, cæteraque omnes artes, quibus vita eſt exculta, & expolita communis.*

Romana editio Urſini habet, *vita eſt & culta*, membranæ vero non tantum eam partem variant, cæteroquinetiam verbo orationem augent, hoc modo: *Etenim Philoſophia, Muſica, cæteraque omnes artes, quibus vita eſt exſtructa, & expolita communis.* Similiter metaphoricè dixit, *quiſnam hominis fabricator?* ſuprà hoc eodem libro. Iterum lib.4. *ille noctibus vix novem unam potuit prolem extundere, concinnare, compingere.* Plautus Moſtellaria, ſcæna Recordatus.

Primum, dum parentes fabri liberûm ſunt,
Ei fundamentum ſubſtruunt liberorum.

Pag.93. *Tyndaridæ Caſtores, ignipotenſque Vulcanus, Iove patre ſunt proditi, & genito Saturno procreati.*

Pronuntiavi bene in membranis legi, *& genitore Saturnio procreati.* genitorem Saturnium eundem accipio cum Iove, utpote patre Saturno ſatum, neque aliud hoc loco copula & notat, quam *id eſt*. de qua obſervatione dixi in commentario lib.3. cap.10. ac poſt teſtimonium denuntiavi Iureconſultis, Plauto, Divo Hieronymo, aliis; cum Apulei è lib.6. Aſini, in Quæſtionibus meis, hæc verba interpretarer, *capilloque diſcuſſo, & capite conquaſſato.* Similiter conjunctionem encliticam, que, interpretabar apud Virgilium quarto Æneid.

Oceani finem juxta, ſolemque cadentem.

Iterum illud ejuſdem, quod libro 8. Æneid.

Attulit & nobis aliquando optantibus atas
Auxilium, adventumque Dei - - - - - -

Et veniet ſpero tempus, cum definitionem tutelæ, apud Iureconſultos noſtros,

ſtros, pari modo ſtabilitam à me videbis, his verbis: *Tutela eſt vis, ac poteſtas in capite libero.* ubi conati reſtituere magni viri, *jus, ac poteſtas.* ſed eorum opinionem ſequentia non admittunt: *Tutores autem ſunt, qui eam vim, ac poteſtatem habent.* Porro ut verbis ſuperioribus Saturnium ponit, itidem Semelejum alibi pro Hercule, alibi alia. Idem libro 5. de Iove loquens, *aut eam improvidum fuiſſe Saturnium.*

Pag. ead. *Sed ex capite Iovis enata eſt, & eſſeres cœpit nonnulla in eſſentia conſtituta.*

Meis auribus tinnit amplius, *nonnullam in eſſentiam conſtituta.* feneſtram conjecturæ aperuit manuſcriptus, in quo erat *eſſentiam.* Præterea amaſſe antiquos accuſativum præ ablativo, docco alibi, & aliàs Deo propitio oſtendam. Vide Notas noſtras ad l. ult. C. de jure emphyteutico.

Pag. 94. *Ante quadringentos annos religio (inquitis) veſtra non fuit. Et Dii veſtri non fuerunt ante millia annorum duo.*

Locum vitioſum eſſe non attinet dicere. nam ex eo quod Arnobius lib. primo ſcripſit, annos eſſe trecentos plus minus, ex quo Chriſtiani eſſe cœperint, & in orbe terrarum cenſeri: facile videre eſt in objectione illa pagani, cum inquit *quadringentos*, in numerorum notis, valde aberratum eſſe. In conſiderationem quoque venire debet, quod ſcriptor hic mox ſubdit, annum urbis conditæ circiter milleſimum, quinquageſimum eſſe, cum hæc ſcriberet: ac duo illa annorum millia (de quibus ſuprà) inibi repetit, ac recenſet. Dum faſtos Romanorum inſpicio, ac præter ea, quæ calculo hîc ſubjicienda ſunt, Diocletiani imperium expendo, (ſub quo Arnobium vixiſſe B. Hieronymus, alii mihi teſtes) comperio in annum urbis Rom. conditæ milleſimum, quinquageſimum, hoc eſt, conſularum Anicii Fauſti, & Galli, incidere demum annum Chriſti CCXCVIII. quare reſtituamus apud Arnobium, *Ante* CCC. *annos religio, inquit, veſtra non fuit.* Alluſum enim ad ironicam conceſſionem illam præcedentem: *Sed novellum nomen eſt noſtrum, & ante dies paucos religio eſt nata, quam ſequimur.*

Pag. 97. *Nonne literas auditis commemoraxtes veſtras, fuiſſe homines olim ſemideos, Heroas, cum immanibus corporibus, atque vaſtis? Non infantes ſub uberibus matrum ſtentoreos legitis edidiſſe vagitus, quorum oſſa variis in regionibus eruta, vix repertoribus fecerunt fidem, humanorum reliquias eſſe membrorum?*

Adagium tractum à Stentore Græcorum vocaliſſimo, cujus mentio apud Homerum Iliad. ε. & natum ab eodem proverbium, *Stentore clamoſior.* Iuvenalis ſatyra 13. *Tu miſer exclamas, ut Stentora vincere poſſis.* Cæterum quæ de immenſis Heroum corporibus dicuntur, mirum ne de Gigantibus accipienda ſunt, de quibus multa poëtæ, & Beroſus libro primo. De Oreſtis corpore ſub terra invento quod cubita ſeptem habuiſſe retulit Herodotus l. 1. videndus Agellius l. 3. cap. 10. & Homerus. Pertinet huc Solini locus ex cap. 15. quem ſubdam: *Oſſa ad inſtar corporis humani, ſed modo grandiore: qua ob enormem magnitudinem monſtroſi exercitus jactitant exſtitiſſe.* Inibi tamen ambabus, quod ajunt, ulnis amplector ſcripturam lib. Cornelii Valerii Ultrajectini, linguæ Latinæ apud Lovanienſes profeſſoris celeberrimi, *grandiora.* quem virum & memoriæ, & amicitiæ cauſa non poſſum non nominare. amorem ille & ſincerum animum cum aliàs frequenter, tum poſtremo colloquio

ita

ita prolixè declaravit, ut ægerrimè à præsente tum avelleret, & defunctum debeam indies magis magisque desiderare, meminisse; inprimis litterarum causa, quæ obitu istius tantum accepere damni, quantum gloriæ ex vita erant consecuturæ. Sciunt me verum dicere, qui viva voce illius doctiores, scriptis instructiores evaserunt. Sed redeundum mihi video ad ea, quæ pagina præcedenti neglecta; in quibus ordine prima sunt hæc: *Neque enim promptum est cuiquam Dei mentem videre; aut quibus modis ordinaverit res suas, homo animal cæcum, & ipsum se nescions, ullis potest rationibus consequi.* Liquida mehercules ista oratio, in qua sollicitare vel minimum quid, hominis insubidi videretur, nisi audaciam permitteret codex vetus, qui habet, *ullis potens rationibus consequi.* animal *potens consequi* dicitur phrasi eximia, & Græca. quale etiam Ulpiani illud: *Si quis igitur compensare potens solverit, condicere poterit.* l. Si ambo, Digestorum titulo De compensationibus. Sequitur mox: *& amittat res fidem, quæ generibus virtutum tantis, & potestatum, indubitabilis esse monstrata est.* membranis placet, *quæ generibus virtutum tantis, & potestatibus, potestatis indubitabilis esse monstrata est.* mihi arridebat magis, *quæ generibus virtutum tantis, tantis & potestatibus, potestatis indubitabilis*, &c. seu potius, *quæ generibus virtutum tantis, & potestatum potestatibus, indubitabilis esse monstrata est.* Paullo post viri eruditissimi Fulvii Ursini conjecturam auctoritate veteris codicis gaudeo stabiliri, *In infinitis, perpetuis saculis nihil omnino* (editiones insederat *nihilominus*) *dicendum est serum.* Superant nonnulla sub finem hujus libri, quæ tacitus non præteribo, videlicet

Pag. 98. *Cur non immunes agitis tot discriminibus, & procellis, quibus quotidie vos agunt exitiabiles, multiplicesque fortunæ?*

Mea opinione restitutum putavi, *vos sobigunt*; vel more vetusto, *vos sobagunt*: pro forma, & analogia verbi simplicis. Placuisse enim veteribus, *præfacere, refacere*, alia, ad Vegetium demonstravi. & sciunt, qui scriptos codices cum cura legerunt, rem ita se habere. de quare etiam infra.

Pag. ead. *Nescii [quod] quantum instatis, & pergitis in effigies has nostras, speciesque sævire; tantum arctis, & gravibus relevatis nos telis.* *Aliter in Edit. nostra.*

Veterem librum sequamur. & abjecta voce [*quod*] rescribamus in textu, *nescii quanto instatis, &c. tanto arctis, &c.* non ceperunt sermonis elegantiam scioli, qui depravarunt. Græca phrasis, qua Latinos quoque libenter usos, ut nimirum supprimerent particulas *magis, plus, melius, potius, tam*, &c. satis plurimis ostensum à me exemplis lib. 1. de particulis linguæ Latinæ. Ecce eandem phrasin apud scriptorem hunc in textu lib. primo: *fidem vicinis, & finitimis, quàm spatiorum inesse longinquitate distantibus.* Rursus lib. primo, loco paullo superiore: *Et quis* [*magis rectius*] *horum ferat invidiam nominum, quàm qui alium præ hoc Deum novit?* Restituo meo periculo, *Ecquis horum ferat*. Ad textum locum, qui lib. 7. *nimirum quia apud vos* [*plus*] *valet nullam habens consuetudo rationem, quam rerum inspecta natura*: nam eundem in manuscripto sic repræsentarunt, ut ponam, *primum quia apud vos valet.* Verumtamen tempus est, ad sequentem Arnobii librum nos conferamus, ubi & hæc Arnobii è libri quinti principio, similiter interpretanda monuero: *ut sit vobis connitendum* (scilicet potius) *falsa ut credantur hæc esse, quàm obtinere velle*, &c.

GODESCALCI STEWECHII IN LIBRUM III. ARNOBII ELECTA.

GOD. STEWECHIUS THEODORO CANTERO V.C. S. D.

QUÆ *tua humanitas*, CANTERE, *primo congressu me cœna adventitia excipere voluisti. eam ut addicerem facilius, salibus, &, ut verè convivium esset, conloquiis etiam seriis, conditam fore recepisti. quid inquam recepisse? cum utrumque oppido diligenter præstiteris, cibo (ut ille ait) bene cocto, & condito sermone bono. Iam ubi postero te reviso, & Censorini exemplar ad membranas Colonienses per me compositum repeto: en verum, & solemne inter amantes litterarum, monimentum, & pignus amoris. Enim ad amicitiam pridie inter nos initam egregium Διήτυγμα appendis, donas me Arnobii libro multis locis opera tua, industriaque restituto, emendato. Addis, si quid in eo scriptore aliquando observarim, sive post animadversurus sim, monerem. Munere an ex animi tui sententia usus fructus sim, Judices velim ex iis, quæ in præsens tui facio Judicii. Vale, mi Cantere, & quantum potest, in perficiendo Arnobii commentario festina. Salutem uxori, & filiolis magne spei pueris.*

Pag. 101. *Quæ intelligitis vos quoque, & renuitis confiteri.*
Auxi orationem ex præscripto membraneo, *& recusatis, & renuitis confiteri.* Iterum eadem pagina, *adstipulamur, adquiescimus*, duobus synonymis adstruo tertium *connivemus*: earundem membranarum periculo, non meo.

Aliter in textu nostro.

Pag. 102. *An ipsi hæc sibi diebus imposuerint Iudicris.*
Vetus exemplum retinuit *Indibriis*, idque mihi probavit. Vide Electa nostra ad librum primum Arnobii.

Pag. ead. *Sed ut vultis, & creditis, atque ut vobis persuasum est, hi Dii sint: nominibus appellentur his etiam, quibus eos populares censeri populariis vulgaritas ducit: unde tamen vobis quæ nominis hujus sensum complent? an sunt aliqui vobis in cognitione, in usum aliquando, notitiamque perlati?*

Vide,

Vide, quæso, an me rectè duxerit suspicio, quam securus sum: *unde tamen vobis cognominus hujus censum complent? an sunt aliqui vobis in cognitionem, quam in usum aliquando.* Manuscriptus, *in cognitione, quam in usum*, subaudi *priùs*; & vide Anton. Augustinum lib. 4. Observat. cap. 8. Arnobius hocipso libro circa finem, *Nonne*, ait, *sententiis vestris Deorum imminuitur census, & opinio prædicata dilabitur?* At tamen majoris momenti arbitror esse, ut præcedens illa ellipsis & suppressio particulæ *antè*, *priùs*, testimoniis confirmetur. lege prima C. ubi causa fiscalis: *Nec bona fisco peti, quàm de crimine constiterit.* Explicat Accursius, *hoc est, antè quàm.* Simile est Pauli in l. 5. D. soluto matrimonio: *Si pecunia ad patrem pervenit, quàm filia accepit.* Interpreratur enim id Paradulphus Pratejus in suo Lexico, *antè ad patrem pervenit, quàm*, &c.

Pag. 104. *Erroris convincite Ciceronem, temeraria, & impia dicta refellitote, redarguite, reprobate.*

Gelenii lectionem posui: at verò Rom. edito, & liber manuscriptus legunt, *& impia dictitare refellite.* hoc amplius præferunt membranæ de cætero *redarguite, comprobate.* fortasse an corrigi omnia queant hac via: *erroris convincite Ciceronem, refellitote, redarguite: temeraria, & impia dictitare comprobate.*

Pag. ead. *Nam necesse est corpora, si sunt mares, ac fœminæ, ei significata ex generum disjunctione.* *Aliter in textu nostro.*

Mendosus haud dubiè locus, quem repetam paullo altius, & ea, quæ jam posita sunt, bona fide è membranis repræsentabo: *Adduci ergo non possumus, ut corpora credamus Deum. nam esse necesse est corpora, si sunt mares, ac fœminæ, in significata esse generum disjunctione.* quæ lectio commoda futura, si postremum [*esse*] omiserimus. Vide tamen arbitrium nostrum: *nam esse necesse est corpora, si sunt maris, ac fœminæ insignita generum disjunctione.* Inferius paullo de iisdem Diis verba faciens, *qua causa*, ait, *ratioque monstrabitur, cur insigniti sint his locis, quibus sexus se solent libidinum propriarum admonitionibus recognoscere?* Licet inibi referat vetus exemplum *solet.* nempe verum est, *secus se solet.*

Pag. 105. *Sed ut enim ad usus certos manus &c. constituta est; ita convenit credere.*

Placuit mihi conjectura, nescio an tibi, *Seicut enim.* de qua scribendi ratione ex Lucillio alibi dixi; & posui exempla in Quæstionibus Apulejanis, lib. 11. non pauca. Solent certè eo modo antiquitus scribere *meiles*, *leibertas.* alia multa testantur libri, lapides, & numismata. Etiam ex senioribus & avis nostris, hodieque audimus quosdam, suos magistros commemorantes.

Pag. 106. *Parturire alias tractu longo, & manus obstetricias quærere: illas telis gravibus, & dolorum acuminibus fixas ejulare.*

Unde præcedentia mihi de mendo suspectare contigerit, & conjicere legendum, *alias tricis gravibus*, mox audies. Arnobius haud multo inferius de Diis gentilium differens, hoc lib. *parturiunt*, inquit, *pariunt, ut difficiles puerperarum tricas Iuno mulceat, corripiatque Lucina.* ubi *corripiatque* fortasse immutandum in *corrigatque.* Itidem pro *telis*, non inconsideratè substituere queas *tellenis.* De tricis tellenis Varro apud Nonium, & ibidem Iunius; idemque commeminit in suis adagiis. quinimmo & Arnobius noster ait hb. quinto, *tricas conduplicare tellenas.* Sed hæc tu serio expendes. De Iunone Lucina unus Varro libro quarto de sermone Latino consulendus est. item Festus in verbo *Opigenam.* Nos redimus ad præcedentia ejusdem paginæ, *& postremum fra-*

stis,

ætis, dissolutisque corporibus : quæ, pro more scriptoris hujus, in libro vetusto sic concepta videmus, *& ad postremum.* Iterum mox, *apud Iacchum Cererem (Musa ut predicat Lucretii) mammosam.* nihil hic mutant membranæ : nihilo secius tamen sagacissimus Lud. Carrio è membranis Parisiensibus excivit talem lectionem, *ab Iaccho Cererem (Musa ut predicat Lucretius) mammosam.* quam restitutionem ille lib.2. Emendationum,cap.18.ipsius Lucretii testimonio confirmat,adducto versu è libro 4.

At Lamia & mammosa Ceres & ipsa ab Iaccho.

Pag. ead. *Si modò illorum curam spectat.*

Suppleo fide vetusti codicis, *si modò ad illorum curam spectat.* Dices fortè id nihili esse : cæterum vide subsequentia. *Nam nobis quidem cur irascantur (*Dii nempe) *non habent : quos vident, & sentiunt neque se colere, neque deridere, quod dicitur ; & honestius quàm vos multo de sui nominis dignitate existimare, & credere.* Neque hîc quidquam vitii inesse credes scio : & idem tecum crederem, nî in membranis fuisset, *honestius quàm vos multo de sui nominis dignitate existimare, quàm credere.* Non diffiteberis, scio, verè me arbitrari, particulam Tam à sciolis insitam, quibus genus loquendi minus perspectum fuit. de quo nos non semel monemus in hoc opere. Quinimmo in recenti Romana editione ita editur, *de sui nominis dignitate existimare, quam credere.* Plauti exempla aliquot adscribam, in gratiam tantum eorum, quibus inconsuetus iste mos loquendi. Plaut. Rudente :

Non edepol pisces expeto, quam tui sermonis sum indigus.
scæna Iampridem.

Idem Trinummo ; ----------*consit citò*
Quàm si tu formicis objicias papaverem, scæna Minus.

Similia Ciceronis, Livii, Columellæ, Terentii & omnium ferè Iurisconsultorum testimonia coacervavimus olim, ac proposuimus, lib.1.de particulis.

Pag.108. *Gurgliones, ventriculos, venas, pulmones, vesiculas, jecora, intestinorum volubilium tractus, & per omnia viscera commeantes purpurei sanguinis venas.*

Attento lectori dubium non erit, *venas* malè hîc iterari. in locum priorum conor revocare *renes.* de quo tu dispicies.

Pag. ead. *An numquid cœlestium corpora fœditatibus his carent ? &, quoniam cibis mortalibus abstinent, edentulos eos esse parvulorum credendum est ritu? & viduatos interioribus cunctis, tamquam utres sufflatos, turgidorum corporum inanitate pendere ?*

Mea quidem opinione, nescio an tua, sic legi posset, *turgidorum corporum inanitate pedere.*

Pag.ead. *Nanos, longos, medios; macilentos, pingues, crassos.*

Redigo in ordinem *nanos, medios, longos.* De media, & militari statura, & altera eminenti, nos abunde in commentario ad Vegetium lib. 1. Nanos pro pumillionibus Laberium usurpasse, auctor Agellius lib.16.c.7. Apud eundem lib.19.c.13 disceptari video an id vocabulum Latinum. Festus, *Nanum* inquit, *Graci vas aquarium dicunt humile & concavum, quod vulgò vocant fistulum barbatum : unde nani pumiliones appellantur.* Commodum in mentem mihi veniunt verba L. Apuleji, quæ sunt libro de mundo ad hunc modum typis expressa : *Igitur regnum illud ita componi oportet cum mundi aula, ut inter se comparentur*

parentur ſummus, atque exſuperantiſſimus Divûm; & homo gnavus, & peſſimus. quæ ut eo pacto ſcripſerit ille ſcriptor, mihi perſuaderi numquam poterit. Veneta editio legit, *homo ignavus*; & ita edidit Philippus Beroaldus. mihi probatur impenſius, *ſummus, atque exſuperantiſſimus Divûm*; *& homo nanus, & pumiliſſimus, ſeu paruiſſimus.* de quo dixi etiam in Succidaneis meis ad eundem auctorem. Parviſſimum Latinè dici, docui ex Varrone, & Lucretio, ad Vegetium.

Pag. 110. *Vt enim ſi vitreus eſſe dicatur mundus, ſi argenteus, ferreus, vel ex fragili condolatus, & fabricatus teſta.*

Priorem ſcripturam ut ſpuriam, huic legitimæ ceſſuram ſpero facilè. reſtituo, *ferreus, vel ex fragili ligno dolatus, ſeu fabricatus eſſe teſta.* quod in manuſcripto reperi, *fabricatus eſt*, putavi leviter immutandum, tum quod idem ſcribit, *ex fragili conglobatus*, non puto melius eſſe, quàm id, quod nos conjectavimus. Cicero quarta Academica: *Non enim eſt ex ſaxo ſcalptus, aut è robore dolatus.* Ipſemet auctor noſter libro 6. *coluiſſe lignum Icarios pro Diana indolatum.* Apulejus lib. 1. Floridorum: *Truncus dolamine effigiatus.*

Pag. 111. *Aut ſi verba ore funduntur, labia habere cum dentibus, quorum inflictu, & mobilitate multijuga lingua ſonos articulet, & vocem in verba conformet.*

Adfirmare auſim vernaculum eſſe, *multijugos lingua ſonos articulet.* ad eam faciem alia inſuper corrigere tentavi, nullo negotio approbaturos confidens, qui ſtylum Arnobianum altius paullo imbiberint, hoc eſt, modum, quo in conſtructione vocum ſolens utitur, obſervarint. de quibus ſuo loco.

Pag. ead. *Deos vobis inducitis aulœdos, venatores, paſtores, &, quod ſuperat, ruſticos.*

In integrum reſtituit cariſſimus, atque deſideratiſſimus mihi Ianus Gulielmius in ſuis Quæſtionibus Plautinis, *& quod ſupererat*, quippini ita ſolere Latinos, cum indignè commiſſa ab aliquo multa commemoraverint, adjicere, ſupereſſe ut hoc, aut illud præterea in ſe admittat & veram ejus conjecturam eſſe præſtat codex manuſcriptus, & Virgilio maſtigis verſus:

Hordea qui dixit, ſupereſt ut tritica dicat.

Pag. 112. *Sunt in ſidereis montibus ſilvæ, ſunt luſtra.*

Pergentem me ſuſtinebat ſcriptura libri antiqui, *ſidereis motibus.* Iterum pagina ſequenti reponebat, *fabricet his enſes.* typis cuderunt *fabricetur.* atqui bonis auctoribus in uſu fuit utrumque: in iis M. Tullio Ciceroni, linguæ Latinæ parenti.

Pag. ead. *Vt flammipotens Vulcanus fabricetur his enſes.*

Codicem Romanum depravatum ſcio, in quo ſuppoſuêre *flammis potens.* alterum enim retinendum, cum & ignipotentem alibi vocarit Vulcanum. qua compoſitione Apulejus lib. primo, & lib. ſeptimo, Sagam appellabat divinipotentem: qualiter & Diana poëtis eſt

Siluipotens Dea, ſiluicolis Dea cognita nymphis.

Pag. ead. *Sed qui aliquam ſubjicit ignaro diſciplinam, &c. ſciat ipſe neceſſe eſt primus id, quod alterum colere conſtituit.*

Legendum ſtatuo, *quod alterum callere conſtituit:* idemque Urſino placuit. mendæ originem non eſt operæ pretium indicare, nam capis ſcio. præterea aliud latere mihi perſuaſi in verbis ibidem inſertis, *ſolertemque his efficere non-*

nullius operis scientia contendit. reponere possimus, *solertemque sic*, vel aliud simile. nam τὸ *his* quo referatur, non intelligo. Ursini editio præfert, *solertemque hunc*; & rectè.

Pag. 113. *Et habere solertias, in quibus singulis evincant scientiarum cognitione discreti.*

Aliter in textu nostro.

Quàm magis conjecturam volvo, revolvo, tam magis arridet: *in quibus singuli vigeant scientiarum cognitione discreti.* ex similitudine characterum g & c errorem emanasse videri, te, doctissime Cantere, nequaquam mihi monendus eras. Propius emendat Ursinus, *singuli se vincant*. de quo cogita.

Pag. ead. *Armentorum, & pecorum gregibus Pales præsunt, Innusque custodes: & cur sæva contagia, & pestilentes morbos ab æstivis avertere cessatione inimica non curant?*

De æstivis istis notavit Varro 2. rei rusticæ, Romanos nimirum pecora alibi hibernatum, alibi æstivatum egisse; ad eum ferè modum, quo alibi hiberna, alibi æstiva eorum militibus. pro *inimica*, vide ne reponendum *mimica*. Macrob. lib. primo Saturnalium, cap. 28. inquit, *Panipse, quem vocant Innum.*

Pag. 114. *Divinationis scientiam largitur hariolantibus Pythius: & cur obliquata, dubia; cur obscuritatibus submersa caligine dat sapius, submonstratque responsa?*

Hic liberales de suo librarii, è contrario autem aliàs nimium quantum tenaces, atque tardi in geminatione syllabarum. Inde mihi quidem obscuritas primum in verbis Arnobii; sublatum iri existimo tali scriptura: *cur obscuritatis submersa caligine, dat sapius, subministratque responsa.* De oracula Apollinis semper dubio, & in alterutram partem verosimili (ἀμφίβολα Priscian, ἀμφιβολία Philosophis) si lubet exempla pete ab Herodoto libro primo, lib. tertio, & libro sexto; & ex Ciceronis libro 2. de divinatione, qui Pythium Latinè oracula numquam reddidisse contendit. contra tamen ex Apuleji libro 4. de asino ostendi possit: quem vide, & adjunge D. Augustinum libro 3. cap. 17. de civitate Dei, & Macrobii primum librum in Somnium Scipionis. unde liquebit quam obliqua olim denuntiata, & dubiis obserta oracula. Martianus Capella lib. 1. *Infanis, quibus obliquis vaticinia fundebantur ambagibus.* Lactantius, *In oraculis*, inquit, *vel maximè fallunt, quorum præstigias profani à veritate intelligere non possunt.*

Pag. ead. *Æsculapius officiis, & medendi artibus præest: & cur plura morborum, & valetudinum genera ad sanitatem nequeunt, incolumitatemque perduci.*

Mihi pro sincero est: *Æsculapius officinis, & medendi artibus præest: & cur plera.* de qua voce nos alio loco ex Prisciani lib. quinto, & Pompejo Festo. nam *plera* antiquis, quod nobis *pleraque*: iisque *officium*, & *officiosorum* munus, potius Divo Hellespontiaco, quàm Æsculapio convenientia vocabula. Adtexit auctor noster ad illa quæ jam recitata sunt, *immo sub ipsis fiunt curantium manibus atrociora cura?* sed qui eo loci scripserunt *cura*, his, inquam, hominibus hæc curæ fuisse quis credat? scribendum, *immo sub ipsis fiunt curantium manibus atrociora cura?*

Pag. ead. *Mercurius ceroma pugillatibus, & luctationibus præstat: & cur invictos omnes non perficit, quibus præest? cur unius in officio præsidarus hos victoria compotes, alios verò perpetitur ignominiosa infirmitate rideri?*

Suspi-

Suſpicor in autographis fuiſſe, *pugillatibus, & luctatibus præſtat*. nomina enim quarto inflexu, ac declinatu, pro verbalibus in lo libenter hunc collocaſſe, & præſens locus teſtatur, & nos alibi demonſtrabimus. Tertio vox *compotes* neque pro re ſignificanda ſufficiens, neque aures ſatis implere viſa. quare in poſſeſſionem ſuam remittendam cenſuimus vocem veterem, ac probam, *compotit*, quod eſt, *compotes facit*. qua locutione Plautum non uno loco uſum oſtendi. ac verbum illud adſiduo ejus imitatori Lucio Apulejo ſemel reddidi. itidem alibi eidem memini reddere chariſſimum utrique noſtrum Ianum Gulielmium. De cætero, conſiderandum tibi, quod in manuſcripto ſeſe obtulit talis lectio, *Mercurius ceromæ pugillaribus, & luctationibus præſt*. Ceroma pro unguento luctatorum Iuvenalem dicere memini. Seneca de brevitate vitæ cap. 12. ait: *Qui in ceromate ſpectator puerorum rixantium ſedet.*

Pag. ead. *Pluvias, ventos fruges, cunctis ſubminiſtrat æqualiter, bonis, malis, injuſtis, ſervis, pauperibus, divitibus.*

Tria olim Libertinorum genera fuiſſe, Iureconſulti non ignorant. cives Romanos, Latinos, ac Dedititios. cives Romanos eos vocabant, qui vindicta, cenſu, aut teſtamento, nullo jure impediente, manumiſſi erant, ut auctor Ulpianus: eoſque dicebant majorem, & juſtam libertatem conſequi. §. libertinorum. Inſtitut. de libertinis. Inde ſuſpicabar diſtingui illa poſſe, *bonis, malis; juſtis, ſervis; divitibus, pauperibus*. nam, ut vulgo vulgantur, verba iſta ἀντίθετα non habent. Supplent Itali, neſcio unde: *bonis malis: juſtis injuſtis: ingenuis ſervis.*

Pag. 115. *Quid ſit Deus obliti, quid iſtius magnificentia nominis.*

Reſcribo *numinis*. Identidem & libro quarto, *ipſe regnator poli, ſine ulla nominis, majeſtatiſq; formidine, adulterorum agere introducitur partes*. & hic emendo, *numinis, majeſtatiſque*. Cognita ſatis formula antiqua cum ex libris, tum ex lapidibus. D. N. M. Q. E. hoc eſt, *devotus numini, majeſtatique ejus*. Mendoſus hodieque in eo Apulejus libro quarto: *Victimis* (inquit) *& epulis Veneris abſentis nomen propitiatur*. ſcribendum *numen*. Varro lib. 6. de Lingua Latina: *Numen dicunt eſſe imperium, dictum ab nutu, omnia ſunt ejus, cujus imperium maximum eſſe videtur*. quo loco quid placeat noſtra conjectura vide, *ab nutu, ominéve ejus*. Obſervatus mihi jam nuper depravatus inſignitè locus apud Eumenium in panegyri, quam pro ſcholis reſtaurandis recitavit. ponam quemadmodum in exemplis optimis circumfertur: *Nulli umquam antehac Principes pari cura belli munera, & hujuſmodi pacis ornamenta coluerunt. diverſiſſimus enim ad utramque ſectam deflexus: diſpar natura mentium, & diſcrepans in electione judicium. Ipſorum denique utriſque artibus præſidentium nominum diſſoni monitus, habituſque diſſimiles*. Ita mihi Muſas ipſas, meisque ſcriptis ſupereſſe cupio, ut verè corrigo, *Præſidentium numinum diſſoni motus, habituſque diſſimiles*. Pacatus in Panegyrico, quem Theodoſio dixit: *Qui motus heriles uſque ad præcipitia fugerunt*. de quo vocabulo alibi nobis locus agendi commodior futurus.

Pag. ead. *Vnctionibus, inquit, ſupereſt Vnxia. cingulorum Cinxia replicationi.*

Fortè *explicationi* ſcribendum. nodo enim Herculeo vinctum erat cingulum, teſte Feſto. R E & E X ſæpe locum mutuum invaſiſſe, aliàs oſtendi. Tangitur autem hic ille ritus nuptialis, quo ſponſa antè, quàm ad maritum ingrederetur, poſtes adipali unguine oblinebat. probat Arnobius paullo poſt: *Niſi* (inquit)

quit) *postes virorum adipali unguine oblinerentur ab sponsis.* Et hinc *uxor* dicta, quasi *unxor* sed liquidam hinc ejecerunt antiqui,& contra receperunt eam in multis,præter Etymologiæ rationem. Cinxiam Iunonem fuisse,ejusque nomen sanctum in nuptiis habitum, quod initio conjugii solutio erat cinguli, quo nova nupta cincta erat, scribit Festus. Idem in voce Cingulo: *Nova nupta cingulo præcingebatur, quod vir in lecto solvebat. factum ex lana ovis, ut sicut illa in glomos sublata,conjuncta inter se sit, sic vir suus secum cinctus,vinctusque sit.* Philologiæ sponsæ verba, quæ apud Martianum Capellam libro secundo Nuptiarum legimus, huc accersenda putavi; ait autem illa, Iunoni loquens,in hunc modum: *Fluvoniam,Februalemque, ac Februam mihi poscere non est necesse, cum nihil contagionis corporea sexu intemerata pertulerim. Iterducam,& Domiducam,Vnxiam, Cinxiam, mortales puellæ debent in nuptias convocare, ut earum itinera protegas; & in optatas domos ducas; & cum postes unguent,faustum omen adfigas; & cingulum ponentes in thalamo,non relinquas.*

Pag.116. *Quod in genere virtutis unito perfectionis apicem, atque ipsius retinent sapientiæ summitatem.*

Scribendum,*unica perfectionis apicem.* Iam quod paullo antè reposui,*dissuuntur tenacium matrimoniorum nexus, in incestas libidines necessitudo sanguinis inardescit*, cum vulgaretur antea,*nexus, incesta libidine necessitudo sanguinis inardescit*; id neque mihi fraudi, neque dolo huic scriptori futurum scio. inveni namque in membranea lectione, *incestas libidines.* hinc geminando syllabam effeci,quod vidisti.

Pag.117. *Deos ipsos,quos opinamini,tollitis; & reponitis alios,quos manifestum est non esse; & alius aliud de iisdem dicitis* [*rebus*]; *& innumeros esse conscribitis,quos esse singulos semper consensio accepit humana.*

Verbum *opinamini* utrumne rectè hic habitet,tu videris. equidem adulterinum censeo τὸ *rebus.* de quo tuum quoque judicium esto.

Pag.ead. *Nam si tempus significatur hoc nomine (Græcorum ut interpretes autumant) ut quod chronos est, habeatur Cronos,nullum est Saturninum numen. Quis est enim tam demens,qui tempus esse dicat Deum.*

De loco jam recitato V. C. Iacobus Cujacius ita censuit, in postremis Observationum libris, verba illa *habeatur* χρόνος, ad marginem libri adscripta quondam fuisse ab eo qui voluerit indicare verbum præcedens chronos Græcè habendum,ac scribendum in textu Arnobii.Præterea auctoritate libri manuscripti Regis Galliarum Christianissimi, inducit illa duo [*habeatur Cronos*] Tu expendes ista Macrobii è primo Saturnal. *Est porrò idem* κρόνος καὶ χρόνος. Ibidem: *Ab ipso natus putatur* κρόνος, *qui, ut diximus,* χρόνος *est.* Ibidem libro 1. cap.29.*Saturnius à Græcis* κρόνος *quasi* χρόνος *immutata littera.*

Pag.118. *Nulla soror,& conjux omnipotentis reperietur Iovis, nulla Fluvionia, nulla Pomona,nulla Ossipagina.*

Metuo hercule, ne pro ἀπαλοῖς in Dea istic nuncupanda sit *Ossipanga*, ut à pangendo nomen sortiatur, quo modo apud eundem hunc à pertundendo Pertunda, à Pandendo Panda,à perficiendo Perfica,ab orbando Orbona, à præstando Præstana, ab aliis verbis alia Dearum nomina formantur. Atqui lib. 4. Arnobii,officium,& munus Ossipangæ istius fuisse docemur, solidare parvis infantibus ossa. quo libro prædicto duobus minimum locis *Ossipanga* posuerim,pro *ossilago*,nisi si malis *Ossipagam* indigitari: à *pago*,verbo antiquo.

Pag.ead.

Pag.ead. *Quòd aqua nubat terram, appellatus est, (inquiunt) cognominatusque Neptunus.*

Fortè *Nuptunnus*, ut à portu Portunnus, à satu Saturnus. adhibeantur Iusti Lipsii Saturnalia.

Pag.ead. *Quod inter loquentes duos media currat, & reciprocetur oratio.*

Pronuntiavi genuinam lectionem esse membranarum, *inter loquentes duo.* quarto casu *duo* pro *duos* antiquis in usu fuisse, ostendi ad scriptorem rei militaris Flavium Vegetium, cui eam phrasin bis restitui. libro 2. cap. 6. iterum lib. 3. cap. 15. Exempla si desideras, vide Ciceronem lib. 7. epist. 25. *Prater duo nos* (inquit) *loquitur isto modo nemo.* Prudentius in Apotheosi: *Panes jubet, & duo pisces apponi.* Censorinus de die natali in scito Tribunitio, cap. 19. *Prator urbanus, qui nunc est, quique posthac fuat, duo lictores apud se habeto.* ita membranæ: vulgant vulgo, *duos lictores*, non rectè. eadem de re annotasse commemini Sosipatrum Grammaticum. Etiam in libris Codicis hæc mihi observatio occurrit ad l. cum notissimi, C. de præscript. triginta vel quadraginta annorum.

Pag. 119. *Quod salutarium seminum frugem gerat, Cererem esse pronuntiant.*

Ita sentiunt Cicero de natura Deorum, & Varro de lingua Latina. & ut hic C pro G, contra in aliis fieri notat Varro libro quarto, dum scribit: *Gladius C in G commutato à clade.* Festus item ab urguendo Orcum, à prædicendo prodigium format. Promiscuæ etiam hæ litteræ olim librorum descriptoribus. unde in codicibus confusa totiens Gajus, & Cajus; alia mille. Immo & in varietate linguarum hunc quasi lusum reperiri nemo nescit. *Ciconiam* Latinè dicimus. verum Galli, Itali, Hispani secundam syllabam per g scribunt, atque effantur suaviùs.

Pag. 120. *Cassum iterum nomen est Cereris, cassum Diana: atque ita perducitur eò res, ut & illa frugum (sicut perhibetur) inventrix, vobis ducibus, atque auctoribus nulla sit; & exspolietur Apollo germana.*

Restitutum iri existimo si scripseris, *& despolietur.* despoliare Ciceroni, Plauto, Apulejo frequentatum nemo nescit. de quo etiam in Apulejo diximus.

Pag.ead. *Quorum si est vera, & fixa certa sententia.*

Illud *certa* merum interpretamentum ad vocem præcedentem. in qua tralatio similis, quales multæ apud classicos scriptores. Sic, *consilium tenere*, dicebat Apulejus; *aliquid alicui stare, sedere.* M. Tullius; idemque, *herere in eadem sententia.* Aliquid ponere, collocare, figere, optimus quisque simili figura usurpavit. Inprimis ipsemet Arnobius paullo supra hunc locum: *quod si exploratum*, ait, *si fixum est.* Similiter libro sequenti: *scripsitarunt ut visum est, atque sedit.* Itidem libro septimo: *sed neque hoc nostram conscientiam fugit, lectum, & positum est.* Pari phrasi poëta:

---------- *Sedit patribus sententia pugna.*

Ulpianus noster eundem tropum quoque adfectavit, *Si hoc judicii sederit.* lege 6. D. de his, qui satisdare coguntur.

Pag. 121. *Nam solere Romanos, Deos omnes urbium superatarum, partim privatim per familias spargere, partim publicè consecrare.*

Repetit in manuscripto noster Modius, *Romanos regiones urbium superatarum:* inde correxit, *religiones urbium superatarum.* Arnobius lib. 7. *Genetrix* (inquit) *& mater superstitionis Etruria.* Deos ante expugnationem urbium à

Romanis evocari ſolere, & Romam invitari, alibi docui. videatur formula illi rei adhibita apud Macrob.lib.3.Saturnalium,cap.9.Plinium lib.28.cap.2. Livium libros.

Pag.ead. *Qui rebus in ſubſtantia conſtitutis.*

Membranæ præferebant, *rebus inſtantia conſtitutis*: cæterum amico noſtro placebat, *rebus in eſſentia conſtitutis*. Simile emendat Canterus lib.2.

Pag.ead. *Cornificius balare convincitur.*

Balare ovium eſſe, præter Feſtum, Varronem alii monuêre. vir doctiſſimus, & ſummo Belgii, ac totius litteratiæ Reip.damno nimis ſubito è vivis ereptus Guilielmus Canterus, reſtitutum putabat, *balare convincitur*. quod accipitur pro mentiri. Verumtamen ſubruunt eam ſcripturam membranæ, dum reſtituunt, *Cornificius labare convincitur*. Id altero & modeſtius, & Arnobio noſtro non infrequens: nam paucis infra verſibus. *Ita enim labant ſententiæ, alteraque opinio ab altera convellitur*. Iterum paullo inferius, *cùm ex uno & ex altero manifeſtum fiat, & pateat, labare, nec quidquam vos certi dicere*. Ibidem, *in errore ſunt hi maximo.*

Pag.123. *Varro, qui ſunt introrſus, atque in intimis penetralibus cœli, Deos eſſe cenſet [quos loquimur] nec eorum numerum, nec nomina ſciri. hos Conſentes, & complices Etruſci aiunt.*

Verba illa, *quos loquimur*, antiquum aliquid occultare viſa ſunt. niſi vererer longius diſcedere à lectione vulgari, ſcriberem. *Deos eſſe cenſet Selectos, nec eorum numerum*, &c. Auguſtinus 4 de civit. Dei, c. 23. *Quis enim ferat* (inquit) *quod neque inter Deos Conſentes, quos dicunt in conſilium Iovis adhiberi; nec inter Deos quos Selectos vocant, Felicitas conſtituta eſt*? Idem libro ſeptimo cap.29. eorundem Selectorum commeminit ex Varrone. Quæ de 12. Conſentibus uterque hic ſcribit, ſatis lucida erunt ex iis, quæ infra dicemus lib.5. Videatur Varro primo de re ruſtica, qui 12 auratas ſtatuas Conſentum apud forum ſtetiſſe tradit. Videndus & Martianus Capella in fine libri primi.

Pag.ead. *Sex mares, & totidem fœminas nominibus ignotis, & iis nationis barbariſſimæ: ſed eos ſummi Iovis conſiliarios.*

Emendari poſſe arbitrabar, *ex nationibus barbariſſimis & eos ſummi Iovis conſiliarios*. Nihilominus manuſcriptus liber cum editione Romana reſtituit, *nominibus ignotis, & miſerationis parciſſimæ*. unde liquet alteram lectionem ſuppoſititiam eſſe, & à Gelenio fabrefactam. Indigites Samothracios noſter paullo poſt commemorat, eoſdem verbis jam lectis quoque deſignatos, non abſimile vero eſt. nam, ut à Feſto didici, Indigetes Dii fuêre, quorum nomina vulgari non licebat. Gloſſarium vetus Indigetes interpretatur ἐμιθεοι, ἀγρῶται. Arnobius paullo infrà: *aut ſi Curetas pro Laribus invocare, quos indigetes* (manuſcriptus, *eſſe digitos*) *Samothracios pars veſtrorum aſſeverat auctorum*, &c.

Pag.ead. *Vt videtis, & hic quoque nihil continens dicitur.*

Deliratunt correctores nugivenduli, qui ita edendum curarunt, cum in membranis ſit, *nihil concinens dicitur*. & ita eodem verbo Cicero uſus non ſemel, qui ait, *partes mundi inter ſe concinentes*. Iterum alibi: *Videſne hæc concinant*? hoc eſt, quadrent, conveniant. Martianus Capella lib.2.nuptiarum: *Ergo* (inquit) *prædictorum nominum numerus concinebat*. Gloſſæ noſtræ manuſcriptæ, *concinens, conſonans*.

Pag.124. *Nunc antiquorum ſententias ſequens larvas eſſe dicit lares, quaſi quoſdam genios, defunctorum animis mortuorum.*

Quod in membranis eſt, *genios, effunctorum animas mortuorum*; id tantillum juvo, *genios, & functorum animas mortuorum*. Vita fungi, defungi, moriendi ſignificatione nemo non uſurpavit. Arnobius lib. 6. *templa contegere cineres, atque oſſa, & functorum eſſe corporum ſepulturas*. Quod ſubinde editur, *concervare in unum multa*; ejus loco ſcripſit librarius, *coadunare in unum*. Iterum mox *conſolationem*, pro *conſultationem*. Redeo ad Lemures, Lares, atque Larvas, de quibus ita Martianus Capella tradit: Lemures nimirum, ſi vitam mortalem honeſtè vixiſſent, in Lares domorum, urbiumque verti; ſin vero inhoneſtè, Larvas tum, & Manias perhiberi. quam opinionem reperi quoque apud L. Apulejum, libro de Deo Socratis; Plautum Aulul. & alios.

Pag. ead. *Non omnes omnia Deos poſſe [præſtare.]*

Simile illi, quod ſuperius eodem hoc libro præmiſſum eſt: Deos ſingulos ſua in re pollere, nec in auxilium vocatos alienis poſſe in partibus ſubvenire. verbum tamen *præſtare* abeſſe poſſe arbitror. Virgilius:

- - - - - non omnia poſſumus omnes.

Pag.125. *Adeſtote Dii penates, tu Apollo, tuque Neptune, omniaque hac mala, quibus uror, terreor, vexor, veſtri numinis averruncate clementia.*

Perbona in hunc locum Oberti Giſanii emendatio, *uror, torreor*. ſuperaddo de meo, *uror, torreor, verſor*, ut tralatio in omnibus ſibi ſimilis ſit. Vix hæc perſcripſeram, commodum mihi in mentem venit exemplum Divi Laurentii, qui martyrii coronam ab agonotheta Deo Optimo Maximo jam jam ſuſcepturus, in ſummo cruciatu, jam prunis & vivis carbonibus aliquamdiu toſtus, magna animi conſtantia Decio tyranno occinuit: *Aſſatus ſum, jam verſa & manduca*. De verſandi verbo, ſi integrum eſt, vide Ianum Gulielmium noſtrum in Quæſtionibus Plautinis, in Perſam, cap. 4.

Pag. ead. *Si Curetas pro laribus invocare, quos indigetes Samothracios pars veſtrorum adſeverat auctorum.*

Non ſupprimenda mihi libri membranei reſtitutio, *quos eſſe digitos Samothracios*. Curetes enim, ſeu Corybantes, Cretæ inſulæ populos, Dactylos Idæos quoque appellatos fuiſſe didici. Hi Iovem nutriverunt, & Saturnum patrem, qui filios devorare crudeliter ſolet, novo luſus genere excogitato, hoc eſt, clypeolis æneis inter ſe concurſantes deceperunt: ne fortè vagientem ille audiret infantem, ac perderet. quinimmo & ipſum illum numerosè compoſitum æris tinnitum, Dactylum poſtea cognominatum ferunt. Conſulendus Solinus, Herodotus libro ſeptimo, Strabo libro decimo, cui κάρητες dicti, ἀπὸ τῆς κουρᾶς, hoc eſt, à tonſura. Cæterum ubi intonſa ſervarunt capita, Acarnanas vocare cœperunt, teſte eodem. Ad hanc fabulam reſpexit Arnobius ſupra, hoc eod. libro: *ut genitoris evaderet rabiem, in Cretenſium finibus memoratur eſſe celatus*. Item alibi non ſemel, in hoc opere. quamquam iteranda hic nobis, quæ de iiſdem ipſemet Arnobius paullo ſuperius recitavit. *Indigetes* (inquit) *Samothracios, quos quinque indicant Graci Idaos Dactylos nuncupari*. Meminit quoque Plutarchus in vita Numæ.

GODE-

GODESCALCI STEWECHII IN LIBRUM IV. ARNOBII ELECTA.

GOD. STEWECHIUS
IOANNI MATALIO
METELLO I.C.
S. D.

ROmanos meministi in dilectu, etiam in censu publico Valerios, Salvios, Statorios suos primo loco evocasse, tantummodo boni omnis causa: itidem tibi amoris in te mei pignus quale quale daturus, omen captare visum, hoc est tibi, viro omne disciplinarum, scientiarum genere, virtutibusque eximiis exornato, de virtuoso primam hujus libri observationem, seu (ut tu fortè interpretaberis) hallucinationem ponere. de qua tu, qui tuus in me amor est, simul de reliquis adnexis, & libenter, & seriò arbitrabere. Vale. Sed heus quid tu mihi nuper in litteris secius de Iano Gulielmio meo? (nostro dicere debui) ille ut decesserit? jam ego Fidem bonam & Germanè Romanam, imò cum illo fratre meo exstinctam ferè non dubitem.

Pag. 127. *Sin autem ex animi certiore sententia Deos esse & hac rati, templis, & pulvinaribus honorastis.*

Suspicari possis mutatam lectionem, quod adspirationis nota primum omissa (ut ferè solet) fuerit: est quippe in membranis, *templis, & pulvinaribus oneratis.* tamen scripturam hanc alteri non cedere, æquius meliusarbitror. Livius lib. 35. *collaudatum eum consul spe premiorum onerat.* Sallustius Iugurth. *ministrum oblatum promissis onerat.* Q. Curtius Rufus lib. 7. *collaudatusque, & promissis oneratus.* Idem libro 5. *Persa* (inquit) *promissis Bessi onerati.* Quamquam id genus locutionis eidem Curtio duobus minimum locis periisse animadverti. Primum lib. 5. *Igitur promissis quanta & præsens necessitas exigebat, & ipsius fortuna capiebat, honoratum* (lego *oneratum*) *armari jubet.* Identidem libri septimi initio: *Contra cum donis honoramur* (restituatur bono periculo meo, *oneramur*) *cum præmiis onusti revertimur.*

Pag. ead. *Sed esse virtutem viri salutem salvi, honorem honorati.*

Legere

Legere conor, *virtutem virtuoſi.* virtutem ut viri vim à virilitate Varronem denominare non ſum neſcius; ſed ea virtus corporis Arnobio hic præ oculis non fuit. Paullo antè in verbis, quæ ſubdo, *nam ſi verba exiſtimantes hæc caſſa, & nullius ſubſtantiæ nomina, divinis tamen* [*in*] *regionibus conſecratis*, his, inquam, verbis præpoſitionem abundare exiſtimo. Urſinus reſtituit, *divinis tamen religionibus conſecratis.*

Pag. 128. *Vt enim hæc accidunt, hominum quæ ſunt poſita in actionibus, affectibus fortuitis; ita quod illis adverſum eſt, &c.*

Urſino videbatur ejecto verbo reponere, *quæ ſunt poſita in actionibus fortuitis.* mihi non incommodior ſcriptio arriſit: *Vt enim hæc accidunt hominum quæ ſunt poſita in actionibus, effectibus fortuitis; ita, &c.*

Pag. ead. *Dea Panda eſt appellata, vel Pantica patefacta. Et hæc ergo numquam fuerant numina.*

Locum habes, quemadmodum Romæ quondam eum expreſſerant. Gelenii editio verbum *patefacta* excluſerat. Canterus interpungendum cenſebat, *vel Pantica. Patefacta & hæc ergo.* Membranas tamen ſi auſcultabimus, reſcribemus: *Et quod Tito Tatio, capitolinum ut capiat collem, viam pandere, atque aperire permiſſum eſt, Dea Panda eſt appellata, vel Pantica. Antè facta & hæc ergo non fuerant numina.* & meo judicio genuina eſt iſta lectio.

Pag. ead. *Pellenderum hoſtium Dea potens Pellonia eſt: quorumnam (niſi moleſtum eſt) edite.*

Scriptam lectionem, præ vulgata, auro contrà redimendam cenſeo, (*ſi ne moleſtum eſt*) *Si ne* vocibus disjunctis non minus rectè dicitur, quàm à Titinnio & Plauto *nevis, nevult*, pro non vis, non vult. *Nepurus*, pro non purus apud Feſtum. Itidem *ne rectè* ex Plauto, *ne funera* in verſu Catulli interpretatus doctiſſimus Ianus Mellerus Palmerius in ſuis Spicilegiis, pag. 39. *Si non*, pro *niſi*, Ciceronem, Plautum, Terent. Cæſarem uſurpaſſe, alias docui in gratiam juventutis.

Pag. 129. *Eſſe quidem hoc ita, quod nemini favemus, optamus: at quæſtionem non exiguam res habet. Quid enim Romani Deos poſſident peculiares, qui aliarum gentium non ſint?*

Non negabis ſcio etiam hoc loco revocandam diſpunctionem, & interrogationis notulam, cujus exempla non pauca ſuperioribus libris in unum locum conjeci. *Quid? enim Romani Deos poſſident peculiares.* Similem nævum tollebam aliquando ex Panegyrico Conſtantino dicto, cui initium', *Si Flavia Heduorum.* adſcribam verba, ut tu, qui ἐφὰν eſſe ſoles ſcriptorum meorum, vel laudes correctionem, vel, quod potes, tuo judicio meliorem efficias. *Quis Tagus, quiſve Pactolus tanto fluxerunt auro, quantum liberalitate tua conſecuti ſumus? Nos enim majoris eſt muneris abs te accepiſſe. quinimmo quanto eſt durius extorqueri,* &c. Intricata ſententia vel ipſi Sphingi, ni interpungas, *quantum liberalitate tua nos conſecuti ſumus? enim majoris eſt muneris.* Homines per ſe temerarios ignorantia audaciores reddidit, cum iſta mutarunt. illi particulam *enim* eo loco non ferebant, elegans tamen. Iulianus lib 30. Digeſtorum: *Enim dum proprietatem adquiris, jus omne legati uſufructus amittis.* l. Si tibi. 17. D. quibus modis uſusfructus amittatur. & alibi. Locutus ſæpe ita Plautus: & in Apulejo Beroaldus ſæpius depravavit, ut ad eum ſcriptorem demonſtro.

Aliter in Edit. noſtra.

Pag. ead. *Dii lævi, & læva ſiniſtrarum tantùm regionum ſunt præſides, & inimici partium dextrarum.*

Corrigendum puto, ac reſtituendum ex formula antiqua, *Dii lævi, Dea læva.* formula cum aliunde, tum ex ipſo auctore noſtro ſatis celebris: *Sive tu Deus es, ſive Dea.* Liviuslib. 8. ab V. C. *Si Divus, ſi Diva eſſet.* Videatur Macrobius lib. 3. cap. 9. Agellius lib. 2. cap. 28.

Pag. 130. *Rurſus vero ſi jecero plagam ad occiduam lumina. vocabulum ſiniſtri Auſter, & Meridies trahet.*

Edendum curavi, *plagam in occiduam.* Romana editione, & codice ſcripto præeuntibus. de cætero, expendendum puto quod membranæ legunt, *Meridus tranſit.*

Pag. ead. *Qua ex re poterit facillimè cognoſci, neque læva natura eſſe ulla, ſed poſitionis.*

Gratia membranis, & illi pariter quiſquis tam accuratè eas deſcripſit, *cognoſci, neque dextra, neque læva natura eſſe ulla.* quamvis enim facile fuerit ita ſententiam explere cum ex ſenſu, tum ex verbis præmiſſis: nihilo minus tamen iſtiuſmodi audaciam lividi quidam improbarent in nobis, qui non niſi improbiſſimo dente aliorum ſcripta arrodunt.

Pag. ead. *Quid ergo ſi argilla, aut materia fuerint quæcumque alia fabricati foci?*

Ea lectio ſuppoſititia Gelenium videtur habere patrem. Romani ediderant, *Quid ergo ſi iſta?* videlicet germanè exprimendum juſſi de membranis: *Quid? ergo ſi teſta, aut materia*, materiam teſtaceam laterculis opponit crudis. Sed ipſum ſcriptorem noſtrum audiamus lib. 6. *in teſtulis* (inquit) *Dii veſtri?* Iterum libro prænominato, *colligati nobilitent teſtulas, & catera, quibus ſigna conſiunt.* Similiter lib. 7. *Dii ex ære facti, teſta, gypſo.*

Pag. ead. *Et quid [quæſo] ut faciat, præſidatum focorum Deus iſte ſortitus eſt?*

Legendum arbitror, *Ecquid, quæſo.* proinde etiam libro 7. *Et quæ gravior infligi contumelia Diis poteſt, quam ſi eos credas accepto mero propitios fieri.* reſcribo, atque punctis inluſtro: *Ecqua gravior infligi contumelia Diis poteſt, quam ſi eos credas accepto mero propitios fieri?* Alibi ſuppedito alia.

Pag. ead. *Curat, ut ad ſenſum palati ſuis cum jucunditatibus veniant rerum incorruptarum ſapores.*

Nihili eſt quod mihi permitto, dum reſtituo, *ſummis cum jucunditatibus.* facilis eſt lapſus ex adfinitate vocum, præſertim ſi nomen adbrevies.

Pag. 131. *In tutela ſunt Orbona, orbati liberis parentes; in Nænia quibus extrema tempora: nam quæ durat & ſolidat infantibus parvis oſſa, oſſilago ipſa memoratur.*

Nolo eadem iterare ſæpius: nam *Oſſipanga* legendum, oſtendi libro ſuperiore. De cætero, orbum dicebant veteres tam patrem qui liberos, quam liberos qui patrem amiſiſſent. Utriuſque teſtem habemus M. Tullium Cicer Eodem ſpectare video iſta Pauli, apud Pompejum Feſtum: *Giba eſt, qua patrem, aut matrem, aut filios, quaſi lumen amiſit.* eluenda reor, *aut filios, aut ſi lumen amiſit.* altero lumine orbum, & luminibus orbum corpus, Plinius dicebat. Similiter Ovidius: ----- *luminibus orbus*
Rupibus incurſat -------

Iacere lumina ad plagam occiduam, dicit hic ſcriptor hoc libro; objicere lumini

mini & conſpectui, lib. 1. Verumtamen ut ad ſcriptoris noſtri illa jam propoſita reveniamus, in iis (ut ego quidem opinor) hæſit olim *jam*, pro *nam* tranſeundi particula, ſcriptaque fuêre in hunc modum: *jam qua durat, & ſolidat.* Terent. Eun. *Iam hoc aliud eſt, quod gaudeamus, miles pellitur foras.* Præceſſit abhinc una aut altera linea: *Noduru dicitur Deus, quia ad nodos perducit res ſatas; & qua praeſt frugibus ferendis, Noduterenſis.* Leviuſcula ſunt fateor, quæ moneo: at fullonem diligentem imitor, quoad poſſum, & maculas etiam minutiſſimas illibenter prætereo. tu judicabis, an iſta merito eluam: *Nodutis dicitur Deus, qui ad nodos perducit res ſatas; & qua praeſt frugibus terendis, Noduterenſis.* Auguſtinus 4 de civitate Dei: *Prefecerunt geniculis, nodiſque culmorum Nodotum.* ſcripſerim utrobique *Nodotus, Nodoterenſis.* vix etiàm diobolare quod adjiciam.

Pag. 132. *Quis Limentinum, quis Limam cuſtodiam liminum gerere, & janitorum officia ſuſtinere.*

Dicam quod ſentio, *Limam* Deam quæ ſit ignoro: neque eam hîc tolerandam puto. ſubſequitur enim in Arnobio, *Quis curatores obliquitatum Limos?* Auguſtinus libro quarto de civitate Dei, cap. 8. irrideus paganorum ſtultitiam qui uni homini oſtiario domum totam committant; tres uni januæ Deos præficiant, ait: *Tres Deos iſti poſuerunt, Forculum foribus, Cardeam cardini, Limentinum limini.* eoſdem illos pari numero Tertullianus ponit in ſuo Scorpiaco: ſed iſtic *Cardum* legitur. Iterum in libro de corona mil. *Cardum* nominarunt. denique in libro de idololatria *Cardea* lectitatur. Quid ſi *Cardeum*, & *Cardeam*, item *Limentinum*, & pro *Lima* iſta *Limentinam* deam coluiſſe ſuſpicemur? pariter ut Robigum, & Robiginem.

Pag. 133. *Et, quod maximè pigri ament, ſecurum per opulentias ocium.*

Adlubeſcebat mihi conjectura, *ſecurum per pollentias ocium.* Salluſtii Catilinario maculam eluo: *Sed poſt, quàm res eorum civibus, moribus, agris aucta, ſatis proſpera, ſatisque pollens videbatur, (ſicuti pleraque mortalium) invidia ex pollentia orta eſt.* Vulgant, ut vulgus ſolet, *ſicut pleraque mortalium habentur, invidia ex opulentia orta eſt*; cæterum cum in manuſcriptis exemplaribus reperirem *habetur*, illud verbum pro gloſſemate indurit: & id merito factum, perſpicient ſcio, quibus perſpectus ſtylus illius auctoris. Dein cur minus recipiendum ſit nomen *pollentia*, quod expreſſim ſcriptum in membranis D. Iacobi Hutteri, Theologi Agrippinenſis egregii, cauſam nullam video. Plautus Rudente: - - - - *ne ineptorum potior ſit pollentia.* Apulejus libro 10. *Matrona pollens, & opulens.* Eidem id vocabulum reddidi lib. 8. Aſini aurei: *Vindicarent de pollentiſſimo* [excuditur hactenus *pollutiſſimo*] *divite mortem fratris.*

Pag. ead. *Non ficis, betis, caulibus.*

Qui in membraneis ſcripſere *ficubus*, præcepta Grammaticorum obſervaverunt, quibus fici ſunt vitia corporis, ficubus autem fructus deſignant. Conſule Soſipatrum Chariſium. Horatius:

Tum nux ornabat menſas, cum duplice ficu.

Sed ea de re elegantiſſimum Martialis epigramma:

Cum dixi ficus, rides quaſi barbara verba,
Et dici ficos, Caciliane, putas.
Dicemus ficus, quas ſcimus in arbore naſci;
Dicemus ficos, Caciliane, tuos.

Pag. 133. *Et negligi ſacrilegè clamitatis, quiritaminique contemni Larem genium focorum.*

Membranæ amplexæ *ſacrilegio*: item, *contemni Lateranum genium focorum.* Supra hoc eodem libro: *Lateranus, ut dicitis, Deus focorum eſt, & Genius.* Secundò idem dicitur pagina eadem, qua præcedentia: *quiſquis iſte eſt Lateranus, abſcedet.* Sequitur ſubinde porrò, *mala quotidianis acceſſionibus inoleſcant.* ſcriptus codex refert *inſoleſcant.* eum audiat, & ſequatur, qui volet.

Pag. ead. *Et quia non ſupplices Mutuno procumbimus, atque Tutuno.*

En ineptiam Romanæ editionis. *ſupplices, id eſt, humi procumbimus* mutanda potius fuerant nomina *Mutino, Titino*; alii *Tutano* ſcribunt: quem unum eundemque Deum facit Feſtus. *Priapum* nominatim Græcos ſcribit Auguſtinus libro 4. de civitate, cap. 11. & ita eum nominatum memini ab Arnobio. Feſtus ſacellum ejus Dei Romæ fuiſſe indicat in Veliis adverſum murum muſtellinum. Conſulendus Lactantius lib. 1. cap. 20. Tertulliani apologeticus cap. 24. Auguſtinus lib. 4. de civitate. qui an Feſto auſcultare omnes debeant, tu optimè judicabis. etſi membranæ perpetuò ſcribant *Tutuno*, quas ego ſequor.

Pag. 134. *Eandem tamen facietis fidem, Melloniam.* &c.

Tanta apud me auctoritas membranarum fuit, ut in textum eam lectionem retraxerim, adhibita poſt interrogationis notula. Impreſſi libri remiſſius hæc recitabant, *numquam tamen facietis fidem,* &c.

Pag. ead. *Antitheos ſæpius obrepere pro veris.*

Codex Italicus, & manuſcriptus præ ſe tulit, *pro accis.* puto debuiſſe edi, *pro accitis.* Adſuam è pag. 125. quod in editione, neſcio qua, non rectè mutatum: *Quis Libentinam, quis Liburnum libidinum ſupereſſe tutelis.* vulgarunt illi: vide Canteri Notas: *præeſſe tutelis.* at de priori lectione recedendum non eſt: neque audiendus Agellius, qui ea notione verbum *ſupereſſe* cenſuit non rectè dici. Ipſe pro ſe cauſam dicet Arnobius, qui libro ſuperiore, *Ludentis eſt dicere, Deos nobis ſupereſſe cuſtodes.* Iterum prænominato libro: *Vnà Bionibus* [inquit] *ſupereſt Vnxia, cingulorum Cinxia replicationi.* contendit hac cauſa contra Agellium Ianus Palmerius, & alterum Germaniæ lumen Ianus Gulielmius, mihi tibique chariſſimus, lib. 2. Veroſimilium, cap. quarto. Præceſſit modò, quod in Romana editione non rectè publicatum exiſtimo. nempe

Pag. ead. *Vnde vobis eſt ſcire, an ſit unus aliquis, qui ſuccedat pro omnibus, quos invocatis, partibuſque ſe cunctis locorum, diviſionumque ſupponens, multorum vobis ſpeciem divorum præbeat, & poteſtatum?*

Illud mihi eximi nequaquam poterit, quin veram hujus loci reſtitutionem odoratus ſim, & pro illa gratiam ſint habituri Arnobii ſtudioſi: *partibuſque ſe cunctis jecorum, diviſionumque ſupponens.* ſive, pro declinatione vetuſta, *jocinorum.* ad extiſpicia rem totam pertinere, indicio ſunt hæc non multo antè præmiſſa: *numquam tamen facietis fidem, Melloniam* [*verbi cauſa*] *vel Limentinum inſerere ſe fibris, & ad rerum ſignificantias, quas quæritis, aptare.* Tum & illud quoque pro me facere non negabis: *Numquid illorum* [Deorum puta] *aliquando vidiſtis os, habitum, faciem? aut eadem hæc poſſunt in pulmonibus, aut jecuſculis conſpici?* Fibras porrò jecorum eſſe, teſtis Feſtus. has in extiſpiciis diſpici maximè ſolere, incognitum eſſe non poteſt iis, qui antiquitatis ſtudium,

dium, & vetuſtatis lautitias, primis labris deguſtarunt. cui vacat, legat fragmentum Labeonis ex libro 15. de diſciplinis Hetruſcis apud Fulgentium Placiadem in *Manales*, & Apulejum apologia prima pro ſeipſo. Unum addam teſtimonium Livii de Manlio Torquato, ac P. Decio Mure coſſ. ex libro primo: *Romani conſules priùs, quàm educerent in aciem, immolaverunt. Decio caput jecinoris à familiare parte caſum aruſpex dicitur oſtendiſſe, Manlium egregiè litaſſe.* Id quam fuerit ominoſum, oſtendit mox & rata, & rata ipſius Decii devotio. Alia inſuper obvia apud eundem Livium hac de re non pauca, & ibidem luculentiſſimè, veriſſimè à Carolo Sigonio explanata, homine audeo dicere ad hiſtoriam Romanam illuſtrandam nato, & cui vix ſimilem habituta videtur Italia tota. Videndus idem lib. 2. de jure Provinciarum, cap. 6. Illud penè ſilentio præterieram, inſaniam nimirum, ac ſuperſtitionem hanc extiſpiciorum ſublatam, atque vetitam à Chriſtianiſſimo Imperatorum Theodoſio A. cujus ea de re conſtitutio talis: *Ne quis mortalium ita faciendi ſacrificii audaciam ſumat, ut inſpectores jecoris, extorumque præſagio vanæ ſpem promiſſionis accipiat, vel* [*quod eſt deterius*] *futura ſub exſecrabili conſultatione cognoſcat.* l. 2. C. de paganis. habes quis finem iſtiriinſaniæ dederit: primum auctorem ſi requiramus, Tagem Thuſcum fuiſſe notat Arnobius libro ſecundo. *Antequam Tages Thuſcus* [inquit] *oras contingeret luminis, quiſquam hominum ſciebat aut eſſe noſcendum, condiſcendumque curabat, in fulminum caſibus, aut extorum quid ſignificaretur in venis?* Tibullus lib. 3.

Vera monent Thuſcis exta probata viris.

Meminit Feſtus in *Tages*. Cenſorinus de die natali, cap. 2.

Pag. ead. *Quiſnam iſte eſt unus? interrogabit. Fortè poſſumus iſtum veris auctoribus dicere.*

Lectio vetus in tantum ſe mihi probat, ut in textum reſtituendam decernere auſim. *Quisnam iſte eſt unus interrogabitis? Fortè poſſumus inſtituti veris auctoribus dicere.* Arnobius ipſe de ſeſe loquens libro primo, *Nunc doctore*, inquit, *tanto in vias veritatis inductus, omnia iſta quæ ſint ſcio.*

Pag. ead. *Non tantùm puerculi, & procaces; verùm etiam ſerii, atque in mores tetricia aſperitate durati.*

Membranarum ſcriptura eſt, *ſerii, atque mares tetrici aſp.* ſed hæc mihi lumen præbuit ad offendendam genuinam, & ſinceram: *verum etiam mares ſerii, atque tetricia aſperitate durati.* Serium virum appellat Macrobius Ariſtotelem philoſophum: idemque hominem ſerium lib. 3. Saturnal. cap. 7. Perinde & Apulejus apologia prima: *Etiam Solonem fuiſſe virum ſerium negabis?* vide Nonium in voce *Serium*.

Pag. 135. *Secundus* [Sol ſcilicet, ſive Mercurius] *Regina, & Hyperione proditus genitore.*

Pro *Rea*; quæ in editione Gelenii, Canterus revocavit in textum *Reginam*. atqui membranæ abeunt longius, dum nobis repræſentant hanc lectionem, *Secundus æquè Iovis, & Hyperiona proditus genetrice.* de qua pronuntio, Apollinis reſponſum eſſe. Arnobius lib. eodem: *Ex Hyperiona, inquitis, matre, & ex Iove jaculatore fulminis, Sol aureus, & flagrantiſſimus natus eſt.* non tam gemini fratres illi Plautini, quàm hi duo loci ſunt.

Pag. ead. *Qui in Proſerpinam dicitur genitalibus adhinniviſſe ſubrectis.*

Ita reſtitutus locus è manuſcripto, nam improbanda vulgaria lectio *adhinniſſe*.

nuisse. Apparebit vel ex altero hoc ejusdem scriptoris testimonio libro 5. *Etiámne in filiam efferati pectoris appetitionibus adhinnivit.* Sed leviusculum est etiam, quod subnectemus.

Pag. 136. *Ac ne longum videatur, & nimiùm minutum velle capita ire per singula.*

Lectio libri veteris *minuatim*, mutanda fortasse in *minutim*, vel *minutatim*, hac distinctione: *Ac ne longum videatur, & nimium, minutatim velle capita ire per singula.* Lucilius libro 5. Satyrarum ------ *cogitat vis ire minutim.* Varronem audi de altero, lib. 4. de Lingua Latina: *Quo vinum dabant, ut minutatim funderent, à guttis guttum appellarunt.*

Pag. ead. *Fingite enim nos vel auctoritate* [*idonea*] *motos.*

Quod membranæ præ se ferunt abjecta voce inclusa *commotos*, in id si consentiam, vereor ut frustra sim. quippe vocabulum *idonei* admodum hic significans est. qua phrasi in constitutionibus Imperatoriis *idonea* dicitur substantia curatoris, id est, *sufficiens*, in l. cùm furiosus §. Sin verò, C. de curatore furiosi. Itemque *homines idonei* vocati, quibus pecunia rectè, tutoque creditur. l. tertia, C. de usuris pupillaribus. Iterum alibi *minùs idonei* efficiuntur, qui pinguiore fortuna excidunt, l. prima, C. de dividunda tutela. Hoc amplius, multum esse hunc auctorem in phrasi Iureconsultorum si cui minus notum est, illi ex hisce Electis nostris, uti spero, satis superque innotescet.

Aliter in Edit. nostra.

Pag. ead. *Immo inquiet quinta, Minerva tu sis?*

Movit me lectio antiqua. *Minerva tutunis*, ut suspicarer verum esse, *Minerva tutun'es.*

Pag. 138. *Aut ex pateris aureis in seriam vina defundi.*

Probè correxit Lud. Carrio, *inferia vina.* eum vide libro 2. Emendat. cap. 3. & Arnobium ipsum libro ultimo, item Iacobi Cujacii Obser. lib. 2. cap. 12.

Pag. ead. *Possumus hæc eadem de Mercuriis, Solibus, immo de aliis omnibus, quorum numeros renditis, & multiplicatis, enumerare.*

Audeo reponere de conjectura, & quidem bono periculo meo, *quorum numeros extenditis, multiplicatis. ostendere*, vel *estendere*, pro *extendere*, non semel in manuscriptis offendi. itidem scribi solere *ninsi*, *ausi*, pro *nixi*, *auxi*, alibi docui, & juris scripti loca aliquot persanavi, ubi *ostendi* malæ manus suppo-suerunt, cùm scribere debuissent *extendi.* qua de re vide in Commentario nostro ad Vegetium. Apud Solinum cap. 41. membranæ legunt, *ostendere radices*; quod mihi tantundem valet, atque, *extendere radices.* Parum abfuit, quin præteritem tacitus, immutandum quoque videri in verbis superioribus Arnobii istud, *de aliis omnibus*; ac rescribendum, *de aliis numinibus.* Longum sit recensere quot Veneres, quot Apollines, Dianas, cæca illa antiquitas sibi finxerit, numerum, ac censum Deorum indies augendo, extendendo, quo de hic agitur. Ioves trecentos Tertullianum memorare commemini.

Pag. ead. *An explorata, & cognita Theologi scriptitarint; an, ut visum est, atque sedit, libidinosam extulerint fictionem?*

Non melior, arbitratu meo, lectio vetus, *libidinosa extulerint fictione?*

Pag. 139. *Quod non* [*ex*] *hominum descriptis.*

Distractis duabus vocibus, quæ coaluerunt, corrigebam, *quod non hominum de scriptis.* in qua opinione gaudeo Italos mecum sentire.

Pag.

Pag. ead. *Per humani generis jura, atque ipſius mortalitatis conſortia, cùm auditis, & legitis*, &c.

Obteſtandi, ſeu obſecrandi hic modus valde elegans: integer quidem hoc loco, alias tamen non ſemel interpolatus, ut oſtendi in Quæſtionibus Apulejanis.

Pag. ead. *Aut cùm* [*eſſe*] *arbitramini vos ita.*

Conatur juvare recens editio Romana iſtiuſmodi ſcriptione, *arbitramini eos ita*: ſed non potiuntur voto. Exclude illud [*eſſe*] mandato libri optimi, & vide ſitne *arbitrari* collocatum hoc loco pro judicare. qua notione id crebrum in ſcriptis Apuleji, & Plauti.

Pag. 140. *Nos enim ſanè nativitatis expertes Deos eſſe cenſemus, aut ſi aliquos ortus habent.*

Reſtitui fide membranarum, *Nos enim*, &c. *aut nativitatis expertes D. e. cenſemus: aut ſi a. o. habent.*

Pag. ead. *Uſu farreo, coëmptione genialis lectuli ſacramenta conducunt.*

Veſtigiis inſiſto ac relego, *uſu, farreatione; coëmptione.* nam his tribus modis Romani uxores habuêre: de quibus Ulpianus in fragmentis inſtitut. tit. 8. Cicero, itemque Boëtius Topicis; Feſtus in verbo *diffarreatio*; Plinius lib. 18. c. 3. Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 2. Apulejus l. 10. *Talis mulieris publicitus matrimonium confarreaturus.* malè cuditur, *confarraturus.* Sed ut farreatione contrahebatur matrimonium, ſimili ratione per diffarreationem, id eſt, ſacrificium, cui farreum libum adhibitum, diſſolvi ſolitum. Reſtat etiam in cæteris Arnobii leviuſcula macula. Eluo, *genialis lectuli ſacramenta condicunt*, quod vulgo editur *conducunt.* ineptum eſſe vidit quoque Urſinus, ſimiliter & Modius noſter, qui mecum concurrunt. *Fœdera genialis lectuli*, Arnobius non multo inferius appellat: *Fœdus thori genialis*, Apulejus nono de aſino. Alluſum autem ad formulam nuptialem, qua fides viciſſim dabatur: *Ubi tu Cajus, ego Caja.* quæ quidem formula hanc habuit originem. uxor Tarquinii Priſci regis Romanor. Caja Cæcilia appellabatur. ejus nomen, boni ominis cauſa, poſt in nuptiis frequentatum, ut auctor Feſtus, cui adjungendus Plutarchus in Problem. De lectulo geniali poſt Gulielmum Canterum, & Joſephum Scaligerum, adeundus Juſtus Lipſius in Electis lib. 1. c. 17. & Plutarchus Probl. 2.

Pag. ead. *Et quod participes feſcenninorum non eſſent, perturbaſſe diſcordiis omnia.*

Doctiſſimus, ac diligentiſſimus patiter Modius, è libro veteri hanc mihi ſuppeditavit varietatem, *& quod participes, & quid feſcenninorum non eſſent.* Animum advortas, quæſo, anne ſententiam erexerim, *& quòd participes aquè feſcenninorum non eſſent.* Similem iſtius particulæ reſtitutionem ſuperius paullo à nobis factam memineris ni fallor. Et crebrum in auctoribus, ut *Æque* abſolutè ponant.

Pag. ead. *Quid dicitis ô viri? ergone (iterum dicam) tonans, fulgens, & fulminans, & nubila terribilia conducens.*

Non diſſimilis vero futura lectio, *tonans, fulgurans, fulminans.* quæ tria apud Minutium Felicem ſimiliter vidi conjuncta. *Cum tonat* (inquit) *fulgurat, fulminat, ſerenat.* itemque tonitru, fulgur, & fulmen, non procul inde, conjunguntur.

Pag.

Pag. 141. *Suxit fluenta mammarum, vagitum edidit, repsit? atque, ut fletum poneret ineptissimè tractum, crepitaculis obticuit auditis?*

Illud *tractum* ad vocem præcedentem *fletum* retrahere queas: mihi tamen suspicio incidit ab ipso auctore non esse; quod series, & filum orationis arguere videntur. possimus restituere, *ineptissimè jactatum*, memores illius, quod supra lib. 2. legitur, *ad silentium pavidi motibus nutricis, & crepitaculis adducerentur auditis.* sed obstare existimo, quod mox de cunis ad somnum inducentibus subditur. ea re conor legere, *ut fletum poneret ineptissimè tactus.* matrum, & nutricum est tangere, & mulcere infantes ut placent, somnumque inducant. eo alluſit Plautus Amphitruone:

Quod si ego illum tractim tangam, ut dormiat?

Minutius Felix, *Infantes*, ait, *immolabantur, blanditiis, & osculo comprimente vagitum.* Lubet indicare, unde ortam suspicer superioris scripturæ depravationem: quia hæc res multas passim in libris turbas dedit. habuit ἐρχόμενα *tractu*, vel *tactu*; & pro s littera, superiùs adhibita fuit [ut in manuscriptis quibusdam solet] nota illa, quæ vulgo apostrophen designat hinc quod proximum erat, ab ineptis, loco prædictæ notulæ, postea adhibita superium recta linea, quæ nobis valet n, aut m. Et hac ratione [ni fallor] enatum illud tactum, & similia in aliis libris sexcenta.

Pag. ead. *Conceptatur, & gignitur terrenarum proluvies bestiarum.*

Optima lectio vetus, *& genitur.* quod enim nobis hodie gigno, genui, genitum, id antiquis fuisse geno, genui, genitum, satis abundeque docui in Quæstionibus Apulejanis, ad librum de Deo Socratis.

Pag. ead. *Nec contenti hos coitus gravitati attribuisse Saturnia.*

Et hic palmaria correctio libri manuscripti, *& hos cœtus.* Cœtum pro coitu, tribus ad minimum vicibus Arnobio reddemus, præeunte libro vetusto: & præter Lucretium, cujus phrasin hic scriptor unicè adamasse videtur, ipsum quoque Ciceronem perinde locutum, infrà ostendetur.

Pag. ead. *Ipsum regem mundi flagitiosiùs liberos procreasse, natum, atque editum prædicatis.*

Non sunt repudiaturi scripturam veterem, quibus scriptores veteres, & fabulæ veterum sapiunt: *flagitiosiùs liberos procreasse, quàm ipse est natus, atque editus, prædicatis.*

Pag. ead. *Ex Latona arquitenens Delius, & sylvarum agitatrix Diana.*

Familiarem quondam librariis morem, adspirationis notæ non adscribendæ, offendisse credo typographos, eoque pro *abitatrix*, quod valebat *habitatrix*, expressisse *agitatrix.* Opinionem nostram juvant diversi poëtæ. Virgilius Dianam nemorum custodem. & cultricem appellavit, Horatius montium custodem. Ovidius libro tertio Metamorphoseos:

Hic Dea sylvarum venatu fessa solebat.

Statius in lib. Theb. - - - - - - - - - *in nostris nemoralis Delia sylvis.*

Tres lapides antiqui *Dianæ Nemorensem* agnoscunt. Differuit paullo superiùs auctor noster de summo Iove, ubi Gentilium opinionem ineptam admiratur, quod ausint adserere illum matris alvo effusum, & uberum alimonia lactatum. verba sic vulgo se habent, ut subinde legentur.

Pag. ead. *Ex Semela, atque ipsâ (Iove scilicet natus est) Liber, qui Bromius dicitur, ex ipso rursus; & Maja, Mercurius.*

Magna

Magna sanè fraus, si quam modò hoc loco frausi librorum descriptores, qui locum hoc modo interpolant: *qui Bromius dicitur, & ex semine iterum natus patris.* quamquam mihi nulla hic suspectio: nisi quòd rescribendum planè est *femine*, pro semine. id enim ipsa fabula flagitat: Liberum nempe, sive Bacchum, prius à Semele matre ex Iove conceptum; deinde exusta fulmine matre, puerum utero exemptum, Iovis femori insertum fuisse, & inde maturo partu enixum. Sosipater Charisius lib. 1. *Hoc femur femoris, & femiais.* Idem Grammaticus iterum libro eodem: *Hoc femur* (inquit) *hujus femoris, sed frequentius hujus feminis, huic femini.* Tibullus: *Implicuitque femur femini.* Virgilius: *Eripit à femine* ..... Idem prædictus Grammaticus, *Femen*, ait, *nominativo, ut semen, necdum legimus à veteribus adsertum.* Alii Grammatici sic distinguunt, ut femen posteriorem, carnosioremque pulpam; femur autem anteriorem, & adverso homini propiorem significet.

Pag. ead. *Non illi satis fuerat Iuno, nec sedare impetum cupiditatum in regina poterat numinum, cùm nobilitas eam commendaret tanta, facies, oris dignitas.*

Quid si Arnobius dixerit, *cùm nobilitas eam commendaret, lauta facies, oris dignitas.* Alibi itidem homines lautos, lauta ingenia dicit. at in manuscripto est *os, dignitas.*

Pag. 142. *O egregia merces culpæ, ô digna, & pretiosa dulcedo.*

Quod in membranis esset, *O grã merces*, arbitrabar legi posse, *O grandis merces.* de qua voce dictum mihi in Commentario Vegetiano. Mox conabar tantum legere, *veritatem propiùs intueri.* vulgò est, *veritatem propriam:* post placuit maximè, *veritatem promptam*, id est, in aperto positam. Subdit enim, *quas opiniones in melius reformare, ante oculos posita veritate, renuistis.*

Pag. 143. *Numquid incestas nuptias cum sorore Iovem ipsum dicimus fecisse nos? aut invitatum adejus mensam, pro suillis visceribus prolem nescium Lycaoniam transisse?*

Si erro, cum diligentia errorem compensandum seu pariandum autumo. in codice membraneo exstabat, *illis visceribus prolem*, &c. legere audeo, adhibita, quæ supra modum neglectui esse solet librariis antiquis, adspiratione, *pro hillis prolem.* nam alterum illud *visceribus* spurium est, & metum interpretamentum vocis præcedentis. hillæ, seu (ut alii vocabant) *hirræ*, in genere farciminum fuerunt, ut infra latiùs ostendam ad librum septimum.

Pag. ead. *Quis in Thracia finibus* (Martem intellige) *procreatum? non Sophocles Atticus?*

Videndus Flavius Vegetius lib. primo de re militari, cap. ult.; & quæ nos inibi commentati sumus; item Novella Iustiniani A. XXVI.

Pag. 144. *Quis, dum genitalibus insultat alienis, hæsisse in laqueis involutum?*

Martis, cum Venere in adulterio capti, fabula agitur: quapropter valde concinens in rem præsentem libri manuscripti lectio, *dum genialibus insultat alienis.* Geniales lectulos intelligit. Loquitur similiter Arnobius libro quinto, *quis illa furta dulcissima in alienis genialibus perpetrasse? non vos?* Genitalia autem ea membra sunt, quæ nominare, nisi honore præfato, non licet. Arnobius lib. 5. de Attide scribit hæc, *genitalia sibi desecat.* Suprà lib. 2. *genitalibus* (inquit) *Opis adjunctus Saturnus:* etsi istic membranis placet, *genialibus*

Opis adjunctis. Iterum editur rectè lib. 6. *tum ejusdem numinis signo genialibus fusum thoris.* Apulejus lib. 2. *Et à nexu quidem Venereo hospitis tui tempera, & probi Milonis genialem thorum religiosus suspice.* De geniali lecto, quem etiam adversum dixére, consulendus Iustus Lipsius lib. 1. Electorum cap. 17. & Iosephus Scaliger in Castigationibus ad Festum, voce *Plutus.*

Pag. ead. *Minervam luminis ministram, & lucernarum modulatricem.*

Levis mihi incessit suspectio, *inoleatricem* scribi posse, compositionem nominis non nimium mirabitur, cui in mentem erunt ista apud Nonium Marcellum, *pauperare, incertare; pigrare, vanare*; item apud Virgilium *arietare*, apud Apulejum *fauces fame araneare*; apud eundem & Plautum *ingeniatus.*

Pag. ead. *Qui Patrocles Thurinus scriptorum in titulis indicatur.*

Mihi verò simillimum, *in titulis indigitatur*, quod accipio nominandi significatione, Macrobius utitur lib. 1. Saturnalium, cap. 20

Pag. ead. *Arsinoas, Chryses, Hypsipylas Marpessas,* &c.

Restituo ex Clemente Alexandrino *Arsinoas, Æthusas:* verba Clementis non repeto, quòd ea adscripserit ad eundem hunc locum clarissimus Theod. Canterus. Neque dissimulo, in æquam hujus correctionis partem venire mecum Fulvium Ursinum.

Pag. 145. *At Hercules Sanctus Deus.*

Pariter ut alibi, itidem hoc loco scribendum autumo, *Hercules Sancus Deus.* orthographiam probat Festus in voce *propter*; ubi Herculem eundem esse cum Sanco notat. Idem in *Pradia* Saucum etiam Dium fidium vocatum tradit: idque inde introductum, quod Hercules Iovis filius esset; & veteres fidium, pro filium dicerent. quemadmodum in multis I pro d utebantur, & contra, testante eodem Festo in *Medius fidius:* in *Seliquastra.* Varro lib. 4. de lingua Latina: *Dius fidius dicebat Diovis filius, ut Graci Διόσκουρον Castorem: & putabant hunc esse sangum ab Sabina lingua, & Herculem à Graca.* Quinimmo Sabinos Sancum, ut Quirinum suum Romanos, coluisse, tradidit Lactantius lib. primo, cap. 15. Ovidius:

Quærebam nonas Sanco, Fidione referrem,
An tibi ----------

Pag. ead. *Quid quod non contenti fœminei generis attribuisse Diis curas, etiam [sexus] adjungitis adamatos ab his mares?*

Indignationem scriptoris meliùs exprimit nostra interpunctio, *Quid?* Curæ verò hic positæ pro amoribus. Virgil. 4 Æneidos:

At regina gravi jmadudum saucia cura
Vulnus alit venis, & caco carpitur igni.

Ictum mox eodem libro quarto:

------- *nec placidam membris dat cura quietem*

Ovidius lib. 2 de remedio amoris:

Et prior est cura cura repulsa nova.

Festus Pompejus: *Cura* (inquit) *dicta est quasi cor edat, vel quia cor uret.* Postremò verò, quod in membranis omissum nomen sexus, non arbitror factum cum consilio: possumus enim *sexus mares* interpretari sexus marinos, & viriles, ut monui, cùm similia corraderem, libro primo Electorum.

Pag. ead. *Et ut Iovis dicatur pullus, in partibus Fabius aduritur mollibus.*

Quintum Fabium Eburnum Iovis pullum dictum, & similiter pueros, quos quis

quis amabat, pullos ejus vocatos fuiſſe, ex Feſto monere non deſtitit vir diligentiſſimus, & plurimæ lectionis, amicus meus Theodorus Canterus. Apud Senecam philoſophum quarta epiſtola, me judice ac cenſore, idem vocabulum poſtliminio revocabitur: *de Pompeji capite pupillus, & ſpado tulêre ſententiam.* nugantur ſcioli, qui reſtitutum arbitrantur hujuſmodi correctione, *puſio, & ſpado.* Tu ſcribe bono periculo meo, *pullus, & ſpado.*

Pag. 147. *Fefelliſſe ſupplices ambiguitate reſponſi? præcellere in furum ordine, adulteraſſe, ſerviſſe, vulneratum eſſe.*

Romani ediderunt, *in furtorum donis.* mihi eodem jure cum illis hallucinari concedatur, libens legerim, *præcelluiſſe in amorum furtis, adulteraſſe*, &c. Arnobius lib. 4. de eodem Iove, *libidinoſa ut perficeret furta.* At verò membranis placet, *in furtorum dolis, adulteraſſe*; pari locutione *bellorum furta* pro inſidiis collocaſſe Salluſtium, Virgilium, Servis obſervavit. advocabo huc etiam Propertii verſum meæ opinioni accommodatiſſimum:

Et canere antiqui dulcia furta Iovis.

Pag. ead. *Atquin omnia vos iſta & fuiſſe, & ineſſe Diis adſeveratis veſtris, neque ullam prætermittis ſpeciem.*

Geminanda & hic ſyllaba *prætermittitis.* proinde etiam principio libri ſeptimi, *ſententia reperiri nulla poteſt integrior.* Depravatè ſeu potiùs negligenter editum *reperi.* Itidem *expeRI*, pro *experiri*, l. Si quis, 24. D. de injuriis, & alia in Pandectis ſexcenta.

Pag. 148. *In cærimoniis veſtris, rebusque divinis, poſtulationibus locus eſt, & piaculis dicitur contracta eſſe commiſſio.* *Aliter in Edit. noſtra.*

In codice vereri ſcripſerunt, *poſtilionibus locus eſt*: de quo cogitabo. cætera emaculare videbar ad meum ſenſum non infeliciter, *& piacularis dicitur contracta eſſe commiſſio.* Arnobius lib. 5. *ne à manibus mortui inexpiabilis contraheretur offenſio.* Iterum dicto libro 5. *cùm unam contrahere poſſetis culpam.* Piaculares hoſtias agnoſcit Arnobius lib. 6. Varro de prætore illo, qui die nefaſto verba ſollemnia Do, Dico, Addico, per imprudentiam emiſiſſet, *Prator*, inquit, *qui tum factus eſt, ſi imprudens fecit, piaculari hoſtia facta piatur: ſi prudens dixit, Quintus Mutius abnegabat eum expiari.* adhibendus & Feſtus in *Piacularia*, in *Poſtularia.* à quo, qui ignorabit, docebitur *committere*, inter alias notiones, ſignificare *delinquere.* Terent. Andria: *Quid commiſi pater?* Sequitur mox in Arnobio, uno, & apto cum præcedentibus contextu.

Pag. ead. *Si per imprudentiæ lapſum aut in verbo quiſpiam, aut ſympinio deerraris.*

Iſta Arnobii, ex Cicerone de aruſpicum reſponſis, unde deſcripta, corrigi debent, *aut ſympulo deerrarit.* vel ſatius erit cum Feſto, & Varrone ſcribere *ſimpulo.* Deſcriptionem vaſis iſtius primùm dabo ex Feſti rutis cæſis. *Simpulum eſt vas parvum non diſſimile cyatho, quo vinum in ſacrificiis libatur.* unde & mulieres rebus divinis deditæ ſimpulatrices dicuntur. Etiam Varronem audies, puto, non invitus, qui libro 4. de lingua Latina: *Quo vinum dabant, ut minutatim funderent, à guttis guttum appellarunt*; *& quo ſumebant minutatim à ſumendo ſimpulum nominavêre.* Præclarè auctores iſti quoad uſum vaſculi: de materia, reliquum eſſe puto, ut indagemus. Ut credam vas fictile fuiſſe, idque pronuntiare auſim, unus mihi, & unicus auctor L. Apulejus erit, non tam vilis ſcriptor, quàm eum quidam æſtimant. ejus teſtimonio ſatis luculento

ex prima Apologia contentus ero. *Eadem paupertas etiam populo Romano imperium à primordio fundavit; proque eo in hodiernum Diis immortalibus* Simpule, *& Catino fictili sacrificant.* Vidi ea materia diversis in locis erutà, & unum habeo, donum eruditissimi, & nobilissimi Ludovici Hallerii ab Hallerstain. Addo Varronem, qui lib. 4. de lingua Latina hæc scribit: *Capula à capiendo, quòd ansata ut prehendi possint, id est, capi. Harum figuras in vasis sacris ligneas, & fictiles antiquas etiam nunc videmus.* Cui commodum erit, adhibebit Hadriani Iunii Notas apud Nonium, in voce *Samium*; & ejusdem Animadversa libro 2. cap. 10. Est etiam in Glossis antiquis *simpulum*, κύαθος· & ab eo vocabulo dictus Isidoro *simpulator, conviva adsiduus*; & Fulgentio Placiadi *simpulones.* Immo in vasis Ecclesiasticis, hodieque nostratibus, *pulla* appellatur vasculum, ex quo aqua, aut vinum sacerdoti ad altare præbetur. Iterum Arnobius libro septimo, *Pateras, sympiniaque depromite.* ubi manuscriptus, *sympubiáque.* quamquam id ad sacrificia non referatur. Dictum autem sympinium a Græco συμπίνειν. quod ipsum quia fieri solitum etiam (ut ex Minutii Octavio discere est) in sacrificiis; ubi reliquiæ, & pocula delibata populo tradi solent: tu dispicias velim (quod commodo tuo fiat) an idem cum simpulo sympinium; tum quod adfine admodum *sympuvium*, quod Iuvenalis libri membranei Satyra 6. & Varro apud Nonium duobus locis agnoverunt. Nonius tamen Simpuvium vas ligneum fuisse scribit.

Pag. 149. *Qui aut talia cessatis maleficia vindicare; aut non legibus latis, & severitate pœnarum, tanta iisdis obviam tempestati.*

Priorem illam disjunctivam particulam *aut* membranis debeb.

Pag. ead. *Vos aures patientissimas accommodatis.*

Non deteriorem fore scripturam arbitror, *patentissimas.*

Pag. 150. *Et quod penitus oportebat ex humani generis coalitu tolli, percensetis; ac ne ulla, &c.*

Augent verbo sententiam membranæ, *percensetis, ediscitis: ac ne ulla.* Itidem infrà hoc libro, *maledictionis elogia & referatis quotidie, & ediscatis.*

Pag. ead. *Præsumptionis certa confidentia credaretis.*

Iisdem membranis scribitur, *certissima con. cred.*

Pag. ead. *Nec à vobis saltem istum meruerunt honorem, ut quibus expellitis à vobis, eosdem ab his legibus propulsaretis injuriam.*

Ad eam formam ego restitui, sed auctoritate manuscripti. vulgant exemplaria impressa, *ac à vobis saltem istum mererent honorem.* cæterùm illud prius non viderunt correctores referendum ad hæc præmissa: *Ita ergo non decuit, &c. nec à vobis saltem istum meruerunt honorem*, &c. Redeo jam ad ea, quæ eadem hac pagina præcesserunt, *ut animosiùs consurgas audacia, incentiva extollitis laude.* quod in veteri exemplari exstat, *incentivo extollitis laudes*, id lubenter ita flecterem, *incentivo extollitis laudis*: quamvis edita lectio non deterior est.

Pag. ead. *Majestatis sunt apud vos rei, qui de vestris secus obmurmuraverint aliquid regibus. Magistratum in ordinem redigere, Senatorem aut convitio prosequi, suis esse decretis periculosissimum pœnis.*

Non est nequidquam, quòd vetus codex præ se fert, *sequius obministraverint aliquid.* nisi fallor, voluit libri descriptor, *sequius sobministraverint aliquid.* Sequius ita tritum olim optimo cuilibet scriptorum, ut nihil magis. Apulejus

libro

libro octavo Asini aurei: *placuit Thrasyllo schema feralium nuptiarum, nec sequius aliquid suspicatus.* Idem quoque sequiorem sexum posuit, pro deteriore, minus bono; id est, feminino, ut in Quæstionibus demonstravi. Afranius: *Sin, id quod spero, ratio talis sequius ceciderit.* Charisius libro primo Institutionum à neutro secus, pro sexu, formari ait secus Adverbium, quod significat aliter: unde nascitur ἀμοιβαῖον. Apud Nonium in Ruminare Varronis verba lego sic: *Non modò absens quidquam de te sequius cogitabit,* (vulgo *cogitavit*) *sed etiam ruminabitur humanitatem.* De majestatis crimine ita Marcianus Iureconsultus: *Lex Iulia, majestatis præcipit eum, qui majestatem publicam læserit, teneri.* l. 3. D. ad legem Iuliam majestatis. Immo qui statuam Principis lapide impetit, majestatis reus est, l. 5. & l. 6. D. dicto titulo. Hoc amplius, crimen majestatis animæ amissionem sustinet, & memoria rei etiam post mortem damnatur, §. publica autem, Institut. de publicis judiciis; & l. Manichæos, C. de hæreticis. Iam quod ad Senatores attinet, adeò inviolatos conservari voluerunt Imperatores Arcadius, & Honorius, ut eosdem corporis sui partem esse protestati sint, l. quisquis, C. ad legem Iuliam majestatis. Convicium à collatione vocum, quasi convocium, dici ait Labeo, quem vide in l. Item, D. de injuriis.

Pag. 151. *Carmen malum conscribere, quo fama alterius coinquinetur, & vita, decemviralibus scitis evadere noluistis impunè.*

Ipsam decemvirorum legem ex 12. tabulis rei illustrandæ adscribendam puto. SI QUIS CARMEN OCCENTASSIT, ACTITASSIT, CONDIDISSIT, QUOD ALTERI FLAGITIUM FAXIT, CAPITAL ESTO. Hanc non melius aliunde, quàm Ulpiani verbis, interpretandam existimamus, qui libro quinquagesimo ad Edictum ita scribit: *Si quis librum* (alii libellum nominant, Cicero carmen famosum, 4. Tusculan.) *ad infamiam alicujus pertinentem scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret; etiamsi alterius nomine ediderit, vel sine nomine, uti de ea re agere liceret, & si condemnatus sit qui id fecit, intestabilis ex lege esse jubetur.* l. Lex Cornelia, §. Si quis, D. de injuriis, & famosis libellis. Cæterùm extendit hoc crimen Senatus Romanus. nam eadem pœna ex Senatusconsulto etiam eum constat teneri, qui ᾠδογράφημα, aliudve quid, sine scriptura, in notam aliquorum produxerit. item qui emendum, vendendumve curaverit. §. eadem, dicta l. Lex Cornelia. Addam ulterius, quod in actione hujus injuriæ Imperatores Valentinianus, & Valens AA. constituerunt; quorum constitutio ita dictat: *Si quis famosum libellum, sive domi, sive in publico, vel quocumque loco ignarus repererit; aut corrumpat, priusquam alter inveniat, aut nulli confiteatur inventum. Sin verò non statim easdem chartas vel corruperit, vel igne consumpserit, sed vim earum manifestaverit; sciat se quasi auctorem hujusmodi delicti capitali sententia subjugandum.* l. Si quis, C. de famosis libellis. quibus præmissis adhibendus §. injuria, Institut. de injuriis; & Cornelii Taciti liber primus Annalium. item Horatii locus qui lib. 2. epistola prima:

Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quemquam
Describi. .....

Pag. ead. *Ac ne vestras aures convitio aliquis petulantiore pulsaret, de atrocibus formulas constituistis injuriis.*

Et hîc formulæ antiquorum Iurisconsultorum aguntur: ideoque non aliis

opus commentatoribus, quàm Ulpiano, & Labeone: atrocem ille injuriam interpretatur, quasi contumelioſiorem, & majorem; ille autem atrocem fieri oſtendit aut perſona, aut tempore, aut reipſa. perſona, ut cum magiſtratui, cum parenti, cum patrono fiat: tempore, ſi ludis, aut in conſpectu magiſtratus: re, utputa ſi vulnus illatum, vel os percuſſum. l. Prætor ait, §. poſſe, D. de injuriis, & famoſis libellis.

Pag. ead. *Nonne ad uſum quæſtus ſui abutitur Diis veſtris.*

Quod in manuſcripto ſeſe obtulit *abutuntur* plurale, id ad pantomimos præcedentes referendum eſt.

Pag ead. *Gentis illa genitrix Martia, regnatoris, & populi protreatrix.*

Legendum genetrix per e, genitor per i, docui ex libris, nummis, & monumentis veterum aliàs: quare aliò jam propero.

Pag. ead. *Hercules peſtiferi tegminis circumpetitus indagine.*

Amiciſſimus mihi Janus Gulielmius reſtituebat in Quæſtionibus ſuis ad Plautum *circumretitus*; quod ſequeretur vox *indagine*, cujus propria ſedes in venatu, & ad retia. Virgilius 4. Æneid. - - - - - - *ſaltuſque indagine cingunt*. quam familiaris mei conjecturam corroborari animadverti cum auctoritate libri manuſcripti, tum iſto Arnobii altero loco, qui eſt lib. 5. *Martem, & Venerem Vulcani eſſe circumretitos arte.*

Pag. 152. *Atque, ut fallere caſtitatem alienarum poſſit familiàs matrum, ora mutare fallacia, & in ſpecies conjugum ſubditicii corporis ſimulatione ſuccedere.*

Veſtigia hæc in manuſcripto ſunt, ut prorſus ſcribendum cenſeam, *ora immutare pellacia:* ſcripſit enim librarius membranarum *ellacia*, jam ſubinde porrò *ſubditivi* repoſuit, loco *ſubditicii*. ſed utrumque adæquè crebrum in auctoribus pari notione. Prius illud, vide ſi ne confirmetur his verbis è lib. 5. *ex partu virginis, tauri ſpecie, fuſa Iovialis monumenta pellacia.* itemque iſtis ex eodem libro quinto extremo: *Quid pro cygnis, & ſatyris? quid pro aureis imbribus? in quos idem ſe pellax fraude induit perfida, formarum varietatibus ludens?*

Pag. ead. *Nam noſtra quidem ſcripta cur ignibus meruerint dari? cur immaniter conventicula dirui? in quibus ſummus orator Deus, pax cunctis, & venia poſtulatur magiſtratibus?*

De conventionibus hiſce Chriſtianorum, & quidem antelucanis, ad conventicula ſua, & carmine Chriſto ibidem decantato, notata mihi lectu, atque obſervatione digniſſima Plinii epiſtola ad Trajanum A. multis ante Arnobii ætatem annis ſcripta. ea exſtat apud Plinium Nepotem libro 10. epiſt. 97. & meminêre illius Oroſius libro ſeptimo, Tertullianus in Apologetico, & Euſebius in Chronicis. Quinimmo & hæreticis quoque omnibus ab Arcadio, & Honorio AA. memini interdictum *ad litaniam faciendam noctu, vel die profanis coire conventionibus.* ita enim lego cum membranis caſtigatioribus. in l. cuncti, C. de hæreticis. ex qua conſtitutione liquet, Plinium prædicta ſua epiſtola his verbis, *carmenq; Chriſto quaſi Deo dicere*, non aliud quàm [illegible], & ſupplicationes Chriſtianorum publicas deſignaſſe. Pertinet ad Plinii epiſtolam, quemadmodum ad conſtitutionem Imperialem, lex antiqua, quæ in 12. tabulis: NE QUIS IN URBE COETUS NOCTURNOS AGITET. meminit Portius Latro oratione in Catilinam. neque abs re fuit, quod veteres *no-*

res *noctem intempestam* appellarint, ut notat Varro ex Bruto, & Ælio, lib. 5. de lingua Latina, eo quod tunc tempus agendi nullum. idemque notavit Censorinus libro de die natali, cap. 10.

Pag. ead. *Pudicos, castos familiares, communicatores rei, & cum omnibus, quos solidet germanitatis necessitudine copulatio.* *Aliter in textu nostro.*

Primo loco Iani Gulielmi conjectura nostro calculo confirmanda, *familiaris communicatores rei.* innuit enim, in prima Ecclesia, quæcumque Christianorum erant, in commune collata fuisse, nil cuiquam remansisse proprium. vide Acta Apostolorum cap. 2. & 4. Quæ reliqua sunt, ea non sine mendo quoque publicari indicio est exemplar vetus, in quo repertum non *copulatio*, sed istius vice *copulatos*, conor juvare, *& cum omnibus, quos solidet germanitas, necessitudine copulatos.* Solens id Christianis, ut libenter audirent, seu dicerentur fratres. testes B. Pauli, & aliorum epistolæ: item Minutii Felicis Octavius, in quo notabam ista, *Ac se promiscuè appellant fratres, & sorores.* cui Cæcilii Natalis objectioni ethnicæ, vide, quæso, quid Ianuarius Octavius Christianus respondeat. *Sic mutuo, quod doletis,* (inquit) *amore diligimus, quoniam odisse non novimus; sic nos, quod invidetis, fratres vocamus, ut unius Dei parentis homines,* (malo *omnes*) *ut consortes fidei, ut spei coharedes.*

Pag. 153. *Sequitur ut intelligi debeat, iracundias non parvas ex opinionibus eos concipere prædictis.*

Monuit Canterus noster in Romano codice legi, *ex opinionibus eos continere prædictis.* quod similiter in membranis perseveravit. Dicta sunt illa de natura Deorum superûm; quemadmodum & illa, quæ apud auctorem nostrum subsequuntur, *qui iræ quid sit ignorant, & ab eius contenta, & permixtione sunt absoluti.* quo loco ne ambige, quin reponendum sit phrasi simili, *& ab ejus contentu, & permixtione sunt absoluti.* quod Ursinus reponit, *ab ejus contactu*, id tuo judicio, suavissime amice, discutiendum relinquo. Item & illud quod membranæ substituunt non procul hinc, *ab hujusmodi furiis*; pro vulgari, *ab hujusmodi nefariis.* Vale, ac salve.

GODE-

GODESCALCI STEWECHII IN LIBRUM V. ARNOBII ELECTA.

GOD. STEWECHIUS
IACOBO CAMPIO I. C.
BONNAM.

Vide quæſo amiciſſime Campi, quàm ſint litteris fatales hi anni admodum pauci. Ex Italis enim Carolum Sigonium, è Gallis M. Antonium Muretum, de Belgis Reinbertum Dodonæum, & Georgium Rattallerum, ex Germanis Ianum Gulielmium noſtrum, ex Vbiis Melchiorem Hittorpium, è Pannoniis Ioannem Sambucum, de Lingonenſibus Franciſcum Leſtræum I. C. mortem oppetiſſe ferunt. Si pergant (abſit omen verbis) hac via pergraſſari ſæve, & infeſtæ ſtudiis Parcæ: non aliud nobis exſpectandum præter ſæculum barbarum, & ab omni humanitate alienum. Ex obitu Iani Melleri Palmerii, familiaris noſtri, quantum damni annis ſuperioribus reſp. litterariæ acceperit, pariter mecum non ignoras. hujus ſcidas, & adverſaria amiciſſimum utrique Berchenium colligere, ac vulgare velle, (crede mihi) non ſine maximo gaudio intellexi. Tu, quod potes obſervandiſſime Campi, negotium illud promove: & veteres illos Iureconſultos, quos tuos rectè dixero, tandem aliquando luce publica donato. Vale.

Pag. 155. *Iovem diu cunctatum, Expiabis, dixiſſe, capite fulgurita: regem reſpondiſſe, cœpitio: Iovem rurſus, humano: retuliſſe regem, ſed capillo: Deum contrà, anima: ſubjeciſſe Pompilium piſcis.*

Extremum id nomen [*piſcis*] nullum eſt in editionibus Romanis, nullum itidem in membranis. cæterùm qua parte editio Romana Urſini habet, *Deum contrà animali*, eam ſequor, accipioque *animale* pro animato. poſteriori loco fortaſſean legere queas, *ſubjeciſſe Pompilium, pompili*. Videndæ Canteri, & Urſini Notæ: item Plutarchus in Numa.

Pag. 156. *An cùm ipſe jaculetur hos ignes, aliorum ſit* [*operis*] *ſcire, quibus modis iras ejus, atque animos conveniat temperare?*

De ſummo Iove fulminante loquitur Arnobius, metuo ut ne interpolarit aliquis ſuperfluo gloſſemate. nam τὸ *operis* ad Græcam phraſin explanandam adiu-

adſutum eſt, hoc modo, *aliorum ſit ſcire*, ſcilicet *opus*. qui modus interpretandi ſcriptores in ſcholis noſtris nimiſquam frequentatus.

Pag. ead. *Facite hoc, & illud, ut, quod fieri ſtatui, inane fiat, & vacuum, & ſacrum vaneſcat.*

Non hæc mihi liquebat ſententia; ideoque huc deveni, ut ſuſpicarer ſcribi poſſe, & *ſacrorum vi vaneſcat*; vel hoc modo, ſenſu pari, & *ſacrúm vi vaneſcat*. Nunc quod mox editur pagina prædicta, *ut eum compellerent invitum parère præceptis? aut voluntarium ſeſe circumventionibus traderet?* inibi, inquam, ſincerius legi in manuſcripto, *aut voluntarium ſeſe circumventionibus tradere?* nemo non fatebitur.

Pag. 157. *Ita non in promptu eſt, & apparet, puerilium eſſe ingeniola fictionum; quibuſcum acquiritur cordi Numæ vivacitas, imprudentia maxima importatur Iovi.*

Fabulam narravit, quæ in 2. lib. Antiatis, de Iove à Numa Pompilio Rom. rege circumvento, quod hic propoſitionibus captioſis, & verborum ambiguitate, fulminis procurationem ab illo expiſcatus ſit. eò & his Arnobii verbis alluſum: in quibus vernaculam ſcripturam fuiſſe, *in promptum eſt*, mihi omnino veroſimile. iſto enim caſu, loco ſexti, uſos libenter admodum antiquos, alibi Dis, & Muſis volentibus oſtendam. Interim Gellius videatur lib. 1. cap. 7. item Notæ noſtræ ad l. ult. C. de jure emphyteutico; & Electa noſtra ad librum ſextum Arnobii. Nunc quod porro eſt *importatur*, id factum ſuſpicor ex *imputatur*, quod valebat antiquitus *imputatur*, crimen alicui imputare, nota, ac trita locutio. tum iſta orthographia, quam indicavi, plurima olim ſcribi ſolere, præter membranas vetuſtiſſimas, indicio ſunt lapides, & monumenta priſca. Proponam nonnulla ex inſcriptione Thermenſi.

QUOIA. DE. EA. RE. IURISDICTIO.
ERIT. QU. DE. EA. RE. IN. IOVS.
ADITVM. ERIT.

Iterum ex eadem illa inſcriptione, EI pro I, alia ſimilia.

VTEI. FRVEIQVE. LICETO.

Ecce ſimilia ex ænea tabula Romana.

OETANTVR. FRVANTVR.
HABEANT. POSS.

Pariter apud Feſtum videmus vulgatum, *populus oetier qui ſolet*. Itidem AV in compoſitione verborum in V longum ſæpe tranſiſſe auctor Priſcianus libro primo. exempla dat *includo, defrudo, à claudo, fraudo*. quamquam in libris manu deſcriptis, etiam in ipſis ſimplicibus vocibus, ſimilem orthographiam non ſemel reperiſſe me monendum putavi. nam & *cludo*, *frudo*, & *cluſuras* pro burgis in limitibus provinciarum collocari, adſervari ſolitis, legunt membranæ optimæ in Codicis Iuſtiniani libris, non uno loco. Similiter O pro AV in *coda, ploſtrum*. Item OV pro V, ut parebit mox, & paruit ex inſcriptione veteri. Eadem via videor conſtituere, & ſanare poſſe alia in Nonio Marcello, & ſimilia in ipſo Arnobio. Nonius: *Comedones ab edendo, Varro Modio. putat fore hoc, quod hic comedonibus convenit uſu: quibus nota voluntate comedunt dumtaxat gula gaudet.* Tuum judicium erit, rectè conjectarim, nec ne: *Comedones, à comedendo. Varro Modio. Putat fore hoc, quod hic comedonibus quondam uſu venit: cibos nonda voluptate dum edunt, dumtaxat gula gaudet.* Arnobius

bius libro primo: *flumina limis inhorruisse siccatis.* lego *induruisse*, quòd enatum autumo alterum illud ex *indouruisse.* Superant talia in Arnobio, de quibus mox suis locis. Virgilius Ecloga 8.

Limus ut hic duresit, & hæc ut cera liquescit.

Pag.ead. *Et crudelis Iuppiter fuisse doceatur, qui, quod Numa petuisse cæpitio suscipi, voluisse dixerit humanis capitibus expiari.*

Mutata in membranis scriptura. ut ego autumo, non abs re: *quod Numa potuit ei cæpitio suscipi.* quid si genuinum sit? *quod Numa putavit cæpitio suscipi.* seu potiùs, *quod Numa putaverit cæpitio suscipi.*

Pag.ead. *Ex intimis eruta (quemadmodum ipse scribit, insinuatque) mysteriis.*

Mihi placet impensiùs altera hæc scriptio, interpunctio: *ex intimis eruta (quemadmodum ipse scribit) insinuataque mysteriis.*

Pag. 158. *Petra, inquit, est quædam, cui nomen est Agdus, regionis ejus ab indigenis sic vocata. ex ea,* &c.

Vocalem secundam in verbo *vocatae* malè iteratam reor, sive retractam magna injuria, è voce sequenti. quod tamen in omnibus editionibus factum esse, magis scio mirabere. scribo, *vocata ex ea,* &c.

Pag.ead. *Insana, & furialis libido, & ex utroque sexu.*

Probum existimabis, *ut ex utroque sexu.* sed malis *seen.*

Pag.ead. *Exolutus ille vi meri, corripit se impetu.*

Probum est, quod membranæ substituunt: *Exaltata ille vi meri.* Non enim aliud hoc loco vis vini exaltata, quàm quod paullo post in eadem dicitur fabula, *postquam ebrietas potu emersit.*

Pag.ead. *Nana speciem contemplata, regis Sangarii fluminis filia.*

Auctiores paullo membranæ, *Sangarii vel fluminis filia.* Sangarius Asiæ fluvius Ptolemæo, & Straboni non incognitus. Ovidius Sagarim appellavit, nascitur in monte Dindymo; per Phrygiam, Bithyniamque in Pontum inlabitur. Quòd vero hac eadem pagina vetus codex scribit *discidium* loco dissidii, item prægnas, non prægnans, sciunt rectè, meritoque fieri, qui hæc studia vel digito tetigerunt.

Pag. 159. *Adestis blandus adulto comes, & quà solùm poterat amans, tactis adsentationibus vinctus salsuosa ducens per nemora, & ferarum multis muneribus donans.*

Scribendum videtur, *tactibus, adsentationibus victum.*

Alteria textu nostro.

Pag.ead. *Vnde vinum, quod silentium prodidit, in ejus usus est sanctuarium inferre.*

Editio Romana vetusto libro membraneo consonat, *unde vino.* audeo retrahere syllabam, quæ subterfugit, atque latet in verbo primo, *Vnde de vino, quod silentium prodidit.*

Pag.ead. *Adestis convivantibus cunctis furorem, & insaniam suggerit: conclamant exterriti adorandorum Phryges: mammas sibi demetit Galli filia pellicis, rapit Attis testulam,* &c.

Non imitabor eos, qui intelligere, ac perspicere se putant omnia. nam in verbo *adorandorum* mihi tenebras esse non possum non fateri, fortean legerit quispiam, *ad aram Deorum Phryges.* cui nihilo secius etiam istud meum pendendum trado, *exterriti adornandorum Phryges*; hoc est, commoti facinoribus, quæ videbant convivas in se parare, adornare, qua phrasi Plautus *fallis*

sermo-

sermonis, alii alia dixêre. In libro manuscripto erat, *adorandum*. Consultissimum tandem visum est *adorandorum* tueri, & phrasi prædicta verbum *adorare* interpretari, id est, agere. Festus in *Orare*, in *Adorare*. Leges 12. tabular. *Si lege adorat : Si adorat furto.*

Pag. 160. *Et sauciat pectus pausata circum arboris robur.*

Velim quis doceret me quænam ista *arbor pausata:* quo modo enim sub arbore pinu; illa scilicet, sub qua Attis se viri nomine spoliaverat; magna Deûm Mater, sociatis cum Acdesti planctu, lausoque, pectus tutuderit, sauciarit, ex ipso auctore nostro sat liquet. Dixit paullo antè : *Inde natum, & ortum est, nunc etiam sacras velarier, & coronarier pinos.* Clariùs multo rem totam elucidat infrà hoc eodem libro. *Quid enim* (inquit) *sibi vult illa pinus, quam semper statis diebus in Deûm Matris intromittitis sanctuario?* Iterum ibidem : *quid lanarum vellera, quibus arboris colligatis, & circumvolvitis stipitem?* Ex quibus argumenta non desint volenti reponere locum propositum, *Et sauciat pectus lanata circum arboris robur*; sive conanti è lausu facere *lausata.*

Pag. 161. *Neque enim fieri rerum per repugnantiam quit, ut ex uno lapidum genere, & ex eadem ratione faciendi, immortalium quidam sortis, alii substituerentur humana.*

Miraberis scio tantum mendum in re, & fabula pueris decantata, adhuc relitum. corrigo, audeo dicere rectissimè, *ex eadem ratione jaciendi, immortal q. s. alii suscitarentur humana.* Fabula tangitur de lapidibus a Deucalione, & Pyrrha jactis. de qua paullo antè non paucis Arnobius, sicuti & Ovidius, Censorinus, alii. Virgilius :

Hic lapides Pyrrhæ jactos. -------

Pag. ead. *Deos neque initia, neque fines sæculorum perpetua in cognitione sortitos.*

Membranæ suadent corrigamus, *perpetua in continuatione sortitos.*

Pag. ead. *Obrepere quiescentis pudori filius (inquitis) insidiator enixus est.*

Scripserunt librarii, suo & antiquo more, *enisus* s pro x.

Pag. 162. *An respectus pietatis, ac honesti, Capitoliorum desputitur præsidi?* *Aliter in Edit. nostra.*

Ista lectio videtur Gelenium habuisse auctorem. Romani expresserunt hoc modo, *desputit præsidii.* nec hoc mendo vacat. In codice manuscripto exstat, *Capitoliorum depuit præsidi*: unde Modius faciebat *depuduit.* de quo verbo etsi alias mihi agendum erit, tamen exempla aliquot huc accersere non videtur inconsultum. Ovidius epistola 4. Heroid.

Depuduit, profugusque pudor sua signa reliquit.
Da veniam fassæ. - - - - - - -

Etiam Suetonium Tranquillum memini dixisse, *depudere didicerat.* Pari phrasi, hyemem desævire, ait Virgilius 4. Æneid. & iram desævire, Lucanus. Livius ejus loco exsævire usurpat. significant autem illa *desinere pudere, sævire*, &c.

Pag. ead. *Ergone ille rex mundi, cum incautus, & properus, objectionis esset rejectus à furto, in impetum se vertit; & quam rapere voluptatem insidiosa fraude nequivit, vi matrem aggressus est.*

Nomen *objectionis* cuirei sit in textu non video. mihi arridebat magis, *subactionis esset rejectus à furto*; vel id quod dicam, quodque clarissimo Ursino quoque in mentem venit, *obreptionis esset r. a f.* præcessit enim pagina 152. *obrepere quiescentis pudori.* Simile prorsus illud Ciceronis in epistolis : *Crätippus*

ſæpe inſcientibus nobis, & cænantibus obrepit. Sequentia ſcriptoris noſtri lege ſaliter, *& quom rapere voluptatem i f. nequivit, vi matrem aggreſſus eſt.*

Pag. cad. *Niſi fortè dicetis, conventionis in hujuſmodi cœptum genus vitat, atque exſecratur humanum; apud Deos inceſta ſunt nulla.*

Ianus Gulielmius confidenter hoc dicit præclarè ſe emendaſſe, *conventiones in hujuſmodi cœtum.* quod manifeſtè ſignificat τὰς συνουσίας εἰς: ἀποδημεῖν. Convenire, liberis operam dare eſt. Arnobius lib. 7. *Amant ſuos fœtus, & gignendis conveniunt liberis.* Apulejus lib. 4. *in voluptatem Veneream convenire* Conventus etiam concubitus dicti lib. 2. Arnobii, *ex conventu Iovis inſeminati, & nati ſunt.* Item lib. 7. *conventionum progenites lege* Iterum lib. 2. *Edunt per uteros fœtus, & corporalibus conciliis procreant.* Item lib. 5. *fœderâ genitalis conciliare fœturæ.* Itidem Plauto Ciſtell. *patres conventitii* ſunt promiſcui adventores, & qui in unius ſcorti nidum conſpicaverant amatores. Deinde eſt *cœtum:* qua voce antiqui libenter uſi, poſteriùs maluerunt in hac re dicere *coitum.* M. Tullius ſexto de rep. *Cœtum Lunæ* dixit, & Lucretius lib. 3.

Nil tamen hoc ad nos, qui cœtu, conjugioque
Corporis, atque animæ conſiſtimus uniter apti.

Iuvenalis verſum ſimiliter accipio, qui è Satyra 6.

Audax, & cœtus poſſet quæ ferre virorum.

Pariter tranſtuliſſe video id nomen ad rem militarem. Plautus Amphitruone: *Eos auſpicio meo, atque ductu, primo cœtu vicimus.*

Pag. 163. *Neceſſe eſt credere, & receptacula lapides habuiſſe genitalia, & jaculatum combibiſſe ſementem.*

Auctoritate libri vetuſti ſcribe *jaculatam.* fœminino namque genere M. Tullius non uno loco ſementis nomen collocavit. In orationibus illius primum ſcriptum ſic, *ſemente prohibitâ, ac meſſe amiſſâ.* Ab eodem in opuſculis philoſophicis poſita *malorum ſementis.*

Aliter in Edit. noſtra.

Pag. ead. *Tonitrus patrios jam mugiens, imitatuſque referebat.*
Malo, *incitatuſque referebat.*

Pag. ead. *Obvia quæque vaſtabat incurſans, atque ipſos ſibi ſpondebat Deos cœli à regione poſſe detrudere.*

Mihi pro genuino eſt, *à regimine.* Arnobius libro 3. *Vulcani eſt ignis, & materies ejus in illius regimine conſtituta eſt.* Paullo inferius, *ut mero madidaretur,* addidi è manuſcripto, *multo.* id pro ſententia fabulæ.

Pag. ead. *Vellem tamen videre, ſi eſſet mihi his naſci temporibus datum, patrem illum Liberum debellatorem ferocitatis Acheſtiæ, poſt Deorum auguſtiſſimas curias cœli ab culminibus lapſum, peniculantem decurtamenta cantheriorum, innectentem laqueos mobiles, aquarum innoxias puritates ſanciantem vi meri.*

Et quorſum, inquies, tam multa? certè tu videris. ſcribo primum, *ſi eſſet mihi iis naſci temporibus datum:* queis nimirum res iſta à Libero Deo geſta fuit. deinde repono, *poſt Deorum auguſtiſſimas curas*, id enim non injuria admiratur Arnobius, fabularum poëticarum confictores in tantum decori (quod erga Deos maximè ſervandum erat) oblitos; ut qui rebus magnis, curis auguſtiſſimis in cœlo detinentur, eos ad res, non dico nihili, ſed ſpurciſſimas, impudiciſſimas, in terram uſque audeant devocare. Arnob. lib. 3. *Quid? quod non contentiam deformibus ſubdidiſſe, atque implicuiſſe Deos curis.* Idem lib. ultimo,

ultimo, *superorum conquievisse terrores, & ad hominum curam, familiaritatemque revocatos.* Postea verò, *in laqueos mobiles* considerabis, mecum senties spero: qui notas istiusmodi scriptoribus inurunt, eos in alienas terras procul relegandos; apud Arnobium verò quasi postliminii jure revocandos *laqueos nodabiles*, in quo ut mihi adsentias, oculum deflectas velim ad ista Arnobii, *ne omnia cingerent circumpositi laqueorum morsus.* Ad extrema illa, in quibus *aquam vino sauciatam* scribit, (quod modò alio tropo *aquam vi meri succendere* dixerat) laudo Ennium Alcestide: *Hæc annus admodum friguttit, nimirum se sauciavit flore Liberi.* De quo versu nos apud Milesiarum scriptorem; ubi & similia huc pertinentia. Alii cætera persanarunt, *peniculamenta decurtantem cantheriorum.* vide Nonium in *Peniculamentum*: qui ut hoc nomen verè interpretatus sit, summo vereor opere.

Pag. 164. *Atque ut omnia cingerent circumpositi laqueorum morsus, artificii curas tum rebus adhibuisse perituris.*

Quòd suspicarer redundare particulam temporis *tum*; arbitratus sum posse reponi quarto inflexu *curatum rebus adhibuisse perituris.* quam phrasin qui in hoc auctore non recipiunt, iis per me licebit his exesse sacris.

Pag. ead. *O Abdera, Abdera, quàm fias mortalibus irridenda, talis si apud te esset fabula ita conflata! dicunt eam cuncti patres, & superciliosa perlegunt civitates; & esse tu fatua, & stoliditatis frigidissima judicaris.*

Restitui de manuscripto: *O Abdera, Abdera, quantas vias inridendi.* quæ sequuntur, ea emendari posse arbitrabar, *discunt eam cati patres.* Supra lib. primo: *illi cati, sapientes, prudentissimi vobis videntur.* Eodem libro: *qua, & quales fuerint vobis edisscentibus, prodiderunt.* August. 3. de civitate, c. 17. *Quibus edisscendis & ipsi laboraverunt.* Ipse Arnobius rursum libro quarto: *cùm omnes res eas, quibus sunt involuta probra numinum, & maledictionis elogia, & quotidie referatis & edisscatis quotidie.* Rursus libro prænominato, loco paullo superiori: *quod penitus oportebat ex humani generis coalitu tolli, percensetis* sed supplevi ibidem ex membranis, *percensetis, edisscitis.*

Pag. 165. *Postquam fetus emissus est, longè jussus est ab Sangario* (avo scilicet) *projici: quem conceptum divinitus credidit esse jamdudum, etsi gnatus esset sobolem sui pignoris nuncupari.*

Scripserat vetus librarius *designatus.* mihi verum est, *quem conceptum divinitus cred. esse jamdudum, dedignatus est sobolem sui pigneris nuncupari.* Pignus pro filio, filiave frequenter sese offert in hoc scriptore, & aliis. Petronio reddam in halosi Trojæ loco insignitè depravato:

Sunt qui conjugibus mœrentia pectora jungant,
Grandævosque patres, oneris ignara juventus,
Id, pro quo metuit, tantùm trahit. --------

Favebis, spero, huic meo conjectanco: --------*mœrentia pignora jungant.*

Pag. ead. *Lacte infans educatus hirquino est. ô fabulam sexui inimicam semper, atque infestissimam masculino! in qua sexus viriles non solum homines ponunt, sed pecudes etiam fiunt exmares.* *Aliter in textumostro.*

Nihil prorsus loci sive suspicioni, sive correctioni; ni scrupulum injecisset Romæ editum exemplar, in quo repertum, *sed pecudes etiam fiunt ex maribus mares:* quam scripturam membranæ quoque fulciunt. Ursinus legit, *sed pecudes etiam fiunt ex maribus matres.* Diu me ista habuerunt exercitum: & quamvis

in dubio fuerit, ac fluctuarit, huc tandem animus impulsus, ut conjecturam hanc amplecteretur: *in qua sexus viriles* (manuscriptus *secus virile*) *non solùm homines ponunt, sed virgines etiam fiunt exmammares.* flama, mama veteres scripsisse, qui consonantes non geminabant, & *exmares* sine geminatione, pro *exmammares*, non incognitum: tum quod maximè ad rem facit, ubi Attis virilia sibi dececuit, ibidem Galli filiam mammas sibi demessuisse, ex præcedentibus Arnobii claret. quò pertinent etiam, quæ mox subdit: *Vos nobis mammarum expromitis exsectiones, amputationes virilium veretrorum.* similiter & quæ paullo superius posuit. *Quid*, inquit, *admiserat Gallus, quid pellicis filia? ut ille se viro, hac mammarum honestate privaret?* Scio priorem lectionem, quæ habet, *sed pecudes etiam fiunt exmares*, trahi posse ad arietem ab Iove exsectum. cæterùm non id patiatur mens auctoris, neque ordo quem ille in fabulis istis sequutus est. nam hoc loco de Iove matrem constuprante ne quidem per somnium cogitasse, libri series facilè convincet. Deinde cum homines non pro servis modo, ut l. qui balneum, D. qui potiores in pignore, & l. 1. C. de Latina libertate, & l. 4. C. qui manumittere non possunt, Cicero lib. 2. epist. 13. verum etiam pro viris, masculis, accipi memineris; de quo Guilhel. Budæus (nisi memoria fallit) in Adnotationibus ad Digesta: elegantiam animadvertes, quæ in oppositione hominum, & virginum; qualia apud Gallos ista, *l'homme, & la femme.*

Pag. ead. *Ipsis mater est ingressa tum mœnibus.*

Etiam in recenti editione Romana hoc vitium permansit, tollendum dubio procul, præeuntibus membranis, *est ingressa cum mœnibus.* Supra hoc eodem libro de eadem magna Deûm Matre agens, *ne quid accideret*, inquit, *mœsti, civitatem ingreditur clausam, muris ejus capite sublevatis, quod esse turritum ratione ab hac cœpit.* Virgilius: *Invehitur curru Phrygias turrita per urbes.* Plura hac de re notamus ad M. Minutii Felicis Octavium.

Pag. 166. *Nisi stultitiæ pars esset, & talia discere, & hujusmodi rerum indicia postulare.*

Iudicium penes populum esse sinam, ubi monuero in veteri exemplari legi, *& talia hiscere.* Arnobius sibi testis advocandus est: *Experiri*, ait, *volumus, & cupimus scire, an mutire, an hiscere Deorum in mentione possitis.* lib. 4.

Pag. 167. *Et credi à vobis esse vera, & explicata fidei judicari.*

Sequor te, quisquis expressisti in membranis, *& explorata fidei.* Sic loquitur & libro primo, dum ait, *explorata fidei veritate.* Repetita denuo locutio lib. 7. *Fidem si annalium sequimur, & exploratam eis attribuimus veritatem.*

Pag. ead. *Quid lanarum vellera, quibus arboris colligatis, & circumvolvitis stipitem? Nonne illarum repetitio lanarum est, quibus jam deficientem contexit, & teporis aliquid rata est se posse membris conciliare frigentibus?*

Illud confidenter dicam, vel ob solum hunc locum persanatum, debituros mihi hujus auctoris studiosos: & miratus sum non semel in editione recenti Romana nihil hîc comperisse vitii tam sagaces, tam acutos indagatores; tum & codicem manuscriptum nihil mutare. Fabula sic habet: Attidi morienti, præter magnam Deûm Matrem, adfuit & Acdestis, adfuit & sponsa ejus Ia, cujus nomen in præcedentibus Arnobii postliminio donabo, restituendo: *Nonne illarum repetitio lanarum est, quibus Ia deficientem contexit*, &c. In confirmationem conjecturæ nostræ en testem plus satis idoneum. Arnobius

supra

ſupra hoc eodem libro, *Virgo*, inquit, *ſponſa quæ fuerat, quam Valerius Pontifex Iam nomine fuiſſe conſcribit, exanimati pectus lanis molioribus velat*, &c. De cætero in Odyſſ. Homerus Iam facit Atlantis minorem filiam, ſororem Maiæ, quæ Mercurio mater fuit. Latini vocem dixerunt.

Pag. 168. *Fatuam, bona qua Dicitur Dea, tranſeamus: quam myrteis cæſam virgis, quod marito neſciente ſeriam meri ebiberit plenam, Sextus Clodius indicat ſexto de Diis Graco.*

Supplet Canterus noſter, *de diis Græcorum*, dubitare cœpi, ſi hic laudetur Cloatius Verus, iſque Sextus prænominandus ſit: cujus fragmenta aliquam multa è libris Sacrorum obvia apud Pompejum Feſtum. De virgis myrteis vide Macrobium lib. 1. Saturnal. cap. 7.

Pag. 169. *Sed & Deos Conferentes pari more, ac diſſimulatione taceamus.*

Quinam illi Dei *Conferentes*, hactenus diſcere non potui: at *Conſentes Deos* agnovit Arnobius lib. 3. & Complices nuncupari ſcribit ab Hetruſcis. Martianus Capella lib. 1. de nuptiis Philologiæ, his Deorum Senatoribus, ſive Penatibus, quorum nomina publicari ſecretum cœleſte non pertulit, nomen à conſenſione inditum tradit, ex eo, quod omnia pariter repromittunt. Noti quoque Varroni 7. de lingua Latina *Dii Conſentes*. ſimul etiam *ædes Deûm Conſentum*. Trianii vicem ſupplebit Feſtus, *Conſentia* (inquit) *ſacra, quæ ex multorum conſenſu ſunt ſtatuta*. quo loco diligentiſſimus antiquitatum indagator Joſephus Scaliger adnotat, Gentilium fuiſſe inter ſe Conſentia ſacra, & Conſentes Deos, ut Corneliorum, Valeriorum, &c. Duodecim Deos iſtos fuiſſe tradunt Martianus Capella lib. 1. Varro 1. de re ruſtica, & Apulejus de Deo Socratis. ſex mares, ſex feminas probant Ennii diſticho:

Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Verba Arnobii è libro 3. adſcribere viſum eſt. *eorum* (inquit) *numerum, nec nomina ſciri. Hos Conſentes, & complices Hetruſci ajunt, & nominant; quod unà oriantur, & occidant unà: ſex mares, & totidem feminæ nominibus ignotis.* Nunc verò an 12. illi ſint, quos verſiculi Ennii prodidêre, viderit ipſa antiquitas, quę modo in hanc, modo in illam partem aginatorum inſtar inclinare, & alia atque alia de rebus iiſdem dicere, ac fabulam è fabula ſerere ſolet. Illud nequaquam tacebo, enumeratos jam 12. Deos, Deas, in Calendario ruſtico Romano, quod ad Palatium novum Farneſianum quadrato in marmore Roma repræſentat, ſingulos menſes anni, ut tutelares eſſe ſortitos, ad hunc modum.

MENSIS

MENSIS IANUARIUS TUTELA IUNONIS	MENSIS FEBRUAR. TUTELA NEPTUNI	MENSIS MARTIUS TUTELA MINERVÆ.
MENSIS APRILIS TUTELA VENERIS.	MENSIS MAIUS TUTELA APOLLINIS.	MENSIS IUNIUS TUTELA MERCURII.
MENSIS IULIUS TUTELA IOVIS.	MENSIS AUGUSTUS TUTELA CERERIS.	MENSIS SEPTEMBER TUTELA VOLCANI.
MENSIS OCTOBER TUTELA MARTIS.	MENSIS NOVEMBER TUTELA DEANÆ.	MENSIS DECEMBER TUTELA VESTÆ.

Pag. ead. *Corniculana inde impetraviſſe captiva, ut intelligeret, & cogneſceret, quid ſibi res vellet, Ocriſiam prudentiſſimam fœminam divos inſeruiſſe genitali; explicuiſſe motus certos. tunc ſancta, & ferventia numina vim vomuiſſe Lucilii.*

Locus, qua ex antiquitate, qua de verbis, perobſcurus eſt. tentavi illuſtrare, ac reſtituere, *imperaviſſe captivæ*; inde porro. *Ocriſiam pudentiſſimam fœminam divos inſeviſſe genitali:* ut in re impudentiſſima Ocriſiam *ἐυφημῶς pudentiſſimam* nominarit, & ab arboribus inſerendis metaphoram ſumſerit, ad ſignificanda tralatè illa, quæ honeſtè effari non potuerit. Quos autem Divos hîc nominat, (ſive Conſentes, ſive Conferentes fuerint) eos paulo antè dixit, *in humani penis ſimilitudinem verſos obruiſſe cineri.* ſcribo, *obruiſſe ſe cineri.* Res tota, de natalibus Servii Tullii ſexti Roman. regis: de quibus non ſemel addubitatum; adeo ut Seneca in epiſtolis ſcribat hunc regem habitum ſine patre natum. Romani tamen ex Publio Corniculano, & Ocreſia captiva conceptum, & in ædibus Tarquinii Priſci Poſthumum editum volunt. uxorem nempe Tarquinii auguriorum (ut pleri ſolent Hetruſci, Cenſorino teſte) peritam, pueri patre in expugnatione Cornieuli, quod Latii oppidum erat, interempto, Ocreſiam gravidam agnoviſſe, ſervitio prohibuiſſe, domi habuiſſe; & quod regnum puero portendi oſtento intellexiſſet, marito, ut generum illum adſciſceret, perſuaſiſſe. Etiam inſcriptio vetus tabulæ æreæ Lugdunenſ. huc pertinet.

SERVIUS. TULLIUS. SI. NOSTROS.
SEQUIMUR. CAPTIVA. NATUS.
OCRESIA. SI. TUSCOS.
COELI QUONDAM.
VIVENNÆ. SODALIS.
FIDELISSIMUS.

Livius

Livius libro primo ab aliis dissentit : patrem pueri facit Servium Tullium, Corniculanæ civitatis virum primarium. At contrà Pompejus Festus : *Servorum dies festus vulgo existimatur Idibus Augusti, quòd eo die Ser. Tullius natus serva, ædem Dianæ dedicaverit in Aventino.* Macrobius natalem in Nonas incidisse notavit. Adeundi Plinius lib. 26. cap. 27. Valerius Maximus lib. 3. c. 4. Dionysius lib. 4. Festus in *Nothum*, ubi mater Ocrisia nuncupatur. Ovidius 6. Fastorum, *Convenit & servis.* &c.

Pag. ead. *Tunc sancta, & ferventia numina vim vomuisse Lucillii, ac regem Servium natum esse Romanum.*

Ridicula hæc pueri conceptio, & obscura sententia, nisi illam vim Lucillii quis intelligat. nobis interpretis vicem fungetur M. Terentius Varro, cujus hæc è libro 4. de sermone Latino : *Poëta* (inquit) *de cœlo semen igneum cecidisse dicunt in mare, ac natam è spumu Venerem : conjunctione ignis, & humoris, quam haberet vim significantes; à qua vi natis dicta vita, ut illud à Lucillio : Vis est vita vides, qua vis facere omnia cogit.*

Pag. ead. *In quibus sanctum illud mysterium traditur : frater trucidatur à fratribus ; interempti ex sanguine apium natum ; prohibitum mensis olus illud apponi.*

Auscultо manuscripto codici non sine causa, & restituo, *frater trucidatus.* Mysteria autem illa sunt sacrorum Corybantium.

Pag. ead. *Invocatus advolarit ad prandium.*

Non vocatum, non rogatum indicat Iovem. Vocandi verbum solemne Romanis illis patribus fuisse, cum invitationes conviviorum designarent; vocationes quoque, & revocationes, pro invitationibus eosdem frequenter usurpasse, observarunt amicissimi, ac desideratissimi non solis nobis Ianus Mellerus Palmerius, & Ianus Gulielmius; ille in Spicilegiis, hic in libris Verisimilium, & in Quæstionibus Plautinis ad Amphitruonem, cap. 8. Plautus Captivis :

Iuventus nomen indidit scorto mihi,
Eò quia invocatus soleo esse in convivio.

Addas licet Nonium Marcellum in verbo Revocare, apud quem Varronis verba referibenda arbitror ad hunc modum : *Qui nos primò vocare cùm audeant, nos illos revocare timemus :* pro quo editur, *Qui nos provocare, advocare cùm audeant.* verbum advocare alias deesse monuit Briconettus. illud *provocare*, manavit ex compendiosa scriptura *pro vocare.*

Pag. 170. *Fit ex Deo taurus, & sub pecoris specie subsessoris animum, atque audaciam celans.*

Subsessores alieni matrimonii μοιχοὶ dicuntur adulteri, à subsidendo, verbo in re militari proprio. sed hæc nos suo loco, id est, in Commentario ad Vegetium. quem vide lib. tertio, cap. sexto.

Pag. 171. *Oblitus paullo antè quid malorum, & sceleris esset aggressus, & temeritatis quantum, redit ad priores actus.*

Quasi parum, inquit, fuerit materno se incestu contaminasse, quam tauri adsumpta forma invaserat; etiam filiam Liberam aggreditur, sed mutatus in draconem : itidem ut sub tauri, cygni, formicæ, vel alterius animalis specie, plurima illius amorum furta, atque subsessæ, veterum voluminibus celebran-

tur. quæ res facit me, ut ſuperiora reſtituam ſic, *redit ad priores æſtus.* de æſtu, & Æſty, nos ad Apulejum. Perronii Arbitri epigramma eò adſcribam, quòd videatur non caſtigatè publicari.

Quid factum eſt, quòd eu projectis, Iuppiter, armis
Inter cœlicolas fabula muta taces?
Nunc erat, è torva ſummittere cornua fronte,
Nunc pluma crines diſſimulare tuos.

Aperta, & levis emendatiuncula, *diſſimulare tuom.* Furta hæc, & ſubſeſſas Iovis, Græci quoque divulgarunt, Ζεῦ, κύκνος, ταῦρος, πτηνός, διὰ χρυσὸς λάθρα. Imitatus iſta Sidonius Apollinaris Panegyrico:

. . . . . *totiens cui Iuppiter eſſet*
Delia taurus, olor, ſatyrus, draco, fulmen, & aurum.

Qua de re vide egregiam expoſtulationem Iovis cum Cupidine libro 6. Apuleji de aſino, quam Martianus Capella poſt ab eodem mutuatus eſt.

Pag. ead. *Ingentibus ſpiris pavefactam colligat virginem, & ſub obtentu fero molliſſimus ludit, atque adulatur amplexibus.*

Scribo, *& ſub obtutu fero:* ſive malis, *obtentu feri.* præcedentia enim mihi præ oculis ſunt, *in draconis terribilem formam migrat.* ferum, torvum, ac tetricum draconis adſpectum ab obtuendo obtutum vocat. Non aliter Apulejus lib. primo Floridorum de Socrate loquens. *Arbitrabatur* (ait) *homines non oculorum, ſed mentis acie, & animi obtutu conſiderandos.*

Pag. ead. *Quod genus eſt nullum probri infame, adulterium nullum, quod non in ejus caput* (Iovis ſcilicet) *congeratis.*

Malim interpungere, *genus eſt nullum probri, infamiæ, adulterium nullum.*

Pag. 172. *Sed tolerabilis eſſet maledictionis injuria.*

Prima Arnobii editio habuit *malectionis*, inde Gelenius edidit *maleactionis*: quod cum membranæ tueantur, retinendum puto; neque audiendos, qui *maledictionis* nomen ſupponunt. nam æquè Latina ſunt, æquè ſcriptori noſtro uſurpata, *maledictio, maleactio maletractatio.*

Pag. ead. *Et ex parte poſtica caudam ſuffragines, talos molliſſimos perlitum, atque inteſtina proluvie delibutum.*

Simul atque comperi lectionem ſcriptam continuiſſe, *talos molliſſimo perlitum*; continuò legendum autumavi, *talos molliſſimo ſimo perlitum.* Urſino tamen placuit, *talos molliſimo perlitum.*

. ſtatus in edit. noſtra.

Pag. ead. *Tum deinde ſecreta rimantem ferventi ſimila, ſummotiſque arbitris circumjectas prolibus diripientem membranulas, ferventique adhuc matri velut quaſdam inſulas eliciendæ miſerationis offerentem.*

Iovem, ut matrem, quam conſtuprarat, placaret, greges verveeum ſectarum ferunt; arietem ſibi delegiſſe bene grandem, ei teſticulos exſecuiſſe, eoſque matris in gremium iræ ſedandæ projeciſſe. Arnobii verba in libro Romæ edito depravata turpiter, *rimantem ferventi nullas.* nihilominus prior lectio ut ſana retinenda eſt, neque de illa quidquam ambigendum. etenim *ſimilam ferventem* appellavit, quaſi ex nimia ſamiatione calentem: aquerat enim illam oppidò diligenter, ac ſtrennuè, quo uteretur commodiore. Polluci, Galeno, & reliquis Græcis σεμίδαλις idem quod Columellæ, Salluſtio, aliis ſealprum, ſcalpellum. Gloſſarium *Sicila*, σεμίδαλις ἀρβάλιον, Si quid in verbis recitatis

tis immutandum ſit, repoſuerim potiùs, *circumjectas prolibus diribentem membranulas*, hoc eſt, dividentem, ac ſecantem medium ſcrotum, in quo ſiti teſticuli. *Diribere* veteribus ſonabat *dividere*, ut notavit Hadrianus Iunius ad Nonium. Immo quòd ſeorſum in pædagogio pueri à reliqua familia ſecluderentur, factum, ut eam partem domus diribitorium nuncuparent. Diribitorium à diribendo, in vetuſtiſſimo lexico, locus eſt, in quo ſtipendia militibus perſoluta. Alii dicunt Plinio eum locum ita dici, ubi luſtrati milites. Auſonius in Panegyrico, quem Gratiano A. pro conſulatu dixit, de comitiis agens, *Vocatis*, inquit, *claſſibus non intremui, nihil cum ſequeſtre poſui, cum diſtributore nihil pepigi.* ea exemplaria ſequendum eſt, quæ referunt, *cum diribitore nihil pepigi.* Poſtremo quid Arnobio proles ſint, ipſe indicat libro ultimo, cum recondita aliquot ſacrorum nomina, & pontificalia myſteria explicat. *Polimina ſunt ea, quæ nos proles verecundiùs dicimus, à vulgaribus autem adſolent cognomine teſtium nuncupari.* In Feſto dicuntur *polimenta.* Alii auctores etiam nefrendes, nefrundines, vel nefrones vocarunt; ut & Græci νηφρὸς, teſte Feſto. alia longè major eorundem συνωνυμία peti poteſt ex Nomenclatore Iunii, & Agellii libro 4. cap. 11.

Pag. 173. *Eſtne aliquod ſacrilegium hoc majus, aut ulla gens inveniri [tam] irreligioſis poteſt opinionibus prædita, quàm quæ talia credit?*

Particulam indicavi quam adulterinam ſuſpicor: ut ſit eadem orationis ἀκολουθία, qua ſuprà hic ſcriptor locutus eſt, & plus mille locis optimi quique veterum; ut videlicet iſtas voculas, *magis, potiùs, ſatiùs, meliùs, tam*, &c. in priori membro ſupprimant. Exempla antea ſuppeditavimus: plura qui requiret, adeat libellum meum de particulis linguæ Latinæ, & Antonii Auguſt. obſervationes.

Pag. ead. *Tam in Deos dicere contumelioſa, quàm dicent alii.*

Si veteris exemplaris auctoritas tanti erit, ſcribemus *dicitent:* quod mihi quidem perplacet.

Pag. ead. *Cùm in Sicilia pratulis purpureos legeret nondum mulier flores, & adhuc virgo Proſerpina.*

Animadvertis ſcio & loco *ideſt.* moneo porrò in manuſcripto reperiri non *virgo*, ſed *virago.* & quamquam non ignoro viraginem à virgine ſic ferè diſtingui, quòd illa moribus, conformatione, ac filo corporis ad virum proximè accedat: obſervo tamen Proſerpinæ id nomen peculiariter ferè tribui. Infrà hoc libro: *in turpiſſimos appetitus viraginem dicit raptam.* Iterum ibidem: *quid Proſerpina, quid virago, notum eſt.* Tertium ponitur eodem hoc libro: *quæ virago jam dudum florum in lectionibus habebatur.* Conſilium mihi eſt Martiani Capellæ verſus ſubſcribere, qui lib. 5. nuptiarum:

Hinc de patre ferunt ſine matris fœdere natam,
Provida conſilium quod neſcit curia matrum,
Conſultiſque virûm præſis, hinc dicta virago.

Pag. 174. *Partem illam corporis, per quam ſexus fœmineus & ſobolem prodere, & nomen ſolet adquirere generi, eam longiore ab incuria liberat: facit ſumere habitum puriorem, & in ſpeciem levigari nondum duri, atque ſtriculi puſionis: redit ad Deam triſtem.*

Perbene reſtituit Ludovicus Carrio, *per quam ſecus femineum & ſubolem prodere.*

dere. Eum vide lib. 2. Emendationū cap. 13. & ea quæ de hoc nomine à nobis selecta sunt in præcedentibus Electis. Quæ leguntur deinceps, ea dum edenda curavi, *& nomen solet adquirere genericum, longiore ab incuria liberat*, librum membranaceum, editionemque Romanam præeuntes sequutus sum. Si quis verba distrahere voluerit, ac scribere, *partem illam corporis, per quam secus fœmineum & subolem prodere, & nomen solet adquirere generi, cùm longiore ab incuria liberat, facit sumere*, &c. non videbitur sententiam edere idoneam. Omnia enim ista ad Baubonem mulierem pertinent verba, quæ habitum puriorem ipsa sumpsit, non aliam sumere fecit. sed ut res faciliùs intelligatur, reponenda est fabula. Ceres filiam Proserpinam raptam quærens, ad pagum Eleusinium pervenit, divortit ad Baubonem, malis multis jam exercita. hæc potum offert Divæ, nec, ut bibat, impetrat. quare à seriis precibus ad artem ludicram refugit: hoc est, omnibus vestimentis positis, levigatum, nitidumque corpus Cereri exhibet nudum, ut risum moveat, atque ad potum invitet. Attamen magnam fraudem frausos librorum sive descriptores, sive expressores, in Arnobii verbis, credibile est, quòd modi enallagen non animadverterunt in verbis *sumere, levigari*, pro *sumebat, levigabatur*. unde ineptiâ illorum verbum *facit* vel immutatum credo, vel infartum. De cætero, quod dixit Baubonem, vestimenta omnia exuentem, partem corporis impudicam *longiore ab incuria liberare*; id nescio quid sit. fortassean dici possit auctorem scripsisse, *longiore ab interula liberat*. Sedem habuisse prædictam modi enallagen apud Petronium pag. 106. mihi jam olim persuasum est, & aliis, ut spero, persuadebo. ait ille: *Ea ergo ad Eumolpum venit, & commendare liberos suos ejus prudentiæ, bonitatique credere se, & vota sua*, &c. *Ad summam relinquere* [*se*] *pueros in domo Eumolpi, ut illum loquentem audirent*. Proturbata vocula, quam includendam curavi, sententiam illucidare, ac rectè me restituere videbis: *Ea ergo ad Eumolpum venire, commendare liberos ejus prudentiæ; bonitatique credere se, & vota sua. Ad summam relinquere pueros in d. E.*

Pag. 175. *Atque pubi adfigit oculos Diva, & inauditi specie solaminis pascitur.* Marginalis hæc interpretatio, *atque*, id est, *statim*, à me est. *Atque* veteribus sonasse *illico, confestim*, significatione temporis, demonstratum est à me lib. 1. de particulis linguæ Latinæ. ubi hæc Plauti Menæchmis explicavi: *Nam ego quidem, post quàm illam dudum tibi dedi, atque abii ad forum*. Cicero lib. 1. de legibus: *Si in jus vocet, atque eat*. Virgilius 1. Georgic.

- - - - - - - - si brachia fortè remisit,
Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.

Simili modo eandem particulam interpretatus vir doctissimus Dionysius Lambinus apud Plautum Amphitruone, scæna Satin; item Plauti Mostellaria, scæna Habeo: ut monui dicto lib. 1. Si lubet, vide & Nonium, & Agellium lib. 10. cap. 29.

Pag. ead. *Perducit totum cyceonis lata liquorem.*

Perducere, educere, Plauto, & aliis antiquis sonasse idem, quod nobis *ebibere*, docui ad Apuleji librum 10. de asino aureo. Iuvenal. Satyra 6.

- - - - - - - - de quo sextarius alter
Ducitur ante cibum. - - - - - - - - - -

Pag. 176. *Quidnam, quæso, in specu tali, quid in pudendis fuit, reverendisque*

Bau-

Baubonis, quod fœminei ſexus Deam, & conſimili formatam membro; in admirationem converteret?

Non una hinc eluenda erat macula: nam ſui ſimilem fuiſſe Arnobium, & nomine quartæ inflexionis pro verbali hic uſum, tam ſcio, quam me vivere. quapropter reſcribo: *Quidnam, queſo, in ſpectu tali, quid in pudendis fuit rei, verendiſque Baubonis.* in quo rectè, & ordine facere arguunt ſubjecti apud Arnobium verſus:

Tum Dea, deſigens auguſti luminis orbes,
Triſtitias animi paullum mollita reponit.

Arguit etiam, quod hoc eodem libro ſubditur: *Nebridarum familiam pellicula coboneſtavit binnula, & illud ſpectaculum maximum Baubonis in inguinibus riſit.* Ad eandem quoque fabulam denuo reſpexit auctor noſter, ut paullo poſt videre licet, hoc eodem libro, pag. 173. etſi mea opinione verba, ut in libris eduntur, vitio non carent. *quid cyceonis ſignificet potio? quid aſpernatio potionis? quid novatio, & revelatio pudendorum? quid ſpectaculi flagitioſa dulcedo?* mihi id perſuaſiſſimum eſt, in antiquis codicibus fuiſſe, *quid noudatio, & revelatio.* de qua ſcribendi ratione nos ſuprà. Poſtremò autem, *ſpectu* vetuſtis in uſu fuiſſe, indicant hæc Pacuvii Duloreſte: *Amplus, rubicunda colore, & ſpectu proterve ferox.* Etiam Apulejum obſervavi eodem uſum, apud quem exſtat initio lib. 3 de aſino: *Obliquato tamen ſpectu rem admirationis maxima conſpicio.*

Pag. ead. *Cum inter homines (inquiunt) adhuc eſſet Nyſius, & Semelejus [Liber] noſſe inferos expetivit.*

Liberi nomen, lineis circumſcriptum, ab adulterina manu huc acceſſitum reor, eo quod iſtiuſmodi epithetis ſolis, nullo adjecto ſubſtantivo, libenter uſum obſervo hunc ſcriptorem. Semelejum vocat Bacchum à matre, de quo nos ſupra notavimus: pariter pro Iove Saturnium cognominavit non ſemel. Nyſium quoque vocat Liberum, ab urbe Nyſa, ſive ea Arabiæ, ſeu Indiæ eſt, ubi à Nymphis educatum fabulantur. Eundem hunc non multis abhinc lineis Euhyum video appellari. quod cognomen à Iove patre illi inditum ferunt Euhion, tamquam bonum filium ſalutatum; tunc nimirum, cum, cæteris Dìs perterritis, ille ſe in leonem convertit, & unum ex Gigantibus in ſuperos pugnantibus interfecit.

Pag. 177. *Cum primùm ab inferis compos voti, atque expetitionis rediſſet.*

Arnobianum eſſe, *compos voti, atque expeditionis*, etiam ſine membranis adſerere auſim. ſæpius enim id nominis in ore huic ſcriptori, mutuatum licet, ac diversè tralatum, à re militari. Supra lib. 3. *ut venationum prepotens habeatur in expeditionibus Diana.* Iterum lib. 5. *habitus ad obſcœni certaminis expeditionem parati.* Itidem libro 6. *cum pileo Vulcanus, & malleo, manu liber, ſed dextera, & fabrili expeditione* (legere malim *expeditioni*) *ſuccinctus.*

Pag. ead. *Ex viventium numero index ille decidit, atque ex more ſepelitur humano.*

Genuina ſcriptura *decedit.* ſequitur inde, quod ut mendoſum quoq; ſuſpecto, *inveniet cauſas eas, eas eſſe.* fortaſſis legendum, *cauſas eaſce eſſe.*

Pag. ead. *Et poſtica ex parte nudatus accedit, ſubdit, inſidit.*

Membranarum ſcriptura antiſtat alteri, *ſubſidit, inſidit.* Subſido à verbo ſido, Græcis eſt ὑποκαθίζω, & alia ab eodem compoſita, quæ penultimam producunt.

cunt. apud poëtam eſt, ----- *conſidere tranſtris*, Iuvenalis: ----- *nutare urbes, ſubſidere terras.*

Pag. ead. *Laſcivia deinde luxuriantis adſumpta.*
Mirari deſine ſeu temeritatem, ſive ineptiam eorum, qui ſuperioribus ſeculis aliorum libros vel calamo ſcripſere, vel typis expreſſere: etenim nimiſquam ſolens iis fuit, reperto vocabulo minus pervulgato, aliud ſtatim ſubdere, extrito priore, genuino licet, nec minus ſignificante. idem & hoc loco uſui fuiſſe non negabis ſcio, ut veterem manuſcripti lectionem repoſuero, hanc ſcilicet, *laſcivia deinde ſurientis adſumpta*. Gloſſarius vetus, *Surire* ὑβρίζειν. Vide Urſini notas ad librum primum Arnobii, & Scaligeri caſtigationes ad Feſtum, in verbo *Suillum*.

Pag. ead. *Totam interroget Graciam, quid ſibi velint Ithyphalli quos, &c.*
Veruſto codici placet legamus, *quid ſibi velint hi valli.* mihi tamen arridet, *hiphalli*: nam infra, hoc eodem libro, reponunt membranæ, *Phallorum illa, faſcinorumque ſubrectio, quos vitibus annuis adorat, & concelebrat Gracia.*

Pag. 178. *Audere vos dicere quemquam ex his atheum, irreligioſum, ſacrilegum, qui Deos eſſe omnino aut negent, aut dubitent.*
Reſtituo è re præſenti, & exemplis præmiſſis, geminatione unius ſyllabæ, *Deos hos eſſe.* quales videlicet ipſe propoſuit.

Pag. ead. *Si apertè hoc facere confeſſis maledictionibus combibiſſetis.*
Non diſpliceret edi, *contextis maledict. combib.* ſcripſere *conteſtis*, inde orta menda. s & x olim promiſcuæ litteræ. hac de re ego pluribus in Quæſtionibus Apulejanis. etiam ad libros præcedentes notavi.

Aliter in Edit. noſtra.

Pag. 180. *Nam quoniam rectas accipere lectiones pudet, dedecet: inclinatum eſt in has partes, ut alia ſubjiceretur res alii, & in ſpeciem decoris turpitudinis interpretatio cogeretur.*
Si reponas ſcripturam veterem, *pudet, dededet, indecorum eſt in has partes*, hiet procul dubio oratio, & labet ſententia: quam quidem fulcivit Gelenius plus ſatis, verum tamen unde illi provenerit inclinandi verbum, neſcire me fateor. poſſim ſimili tibicine adhibito erigere ac ſuſtinere, *Nam queniam r. a. l. pudet, dedecet, indecorum eſt: itum in has partes*, &c.

Pag. ead. *Cum contumelia numinum non in obſcura ſenſuum mente, ſed in verborum eminentium ſignificatione teneatur.*
Neſcio an conjectaneum hoc meum tibi probabitur, *verborum emanantium*, propter metaphoram, quæ in verbo *tenendi*. fi manare ſermonem, orationem, famam, alia ſimilia, bonis ſcriptoribus uſitata fuiſſe, nullus te moneo.

Pag. ead. *Allegorico genere vel ſcripta hæc eſſe, vel eodem modo intelligi opertere, unde eſt vobis cognitum, vel unde intimatum, in conſilium ſcriptores advocare? vos ſcilicet tum in pectoribus latitabatis, cùm &c.*
Depravata haud dubiè ſcriptura, ac magis etiam diſtinctio. edendum juſſi: *unde eſt vobis cognitum, vel intimatum? in conſilium ſcriptores advocavêre?* quæ interpunctio Urſino quoque placuit, quamquam ille conatus quædam inſerere, *in conſilium ne vos ſcriptores advocavêre?*

Pag. 181. *Cum pro aliis res alias inter veritate capta ſubdebant.*
Eam dictionis tmeſin enatam puto perverſa quorundam ſubtilitate, qui veterem analogiam non ſunt adſecuti. antiquitus ſcribebant, *intercapta veritate.*

Addam

Addam similia, ne intestatò id adseruisse videar. textus Florentinus habet ADQUÆSITUM, pro adquisitum, in l. cæteræ, Digestis familiæ ercisc. *Facisur & parvifacitur* obvia in Nonio Marcello. *Prafacere* Vegetio reddidi auctoritate librorum veterum. Similiter revoco *edifacere* loco ædificare, in l. ultima, §. ultimo, Codicis titulo de servitutibus, & aqua. *Antefacere*, non anteferre, restituo ope manuscriptorum apud Sallustium Iugurtha, his verbis, *Vti fama, fide, postremò omnibus suis rebus commodum regis antefaceret.* Macrobius manuscriptus libro primo in Somnium Scipionis: *Quoniam illic posita necdum lacteum relinquerunt.* Pari modo tabula ænea, in qua fragmentum legis judiciariæ: ITA CONQUÆSIVERIT. cæterùm aliàs eadem de re egimus, & agemus pluribus. Vide Commentarium nostrum libro 3. cap. 6. & Notas meas ad l. ult. C. de servit. & aqua.

Pag. ead. *Id est singulas, totas, ambifarias, ac bilingues,* (de Diis fabulas intellige) *& versipellibus esse scriptas modis?*

Bene corrigitur è membranis, *singulas totas; an bifarias, ac bilingues, & versipellibus e. s. modis.*

Pag. 182. *Quid sumptus ignis ex Ætna, comprehensaque iste faces.*

Corrigit manuscriptus *isto*, ut ad ignem referatur. adhibe ista Arnobii præcedentia, *sumit faces geminas flammis comprehensas Ætnais.* Quod subsequitur, *quid novatio, & revelatio pudendorum*; id suprà correctum à me esse, *quid nondatio*, nemo Criticorum negabit.

Pag. ead. *Sin autem singula in singulis neque potestis opponere, nec ad rerum vocare contextum; quid allegoriis obscuratis honestis id, quod simpliciter scriptum est.*

Mutata est scriptura in Romano codice, *neq; alterum rerum vocare contextum.* Manuscriptus habet, *nec alterutrum rerum vocare contextum.* fortè librarius voluit scribere, *neque ad alterum rerum vocare contextum.* nam, ut Arnobii verba adsequor, frustra ait paganos fabularum partem allegoricè interpretari velle, cum res ipsas simul cum verbis omnibus, perpetua & ubique sibi simili immutatione, aliorsum torquere nequeant.

Pag. 183. *Nec inest in re signum, quo differentia judicari ambiguorum possit, simpliciterque dictorum.*

Lucretianum verbum huc restituit è manuscripto regio Ludovicus Carrio; cui adstipulantur membranæ nostræ, atque emendant, *quo differitas indicari ambiguorum possit.* Differitatem pro differentia, sive discrimine, Lucretium posuisse, observavit Nonius, proposito versu è lib. 4.

Tantaque in his rebus distantia, differitasque est.

Arnobii textum audiamus è lib. 2. *animantia nos esse aut consimilia cateris, aut non plurima differitate distantia.* Usus iterum libro 7. dum scripsit, *& ab Dei nomine longissima debet differitate seponi.* Iterum eodem illo libro: *Quid ergo cessatis cujuslibet arboris viscum sine ulla passim differitate comburere?*

Pag. 184. *Nam & ira, & testes, satisfactio, suis hic moribus, & conditionibus dicta sunt.*

Considerabis, utrumne rectè conjectarim, *suis hic notionibus, & conditionibus dicta sunt.* Supià libro primo, *pestilentiam*, (inquit) *grandines qua potuit notione signare?*

Pag.

Pag.ead. *Potest quidem proscriptio (quemadmodum Tullius ludit) pugna dici, appellarique Cannensis: sed quæ gesta est dudum pugna esse non potest, eademque proscriptio.*

Iteratione aliquot verborum sententiam juvandam rebar: *sed quæ gesta est dudum pugna pugna esse non potest eadem, eademque proscriptio.* Itidem reponere superiùs conatus sum, pagina abhinc quinta: *satisque te esse imperitum, indoctum, ac rusticum, ipsa rerum in insectatione demonstras.* alibi alia.

Pag.ead. *Pinus illa solemniter, quæ in matris insertur sanctum Deæ.*

Ut arbitraretur emendatum iri. *sanctuarium Deæ*, causam dederunt ipsius Arnobii de eadem pinu: *Quid enim sibi vult illa pinus, quam semper statis diebus in Deûm matris intermittitis sanctuario?* Rursum eodem hoc libro: *Unde de vino* (inquit) *quod silentium prodidit, in ejus nefas est sanctuarium inferre pollictis.*

Pag. 185. *Cùm nota Ditis patris rei rustica Dei proloqui.*

Fenestram illustrandæ rei aperuerunt membranæ, dum legerunt, *rei rustica de opere proloqui.* mihi verum est, *rei rustica de opere loqui.* Respicit allegoricam interpretationem raptus Proserpinæ, in qua Gentiles volebant significari nescio quam sementis sub glebis terræ occultationem.

Pag.ead. *Nonne millies optatius fuit elinguem fieri, atque mutum, atque scaturiginem istam vocis, & strepitum fœda loquacitatis amittere, quam Deorum nominibus res appellare turpissimas?*

Venustior codicis antiqui scriptio, *quàm scaturiginem*, quam tamen opera mea juvatam animadvertes: *elinguem fieri, atque mutum, quàm scaturiginem istam vocis, & strepitum fœda loquacitatis emittere.* Ipsus sibi testis adfuturus Arnobius, cujus hæc notata mihi verba libro primo: *Unus fuit è nobis, qui cum unam emitteret vocem, &c.* Iterum libro secundo: *vocem* (ait) *si fuerit aliqua necessitate coactus emittere*, Nunc quod deinceps lego *commemorantur*, pro *commorantur*, id vidi Ursinum in contextum recepisse, quæ sequentibus paginis emendamus auctoritate membranarum, dum *cœtu* pro *coitu* substituimus, & *adulterorum* vice *adulteriorum*, quibus nonnulla conjectanea nostra immixta sunt; ea benivolo lectori cum per se, tum ex superioribus Electis satis liquebunt, puto.

Aliter in Edit. nostra.

Pag.187. *Quid enim subjiciemus pro illis fustibus, quos super aggerem tumuli Semeleæ sobolis origo contorsit?*

Ithyphalliorum sacra, seu potiùs originem retractat, & infandum Liberi factum: de quo suprà hoc eodem libro. *Qui ut fidem compleret pacti, & jurandi solveret religione se* (inquit) *juris; locum pergit ad funeris, & ficorum ex arbore ramum validissimum præsecans, dolat, runcinat, levigat, &c.* Cui nota fabula erit, neque incognitæ voces, *urigo, uredo*, de quibus ego in Quæstionibus ad Apuleji libros de asino satis abundeque annotavi; non ibit inficias meritò & hic restituere me, *urigo contorsit*: & frustra esse eos, qui substituerunt *prurigo*; cui nomini illud nostrum æquipollet.

Pag. 188. *Cum Deorum nominibus appellavistis res turpes, & vocabulis rursus Deos rerum conquinavistis infamium.*

Tu lege *coinquinavistis*: item ut libro quarto, *carmen malum conscribere, quo*

quo fama alterius coinquinetur. Inquinare, coinquinare, ab antiquo *cuere*, id eſt, ſtercus facere, ducta eſſe ſcribit Pompejus Feſtus. Arnobius non multo ſuperiùs, hoc eodem libro: *linguam & os fuerant obſcœno coinquinatura contactu.*

Pag. ead. *Ad veram judicii formam, & in illa eſtis reprehenſionis parte.*

Non notaſſem tam leviuſcula, niſi ad libri vetuſti fidem, qui habet, *Da veram judicii formam*, acceſſiſſet alterum teſtimonium ipſius ſcriptoris, quod in editione Canteriana, & noſtra, trajectum eſt ad initium libri ſecundi. *Da* (inquit) *verum judicium, & hæc omnia circumſpiciens.*

Pag. ead. *Verecundia laude condigna erubeſcitis panem, & vinum nominare; & pro coitu Venerem non metuitis dicere.*

Congruunt inter ſe recens editio Romana, & codex in membranis ſcriptus, in quibus repræſentatur iſtiuſmodi lectio, *Verecundia, ac laude condigna.* Mihi ſuſpicio incidit, acriùs paullo, & majori cum ironia, ab ipſo auctore hæc ſcripta fuiſſe, ad hanc faciem ſcilicet: *Verecundi, ac lauti, condignè erubeſcitis panem, & vinum nominare.* En in promptum alia, ad eandem prolata formam. *Quid dicitis* [inquit] *ô ſancti, atque impolluti antiſtites religionum?* lib. 5. principio. Simili eoſdem ironia excipit libro 5. in iſtis quæ ponam: *Et ſanè hoc loco frugalitatis magna viri, & circa res etiam flagitioſi operis parciores.* Quod ad lauti vocabulum, non eſt quòd ſuffragia emendicemus aliorum ſcriptorum; nam lib. 2. Arnobius *lautiores ſucceſſus* uſurpat, pro ædibus pretioſis: idemque agnoſcit homines *ingeniis lautioribus*, libro quarto. itidem *hominem lautum*, & ad ſtudium plenæ gravitatis eruditum, ponit libro 7. Gloſſarium membraneum, quod apud me, *Lautus, pulcher, inluſtris vel generoſus.* Viſum eſt Fulvii Urſini V. C. conjectaneum è lib. 7. ſcriptoris noſtri huc arceſſere: *Non inquiro, non exigo, an illa lata, & ſublimis magnanimitas numinum, homunculorum offenſione moveatur.* Correctio ejus, *an illa lauta, & ſublimis:* quam ego ambabus, quod ajunt, ulnis amplectendam ſentio. Cicero libro 15. epiſt. 14. ad Caſſium: *Nihil tibi erit lautius, nihil glorioſius.*

R GODE-

GODESCALCI STEWECHII

IN LIBRUM VI. ARNOBII

ELECTA.

GOD. STEWECHIUS RENATO VANDER DUYN, V. N. IUDICII IMPERIALIS ADSESSORI

Spiram Nemetum.

AN non meritò ego benivolentiam tuam mirer? benevelle, benefacere præsenti; etiam operam, si qua in re usui sit, absenti offerre? Magna, & quidem non semel, prædicari de te audiverām; humanitatem, eruditionem, prudentiam: omnia tamen, quantulum quantulum imà fuimus, longè maxima deprehendisse me, non possum non publicè testari. Vtinam diutius paullo subsistere ibidem per negotia licuisset! jam ego non solùm dulcissimo, utilissimo colloquio tuo frui, verùm etiam cara illa capita, Iacobum Campium dico, ac Greg. Tengnagel, videre, amplecti potuissem; immo utrique ob honorem adeptum gratulari: quòd illum titulo Consiliarii Illustrissimi, ac Reverendissimi Electoris Colonienſis auctum; hunc in amplissimum, & illustre Collegium vestrum adscitum intellexerim. Sed audi nobilissime Duyni: jam ego incipiam operatua uti, & quidem pro eo, ut jussisti, libere, ac familiariter. Vides has notas, leviusculas fateor, ac vix diobolares; attamen (quod commodo tuo fiat) percurrere te illas, tuoque calculo vel beare, vel condemnare velim. D. Bartholomæo Bodegemio, Officiali Trevirensi, à te salutem dixi: qui te quàm potest humaniter resalutat. Vale mi Duyni, & salve.

Pag. 189. *Aut aliquem sumpserimus temeraria in Deos desperatione contemptum; sed quòd Deos arbitramur.*

Perperam iteratam literam clamat manuscriptus, qui rescribendum monet, *sed quòd eos arbitramur*, idque non inconcinnè à verbis conjunctis.

Pag.

Pag.ead. *Cunctarum esse debere virtutum (Deos* intellige*) sapientes, justos, graves, &c. intestinis pollentes bonis, nec extraneis adminiculis indigere.* *Aliter in edit. nostra.*

Eam lectionem à Gelenio suppositam esse liquet, neque id mala sententia: verùm tamen membranæ cum editione Romana recenti repræsentant, *nec extraneis adminiculis addicere.* quod mutare possis in *adigere*; sive adjecto pronomine legere, *nec se extraneis adminiculis addicere.*

Pag.190. *Eosque, quos tangat affectio, pati dolorem, diminui, sapientium scita, & pronuntiata definiunt.*

Passionibus convenientiorem effectum suggerit exemplar scriptum, in quo est: *eosque, quos tangat affectio, pati, dolore deminui, sapientium, &c.*

Pag. ead. *Et quid amplius possumus vel honoris eis attribuere, vel dignitatis, quàm quòd eos in ea ponimus parte, qua rerum caput, ac Dominum, summumque ipsum regem.*

Exigua mutatione conor extollere sententiam scriptoris: *Ecquid amplius possumus,* &c. adhibito interrogationis signo ad nomen extremum, *summumque ipsum regem?* Integra hæc locutio etiam in hodiernum usque in nonnullis auctoris nostri libris; primò, *Ecquid ergo injustis* (inquit) *persequimini nos odiis?* ita textus libro primo. Iterum libro secundo: *Ecquid agere videamur, insomnium cùm videre nos dicimus?* Vicissim observare est dicto lib. secundo: *Ecquis erit tam brutus, & rerum consequentias nesciens, qui animis incorruptibilibus credat nocere rotarum volubilium circumactus?* Neque solùm cum pronomine *quis* interrogandi particula *ne* juncta reperitur: obvia enim apud Ciceronem in orationibus ista: *Ecquo te tua virtus provexisset?* Apud eundem in libris Rhetoricis legimus: *Ecqua lex, ecquod artificium, ecquo ab alio fieri potuerit.* Iterum in epistolis ad familiares: *Ecquando tu hominem ineptiorem, quam Pompejum, vidisti?* lib.8.epist.15. Sed nos hoc agamus, & Arnobio eam phrasin restituamus, in primis libro primo: *Ecquis magis rectiùs horum feret invidiam nominum, quàm qui alium, pra hoc, Deum novit aut credit?* Libro 4. similiter existimo scribi posse: *Ecquid regi Saturnio matrimoniis fuerat eum alienis rei?* Pariter & lib.7. restituendum autumo: *Ecquid ex hoc facto labis potuit, & fœditatis effluere,* &c. Iterum libro prædicto: *Ecqua gravior infligi contumelia Diis potest, quàm si eos credas accepto mero propitios fieri?* quibus in locis editiones retinent *Et quis, Et quid, Et qua.*

Pag. 191. *Etenim plena dementia est, necessitatibus tuis potentiora metiri; & qua tibi sint usui, datoribus Diis dare.*

Omnino sequendum est membranas nostras, quæ legunt, *necessitatibus tuis potiora.* non semel in hanc partem lapsos librarios, ut potentiora scripserint loco potiora, alibi faventibus Musis demonstrabo. Ex Arnobii locum superiori geminum germanum: *Superciliosa nimiùm res est, cùm ipse sis non tuus, aliena etiam in possessione versaris, potentioribus dare conditionem. Velle, ut id fiat, quod cupias,* &c. libri primi principio.

Pag.ead. *Templa igitur quærimus Deorum in quos usus? aut in rei cujus necessitatem aut dicitis esse constructa, aut esse rursus ædificanda censetis?*

Omnino credibile est sincerum fore, *aut ducitis esse:* quòd illud verbum frequenter in calamo fuit isti scriptori.

Pag ead. *Nec recusare* (Deos) *nec spernere, quo minùs se sepiant, & eorum objectionibus cœrceantur inclusi.*

Sincera ſcriptura membranarum *objectibus*. Similiter ait lib. 7. *cujus ſeſe objectu, oppoſitione prætexeris*. de qua nominum declinatione alibi ſatis ſuperque dicimus.

Pag. ead. *Templum, inquit, hoc Martis eſt, hoc Iunonis, & Veneris: Apollo hic habitat, in hoc manet Hercules, illo Summanus. Iſta non prima, & maxima contumelia eſt, habitationibus Deos habere diſtrictos?*

Gratia librariis antiquis debetur, & quidem ut ego ſentio, maxima: quorum diligens labor hujus loci integritatem nobis prodidit, & ad hanc reſtituit faciem, egregia ſanè interpolatione, *hoc Iunonis, & Veneris; hoc Herculis, Apollinis, Ditis. quid eſt aliud dicere, quàm domus hac Martis eſt, hac Iunonis, & Veneris: Apollo hic habitat, in hac manet Hercules, illa Summanus. Ita non prima, & maxima contumelia eſt*, &c. Reliqua per ſe ſatis liquent: unam tantummodo particulam, *Ita* pro *Iſta*, teſtimoniis corroborabo. Arnobius l. 5. *Ita non animadvertitis, non videtis, quanta iſtud dicatur cum ignominia fieri?* Itidem libro ſexto in ſimili increpatione dicitur: *Ita enim non videtis ſpirantia hæc ſigna, quorum plantas, & genua contingitis, & contrectatis orantes?*

Pag. 192. *Conſtituamus enim noſcendæ rei* [*cauſa*] *templum numinis alicujus eſſe apud Canarias inſulas, ejuſdem apud ultimam Thylen.*

Virgilium hic noſter imitatus. etſi tamen pro conſuetudine antiqua y pro u adhibitum ſit: unde confuſa paſſim in veruſtiſſimis membranis hæc Gyla, & gula; [de quo & Soſipatrum Chariſium verba facere memini] Capya, & Capua; Sylla, & Sulla; ſimilia ſexcenta. Virgilii verſus primo Georgicon:

---------- tibi ſerviat ultima Thule.

Itidem apud Claudianum: ---------- *& procul axe remotam*
Inſolito belli tremefecit murmure Thulen.

De cætero id mihi jam dudum ſedit, librariis non adſentiri ineptis, temerariis, quotiens ratio diverſum ſuader: & id cauſæ eſt, quamobrem in alienas terras exterminandum putem è verbis Arnobii illud *cauſa*, locutione nemini paullum modo humaniori incognita. Dabo locum, in quo ſimiliter auctorem noſtrum locutum editiones omnes clamitant, qui eſt libro proximè antecedenti: *circumjectas prolibus, diripientem membranulas, ferventique adhuc matri velut quaſdam inſulas eliciendæ miſerationis offerentem.* Romanos frequenter hac omiſſione uſos in genitivo nominum quæ ſupinorum terminationes habent, auctor Priſcianus lib. 18. exempla is ponit, *populi ſervandi laborat; reipublicæ defendendæ periclitatur*; ut deſit, *cauſa, nomine, gratia, ergò*. Similiter tollendum ſuadeo illud *cauſa* Arnobii tertio libro extremo. Salluſtium hac phraſi libenter uſum, ut & aliis Græcorum, monuêre qui in ipſius libros Notas nobis dederunt. in iis doctiſſimus Aldus Manutius N. nihilo minùs tamen eandem, minimùm tribus locis, in eo ſcriptore memini me deſiderare, ac membranis adſtipulantibus reſtituere. unum, quem in adverſaria mea retuli, ob oculos ponam; reliquos non potero, quia in præſens longiùs à bibliotheca abſum. Salluſtii Iugurtha hæc verba Marii ſunt: *Non poſſum fidei* [*cauſa*] *imagines, neque triumphos, aut conſulatus majorum meorum oſtentare.* Non agnoſcunt nomen *cauſa* optimæ notæ codices mei. quare itidem tollendum de Panegyrico Auſonii, ubi eadem illa Salluſtii laudantur. In libris juris ſcripti phraſin iſtam crebram eſſe oſtendit Guilhel. Budæus, & poſt illum Antonius Auguſtinus lib. 2. ſuarum Obſervationum, cap. 1. & notavit Ianus Guliel-

Gulielmius in libris Verosimilium, & alii Critici. Ego, dum hic sumus, atque illud agimus, duas in Codice Iustiniani Constitutiones repurgabo, quas etiam in adversaria mea conjectas reperi. cæterùm non id mea fiet audacia, sed manuscripto volente. Legitur ibi in l. plagii, ad legem Fabiam, de plagiariis: *Non commissi velandi [causa] sed hanc opinionem justa ducti ratione.* Iterum in l. quia, C. de operibus publicis: *Ac tecta reparanda regia hujus urbis lavacro, sive aliqua jubemus excusatione conferri.* verum in Codice Theodosiano editur, *reparanda gratia hujus urbis.* in membraneo Codice nostro verbis duobus exterminatis, *reparanda urbis.* Lubet etiam alios arcessere, seu potius immittere in hanc aream. Prudentius in Apotheosi: *Semper in auxilium Sermo Patris omnipotentis*

Descendit servando homini .....

In manuscripto S. Panthaleonis Colon. perscriptum vidi, *servando hominis.* id vel tantillum torqueo, ac scribo,

Descendit servandi hominis .....

Agellius libro tertio Noctium Atticarum, capite octavo: *Sed communis exempli, & fidei ergó, visum est.* In manuscripto vidi, *fidei gratia ergô.* Amoveo inde hæc duo, *gratia ergô.* quorsum enim syrmata ista tam longa, & inepta trahantur? Observati mihi consimiles loci apud eundem scriptorem lib. 5. & lib. 9. itemque alibi. Apulejus prima apologia pro seipso: *Dicam tibi, Maxime, cur illud de aurium tinnitu quæsierim. non tam purgandi mei gratia in ea re, quam tu jam præjudicasti.* ubi illud *gratia* adsutum credo ab hominibus minimè gratiosis. Verba Catonis apud Nonium in *Receptitium* pariter emaculare studeo, *Nec dederat dotis, set exceperat;* ut sub intelligatur *nomine* scilicet *dotis.* Editi libri habent, *Nec dederat dotis, & exceperat.* nisi consultius esse censebis scribere antiquo more, *Nec dederat doti, set exceperat.* Set pert olim scriptum, suprà monui. Attexam, quia labor adlubescit, ex eodem Nonio similia, & brevitatis causa voces, quas spurias censeo, duabus solummodo hneis inseram. Primo occurrunt Sisennæ verba apud Nonium in *Cista*, ex quarto historiarum. *Cistaque, qua erat* (legendum *erant*) *legum ferendarum [gratia] parata, defuerant.* Apud eundem in *Contendo.* Cicero de Rep. *Primum in Ægyptum discendi [causa,] post in Italiam contendisse.* Iterum apud illum ipsum Nonium in *Trulleum.* Varro primo de vita populi Romani; *Non quæ luxuriæ [causa] essent parata.* Simile esse, cum apud Iureconsultos nomen *actionis* desideratur, monuit prædicto cap. Antonius Augustinus: & nos eam partem suo loco emendabimus constitutiones aliquot Imperatorum. Supersunt alia, in oratione nimirum quæ Ciceronem auctorem mentitur in Sallustium, ubi hæc vulgo legere est: *Neque piguit quærere, cur ego P. Crassi [domum] emissem, cùm tu veteris villa dominus sis, cujus paullo antè fuerat Cæsar.* Discrepare vidi membranas eruditissimi viri, mihique amici, Suffridi Petri Iureconsulti: neque id uno loco tantum. rectè autem in iis perscriptum, *cur ego P. Crassi emissem.* tum & illa, quæ subinde sunt, non minori sinceritate expressa: *cùm tu vetus villa dominus sis.* nam meo sensu id mordax præ illo altero: quasi innuat Sallustium non modò asseruisse sibi villam istam instrumentis falsis; set etiam titulum veterem, puta emptionis, donationis, aut similem dolo malo quæsisse. Pari ellipsi dixêre olim, *ad Diana, ad Apollinis*; supprimendo, ac superintelligendo *ædem, templum*, quam locutionem, facere non possum, quin

Romanis aliquot ſcriptoribus de conjectura mea reddam. Anteſignanus ſit M. Terentius Varro, in his litteris neque Græco, neque Romano cuiquam ſecundus; apud Nonium in *Expulſim*. *Varro ſera parecte. Purgatum ſcito, quoniam videbis Rome in foro ante janionus pueros pila expulſim ludere.* Repulſim pro expulſim ſcribere, atque emendare, cuivis facile eſt, quod à vicibus repercutiendi pilam dixerint repercuſſabilem: at mihi in mentem eſt, Varronis illa deſperata hactenus, & ab diverſis infauſta manu tentata, è pulvere, & ſitu excutere. *Varro. Sera peracta, depugnatum ſcito, quom jam videbis Roma, in foro ante Iani, pueros pila expulſim ludere.* Sera peracta, hoc eſt, adverſa omnia, triſtiaque amota ſcito, immo defunctum eſſe populum Romanum bellis omnibus tunc, cùm portas Iani gemini clauſas (quod pacis tempore obſervatum pueri ſciunt, &, ſi qui neſciunt, à Virgilio 7. Æneid. doceri poterunt) & ante templum ludere pueros videbis. Virgilius quinto Æneidos:

Seraque terrifici cecinerunt omnia vates.

Quo loco interpretatur Servius *triſtia, gravia*, atque inibi adducit fragmentum ex hiſtoriis Salluſtii, ad meam ſententiam aptiſſimum: *Serum bellum in angustiis foro.* Perinde & arva ſera apud Lucretium repoſuit, atque explicavit Palmerius noſter *triſtia, laboriosa*; ac voluntatem ſeram: de quo in lectiſſimo ſuo Spicilegiorum commentario. Supereſt alter locus apud Nonium in *Præter*, ubi prædictam ἀπαξ olim quoque ſediſſe exiſtimabam. Varro Eumenidibus: *En domum præter matris Deûm edem exaudio cymbalorum ſonitum.* Fortean melius legetur: *Eundo domum præter matris Deûm, exandio cymbalorum ſonitum.* Sed nunc tempus eſt, domum redeamus, hoc eſt, ad Arnobium, à quo nimis quàm diu abfuiſſe videmur.

Pag. 193. *Inexpiabilem hominibus fieri contumeliam, quorum delubra, & templa mortuorum ſuperlata ſunt buſtis.*

Locum iſtum ut attentiùs conſiderare cœpi, præcipitationem litteræ ſcripturæ commutandæ fuiſſe putavi: germana lectio viſa eſt, *& templa mortuorum tuberata ſunt buſtis*, tralata voce ad tumulos humatorum. itidem in Nonio eſt, Suggrundaria: *Nec tanta cadaveris immanitas, qua locus tumeſceret.* tumulos iſtos, aggeres alibi vocat noſter, ut & Fl. Vopiſcus in Probo, & Iulianus A. in l. pergit, C. de ſepulchro violato. Suadeo, ut Gratiani Imperatoris conſtitutionem legas, quæ exſtat in l. 2. C. de ſacroſanctis Eccleſiis.

Pag. ead. *In templo rurſus ejuſdem, quod in arce Lariſſæ eſt, conditus ſcribitur, atque indicatur Acriſius.*

Acriſium hunc cum Ulyſſis avo (quem Arceſium fuiſſe in Quæſtionibus monſtravi) quidam non rectè confundunt. Videndi Stephanus, qui hunc Arceſiceratam urbem condidiſſe ſcribit; Homerus Odyſſ. 2. Euſebius, Boccatius, Servius, alii.

Aliter in Edit. noſtra.

Pag. ead. *Quid Celei virgines? non in Cereris Eleuſina humata habere perhibentur officia?*

Ceres filiam Proſerpinam quærens, ad Eleuſinum pagum delata, (Eleuſin alii quondam, modo Lepſinen vocatam ajunt urbem non longè ab Athenis) à Baubone hoſpitio excepta eſt, ut narrante Arnobio didicimus lib. 5. Alii tamen ab Eleuſio rege ibidem regnante; alii à Celeo rege Deam acceptam fabulantur. Ea ut ſint, ab Eleuſi loco, & fabula iſta, Eleuſinia ſacra (Theſmophoria quidam vocarunt) originem traxiſſe, teſtis locupletiſſimus in Octavio

ſuo

ſuo Minutius Felix: ideinque Eleuſinos Cererem, ut Phrygas magnam Matrem, alios alias alioſve coluiſſe, memoriæ prodidit. unde non planè abſimile vero, templum Eleuſinios Cereris ſuæ habuiſſe, & in humandis ibidem hominibus virgines illas, de quibus Arnobius meminit, libitinariorum vicem fuiſſe, vel ipſas potiùs ibidem conditas. Vide, an in re fabuloſa illuſtranda, fabulosè, ac ridiculè ſcripturam immutarim: *Quid Celei virgines? non in Cereris Eleuſiniæ, humanas habere perhibentur officia?* De Celeo Eleuſino rege, & Triptolemo filio ejus; quem in Eleuſino pago cum Baubone, & aliis incolam agnovit lib. 5. Arnobius; conveniunt Servius, & Pauſanias: quibus jungendus Virgilii liber primus Georg. & quartus Faſtorum Ovidii. neque Hygino aliter ſentienti adſentiendum exiſtimo.

Pag. ead. *Erichthonius Poliadis in fano* (ſcilicet conditus eſt) *Dairas, & Immarnachus fratres, in Eleuſinis conſepto, quod civitati ſubjectum eſt. Quid Celei virgines?* *Aliter in edit. noſtra.*

Variare in tam antiquis fabulis libros, & librarios, mirum non eſt. membranæ alterum fratrum illorum, *Inmaranchum* vocant; ac poſt ſcribunt, *in Eleuſinio conſepto.* deinceps Urſinus *artem* reponit pro civitate. poſtremo editio ejuſdem refert, *Quid Elei virgines?* idque liber ſcriptus tuetur. de quibus omnibus facile erit diſcernere, atque etiam decernere, ſi Canteri noſtri Notas in hunc locum adplicueris: à quo aquam in meos hortos derivare, neque conſilium eſt, neque conſuetudinis noſtræ aut moris boni. Addas licebit hæc Virgilii è primo Georgicon:

Tardaque Eleuſinæ matris volventia plauſtra,
Virgea præterea Celei, viliſque ſupellex.

De vico Elæo, & Elæis urbibus, quarum alteram in Helleſponto, alteram in Argo quidam conſtituunt, in quibus omnibus incolæ Eleuſinii (ut quidam volunt) nominati, videndus Stephanus.

Pag. ead. *Infinitum eſt, & immenſum, quibus quique in fanis toto ſint in orbe deſcribere.*

Plenius, planiuſque futurum credidi, *quibus quique in fanis toto ſiti in orbe.* quod mihi aliud agenti incidit. & dum ſuperiora conſideravi attentiùs, non rejiciendum viſum eſt. de loco enim ſepulturæ, & mortalibus, in templis, fanisque Deorum conditis, hoc loco diſceptatio omnis. quinimmo Arnobium ipſum audi: *cum omni proſapia in Veneris templo ſitum eſſe.* Immo & monimenta paſſim has notas inſculptas habent, H. S. E. *hic ſitus eſt.*

Pag. 194. *Regnatoris in populi Capitolio quis eſt hominum qui ignoret Toli eſſe ſepulchrum Vulcentani?* *Aliter in edit. noſtra.*

Quod vetus exemplar reſtituat *Capitolium*, quarto caſu ſcilicet pro ſexto id familiare bonis ſcriptoribus fuiſſe, alibi declaravimus, & alias inſuper declaraturi ſumus: ac fide veterum librorum multa juris, non pauca Salluſtii, Curtii, Solini, Ciceronis, Agellii, aliorum, priſtinæ formæ reſtituturi. Notum ſatis illud, Terentii Andria, *In memoriam habeo.* itemque hoc Plauti, *In mentem eſt.* Adeatur Agellius lib. 1. cap. 7. iterum lib. 17. cap. 2.

Pag. 195. *Et quid fieri pote eſt injurioſius, contumelioſius, durius, quàm Deum alterum ſcire, & rei alteri ſupplicare?*

Corrigo meo periculo, *Ecquid fieri potis eſt injurioſius*; etiamſi id reticendum non eſt, illud *potis* à membranis eſſe: quas audio etiam in verbis ultimis reſtituentes,

ſtituentes, *& rei altera ſupplicare?* Etenim eam declinationem in Pronominibus placuiſſe antiquitus, ut dicerent nominativo *Alius*, genitivo *alii*, dativo *alio*; item *una, unæ, unæ*; *altera, alteræ, alteræ*; docui multis teſtimoniis ad Apuleji librum octavum: item in Succidaneis ad eundem ſcriptorem. Etiam leges aliquot ex ignorata hac locutione depravatas, ſuo tempore non deſinam publicè proponere, in notis ſcilicet ad l. Cùm alienam, C. de legatis. Vide Priſcianum interea lib. 6. & hanc veteris monumenti inſcriptionem: *Ab. Altero. Speres. Altero. Quod. Feceris.*

Pag. ead. *Vt barbatus in cœlo ſit, qui eſſe à vobis effingitur levis.*

Lectionem veterem *effigitur* ita juvo, *effigiatur*. Apulejus: *truncus dolamine effigiatus*. Itidem loquitur Minutius de ſimulachris agens: *in lapides impingere effigiatos, & unctos.*

Pag. 196. *Intelligimus omnes ventos aëris eſſe fluorem, pulſos, & mundanis rationibus concitatos.*

Præ hac lectione amplius membranis placuit, *ventos eſſe aëris fluorem pulſi, & mundanis rationibus concitati.*

Aliter in Edit. noſtra.

Pag. ead. *Inter Deos videmus leones torviſſima facie.*

Non fruſtra eſt, quod codex antiquus ſupplet: *Inter Deos videmus veſtros leones.*

Pag. ead. *Ridetis temporibus priſcis Perſas fluvios coluiſſe, memoralia ut indicant ſcripta; informem Arabas lapidem, acinacem Scythia nationes; ramum Prognes Theſpios; lignum Carios pro Diana indolatum.*

Ianus Gulielmius iſta, *ramum Prognes Theſpios*, à Gelenii conjectura eſſe adſerit: & quod in veterrima editione Romana Canterus reperit, *ramum procinxi Atheſpios*, malè ſcilicet diſſiluiſſe litteras, quas ipſe conjungit tantum, *ramum pro Cinxia Theſpios*. liber manuſcriptus habet, *procinxxi Theſpios*. Ille verò noſter Iunonem addit ſignificari, idque patere ex loco Clementis, quem hìc laudavit diligentiſſimus Theodorus Canterus. eam Cinxiæ nomine Romæ cultam, quòd cingulo novæ nuptæ præeſſet, probat ex Feſto in voce *Cinxia*, & verbis Arnobii è lib. 4. *Vnctionibus ſupereſt Vnxia, cingulorum Cinxia replicationi.* Neque diſſimulat Gulielmius, etiam Nicolao Fabro antè, quàm eum noſſet, de ſuperiore Arnobii loco ita viſum fuiſſe, quem amiciſſimum ſibi hominem etiam hac judicii ſimilitudine ſecum concurriſſe valde gaudet.

Pag. 201. *Novitatis aliquid fictio corporibus his addit, ut adjectione ipſa cogamini aliquid eis credere divinitatis, majeſtatiſque collatum? in aurum, as mutata ut teſtula vilitatem in argenteam cogat degenerare materiam?*

Præcipitatio verborum tanta eſt, ut ipſa ſimul ſententia corruat: quam ut ſublevarem, ac ſurrigerem conjectura, anſam primum obtulit antiquus codex, qui nihil hoc loco mutabat, niſi quòd referret *teſtula*: quod ego confeſtim arripui, ac verè reſtitui, *in aurum as mutat? aut teſtulæ vilitatem in argenteam cogit degenerare materiam?*

Pag. ead. *Quæ inſenſilia fuerunt paullo antè, facit ut ſint viva, & ſpiritali agitatione moveantur?*

Inſenſilia, non autem *inſenſibilia*; ac deinceps *facit*, pro *faciat*; edendum juſſi, jubentibus ita membranis. De reliquo, ultimum illud verbum in dubium trahere auſim: quod utrumne deſcriptorum audacia mutarit, nec ne, mihi incertum eſt. legerim libenter, *agitatione motentur*. certum enim motandi verbo

verbo noſtrum ſæpiſſime uti. libro 2. de Sole ait, *ejus vitali agitatione motari.* itidem lib. primo, & reliquis libris.

Pag. 202. *Quemadmodum ſeculi longioris incuria perdant* (ſimulachra nimirum Deorum) *ſitus ſpecie, & rubigine convulnerentur exeſa.*

Itali ſtabilierunt ad vulgarem ſcripturam proximè, *perdant ſitu ſpeciem.* Præceſſit rarus, nec facilè alibi obvius veterum ritus, ipſos homines, nec non Deorum ſimulachra, ac ſigna obſecrandi, adorandi, genibus ſcilicet eorum amplexis. is notatus his verbis: *Ita enim non videtis ſpirantia hæc ſigna, quorum plantas, & genua contingitis, & contrectatis orantes.* De quo ritu, itemque ſimilibus, nempe manus oſculandi, & aras amplexandi, vide quæ notavi anno ſuperiore in Quæſtionibus Apulejanis, lib. 9. atque adde inſuper hæc Plinii è naturali hiſtoria, de genibus loquentis: *Hæc ſupplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc ut aras adorant.*

Pag. ead. *Non videtis ſub iſtorum ſimulachrorum cavis ſtelliones, ſorices, mures, blattaſque lucifugas nidamenta ponere?*

Ampliùs tibi placebit ſpero, *ſub iſtorum ſimulachrorum caveis*; quod thecis & armariis imponi, recludi ſolent, ut in cavea volucres.

Pag. ead. *Spurcitias huc omnes, atque alia uſibus accommodata conducere, ſemiroſi duritias panis; oſſa in ſpem tracta, pannos, lanuginem, chartulas, nidulorum in mollitie miſerorum fomenta pullorum?*

Sollicitudinem animadvertis ſtellionum, reliquarumque beſtiolarum, quæ & nutrimenta pullis ſub caveis ſimulachrorum *congerere*, ſeu *condere* ſolent; & nidamentis mollitiem conquirere. ſcribendum igitur, ac diſtinguendum, *chartulas nidulorum in molliticm, miſerorum fomenta pullorum?* quam correctionem meam liber vetus probat, & ulterius cum Roman. inſerit, *mollitiem ſollicitè miſerorum fomenta pullorum?*

Pag. 203. *Docentque vos animantia bruta, nihil numinis ineſſe ſimulachris; in qua obſcæna facere neque metuunt, neque vitant, leges ſuas ſequentia, & inſtincta veritate natura.*

Editiones Romanæ, & una cum iis liber membraneus, legunt, *obſcæna dicere neque metuunt.* quod Urſinus juvat tali ſcriptione, *obſcæna dejicere.* mea opinione poſſit quoque reſtitui *obſcæna digerere.* quia c & g olim indifferenter ſcribi ſolent. Malunt ſubinde dicti libri omnes, *& diſtincta veritate natura.* quæ varietas monſtri neſcio quid tegere videtur.

Pag. ead. *Et qui fieri pote eſt.*

Reſtituo *potis eſt*, more huic auctori ſolemni.

Pag. ead. *Et quid in teſtulis dii petunt, ut eas ſedibus ſidereis anteponant? vincti omnes, & propemodum colligati, nobilitent teſtulas.* *Deſunt in Edit. noſtra.*

Tutius fore cenſeo, ſcriptam lectionem in contextum redhibere: *ut eas ſedibus ſidereis anteponant vinctiones? ut propemodum colligati nobilitent teſtulas.*

Pag. 204. *Quia qua ſunt privata, ſingularique natura, multa fieri nequeunt, ſimplicitatis ſuæ integritate ſervata.*

Audax facinus eſſe non nemo clamat, loca ſcriptorum veterum, quæ depravata putes, ſolo ingenio velle perſanare. quod de me, fateor non periculoſum modò, ſed & pernicioſum eſſe, præſertim ſi, quod tibi videtur, in ipſo auctoris textu commutes, &, vetere ſcriptura proturbata, commentitiam illico ſupponas. aliud tamen eſſe, ſi quid extra ordinem bene moneatur, & velut per lu-

dum seria tamen tractentur, negabit, arbitror, nemo. Quæ mea opinio est, major illis audacia fuit, qui hìc apud Arnobium suppoſuerunt, *privata, ſingulariaque*; quàm mihi, qui ſuſpicari audeo germanum auctoris eſſe, *priva, ſingulariaque*. Priva enim veteres dixiſſe quæ nos ſingula, & inde *privata*, atque *privilegia* formata, teſtantur Feſtus, Nonius, Agellius, alii: quamquam imperitiâ quorundam evenerit, ut *privati* nomen *privi* locum non ſemel in auctoribus occuparit, ut ante nos animadvertit Criticorum omnium, qui ſunt, qui fuerunt, anteſignanus, V. C. Ioſephus Scaliger apud Feſtum. Lucretium noſter imitatus & hoc loco, qui canit libro tertio:

Quòd ſi fortè animas extrinſecus inſinuari
Vermibus, & privas in corpora poſſe venire
Credis. ----------

Pag. 205. *Cur canes in Capitoliis paſcitis? cur anſeribus victum, alimoniamque præbetis.*

In manuſcripto codice eſt, *alimoniaque præbetis*. Cicero *alimenta* dixiſſet. Antiquitatem hanc illuſtrabit ſatis Vegetius noſter libro quarto de re militari, cap. 26. & quæ à nobis iſtic relata ſunt ex Livio, Floro, Plinio, Plutarcho, & Lucretio.

Pag. ead. *Vim numinis monſtrent, & ſub ipſo furti, atque operis nomine ſacrilegos pœnis convenientibus figant.*

Fortè legendum cum iteratione, ſeu retractione litterarum, *pœnis convenientibus ſubfigant*. Patibulo, cruci ſuffigere, Apulejum, Paulum Iureconſultum, Plautum, & reliquos Latii ſcriptores non ſemel ſcio dixiſſe; & is ſanè modus pæne Arnobio præ oculis: quem valde illuſtrat Iuſtus Lipſius 1. Electorum ſuorum, cap. 22. Crucem *gabalum* veteres dixiſſe, voluit Nonius: unde etiam Gallicum manaſſe opinor *gibbet*. Nonius Varronis verba laudat: *Nos Barbari, quòd innocentes in gabalum ſuffigimus homines; vos non Barbari noxios abſolvitis.* Illud ſilentio prætereundum non eſt, Conſtantinum Imperatorem in honorem Crucis Chriſti edixiſſe, ne deinceps ſceleroſi in crucem ſuffigerentur.

Pag. ead. *Dionyſius ille (ſed junior) cùm velamine aureo ſpoliaret Iovem.*

Totum illud, *ſed Iunior*, Arnobio adſutum autumo à gloſſatoribus: eoſque primùm ſcripſiſſe *ſcz.* quod antiquis valuit *ſcilicet*.

Pag. 206. *Nam quid Æſculapii gravitatem ab eo commemorem riſam! quem cùm barba ſpoliaret ampliſſima, boni ponderis, & philoſophica denſitatis, &c.*

Fortean corrigere quis poſſit *Æſculapii grandævitatem*; quia hoc nomine uſos Accium, & Pacuvium, veteres grammatici notarint; & quòd ea phraſi *ævitatem* dixerit Arnobius libro quinto, & in 12. tabulis decemviri, teſtante Agellio: nihilominus tamen alterum retinendum ſuadeo, quia ſalſius. quòd enim philoſophi, item medici (quorum Æſculapius Deus eſt) gravitatem, auctoritatemque captarent promiſſa barba, variorum poëtarum jambos ſenſerunt. Commodum ſe mihi ſuggerit Varronis teſtimonium adhuc mutilum, in Nonio Marcello, voce *Roſtrum: Varro* [illegible] *libro ſecundo* [illegible] *Itaque videas barba roſtro illum commentari.* Roſtrum ille probat dici os hominis, neque id una auctoritate tantùm corroborat. quare locum dubio procul rectè interpolo, ſarcioque, *barbato roſtro*. Apulejus: *Hircino* (inquit) *barbitio philoſophum mentiebatur*. apud eundem libro undecimo de aſino immundus philoſo-

philoſophicus,atq; ſupellex tota graphicè depingitur: *Qui pallio, baculoq;, & baxeis, & hircino barbitio philoſophũ fingeret.* Cui operæ videbitur,ad illa Arnobii leget Lactantii Firmiani c.4.lib.2.

Pag.206. *Conſimili ratione Poſidippus in eo libro, quem ſuper Gnido indicat, ſuperque rebus ejus adoleſcentem haud ignobilem memorat, ſed vocabulum ejus obſcurat, correptum amoribus Veneris,&c.*

Editi in Italia libri repræſentant:*ſuperque re à ſe ejus.* Canterus verum putat, *ſuper reapſe ejus.* magis tamen mihi verũ eſt,*quẽ ſuper Gnido indicat,*(ſeu potiùs *indigitat*)*ſuperq; reatu ejus.* Praxitelis enim,ſculptoris marmorei inſignis, duæ celebratæ olim Veneres: Coa altera,altera Gnidia. hæc adoleſcentem Gnidium,cujus nomen tacetur,in tantam admirationem,amoremq; pertraxit,ut ille in templo deliteſcere,& ſimulachro,tamquã vivæ fœminæ, cohærere auſus fuerit: & hic ille reatus,& crimen.Controverſia primitus de hoc nomine apud veteres fuit; & Meſſallam oratorem primum fuiſſe qui dixerit *reatum*, teſtem do Quintilianũ libro 8.poſteriores tamen crebrò uſi,inprimis L.Apulejus,apud quem eſt lib.7.*Sed malæ conſcientiæ reatum intra me ſuſtinebo, ſi quod* [*bonum*]*mihi videtur diſſimulavero.* etſi ejiciendũ iſtinc vocabulum *bonum*,ut alibi demonſtravi.Idem lib.1. *Quem ſolum in meo reatu teſtem innocentiæ citare poſſum.* Utitur idem lib.3.lib.4.& ſeqq. Modeſtinus Iuriſconſultus: *Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit.* l.58.D.de pœnis.Item ante reatum,& ante tempus criminis,& reatus,dicitur in l.res uxoris,C.de donationibus inter virum, & uxorem. uſus & Sidonius libro primo epiſtolarum, & alii.

Pag.207.*Vbi denique Apollo divinus, tùm à piratis, maritimiſque prædonibus & ſpoliatus ita eſt, & incenſus, ut ex tot auri ponderibus, quæ infinita congeſſerant ſecula, ne unum quidem habuerit ſcrypulum, quod hirundinibus hoſpitis (Varro ut dicit in Menippeis) oſtenderet?*

Depravatiſſimè nimirum iſta in edito Romano,ad hunc modum cuſa,*quo hirundinibus hoſpitiis (Varro ut dicit) ſe Thenipeus oſtenderet?* exemplar manuſcriptum ab edita priore Gelenii lectione in nullo diſcedit. Addã tamen calculũ hîc meum,ſed dubia,ac ſuſpenſa manu,*quo hirundinibus hoſpitiñ ſuis (Varro ut dicit in Menippæis) offenderet.* niſi quis malit in prima vulgari lectione tantummodo pro *hoſpitis* reſtituere *hoſpitibus* (*ſuis Varro ut dicit in Menippæis*)*oſtenderet.* Cartio ſcribendũ opinatur(*Varro ut dicit Menippæus*)eum videl.2.Emend. c.17.Quod ad Satyras Menippæas,eas norunt facilè, quotquot Varronẽ ipsũ norunt.Si qui tamen ignorant,diſcent ab Agellio,cujus hæc verba l.2.c.18. *Alii quoque non pauci ſervi fuerunt, qui poſt philoſophi clari exſtiterunt. ex quibus ille Menippæus fuit, cujus libros M.Varro in Satyris æmulatus eſt; quas alii Cynicas, ipſe appellat Menippæas.* quibus ſuperaddere licet Ciceronẽ 1 Academica. Deinde templo Apollinis exuſto, auro omni ſurrepto, ſcrupulũ non ſuperfuiſſe Deo quî hoſpitiũ redimeret hirundinibus,vel quî gratitudinem,ipſe hoſpitio exceptus,declararet. non videtur præter rem dici poſſe.hirundines enim Diis penatibus charũ animal exſtitiſſe,docuit ex Æliano Lilius Giraldus libro de Diis gentium.hoc amplius,Deos penates Neptunum atq; Apollinẽ fuiſſe,qui quondã muris Ilium conditione adjuncta cinxerunt, auctor eſt Nigidius l.3. Arnob. extremo,& Macrob.3. Saturnal.c.5. Nunc ſi quis *ſcriptulũ* malit, quã vel *ſcrupulũ*,aut *ſcrypulũ*,non experietur me pertinacẽ.eadẽ enim illa eſſe,atq; vigeſimã quartã unciæ partẽ deſignare,ex Antonii Auguſtini Obſervationib⁹

constat. Scriptulum autem cũ t littera Varroni placuisse docet Charisius lib. 1.

Pag. ead. *Quæ antistites, & sacerdotes* [&] *ipsi suspicione aversa nudaverint, quæ ad ultimum fures.*

Posteriorem illam copulam redundare animadvertit Theodorus Canterus, ideoq; ejiciendã censuit: ego verbo sequenti eas litteras, etsi leviter mutatas, excidisse potiùs credere volui; restituendas hoc modo, *& sacerdotes ipsi suspectione aversa nudaverint*. de qua voce inpræsentiarũ nil dicam, nisi illam meo subsidio apud Flavium Vegètium, itemq; Iulium Frontinum jure postliminii revertisse: tum & opera aliorum in aliis scriptoribus, atq; adeò in ipso Arnobio revocatam. Etenim Petronio Arbitro *suspectandi* verbum excidisse non negabis, potiùs mirabere nondum redditum. verba illius hoc modo promulgata: *Diu flevit, ac ne tunc quidem nos ullum adjecimus verbum, sed attoniti exspectavimus lachrymas*. rem ipsam solummodo spectare jubeo, dehinc conjecturam hanc meam expendere, *sed attoniti suspectavimus lacrymas*.

Pag. 208. *Nunc verò, quia cassa sunt, & nullis habitatoribus tecta, habet in iis fortuna jus suum, & perinde cunctis objecta sunt casibus, quàm sunt omnia cetera, motu interiore privata.*

Statuas Gentilium, & simulachra Divûm nihil potentiæ, nihil divinitatis habere, serius disputator ostendit: quod Iuppiter à Dionysio velamine spoliari se, Æsculapius barba privari, ad hoc derideri se passus sit. fana similiter Deorũ compluria incendio, ruina vastata, dejecta: nec fuisse, qui signa Deorum ab injuria, aut incommodo vindicarint. Idcirco infert ille, inania & cassa esse simulachra, nec ullibi locorũ tuta. hæc mens Arnobii, quæ requirit, ut corrigamus, *& nullis habitationibus*, [vel, quod ego prætulerim, *habitatibus*] *tecta*. habitatus dixerit quarta declinatione nominum, ut libris præcedentibus *tortus, spectus, successus, temperatus, potentatus, promissus, humatus, contentus, paratus*, & alia centum in hoc opere sparsa, pro *habitatione, tortione, spectione, successione, temperatione*, &c. qua declinandi forma delectatos nõ tantùm medii ævi scriptores, ostendi in Commentario ad Vegetium. etiam Agellius in suis Noctibus idem observare non est dedignatus lib. 3. c. 19. Ad illustrationem fabulæ, de qua Arnobius, inspiciendus Lactantius Firmianus lib. 2. cap. 4.

Pag. ead. *Pariantur.*

Pariare verbum probum, & Iureconsultis non rarò frequentatum: quod significat ita rationes reddere, ut expensa paria sint acceptis. inde & pariatio, & pariatores dicti in l. ult. D. de condictione indebiti: l. Iulius, D. de conditionibus, & demonstr. l. Is qui, D. de manumission. Item *paria facere*, in l. Sticho, D. de statu liberis. Notata hæc à Budæo, Alciato, Valla, & Antonio Augustino libro quarto Observationum, capite 12.

Pag. ead. *Ipsa etiam videamus templa sacrilegis violationibus appeti.*

Interpunctione indiget, *templa sacrilegiis, violationibus appeti.*

Pag. 210. *Etiam affixa, constitutaque damnatio.*

Probant mihi lectionem suam membranæ, *etiam fixa, constitutaque damnatio:* id est, certa, indubia. quod verè Arnobianum esse, ex ipso auctore, vel etiam Electis istis, patere poterit.

GODE-

GODESCALCI STEWECHII IN LIBRUM VII. ARNOBII ELECTA.

GOD. STEWECHIUS STEPHANO PIGHIO V. C. SCHOLASTICO ECCLES. XANTHENSIS. S.

Iccine ais, mi Pighi? Philippum Coterejum, Dominum Weſtmalium, fucum mihi feciſſe, & pro formica ſuggeßiſſe camelum. Video quid ſit: laudem, & gloriam qui fugiunt, eos iſta ultro ſectantur, adſequuntur. in his te in primis, & quidem magno merito tuo. quod quidem tacente me tua dignitas, parata hîc illic primariorum amicitiæ; verum etiam labores tui, & ſcripta bono reip. promulgata, plus ſatis teſtantur, teſtabunturque in omne ævum. Nuperum candorem meum tibi non diſplicuiſſe gaudeo. at de obſervatione, quid eſt cur tantopere mirêre. quamquam enim prolixè eam pollicitus, non committam tamen, ut unquam deſiderare illam queas. animo quippe meo jamdiu imperavi gratum facere, obſequi viris doctis; viſi illi, ſive inviſi; modo ea parte commendati qua tu, id eſt, de meliori nota. Quod de nomine, cognomineque omen captas, meque Theodulum ſemper futurum confidis, conſtantem, ac ſtabilem in priſca, probataque majorum religione, in eo opinionem tuam non fallam. Eram nuper in Arnobio relegendo: inibi an ſpicas iſtas cum judicio elegerim, te, (quod commodo tuo fiat) pro amicitia noſtra, velim diſpectare.

Pag. 212. *Quid deinde ex hoc lucri ad Deos ipſos perveniat, atque in eorum commoditate ſubſideat.*

Ocioſos ſediſſe velim, & quidem inſertis in ſinum ambabus manibus, qui hæc ita expreſſerunt. Id agitur prædictis verbis, ex iis ſcilicet, quæ altaribus admovebant Gentiles, nihil Diis accedere; nihilque [ut Arnobii verbis dicam] ad numinum ſubſtantias pervenire. meo judicio ſcripſit auctor, *in eorum commoditates ſubſidat.* de quo verbo quia ſuprà notavimus, placet indicare mendi originem. antiquè ſcribebant, *commoditate cubcidat.* Enim c, tertia apud Latinos littera, & adſpirationis nota, & ſigma quoque fuit non apud

Græcos ſolùm, ſed etiam Latinos : & hinc, promiſcuo ejus litteræ uſu, complures enatæ in ſcriptoribus mendæ, ut multis oſtendi in Succidaneis meis ad Apulejum; locis ejus ſcriptoris plurimis, ut arbitror, bene reſtitutis. Adi Feſtum in *Quatenoc*, in *Suppum*, in *Secum*, in *Setus*, &c. Apulejus lib. de Deo Socratis: *Nullo inter ſe propinque communicatu*, ut quadrarent verba Diis, hominibuſque, quibus de agitur, repoſui, *propinquoc communicatu*. librarii enim conſonantes non geminabant, id impoſuit poſteris. vide Feſtum in *Solitauri-lia*, in *Porigam*, in *Anus*, in *Torus*, & alibi. Apulejus lib. 6. Aſini aurei: *Canis immanis, & formidabilis, conantibus oblatrans faucibus.* ſcriptum antiquè pro *ſonantibus*. lib. eodem pari modo editur, *Deorum conceſſu*, quod valet *conſeſſu*. Sed quorſum abeo longiùs? nam paullo pòſt in Arnobio Romani ediderunt, *adhuc ſuda de ſanguine, & prioribus humecta de ſuccis*. ne dubita quin rectè alii edant, ſine iteratione litteræ, *adhuc uda*. Eandem litteram pro adſpiratione fuiſſe, nemo neſcit: & inde perperam editum Apuleji libro ſecundo, *exſertis hujuſcemodi telis*; & libro nono, *arreptis hujuſcemodi telis*; cum mea opinione debuiſſet exprimi, *cujuſque modi*, id eſt, cujuſcumque modi telis. & ſimiliter idem mendum irrepſiſſe alibi plus ſexies in ſcriptis Apuleji, prædictis Succidaneis meis oſtenſum eſt. Superſunt ſimilia in Arnobio, apud quem membranæ legunt lib. 1. initio, *irrupiſſe has labes, & infectare cœpiſſe diſcriminum varietate mortalia*. vulgo editur *infeſtari*. Iterum libro primo, *ſed ad ſenſus ſummam redeant*. pro quo Itali meritò reponunt *cenſus*. Rurſus eodem libro, *nec ſic video cauſam, cur eum deberetis odiſſe*. mihi elegantius videtur, *nec hic*; quaſi dicat, *neque in hac re*, vel *hanc ob rem*. Poſt eodem libro, *& inexplicabilis ratio fati clauſis patefaciendis myſteriis*. pro quo editiones antiquæ, & manuſcriptus, *ratio, fatis clauſis*. Simile quod libro ſecundo ediderunt, *perlongiſſimi temporis cruciatu conſumuntur igni fero*. pro quo ſcriptum reperi, *cruciatum, conſumentur*. inſiſtendum tramiti invento jam, atque demonſtrato; & ſcribendum, *per longiſſimi temporis cruciatus conſumentur*. Ecce aliud, quod libro tertio occurrit, *capitones, ſiluncules, frontones*. membranis placet *ciluncules*. Feſtus in littera C cilonem definit, cui frons eſt eminentior, ac dextra, ſiniſtraque velut reciſa videtur. Homero dictus φοξός. Varro autem apud Nonium ſilonem oſtendit dictum grandibus ſuperciliis hominem. Plauto autem ſilones [Cicero ſilos vocat] qui naſum habent reſimum, hoc eſt, ſurſus repandum. Protinus libro Arnobii ſeptimo rectè editur, *vociferari hos fruſtra, ſine cauſa alios curſitare*. atqui in membranis ſcriptum eſt, *vociferari hoc fruſtra*. Cuditur eodem libro porrò, *ventum ad veram, atque ad junctiſſimam quæſtionem*. ſequamur Italos, qui legunt, *ad juſtiſſimam quæſtionem*.

Pag. 213. *Quod alantur hu numina, & eorum ſuſtineantur paſtu.*

Adde ex libro vetuſto præpoſitionem, *è paſtu*. Infra hoc libro, *cœli ſuſtineantur è paſtu*.

Pag. ead. *Voluptatis, animique, ut dicitur, cauſa caduntur Diis hoſtiæ, & ſuccenſis adjiciuntur altaribus.*

Abſque ſuſpicione mendi prætereunt iſta multi. at nos noſtrum faciemus, & opinionem prodemus non alia cauſa, quàm quòd faciat ad ritum ſacrificiorum. ex literarum ſimilitudine, ſeu mavis negligentia deſcriptorum, vocem totam intercidiſſe arbitror, ac reſtituendum, *& ſuccenſis adjiciuntur thura altaribus*. hoſtias ipſas comburi ſolitas non ſum neſcius, ſed dabo præcedentem

auctoris locum, ut judicare faciliùs queas, is eadem hac pagina: *Aut enim thus datur, & liquefactum carbonibus disperit: aut animalis est hostia, & ab canibus abliguritur sanguis.* Item rursus libro 4. *Non enim qui sollicitè relegit, & immaculatas hostias cadit; qui acervos thuris dat concremandos igni; numina consentiendus est colere.* Iterum inferius hoc eodem libro: *Sequitur ut de thure, deque mero aliquid sine ulla nimietate dicamus. copulata enim, & mixta sunt ceremoniarum hæc genera, cultumque adhibentur in plurimum.* Complexum animadverti pariter utrumque Minutium Felicem suo Octavio. *Nidore* [inquit] *altarium, vel hostiis pecudum saginati.* similiter & Mamertinum in suo Panegyrico: *Aras flagrantibus sacrificiis, & odoribus accensis numini tuo implesti.* quibus præmissis exemplis inducor, ut in Panegyrico ejusdem Mamertini, quem genethliacum Maximiani A. inscribunt, leviter tentem hæc sequentia; *Concursare inter se agricolæ, nunciare totis visa, aræ incendi, thura poni, vina libari:* ac restituenda existimem, *nunciare oculis visa, aræ incendi, thura apponi.* etsi non ignoro *totos* rectè dici, pro omnes. Eduntur alia in Arnobio non ita multis abhinc infrà paginis; quæ ut suspectare ausim, superiora scriptorum testimonia causam præbent. *Non enim qui simulachrum aliquod sibi conficit, quod pro Deo veneretur; aut qui pecus trucidat innexium, sacrisque incendit altaribus; is habendus est rebus deditus esse divinis.* Referibendum arbitror, *sacrisque incendit thura altaribus.* subditur etenim eodem loci: *nam pulticula, thura cum carnibus, rapacium alimenta sunt ignium.* Illud silentio interim non prætereundum, thuris usum apud Romanos Romuli, & Numæ temporibus incognitum fuisse; & pium far, id est, far tostum, ac salè sparsum ejus loco fuisse, in adspergendis hostiis. Docet Arnobius lib. primo, Festus in *Mola*, in *Ador*, in *Immolare*, & Plinius lib. 13. c. primo. Hinc illustratur Arnobius lib. 3. *Nisi enim thura, & salsas accipiant fruges, benefacere Dii nequeunt?* Solent autem hostiæ mola salsa tangi, ac tum immolatæ dici. cùm verò ictæ essent, & aliquid ex illis in aram datum, mactatæ dicebantur per laudationem, & boni ominis significationem. & cùm illis mola salsa imponebatur, dici solet, MACTE ESTO; ut auctor Varro. reliqua ipse Arnobius hoc libro explicabit.

Pag. ead. *Exsultantia adhuc corda, tremebundaque palpitantes in visceribus venæ.*

Ursino, perinde & mihi, genuinum est, *tremebundisque palpitantes in visceribus venæ.* de qua trajiciendi nomina consuetudine, alibi jam admonui.

Pag. 214. *Consentaneum est credere, numquam Deos irasci.*

Scriptus liber à consectando hoc loco format *consectaneum est.* Si omnes [inquit] affectus animorum Diis incogniti, neque irasci eosdem consequens est.

Pag. 215. *Quoniam nec visi aliquando,* [Dii scilicet] *neque, si sunt visi, apertissima potuit cognitione dignosci.*

Solis in membranis correctio reperta est, *neque si sunt ulli.* Si pro An usurpatum, quod jam antea tradidimus. Iterum mox, *quibus neque sese monstrare aliquando dignati sunt.* Liber manuscriptus geminatione aliquot litterarum præ se fert, *quibus neque sese esse monstrare.* Eadem pagina dictus manuscriptus cum edito Romano retinet *obire*, loco verbi *abire.*

Pag. ead. *Ergone injurias suas Dii vendunt, atque, ut parvuli pusiones, quo animis parcant, abstineantque ploratibus, passerculos, pupulos, eculeos, panes accipiunt, quibus avocare se possint.* *Aliter in Edit. nostra.*

Pupus,

Pupus, & *pupa*, pro puſionibus, puerulis, & puellulis, nota. Varro lib. 6. puſum, puſam vocat. ab his pupis pupulus, & pupula, eadem notione diminuta ſunt Catullo, Apulejo, & aliis. Ea nomina antiquitus etiam *ἰσόμορφα*, ſigillaria, ſeu imagunculas, quæ hodieque in uſu nutricibus, ac pueris, deſignabant: à quibus etiamnum noſtrate idiomatiſmo denominantur *puppen*. de quibus eſt Perſianum illud: *Nempe hoc quòd Veneri donate à virgine puppæ*. Scribendum igitur ſuperioribus verbis, *paſſerculos, puppulas, equuleos*; vel unico p, ſi luber. Varro Aborigin. *Magna pars in deſiderium puparum, & ſigillorum venibat.*

Pag. 216. *Vt de meo ſanguine fieri tibi patiaris ſatis, quòd numquam te læſerim.*

Suavius ad autes accidit lectio vetus, *qui numquam te læſerim.*

Pag. ead. *Numquid aliquem præſulem, tuum numen qui offenderet, aut te traduxi? numquid juravi per te falsò?*

Non ſemel miratus ſum, virum doctiſſimum Gelenium ita edidiſſe: quod enim in codice Romano, & manuſcripto eſt, *antè traduxi*, rectam ſcripturam, & veram hiſtoriæ ſententiam ejicit, ſi duplicata ſyllaba reſcripſero, *præſulem, tuum numen qui offenderet, ante te traduxi*? Ad hiſtoriam reſpicit, quam infrà hoc eodem libro altiùs repetit his verbis: *Iudis quondam ipſis Circenſibus, qui Iovi maximo fierent, patremfamilias quendam antè, quàm inciperent res agi, ſervum peſſimè meritum per circi aream mediam tranſduxiſſe caſum virgis*, &c. Iterum paullo poſt: *Iovem per inſomnium dixiſſe, uti ad Conſules vaderet, præſulem ſibi diſplicuiſſe*. copias traducere, traducere pompam, Cæſarem, Terentium, alios dicere, pueri meminerunt. Tertullianus de meretricibus, quæ ludis finitis traduci, & in theatro proſterni ſolent: *Perque omnis ætatis, omnis dignitatis ora tranſducuntur*. De præmiſſa narratione, præter hiſtoriæ Romanæ ſcriptores, vide Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 6. qui ſervi dominum Atronium Maximum nominat, præterea hiſtoriam incidiſſe notat annum urbis conditæ 474.

Pag. 218. *Incendiis, naufragiis, & ruinis mergi, obrui, confici.*

Redigo in ſuum ordinem, *obrui, mergi, confici*: ut nimirum nepam imitetur oratio, ac retrovorſum cedat.

Pag. 219. *Si ex duobus facientibus res ſacras honeſtus unus, & locuples; alter angusto lare, ſed innocentia fuerit, & probitate laudabilis.*

Cum pauperi innocentiam, probitatem tribueret, videbatur diviti nihil minùs debuiſſe adſcribere, quàm honeſtatem. niſi tamen verius ſit, *honeſtum* accipiendum pro eo qui bono loco, & parentibus natus ſit honeſtis: ita enim *honeſtatem*, & *honeſtũ* obſervabam, humilitatis, & humilis *ἀντίθετα* ferè conlocari ſolita, deficiente præſertim Latini ſermonis puritate. Iuſtinianus Imperator: *Pœnam autem* [inquit] *eadem lex irrogat ſtupratoribus, ſi honeſti ſunt, publicationem partis dimidiæ bonorum: ſi humiles, corporis coërcitionem cum relegatione*. §. Item lex Iulia, Inſtitut. de publicis judiciis. Honeſtiores à vilioribus in pœna diſcretos quoque oſtendit l. Si quis, D. de pœnis: l. adulterium, §. Imperatores, D. de adulteris: itidem l. Sacrilegii, D. ad legem Iuliam peculatus: iterum l. 4. C. quæ res venire non poſſunt. Honeſtum pro viro honorato Cicero non una epiſtola uſurpat, & Vegetius lib. 1. rei militaris, cap. 7.

Pag. 221. *Vt ſi quiſpiam viſo potentiſſimi nominis viro, via decedat, aſſurgat,*

caput

caput revelet, vehiculoque desiliat, tum deinde salutet acclivis, &c.

Emendabo volente exemplari scripto, *salutet acclinis.* Martianus Capella lib. 2. de nuptiis Philologiæ: *Quidquid verò terræ confine, ac propinquum ramis acclinibus fuerat, gravius rauca quatiebat.* Alterum illud à clivo locum hîc suum, possessionemque retinere numquam poterit. Ritum veterem in adeundo, honore habendo, observatione dignum non negabis; addam tamen ex Apulei lib. 4. Floridorum, equo vectos, si alicujus auctoritatis, aut nominis obviam fieret, non modò equum sustinere, cursumque cohibere, verùm etiam in pedes desilire, & quam equo verberando virgam gestabant, eam in manum lævam transferre; ita porrò expedita dextra adire, atque osculari mutuò solere. quam tamen ex ipsius verbis non extundes sententiam, nisi Quæstionibus nostris adhibitis. De adsurrectione unicum exemplum adstruam, corrigendus tantùm Sallustius quinto historiarum. laudantur à diversis, sed corruptissimè, quæ hoc modo emaculo: *Quibus de causis Syllam in victoria dictatorem, sibi equo descendere, adsurgere, caput aperire solitum.* aut, si ita malis, *equo descendere, sibi uni adsurgere, caput a s.* apud Nonium in *Apertum*: iterum in voce *Surgo.* Apud Arusianum Messium, iremque Frontonem, tanta inconstantia in his verbis, *sella surgere*; modò, *surgere de sella*; modo, *adsurgere de sella*; ac denique, *adsurgere sella*; ut dubitandum ulteriùs non sit de mea emendatione. Tum adsurgendi verbo ita absolutè usos memini in honore exhibendo Apulejum 1. Apolog. Suetonium in Iulio, Agellium l. 6. cap. 9. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 4. Item Plinius ait lib 16. de eo, qui civicam coronam virtute belli adeptus est: *Accepta licet uti perpetuò, ludos ineunti semper adsurgi, etiam ab Senatu, in more est.*

Pag. ead. *Atque ita perducitur res eò, ut inferior Deus sit, qui honoribus mactatur humanis.*

Alterum orationis membrum applicant, & periodum complent duo libri manuscripti: *ut inferior Deus sit, qui honoribus mactatur humanis: homo verò sublimior, qui auget potentiam numinis.* quod de duobus manuscriptis dixi, alter Parisiensis est, ex quo hunc locum ita supplevit Lud. Carrio lib. 2. Emendat. cap. 17. cui nostræ membranæ consentiunt.

Pag. 222. *Dicite (inquitis) qua sit opinio de his deformitate culpabilis, ut neque illos credas quidquam hominis habere consimile, nec quidquam exspectare.*

Aliter in edit. vet. i. e.

Vapularet certè in ludo litterario puer, ni scriberet, *ut neque illos credatis*, cùm præcesserit *Dicite.* Sed hoc, quasi præcipuum foerit, dictum puta. superest enim hoc loco aliud, majoris momenti videlicet, & de quo somniare, vel suspicari numquam potuissem, absque libro veteri manuscripto fuisset, cujus fide expleo sententiam tali intrimento: *qua sit opinio de his primùm digna, recta, & honesta; nec turpitudinis alicujus deformitate culpabilis, ut neque illos,* &c. quod ex ipso Arnobiano fonte, & ore profluxisse, tu, scio, non negabis.

Pag. 223. *Cur non eis & mulos, & elephantos mactatis, & asinos? cur non & canes, ursos, & vulpes, & camelos, & beluas, & leones?*

Tantùm dico spurium videri *& beluas.* ferri potlit, ni præmisisset *elephantos*: quos in historiis, & re militari, tamquam peculiari nomine nuncupabant beluas aut bestias.

GODESCALCI STEWECHII

IN LIBRUM VI. ARNOBII

ELECTA.

GOD. STEWECHIUS

RENATO VANDER DUYN,

V. N. IUDICII IMPERIALIS

ADSESSORI

Spiram Nemetum.

AN non meritò ego benivolentiam tuam mirer? benevelle, benefacere præsenti; etiam operam, si qua in re usui sit, absenti offerre? Magna, & quidem non semel, prædicari de te audiverām; humanitatem, eruditionem, prudentiam: omnia tamen, quantulum quantulum imà fuimus, longè maxima deprehendisse me, non possum non publicè testari. Vtinam diutius paullo subsistere ibidem per negotia licuisset! jam ego non solùm dulcissimo, utilissimo colloquio tuo frui, verùm etiam cara illa capita, Iacobum Campium dico, ac Greg. Tengnagel, videre, amplecti potuissem; immo utrique ob honorem adeptum gratulari: quòd illum titulo Consiliarii Illustrissimi, ac Reverendissimi Electoris Colonienſis auctum; hunc in amplissimum, & illustre Collegium vestrum adscitum intellexerim. Sed audi nobilissime Duyni: jam ego incipiam operatua uti, & quidem pro eo, ut jussisti, liberè, ac familiariter. Vides has notas, leviusculas fateor, ac vix diobolares; attamen (quod commodo tuo fiat) percurrere te illas, tuoque calculo vel beare, vel condemnare velim. D. Bartholomæo Bodegemio, Officiali Trevirensi, à te salutem dixi: qui te quàm potest humaniter resalutat. Vale mi Duyni, & salve.

Pag. 189. *Aut aliquem sumpserimus temeraria in Deos desperatione contemptum; sed quòd Deos arbitramur.*

Perperam iteratam literam clamat manuscriptus, qui rescribendum monet, *sed quòd eos arbitramur*, idque non inconcinnè à verbis conjunctis.

Pag.

Pag.ead. *Cunctarum esse debere virtutum (Deos* intellige*) sapientes, justos, graves, & t. intestinis pollentes bonis, nec extraneis adminiculis indigere.* *Aliter in edit. nostra.*

Eam lectionem à Gelenio suppositam esse liquet, neque id mala sententia: verùm tamen membranæ cum editione Romana recenti repræsentant, *nec extraneis adminiculis addicere.* quod mutare possis in *adigere*; sive adjecto pronomine legere, *nec se extraneis adminiculis addicere.*

Pag.190. *Eosque, quos tangat affectio, pati dolorem, diminui, sapientium scita, & pronuntiata definiunt.*

Passionibus convenientiorem effectum suggerit exemplar scriptum, in quo est: *eosque, quos tangat affectio, pati, dolore deminui, sapientium,* &c.

Pag. ead. *Et quid amplius possumus vel honoris eis attribuere, vel dignitatis; quàm quòd eos in ea ponimus parte, qua rerum caput, ac Dominum, summumque ipsum regem.*

Exigua mutatione conor extollere sententiam scriptoris: *Ecquid amplius possumus,* &c. adhibito interrogationis signo ad nomen extremum, *summumque ipsum regem?* Integra hæc locutio etiam in hodiernum usque in nonnullis auctoris nostri libris; primò, *Ecquid ergo injustis* (inquit) *persequimini nos odiis?* ita textus libro primo. Iterum libro secundo: *Ecquid agere videamur, insomnium cùm videre nos dicimus?* Vicissim observare est dicto lib.secundo: *Ecquis erit tam brutus, & rerum consequentias nesciens, qui animis incorruptibilibus credat nocere rotarum volubilium circumactus?* Neque solùm cum pronomine *quis* interrogandi particula *ec* juncta reperitur: obvia enim apud Ciceronem in orationibus ista: *Ecquo te tua virtus provexisset?* Apud eundem in libris Rhetoricis legimus: *Ecqua lex, ecquod artificium, ecquo ab alio fieri potuerit.* Iterum in epistolis ad familiares: *Ecquando tu hominem ineptiorem, quam Pompejum, vidisti?* lib.8.epist.15. Sed nos hoc agamus, & Arnobio eam phrasin restituamus, in primis libro primo: *Ecquis magis rectiùs horum feret, invidiam nominum, quàm qui alium, præ hoc, Deum novit aut credit?* Libro 4. similiter existimo scribi posse: *Ecquid regi Saturnio matrimoniis fuerat eum alienis rei?* Pariter & lib.7. restituendum autumo: *Ecquid ex hoc facto labis potuit, & fœditatis effluere,* &c. Iterum libro prædicto: *Ecqua gravior infligi contumelia Diis potest, quàm si eos credas accepto mero propitios fieri?* quibus in locis editiones retinent *Et quis, Et quid, Et qua.*

Pag. 191. *Etenim plena dementia est, necessitatibus tuis potentiora metiri; & qua tibi sint usui, datoribus Diis dare.*

Omnino sequendum est membranas nostras, quæ legunt, *necessitatibus tuis potiora.* non semel in hanc partem lapsos librarios, ut potentiora scripserint loco potiora, alibi faventibus Musis demonstrabo. En Arnobii locum superiori geminum germanum: *Superciliosa nimiùm res est, cùm ipse sis non tuus, aliena etiam in possessione verseris, potentioribus dare conditionem. Velle, ut id fiat, quod cupias,* &c. libri primi principio.

Pag.ead. *Templa igitur quærimus Deorum in quos usus? aut in rei cujus necessitatem aut dicitis esse constructa, aut esse rursus ædificanda censetis?*

Omnino credibile est sinceram fore, *aut ducitis esse:* quòd illud verbum frequenter in calamo fuit isti scriptori.

Pag ead. *Nec recusare* (Deos) *nec spernere, quo minùs se sepiant, & eorum objectionibus cœrceantur inclusi.*

Sincera ſcriptura membranarum *objectibus*. Similiter aiè lib. 7. *cujus ſeſe objectu, oppoſitione prætexeris*. de qua nominum declinatione alibi ſatis ſuperque dicimus.

Pag. ead. *Templum, inquit, hoc Martis eſt, hoc Iunonis, & Veneris: Apollo hic habitat, in hoc manet Hercules, illo Summanus. Iſta non prima, & maxima contumelia eſt, habitationibus Deos habere d'ſtrictos?*

Gratia librariis antiquis debetur, & quidem ut ego ſentio, maxima: quorum diligens labor hujus loci integritatem nobis prodidit, & ad hanc reſtituit faciem, egregia ſanè interpolatione, *hoc Iunonis, & Veneris; hoc Herculis, Apollinis, Ditis. quid eſt aliud dicere, quàm domus hæc Martis eſt, hæc Iunonis, & Veneris: Apollo hic habitat, in hac manet Hercules, illa Summanus. Ita non prima, & maxima contumelia eſt*, &c. Reliqua per ſe ſatis liquent: unam tantummodo particulam, *Ita* pro *Iſta*, teſtimoniis corroborabo. Arnobius l. 5. *Ita non animadvertitis, non videtis, quanta iſtud dicatur cum ignominia fieri?* Itidem libro ſexto in ſimili increpatione dicitur: *Ita enim non videtis ſpirantia hæc ſigna, quorum plantas, & genua contingitis, & contrectatis orantes?*

Pag. 192. *Conſtituamus enim noſcendæ rei* [*cauſa*] *templum numinis alicujus eſſe apud Canarias inſulas, ejuſdem apud ultimam Thylen.*

Virgilium hîc noſter imitatus. etſi tamen pro conſuetudine antiqua y pro u adhibitum ſit: unde confuſa paſſim in vetuſtiſſimis membranis hæc Gyla, & gula; [de quo & Soſipatrum Chariſium verba facere memini] Capya, & Capua; Sylla, & Sulla; ſimilia ſexcenta. Virgilii verſus primo Georgicon:

---------- *tibi ſerviat ultima Thule.*

Itidem apud Claudianum: ---------- *& procul axe remotam*
Inſolito belli tremefecit murmure Thulen.

De cætero id mihi jam dudum ſedit, librariis non adſentiri ineptis, temerariis, quotiens ratio diverſum ſuadet: & id cauſæ eſt, quamobrem in alienas terras exterminandum putem è verbis Arnobii illud *cauſa*, locutione nemini paullum modo humaniori incognita. Dabo locum, in quo ſimiliter auctorem noſtrum locutum editiones omnes clamitant, qui eſt libro proximè antecedenti: *circumjectas prolibus, diripientem membranulas, ferventique adhuc matri velut quaſdam inſulas eliciendæ miſerationis offerentem*. Romanos frequenter hac omiſſione uſos in genitivo nominum quæ ſupinorum terminationes habent, auctor Priſcianus lib. 18. exempla is ponit, *populi ſervandi laborat; reipublicæ defendendæ periclitatur*; ut deſit, *cauſa, nomine, gratia, ergô*. Similiter tollendum ſuadeo illud *cauſa* Arnobii tertio libro extremo. Salluſtium hac phraſi libenter uſum, ut & aliis Græcorum, monuêre qui in ipſius libros Notas nobis dederunt. in iis doctiſſimus Aldus Manutius N. nihilo minùs tamen eandem, minimùm tribus locis, in eo ſcriptore memini me deſiderare, ac membranis adſtipulantibus reſtituere. unum, quem in adverſaria mea tetuli, ob oculos ponam; reliquos non potero, quia in præſens longiùs à bibliotheca abſum. Salluſtii Iugurtha hæc verba Marii ſunt: *Non poſſum fidei* [*cauſa*] *imagines, neque triumphos, aut conſulatus majorum meorum oſtentare.* Non agnoſcunt nomen *cauſa* optimæ notæ codices mei. quare itidem tollendum de Panegyrico Auſonii, ubi eadem illa Salluſtii laudantur. In libris juris ſcripti phraſin iſtam crebram eſſe oſtendit Guilhel. Budæus, & poſt illum Antonius Auguſtinus lib. 2. ſuarum Obſervationum, cap. 1. & notavit Ianus Guliel-

Gulielmius in libris Verosimilium, & alii Critici. Ego, dum hic sumus, atque illud agimus, duas in Codice Iustiniani Constitutiones repurgabo, quas etiam in adversaria mea conjectas reperi. cæterùm non id mea fert audacia, sed manuscripto volente. Legitur ibi in l. plagii, ad legem Fabiam, de plagiariis: *Non commissi velandi* [*causa*] *sed hanc opinionem justa ducti ratione.* Iterum in l. quia, C. de operibus publicis: *Ac tecta reparanda regia hujus urbis lavacro, sine aliqua jubemus excusatione conferri.* verum in Codice Theodosiano editur, *reparanda gratia hujus urbis.* in membraneo Codice nostro verbis duobus exterminatis, *reparanda urbis.* Lubet etiam alios arcessere, seu potius immittere in hanc aream. Prudentius in Apotheosi: *Semper in auxilium Sermo Patris omnipotentis*

Descendit servando homini .....

In manuscripto S. Panthaleonis Colon. perscriptum vidi, *servando hominis.* id vel tantillum torqueo, ac scribo,

Descendit servandi hominis .....

Agellius libro tertio Noctium Atticarum, capite octavo: *Sed communis exempli, & fidei ergô, visum est.* In manuscripto vidi, *fidei gratia ergô.* Amoveo inde hæc duo, *gratia ergô.* quorsum enim syrmata ista tam longa, & inepta trahantur? Observati mihi consimiles loci apud eundem scriptorem lib. 5. & lib. 9. itemque alibi. Apulejus prima apologia pro seipso: *Dicam tibi, Maxime, cur illud de aurium tinnitu quæsierim. non tam purgandi mei gratia in ea re, quam tu jam præjudicasti.* ubi illud *gratia* adsutum credo ab hominibus minimè gratiosis. Verba Catonis apud Nonium in *Receptitium* pariter emaculare studeo, *Nec dederat dotis, set exceperat*; ut sub intelligatur *nomine* scilicet *dotis.* Editi libri habent, *Nec dederat dotis, & exceperat.* nisi consultius esse censebis scribere antiquo more, *Nec dederat doti, set exceperat.* Set pert olim scriptum, suprà monui. Attexam, quia labor adlubescit, ex eodem Nonio similia, & brevitatis causa voces, quas spurias censeo, duabus solummodo lineis inseram. Primo occurrunt Sisennæ verba apud Nonium in *Cista*, ex quarto historiarum. *Cistaque, qua erat* (legendum *erant*) *legum ferendarum* [*gratia*] *parata, defecerant.* Apud eundem in *Contendo.* Cicero de Rep. *Primum in Ægyptum discendi* [*causa,*] *post in Italiam contendisse.* Iterum apud illum ipsum Nonium in *Trulleum.* Varro primo de vita populi Romani; *Non quæ luxuriæ* [*causa*] *essent parata.* Simile esse, cum apud Iureconsultos nomen *actionis* desideratur, monuit prædicto cap. Antonius Augustinus: & nos eam partem suo loco emendabimus constitutiones aliquot Imperatorum. Supersunt alia, in oratione nimirum quæ Ciceronem auctorem mentitur in Sallustium, ubi hæc vulgo legere est: *Neque piguit quærere, cur ego P. Crassi* [*domum*] *emissem, cùm tu veteris villa dominus sis, cujus paullo antè fuerat Cæsar.* Discrepare vidi membranas eruditissimi viri, mihique amici, Suffridi Petri Iureconsulti: neque id uno loco tantum. rectè autem in iis perscriptum, *cur ego P. Crassi emissem.* tum & illa, quæ subinde sunt, non minori sinceritate expressa: *cùm tu vetus villa dominus sis.* nam meo sensu id mordax præ illo altero: quasi innuat Sallustium non modò asseruisse sibi villam istam instrumentis falsis; set etiam titulum veterem, pura emptionis, donationis, aut similem dolo malo quæsisse. Pari ellipsi dixêre olim, *ad Diana, ad Apollinis*; supprimendo, ac supertintelligendo *ædem, templum.* quam locutionem, facere non possum, quin

Romanis aliquot ſcriptoribus de conjectura mea reddam. Anteſignanus ſit M. Terentius Varro, in his litteris neque Græco, neque Romano cuiquam ſecundus; apud Nonium in *Expulſim*. *Varro ſera parecte. Purgatum ſcito, quoniam videbis Roma in foro ante janienus pueros pila expulſim ludere.* Repulſim pro expulſim ſcribere, atque emendare, cuivis facile eſt, quod à vicibus repercutiendi pilam dixerint repercuſſabilem. at mihi in mentem eſt, Varronis illa deſperata hactenus, & ab diverſis infauſta manu tentata, è pulvere, & ſitu excutere. *Varro. Sera peracta, depugnatum ſcito, quom jam videbis Roma, in foro ante Iani, pueros pila expulſim ludere.* Sera peracta, hoc eſt, adverſa omnia, triſtiaque amota ſcito, immo defunctum eſſe populum Romanum bellis omnibus tunc, cùm portas Iani gemini clauſas (quod pacis tempore obſervatum pueri ſciunt, &, ſi qui neſciunt, à Virgilio 7. Æneid. doceri poterunt) & ante templum ludere pueros videbis. Virgilius quinto Æneidos:

Seraque terrifici cecinerunt omnia vates.

Quo loco interpretatur Servius *triſtia, gravia*, atque inibi adducit fragmentum ex hiſtoriis Salluſtii, ad meam ſententiam aptiſſimum: *Serum bellum in anguſtiis fore.* Perinde & arva ſera apud Lucretium poſuit, atque explicavit Palmerius noſter *triſtia, laboriosa*; ac voluntatem ſeram: de quo in lectiſſimo ſuo Spicilegiorum commentario. Supereſt alter locus apud Nonium in *Preter*, ubi prædictam *in ἀψῖδι* olim quoque ſediſſe exiſtimabam. Varro Eumenidibus: *En domum preter matris Deûm edem exaudio cymbalorum ſonitum.* Fortean melius legetur: *Eundo domum preter matris Deûm, exaudio cymbalorum ſonitum.* Sed nunc tempus eſt, domum redeamus, hoc eſt, ad Arnobium, à quo nimis quàm diu abfuiſſe videmur.

Pag. 195. *Inexpiabilem numinibus fieri contumeliam, quorum delubra, & templa mortuorum ſuperlata ſunt buſtis.*

Locum iſtum ut attentiùs conſiderare cœpi, præcipitationem litteræ ſcripturæ commutandæ fuiſſe putavi: germana lectio viſa eſt, *& templa mortuorum tuberata ſunt buſtis*, tralata voce ad tumulos humatorum. itidem in Nonio eſt, Suggrundaria: *Nec tanta cadaveris immanitas, qua locus tumeſceret.* tumulos iſtos, aggeres alibi vocat noſter, ut & Fl. Vopiſcus in Probo, & Iulianus A. in L. pergit, C. de ſepulchro violato. Suadeo, ut Gratiani Imperatoris conſtitutionem legas, quæ exſtat in l. 2. C. de ſacroſanctis Eccleſiis.

Pag. cad. *In templo rurſus ejuſdem, quod in arce Lariſſa eſt, conditus ſcribitur, atque indicatur Acriſius.*

Acriſium hunc cum Ulyſſis avo (quem Arceſium fuiſſe in Quæſtionibus monſtravi) quidam non rectè confundunt. Videndi Stephanus, qui hunc Arceſiceratam urbem condidiſſe ſcribit; Homerus Odyſſ. 2. Euſebius, Bocatius Servius, alii.

Aliter in Edit. noſtra.

Pag. cad. *Quid Celei virgines? non in Cereris Eleuſine humata habere perhibentur officia?*

Ceres filiam Proſerpinam quærens, ad Eleuſinum pagum delata, (Eleuſin alii quondam, modo Lepſinen vocatam ajunt urbem non longè ab Athenis) à Baubone hoſpitio excepta eſt, ut narrante Arnobio didicimus lib. 5. Alii tamen ab Eleuſio rege ibidem regnante; alii à Celeo rege Deam acceptam fabulantur. Ea ut ſint, ab Eleuſi loco, & fabula iſta, Eleuſinia ſacra (Theſmophoria quidam vocarunt) originem traxiſſe, teſtis locupletiſſimus in Octavio

ſuo

ſuo Minutius Felix: idemque Eleuſinos Cererem, ut Phrygas magnam Matrem, alios alias alioſve coluiſſe, memoriæ prodidit. unde non planè abſimile vero, templum Eleuſinios Cereris ſuæ habuiſſe, & in humandis ibidem hominibus virgines illas, de quibus Arnobius meminit, libitinariorum vicem fuiſſe, vel ipſas potiùs ibidem conditas. Vide, an in re fabuloſa illuſtranda, fabulosè, ac ridiculè ſcripturam immutarim: *Quid Celei virgines? non in Cereris Eleuſiniæ, humatus habere perhibentur officia?* De Celeo Eleuſino rege, & Triptolemo filio ejus; quem in Eleuſino pago cum Baubone, & aliis incolam agnovit lib. 5. Arnobius; conveniunt Servius, & Pauſanias: quibus jungendus Virgilii liber primus Georg. & quartus Faſtorum Ovidii. neque Hygino aliter ſentienti adſentiendum exiſtimo.

Pag. ead. *Erichthonius Poliadis in fano* (ſcilicet conditus eſt) *Dairas, & Immarnachus fratres, in Eleuſinis conſepto, quod civitati ſubjectum eſt. Quid Celei virgines?* *Aliter in edit. noſtra.*

Variate in tam antiquis fabulis libros, & librarios, mirum non eſt. membranæ alterum fratrum illorum, *Inmaranchum* vocant; ac poſt ſcribunt, *in Eleuſinio conſepto.* deinceps Urſinus *arcem* reponit pro civitate. poſtremo editio ejuſdem refert, *Quid Elei virgines?* idque liber ſcriptus tuetur. de quibus omnibus facile erit diſcernere, atque etiam decernere, ſi Canteri noſtri Notas in hunc locum adplicueris: à quo aquam in meos hortos derivare, neque conſilium eſt, neque conſuetudinis noſtræ aut moris boni. Addas licebit hæc Virgilii è primo Georgicon:

Tardaque Eleuſina matris volventia plauſtra,
Virgea præterea Celei, viliſque ſupellex.

De vico Elæco, & Elæis urbibus, quarum alteram in Helleſponto, alteram in Argo quidam conſtituunt, in quibus omnibus incolæ Eleuſinii (ut quidam volunt) nominati, videndus Stephanus.

Pag. ead. *Infinitum eſt, & immenſum, quibus quique in fanis toto ſint in orbe deſcribere.*

Plenius, planiuſque futurum credidi, *quibus quique in fanis toto ſiti in orbe.* quod mihi aliud agenti incidit. & dum ſuperiora conſideravi attentiùs, non rejiciendum viſum eſt. de loco enim ſepulturæ, & mortalibus, in templis, fanisque Deorum conditis, hoc loco diſceptatio omnis. quinimmo Arnobium ipſum audi: *cum omni proſapia in Veneris templo ſitum eſſe.* Immo & monimenta paſſim has notas inſculptas habent, H. S. E. *hic ſitus eſt.*

Pag. 194. *Regnatoris in populi Capitolio quis eſt hominum qui ignoret Toli eſſe ſepulchrum Vulcentani?* *Aliter in edit. noſtra.*

Quod vetus exemplar reſtituat *Capitolium*, quarto caſu ſcilicet pro ſexto id familiare bonis ſcriptoribus fuiſſe, alibi declaravimus, & alias inſuper declaraturi ſumus: ac fide veterum librorum multa juris, non pauca Salluſtii, Curtii, Solini, Ciceronis, Agellii, aliorum, priſtinæ formæ reſtituturi. Notum ſatis illud, Terentii Andria, *In memoriam habeo.* itemque hoc Plauti, *In mentem eſt.* Adeatur Agellius lib. 1. cap. 7. iterum lib. 17. cap. 2.

Pag. 195. *Et quid fieri poſſe eſt injurioſius, contumelioſius, durius, quàm Deum alterum ſcire, & rei alteri ſupplicare?*

Corrigo meo periculo, *Ecquid fieri potis eſt injurioſius*; etiamſi id reticendum non eſt, illud *potis* à membranis eſſe: quas audio etiam in verbis ultimis reſtituentes,

ſtituentes, *& rei altera ſupplicare?* Etenim eam declinationem in Pronominibus placuiſſe antiquitus, ut dicerent nominativo *Alius*, genitivo *alii*, dativo *alio*; item *una, une, una*; *altera, altere, altera*; docui multis teſtimoniis ad Apuleji librum octavum: item in Succidaneis ad eundem ſcriptorem. Etiam leges aliquot ex ignorata hac locutione depravatas, ſuo tempore non deſinam publicè proponere, in notis ſcilicet ad l. Cùm alienam, C. de legatis. Vide Priſcianum interea lib. 6. & hanc veteris monumenti inſcriptionem: *Ab. Altero. Speres. Altero. Quod. Feceris.*

Pag. ead. *Vt barbatus in cœlo ſit, qui eſſe à vobis effingitur levis.*

Lectionem veterem *effigitur* ita juvo, *effigiatur*. Apulejus: *truncus dolamine effigiatus*. Itidem loquitur Minutius de ſimulachris agens: *in lapides impingere effigiatos, & unctos.*

Pag. 196. *Intelligimus omnes ventos aëris eſſe fluorem, pulſos, & mundanis rationibus concitatos.*

Præ hac lectione amplius membranis placuit, *ventos eſſe aëris fluorem pulſi, & mundanis rationibus concitati.*

Aliter in Edit. noſtra.

Pag. ead. *Inter Deos videmus leones torviſſima facie.*

Non fruſtra eſt, quod codex antiquus ſupplet: *Inter Deos videmus veſtros leones.*

Pag. ead. *Ridetis temporibus priſcis Perſas fluvios coluiſſe, memoralia ut indicant ſcripta; informem Arabas lapidem, acinacem Scythia nationes; ramum Prognes Theſpios; lignum Carios pro Diana indolatum.*

Ianus Gulielmius iſta, *ramum Prognes Theſpios*, à Gelenii conjectura eſſe adſerit: & quod in veterrima editione Romana Canterus reperit, *ramum procinxi Atheſpios*, malè ſcilicet diſſiluiſſe litteras, quas ipſe conjungit tantum, *ramum pro Cinxia Theſpios*. liber manuſcriptus habet, *procinxxi Theſpios*. Ille verò noſter Iunonem addit ſignificari, idque patere ex loco Clementis, quem hìc laudavit diligentiſſimus Theodorus Canterus. eam Cinxiæ nomine Romæ cultam, quòd cingulo novæ nuptæ præeſſet, probat ex Feſto in voce *Cinxia*, & verbis Arnobii è lib. 4. *Vnctionibus ſupereſt Vnxia, cingulorum Cinxia replicationi.* Neque diſſimulat Gulielmius, etiam Nicolao Fabro antè, quàm eum noſſet, de ſuperiore Arnobii loco ita viſum fuiſſe, quem amiciſſimum ſibi hominem etiam hac judicii ſimilitudine ſecum concurriſſe valde gaudet.

Pag. 201. *Novitatis aliquid fictio corporibus his addit, ut adjectione ipſa cogamini aliquid eis credere divinitatis, majeſtatiſque collatum? in aurum, as mutata ut teſtula vilitatem in argenteam cogat degenerare materiam?*

Præcipitatio verborum tanta eſt, ut ipſa ſimul ſententia corruat: quam ut ſublevarem, ac ſurrigerem conjectura, anſam primum obtulit antiquus codex, qui nihil hoc loco mutabat, niſi quòd referret *teſtule*: quod ego confeſtim arripui, ac verè reſtitui, *in aurum as mutat? aut teſtule vilitatem in argenteam cogit degenerare materiam?*

Pag. ead. *Que inſenſilia fuerunt paullo antè, facit ut ſint viva, & ſpiritali agitatione moveantur?*

Inſenſilia, non autem *inſenſibilia*; ac deinceps *facit*, pro *faciat*; edendum juſſi, jubentibus ita membranis. De reliquo, ultimum illud verbum in dubium trahere auſim: quod utrumne deſcriptorum audacia mutarit, nec ne, mihi incertum eſt. legerim libenter, *agitatione motentur*. certum enim movendi

verbo

verbo noſtrum ſæpiſſime uti. libro 2. de Sole ait, *ejus vitali agitatione motari.* itidem lib. primo, & reliquis libris.

Pag. 202. *Quemadmodum ſeculi longioris incuria perdant* (ſimulachra nimirum Deorum) *ſitus ſpecie, & rubigine convulnerentur exeſa.*

Itali ſtabilierunt ad vulgarem ſcripturam proximè, *perdant ſitu ſpeciem.* Præceſſit ratus, nec facilè alibi obvius veterum ritus, ipſos homines, nec non Deorum ſimulachra, ac ſigna obſecrandi, adorandi, genibus ſcilicet eorum amplexis. is noratus his verbis: *Ita enim non videtis ſpirantia hæc ſigna, quorum plantas, & genua contingitis, & contrectatis orantes.* De quo ritu, itemque ſimilibus, nempe manus oſculandi, & aras amplexandi, vide quæ notavi anno ſuperiore in Quæſtionibus Apulejanis, lib. 9. atque adde inſuper hæc Plinii è naturali hiſtoria, de genibus loquentis: *Hæc ſupplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc ut aræ adorant.*

Pag. ead. *Non videtis ſub iſtorum ſimulachrorum cavis ſtelliones, ſorices, mures, blattaſque lucifugas nidamenta ponere?*

Ampliùs tibi placebit ſpero, *ſub iſtorum ſimulachrorum caveis*; quod theeis & armariis imponi, recludi ſolent, ut in cavea volucres.

Pag. ead. *Spurcitias huc omnes, atque alia uſibus accommodata conducere, ſemiroſi duritias panis; oſſa in ſpem tracta, pannos, lanuginem, charſulas, nidulorum in mollitie miſerorum fomenta pullorum?*

Sollicitudinem animadvertis ſtellionum, reliquarumque beſtiolarum, quæ & nutrimenta pullis ſub caveis ſimulachrorum *congerere*, ſeu *condere* ſolent; & nidamentis mollitiem conquirere. ſcribendum igitur, ac diſtinguendum, *charſulas nidulorum in molliticm, miſerorum fomenta pullorum?* quam correctionem meam liber vetus probat, & ulterius cum Roman. inſerit, *mollitiem ſollicitè miſerorum fomenta pullorum?*

Pag. 203. *Docentque vos animantia bruta, nihil numinis ineſſe ſimulachris; in qua obſcæna facere neque metuunt, neque vitant, leges ſuas ſequentia, & inſtincta veritate natura.*

Editiones Romanæ, & una cum iis liber membraneus, legunt, *obſcæna dicere neque metuunt.* quod Urſinus juvat tali ſcriptione, *obſcæna dejicere.* mea opinione poſſit quoque reſtitui *obſcæna digerere.* quia c & g olim indifferenter ſcribi ſolent. Malunt ſubinde dicti libri omnes, *& diſtincta veritate natura.* quæ varietas monſtri neſcio quid tegere videtur.

Pag. ead. *Et quî fieri pote eſt.*

Reſtituo *potis eſt*, more huic auctori ſolemni.

Pag. ead. *Et quid in teſtulis dii petunt, ut eas ſedibus ſidereis anteponant? vincti omnes, & propemodum colligati, nobilitent teſtulas.* *Deſunt in Edit. noſtra.*

Tutius fore cenſeo, ſcriptam lectionem in contextum redhibere: *ut eas ſedibus ſidereis anteponant vinctiones? ut propemodum colligati nobilitent teſtulas.*

Pag. 204. *Quia qua ſunt privata, ſingulariaque natura, multa fieri nequeunt, ſimplicitatis ſuæ integritate ſervata.*

Audax facinus eſſe non nemo clamat, loca ſcriptorum veterum, quæ depravata putes, ſolo ingenio velle perſanare. quod de me, fateor non periculoſum modò, ſed & pernicioſum eſſe, præſertim ſi, quod tibi videtur, in ipſo auctoris textu commutes, &, vetere ſcriptura proturbata, commentitiam illico ſupponas. aliud tamen eſſe, ſi quid extra ordinem bene moneatur, & velut per lu-

philoſophicus,atq; ſupellex tota graphicè depingitur: *Qui pallio, baculoq;, & baxeis, & hircino barbitio philoſophũ fingeret.* Cui operæ videbitur,ad illa Arnobii leget Lactantii Firmiani c.4.lib.2.

Pag.206. *Conſimili ratione Poſidippus in eo libro, quem ſuper Gnido indicat, ſuperque rebus ejus aduleſcentem haud ignobilem memorat, ſed vocabulum ejus obſcurat, correptum amoribus Veneris,&c.*

Editi in Italia libri repræſentant:*ſuperquere à ſe ejus.* Canterus verum putat, *ſuper reapſe ejus.* magis tamen mihi verũ eſt,*quẽ ſuper Gnido indicat,*(ſeu potiùs *indigitat*)*ſuperq; reatu ejus.* Praxitelis enim,ſculptoris marmorei inſignis, duæ celebratæ olim Veneres: Coa altera,altera Gnidia. hæc adoleſcentem Gnidium,cujus nomen tacetur,in tantam admirationem,amoremq; pertraxit,ut ille in templo deliteſcere,& ſimulachro,tamquã vivæ fœminæ, cohærere auſus fuerit: & hic ille reatus,& crimen.Controverſia primitus de hoc nomine apud veteres fuit; & Meſſallam oratorem primum fuiſſe qui dixerit *reatum*, teſtem do Quintilianũ libro 8.poſteriores tamen crebrò uſi,inprimis L.Apulejus,apud quem eſt lib.7.*Sed mala conſcientia reatum intra me ſuſtinebo, ſi quod* [*bonum*]*mihi videtur diſſimulavero.* etſi ejiciendũ iſtinc vocabulum *bonum*,ut alibi demonſtravi.Idem lib.1. *Quem ſolum in meo reatu teſtem innocentiæ citare poſſum.*Utitur idem lib.3.lib.4.& ſeqq. Modeſtinus Iuriſconſultus: *Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit.*l.58.D.de pœnis.Item ante reatum,& ante tempus criminis,& reatus,dicitur in l.res uxoris,C.de donationibus inter virum, & uxorem. uſus & Sidonius libro primo epiſtolarum, & alii.

Pag.207.*Vbi denique Apollo divinus,tùm à piratis,maritimiſque prædonibus & ſpoliatus ita eſt, & incenſus, ut ex tot auri ponderibus, quæ infinita congeſſerant ſecula,ne unum quidem habuerit ſcrypulum, quod hirundinibus hoſpitis (Varro ut dicit in Menippeis) oſtenderet?*

Depravatiſſimè nimirum iſta in edito Romano,ad hunc modum cuſa,*quo hirundinibus hoſpitiis (Varro ut dicit) ſe Thenipeus oſtenderet?* exemplar manuſcriptum ab edita priore Gelenii lectione in nullo diſcedit. Addã tamen calculũ hîc meum,ſed dubia,ac ſuſpenſa manu,*quo hirundinibus hoſpitiũ ſuis(Varro ut dicit in Menippæis) offenderet.*niſi quis malit in prima vulgari lectione tantummodo pro *hoſpitis* reſtituere *hoſpitibus* (*ſuis Varro ut dicit in Menippæis*)*oſtenderet.*Carrio ſcribendũ opinatur(*Varro ut dicit Menippæus*)eum vide l.2.Emend. c.17.Quod ad Satyras Menippæas,eas norunt facilè, quotquot Varronẽ ipsũ norunt.Si qui tamen ignorant,diſcent ab Agellio,cujus hæc verba l. 2. c. 18. *Alii quoque non pauci ſervi fuerunt, qui poſt philoſophi clari exſtiterunt. ex quibus ille Menippæus fuit,cujus libros M. Varro in Satyris æmulatus eſt;quas alii Cynicas, ipſe appellat Menippæas.*quibus ſuperaddere licet Ciceronẽ 1 Academica. Deinde templo Apollinis exuſto, auro omni ſurrepto, ſcrupulũ non ſuperfuiſſe Deo quî hoſpitiũ redimeret hirundinibus,vel quî gratitudinem,ipſe hoſpitio exceptus,declararet. non videtur præter rem dici poſſe.hirundines enim Diis penatibus charũ animal exſtitiſſe,docuit ex Æliano Lilius Giraldus libro de Diis gentium.hoc amplius,Deos penates Neptunum atq; Apollinẽ fuiſſe,qui quondã muris Ilium conditione adjuncta cinxerunt, auctor eſt Nigidius l.3. Arnob. extremo,& Macrob.3. Saturnal.c.3. Nunc ſi quis *ſcriptulũ* malit, quã vel *ſcrupulũ*,aut *ſcrypulũ*,non experietur me pertinacẽ.eadẽ enim illa eſſe,atq; vigeſimã quartã unciæ partẽ deſignare,ex Antonii Auguſtini Obſervationib⁹

conſtat. Scriptulum autem cũ littera Varroni placuiſſe docet Charisius lib. 1.

Pag. ead. *Quæ antiſtites, & ſacerdotes* [&] *ipſi ſuſpicione averſa nudaverint, quæ ad ultimum fures.*

Poſteriorem illam copulam redundare animadvertit Theodorus Canterus, ideoq; ejiciendã cenſuit: ego verbo ſequenti eas litteras, etſi leviter mutatas, excidiſſe potiùs credere volui; reſtituendas hoc modo, *& ſacerdotes ipſi ſuſpectione averſa nudaverint*. de qua voce inpræſentiarũ nil dicam, niſi illam meo ſubſidio apud Flavium Vegetium, itemq; Iulium Frontinum jure poſtliminii revertiſſe: tum & opera aliorum in aliis ſcriptoribus, atq; adeò in ipſo Arnobio revocatam. Etenim Petronio Arbitro *ſuſpectandi* verbum excidiſſe non negabis, potiùs mirabere nondum redditum. verba illius hoc modo promulgata: *Diu flevit, ac ne tunc quidem nos ullum adjecimus verbum, ſed attoniti exſpectavimus lachrymas*. rem ipſam ſolummodo ſpectare jubeo, dehinc conjecturam hanc meam expendere, *ſed attoniti ſuſpectavimus lacrymas*.

Pag. 208. *Nunc verò, quia caſſa ſunt, & nullis habitatoribus tecta, habet in iis fortuna jus ſuum, & perinde cunctis objecta ſunt caſibus, quàm ſunt omnia cetera, motu interiore privata.*

Statuas Gentilium, & ſimulachra Divûm nihil potentiæ, nihil divinitatis habere, ſerius diſputator oſtendit: quod Iuppiter à Dionyſio velamine ſpoliari ſe, Æſculapius barba privari, ad hoc derideri ſe paſſus ſit. fana ſimiliter Deorũ compluria incendio, ruina vaſtata, dejecta: nec fuiſſe, qui ſigna Deorum ab injuria, aut incommodo vindicarint. Idcirco infert ille, inania & caſſa eſſe ſimulachra, nec ullibi locorũ tuta. hæc mens Arnobii, quæ requirit, ut corrigamus, *& nullis habitationibus*, [vel, quod ego prætulerim, *habitatibus*] *tecta*. habitatus dixerit quarta declinatione nominum, ut libris præcedentibus *tortus, ſpectus, ſucceſſus, temperatus, potentatus, promiſſus, humatus, contentus, paratus*, & alia centum in hoc opere ſparſa, pro *habitatione, tortione, ſpectione, ſucceſſione, temperatione*, &c. qua declinandi forma delectatos nõ tantùm medii ævi ſcriptores, oſtendi in Commentario ad Vegetium. etiam Agellius in ſuis Noctibus idem obſervare non eſt dedignatus lib. 3. c. 19. Ad illuſtrationem fabulæ, de qua Arnobius, inſpiciendus Lactantius Firmianus lib. 2. cap. 4.

Pag. ead. *Pariantur.*

Pariare verbum probum, & Iureconſultis non ratò frequentatum: quod ſignificat ita rationes reddere, ut expenſa paria ſint acceptis. inde & pariatio, & pariatores dicti in l. ult. D. de condictione indebiti: l. Iulius, D. de conditionibus, & demonſtr. l. Is qui, D. de manumiſſion. Item *paria facere*, in l. Sticho, D. de ſtatu liberis. Norata hæc à Budæo, Alciato, Valla, & Antonio Auguſtino libro quarto Obſervationum, capite 12.

Pag. ead. *Ipſa etiam videamus templa ſacrilegis violationibus appeti.*

Interpunctione indiget, *templa ſacrilegiis, violationibus appeti.*

Pag. 210. *Etiam affixa, conſtitutaque damnatio.*

Probant mihi lectionem ſuam membranæ, *etiam fixa, conſtitutaque damnatio:* id eſt, certa, indubia. quod verè Arnobianum eſſe, ex ipſo auctore, vel etiam Electis iſtis, parere poterit.

GODE-

GODESCALCI STEWECHII IN LIBRUM VII. ARNOBII ELECTA.

GOD. STEWECHIUS STEPHANO PIGHIO V. C. SCHOLASTICO ECCLES. XANTHENSIS. S.

Iccine ais, mi Pighi? Philippum Coterejum, Dominum Weſtmalium, fucum mihi feciſſe, & pro formica ſuggeßiſſe camelum. Video quid ſit: laudem, & gloriam qui fugiunt, eos iſta ultro ſectantur, adſequuntur. in his te in primis, & quidem magno merito tuo. quod quidem tacente me tua dignitas, paratæ hîc illic primariorum amicitiæ; verum etiam labores tui, & ſcripta bono reip. promulgata, plus ſatis teſtantur, teſtabunturque in omne ævum. Nuperum candorem meum tibi non diſplicuiſſe gaudeo. at de obſervatione, quid eſt cur tantopere mirêre. quamquam enim prolixè eam pollicitus, non committam tamen, ut unquam deſiderare illam queas. animo quippe meo jamdiu imperavi gratum facere, obſequi viris doctis; viſi illi, ſive inviſi; modo ea parte commendati qua tu, id eſt, de meliori nota. Quod de nomine, cognomineque omen captas, meque Theodulum ſemper futurum confidis, conſtantem, ac ſtabilem in priſca, probataque majorum religione, in eo opinionem tuam non fallam. Eram nuper in Arnobio relegendo: inibi an ſpicas iſtas cum judicio elegerim, te, (quod commodo tuo fiat) pro amicitia noſtra, velim diſpectare.

Pag. 212. *Quid deinde ex hoc lucri ad Deos ipſos perveniat, atque in eorum commoditate ſubſideat.*

Ocioſos ſediſſe velim, & quidem inſertis in ſinum ambabus manibus, qui hæc ita expreſſerunt. Id agitur prædictis verbis, ex iis ſcilicet, quæ altaribus admovebant Gentiles, nihil Diis accedere; nihilque [ut Arnobii verbis dicam] ad numinum ſubſtantias pervenire. meo judicio ſcripſit auctor, *in eorum commoditates ſubſidat*. de quo verbo quia ſuprà notavimus, placet indicare mendi originem. antiquè ſcribebant, *commoditate cubcidat*. Enim c, tertia apud Latinos littera, & adſpirationis nota, & ſigma quoque fuit non apud

Græcos ſolùm, ſed etiam Latinos: & hinc, promiſcuo ejus litteræ uſu, complures enatæ in ſcriptoribus mendæ, ut multis oſtendi in Succidaneis meis ad Apulejum; locis ejus ſcriptoris plurimis, ut arbitror, bene reſtitutis. Adi Feſtum in *Quatenoc*, in *Suppum*, in *Secum*, in *Sexus*, &c. Apulejus lib. de Deo Socratis: *Nullo inter ſe propinquo communicatu*, ut quadrarent verba Diis, hominibuſque, quibus de agitur, repoſui, *propinquoc communicatu*. librarii enim conſonantes non geminabant, id impoſuit poſteris. vide Feſtum in *Solitaurilia*, in *Porigam*, in *Anus*, in *Torus*, & alibi. Apulejus lib. 6. Aſini aurei: *Canis immanis, & formidabilis, conantibus oblatrans faucibus.* ſcriptum antiquè pro *ſonantibus*. lib. eodem pari modo editur, *Deorum conceſſu*, quod valet *conſeſſu*. Sed quorſum abeo longiùs? nam paullo pòſt in Arnobio Romani ediderunt, *adhuc ſuda de ſanguine, & prioribus humecta de ſuccis*. ne dubita quin rectè alii edant, ſine iteratione litteræ, *adhuc uda*. Eandem litteram pro adſpiratione fuiſſe, nemo neſcit: & inde perperam editum Apuleji libro ſecundo, *exſertis hujuſcemodi telis*; & libro nono, *arreptis hujuſcemodi telis*; cum mea opinione debuiſſet exprimi, *cujuſque modi*, id eſt, cujuſcumque modi telis. & ſimiliter idem mendum irrepſiſſe alibi plus ſexies in ſcriptis Apuleji, prædictis Succidaneis meis oſtenſum eſt. Superſunt ſimilia in Arnobio, apud quem membranæ legunt lib. 1. initio, *irrupiſſe has labes, & infectare cœpiſſe diſcriminum varietate mortalia*. vulgo editur *infeſtari*. Iterum libro primo, *ſed ad ſenſus ſummam redeant*. pro quo Itali meritò reponunt *cenſus*. Rurſus eodem libro, *nec ſic video cauſam, cur eum deberetis edidiſſe*. mihi elegantius videtur, *nec hic*; quaſi dicat, *neque in hac re*, vel *hanc ob rem*. Poſt eodem libro, *& inexplicabilis ratio fati clauſis patefacienda myſteriis*. pro quo editiones antiquæ, & manuſcriptus, *ratio, fatis clauſis*. Simile quod libro ſecundo ediderunt, *perlongiſſimi temporis cruciatu conſumuntur igni fero*. pro quo ſcriptum reperi, *cruciatum, conſumentur*. inſiſtendum tramiti invento jam, atque demonſtrato; & ſcribendum, *per longiſſimi temporis cruciatus conſumentur*. Ecce aliud, quod libro tertio occurrit, *capitones, ſiluncules, frontones*. membranis placet *ciluncules*. Feſtus in littera C ciloneſ definit, cui frons eſt eminentior, ac dextra, ſiniſtraque velut reciſa videtur. Homero dictus σοβρὸς. Varro autem apud Nonium ſilonem oſtendit dictum grandibus ſuperciliis hominem. Plauto autem ſiloneſ [Cicero ſilos vocat] qui naſum habent reſimum, hoc eſt, ſurſus repandum. Protinus libro Arnobii ſeptimo rectè editur, *vociferari hos fruſtra, ſine cauſa alios curſitare*. atqui in membranis ſcriptum eſt, *vociferari hoc fruſtra*. Cuditur eodem libro porrò, *ventum ad veram, atque ad junctiſſimam quæſtionem*. ſequamur Italos, qui legunt, *ad juſtiſſimam quæſtionem*.

Pag. 213. *Quod alantur hu numina, & eorum ſuſtineantur paſtu.*

Adde ex libro veruſto præpoſitionem, *è paſtu*. Infra hoc libro, *cœli ſuſtineantur è paſtu*.

Pag. ead. *Voluptatis, animique, ut dicitur, cauſa caduntur Diis hoſtiæ, & ſuccenſis adjiciuntur altaribus.*

Abſque ſuſpicione mendi prætereunt iſta multi. at nos noſtrum faciemus, & opinionem prodemus non alia cauſa, quàm quòd faciat ad ritum ſacrificiorum. ex literarum ſimilitudine, ſeu mavis negligentia deſcriptorum, vocem totam intercidiſſe arbitror, ac reſtituendum, *& ſuccenſis adjiciuntur thura altaribus*. hoſtias ipſas comburi ſolitas non ſum neſcius, ſed dabo præcedentem

auctoris locum, ut judicare faciliùs queas, is eadem hac pagina: *Aut enim thus datur, & liquefactum carbonibus dispersit: aut animalis est hostia, & ab canibus abliguritur sanguis.* Item rursus libro 4. *Non enim qui sollicitè relegit, & immaculatas hostias cadit; qui acervos thuris dat concremandos igni; numina consentiendus est colere.* Iterum inferius hoc eodem libro: *Sequitur ut de thure, deque mero aliquid sine ulla nimietate dicamus. copulata enim, & mixta fiunt ceremoniarum hæc genera, cultumque adhibentur in plurimum.* Complexum animadverti pariter utrumque Minutium Felicem suo Octavio. *Nidore* [inquit] *altarium, vel hostiis pecudum saginati.* similiter & Mamertinum in suo Panegyrico: *Aras flagrantibus sacrificiis, & odoribus accensis numini tuo implesti.* quibus præmissis exemplis inducor, ut in Panegyrico ejusdem Mamertini, quem genethliacum Maximiani A. inscribunt, leviter tentem hæc sequentia; *Concursare inter se agricolæ, nunciare totis visa, aræ incendi, thura poni, vina libari:* ac restituenda existimem, *nunciare oculis visa, aræ incendi, thura apponi.* etsi non ignoro *totos* rectè dici, pro omnes. Eduntur alia in Arnobio non ita multis abhinc infrà paginis; quæ ut suspectare ausim, superiora scriptorum testimonia causam præbent. *Non enim qui simulachrum aliquod sibi conficit, quod pro Deo veneretur; aut qui pecus trucidat innoxium, sacrisque incendit altaribus; is habendus est rebus deditus esse divinis.* Rescribendum arbitror, *sacrisque incendit thura altaribus.* subditur etenim eodem loci: *nam pulticulæ, thura cum carnibus, rapacium alimenta sunt ignium.* Illud silentio interim non prætereundum, thuris usum apud Romanos Romuli, & Numæ tempotibus incognitum fuisse; & pium far, id est, far tostum, ac salè sparsum ejus loco fuisse, in adspergendis hostiis. Docet Arnobius lib. primo, Festus in *Mola*, in *Ador*, in *Immolare*, & Plinius lib. 13. c. primo. Hinc illustratur Arnobius lib. 3. *Nisi enim thura, & salsæ accipiant fruges, benefacere Dii nequeunt?* Solent autem hostiæ mola salsa tangi, ac tum immolatæ dici. cùm verò ictæ essent, & aliquid ex illis in aram datum, mactatæ dicebantur per laudationem, & boni ominis significationem. & cùm illis mola salsa imponebatur, dici solet, MACTE ESTO; ut auctor Varro. reliqua ipse Arnobius hoc libro explicabit.

Pag. ead. *Exsultantia adhuc corda, tremebundaque palpitantes in visceribus venas.*

Ursino, perinde & mihi, genuinum est, *tremebundisque palpitantes in visceribus venis.* de qua trajiciendi nomina consuetudine, alibi jam admonui.

Pag. 214. *Consentaneum est credere, numquam Deos irasci.*

Scriptus liber à consectando hoc loco format *consectaneum est.* Si omnes [inquit] affectus animorum Diis incogniti, neque irasci eosdem consequens est.

Pag. 215. *Quoniam nec visi aliquando,* [Dii scilicet] *neque, si sunt visi, apertissima potuit cognitione dignosci.*

Solis in membranis correctio reperta est, *neque si sunt ulli.* Si pro An usurpatum, quod jam antea tradidimus. Iterum mox, *quibus neque sese monstrare aliquando dignati sunt.* Liber manuscriptus geminatione aliquot litterarum præ se fert, *quibus neque sese esse monstrare.* Eadem pagina dictus manuscriptus cum edito Romano retinet *obire*, loco verbi *abire.*

Pag. ead. *Ergone injurias suas Dii vendunt, atque, ut parvuli pusiones, quo animis parcant, abstineantque ploratibus, passerculos, pupulos, eculeos, panes accipiunt, quibus avocare se possint.* *Aliter in Edit. nostra.*

Pupus,

Pupus, & *pupa*, pro puſionibus, puerulis, & puellulis, nota. Varro lib. 6. puſum, puſam vocat. ab his pupis pupulus, & pupula, eadem notione diminuta ſunt Catullo, Apulejo, & aliis. Ea nomina antiquitus etiam *ἰκόνια*, ſigillaria, ſeu imagunculas, quæ hodieque in uſu nutricibus, ac pueris, deſignabant: à quibus etiamnum noſtrate idiomatiſmo denominantur *puppen*. de quibus eſt Perſianum illud: *Nempe hoc quòd Veneri donata à virgine puppa*. Scribendum igitur ſuperioribus verbis, *paſſerculos, puppulas, equuleos*; vel unico p, ſi luber. Varro Aborigin. *Magna pars in deſiderium puparum, & ſigillorum veniebat*.

Pag. 216. *Vt de meo ſanguine fieri tibi patiaris ſatis, quòd numquam te læſerim.*

Suavius ad aures accidit lectio vetus, *qui numquam te læſerim*.

Pag. ead. *Numquid aliquem præſulem, tuum numen qui offenderet, aut te traduxi? numquid juravi per te falsò?*

Non ſemel miratus ſum, virum doctiſſimum Gelenium ita edidiſſe: quod enim in codice Romano, & manuſcripto eſt, *antè traduxi*, rectam ſcripturam, & veram hiſtoriæ ſententiam ejicit, ſi duplicata ſyllaba reſcripſero, *præſulem, tuum numen qui offenderet, ante te traduxi?* Ad hiſtoriam reſpicit, quam infrà hoc eodem libro altiùs repetit his verbis: *ludis quondam ipſis Circenſibus, qui Iovi maximo fierent, patremfamilias quendam antè, quàm inciperent res agi, ſervum peſſimè meritum per circi aream mediam tranſduxiſſe caſum virgis*, &c. Iterum paullo poſt: *Iovem per inſomnium dixiſſe, uti ad Conſules vaderet, præſulem ſibi diſplicuiſſe*. copias traducere, traducere pompam, Cæſarem, Terentium, alios dicere, pueri meminerunt. Tertullianus de meretricibus, quæ ludis finitis traduci, & in theatro proſterni ſolent: *Perque omnis ætatis, omnis dignitatis ora tranſducuntur*. De præmiſſa narratione, præter hiſtoriæ Romanæ ſcriptores, vide Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 6. qui ſervi dominum Atronium Maximum nominat, præterea hiſtoriam incidiſſe notat annum urbis conditæ 474.

Pag. 218. *Incendiis, naufragiis, & ruinis mergi, obrui, confici.*

Redigo in ſuum ordinem, *obrui, mergi, confici*: ut nimirum nepam imitetur oratio, ac retrovorſum cedat.

Pag. 219. *Si ex duobus facientibus res ſacras honeſtus unus, & locuples; alter anguſto lare, ſed innocentia fuerit, & probitate laudabilis.*

Cum pauperi innocentiam, probitatem tribueret, videbatur diviti nihil minùs debuiſſe adſcribere, quàm honeſtatem. niſi tamen verius ſit, *honeſtum* accipiendum pro eo qui bono loco, & parentibus natus ſit honeſtis: ita enim *honeſtatem*, & *honeſtũ* obſervabam, humilitatis, & humilis *ἀντίθετα* ferè conlocati ſolita, deficiente præſertim Latini ſermonis puritate. Iuſtinianus Imperator: *Pœnam autem* [inquit] *eadem lex irrogat ſtupratoribus, ſi honeſti ſunt, publicationem partis dimidiæ bonorum: ſi humiles, corporis coërcitionem cum relegatione*. §. Item lex Iulia, Inſtitut. de publicis judiciis. Honeſtiores à vilioribus in pœna diſcretos quoque oſtendit l. Si quis, D. de pœnis: l. adulterium, §. Imperatores, D. de adulteris: itidem l. Sacrilegii, D. ad legem Iuliam peculatus: iterum l. 4. C. quæ res venire non poſſunt. Honeſtum pro viro honorato Cicero non una epiſtola uſurpat, & Vegetius lib. 1. rei militaris, cap. 7.

Pag. 221. *Vt ſi quiſpiam viſo potentiſſimi nominis viro, via decedat, aſſurgat, caput*

caput revelet, vehiculoque desiliat, tum deinde salutet acclivis, &c.

Emendabo volente exemplari scripto, *salutet acclinis*. Martianus Capella lib. 1. de nuptiis Philologiæ: *Quidquid verò terræ confine, ac propinquum ramis acclinibus fuerat, gravissimæ rauca quatiebat*. Alterum illud à clivo locum hic suum, possessionemque retinere numquam poterit. Ritum veterem in adeundo, honore habendo, observatione dignum non negabis; addam tamen ex Apulei lib. 4. Floridorum, equo vectos, si alicujus auctoritatis, aut nominis obviam fieret, non modò equum sustinere, cursumque cohibere, verùm etiam in pedes desilire, & quam equo verberando virgam gestabant, eam in manum lævam transferre; ita porrò expedita dextra adire, atque osculari mutuò solere. quam tamen ex ipsius verbis non extundes sententiam, nisi Quæstionibus nostris adhibitis. De adsurrectione unicum exemplum adstruam, corrigendus tantùm Sallustius quinto historiarum. laudantur à diversis, sed corruptissimè, quæ hoc modo emaculo: *Quibus de causis Syllam in victoria dictatorem, sibi equo descendere, adsurgere, caput aperire solitum.* aut, si ita malis, *equo descendere, sibi uni adsurgere, caput a s.* apud Nonium in *Apertum*: iterum in voce *Surgo*. Apud Arusianum Messum, itemque Frontonem, tanta inconstantia in his verbis, *sella surgere*; modò, *surgere de sella*; modo, *adsurgere de sella*; ac denique, *adsurgere sella*; ut dubitandum ulteriùs non sit de mea emendatione. Tum adsurgendi verbo ita absolutè usos memini in honore exhibendo Apulejum 1. Apolog. Suetonium in Iulio, Agellium l. 6. cap. 9. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 4. Item Plinius ait lib 16. de eo, qui civicam coronam virtute belli adeptus est: *Accepta licet uti perpetuò, ludos ineunti semper adsurgi, etiam ab Senatu, in more est.*

Pag. ead. *Atque ita perducitur res eò, ut inferior Deus sit, qui honoribus mactatur humanis.*

Alterum orationis membrum applicant, & periodum complent duo libri manuscripti: *ut inferior Deus sit, qui honoribus mactatur humanis: homo verò sublimior, qui auget potentiam numinis.* quod de duobus manuscriptis dixi, alter Parisiensis est, ex quo hunc locum ita supplevit Lud. Carrio lib. 2. Emendat. cap. 17. cui nostræ membranæ consentiunt.

Pag. 222. *Dicite (inquitis) qua sit opinio de his deformitate culpabilis, ut neque illos credas quidquam hominis habere consimile, nec quidquam exspectare.*

Aliter in edit. nostra.

Vapularet certè in ludo litterario puer, ni scriberet, *ut neque illos credatis*, cùm præcesserit *Dicite*. Sed hoc, quasi præcipuum fuerit, dictum puta. superest enim hoc loco aliud, majoris momenti videlicet, & de quo somniare, vel suspicari numquam potuissem, absque libro veteri manuscripto fuisset, cujus fide expleo sententiam tali intrimento: *qua sit opinio de his primùm digna, recta, & honesta; nec turpitudinis alicujus deformitate culpabilis, ut neque illos,* &c. quod ex ipso Arnobiano fonte, & ore profluxisse, tu, scio, non negabis.

Pag. 223. *Cur non eis & mulos, & elephantos mactatis, & asinos? cur non & canes, ursos, & vulpes, & camelos, & beluas, & leones?*

Tantùm dico spurium videri *& beluas*. ferri potuit, ni præmisisset *elephantos*: quos in historiis, & re militari, tamquam peculiari nomine nuncupabant beluas aut bestias.

Pag. ead. *Si Deos pūtarent, atque existimarent vos esse; sacraque vobis intenderent, honores ergò facerent.*

Graviſſimum omnium, & tamquam ἄωτον vulnus, optimo ſcriptori à malis librariis inflictum animadvertit acutiſſimus Gulielmius: medicinam diſtinctione fecit, & levi mutatione, *ſacráque intenderent honoris ergò facere, non è materiis aliis*, &c. quam amici noſtri conjecturam, quòd manuſcriptus probaret, in textum adſumpſi. *Honoreis* (inquit ille) Arnobius hic quoque ſcripſerat gigiuendi caſu: iſti muli accuſandi acceperunt. ideo immutarunt, ut conveuirent cætera. Nihil uſitatius hac formula, *honoris ergò ſacra facere*; non item, *ſacra intendere, honores facere*: quæ ne Latina quidem. Cato in lib. de re ruſtica Iano ait: *Ejuſdem rei ergò macte vino inferio eſto.* Honoris ergo Dis vinum dare, ait Arnobius libro ſeptimo.

Pag. 224. *Moxtamen futura ſint ſtercora, & exigui temporis contracta interjectione putreſcant.*

Libro veteri continebatur *puteſcant*: idque inchoativum eſt à puteo, quod altero illo vulgari tempore prius eſt.

Pag. ead. *Quæ eſt enim cauſa, requiram ut eadem rurſus, ut illetauris Deus, hædis alius honoretur, aut ovibus; hic lactentibus porculis, alter intenſis agnis; hic virginibus buculis, capris ille cornutis?*

Bucula, ſive, ut aliæ editiones promulgarunt, *bubula*, mihi non incognitæ: nihilo ſecius tamen in priori ſententia maneo, cùm propter nomen *virginibus*; tum propterea, quod *ἀρχαϊσμὸν bitulis* offenſos librarios mutaſſe ſuſpicor, & pro *virginibus vitulis* ſubpoſuiſſe *virginibus buculis*, non id mihi, ſed ipſi (ut opinor) Arnobio credes: qui non ita multo inferiùs, pag. videlicet 227. *Telluri* (ait) *matri ſcrofa inciens immolatur forda; at Minervæ virgini virgo caditur vitula.* Simili ritu nupturas camelis virginibus ſupplicaſſe, auctor eſt Feſtus; auctor Arnobius non multo poſt: *quia virgo Tritonia eſt, idcirco ei convenit, virgines hoſtias immolari: & quòd Tellus eſt mater, conſimiliter gravidis accipienda eſt ſcrofis.* quo loco planum fit, paucis intercurrentibus paginis, ſequentia hæc ſcriptoris noſtri, *nec telluri gravidas, atque fœtas, ob honorem fœcunditatis ipſius*, &c. hæc, inquam, incorrecta eſſe, & bene me reſtituere, *grávidas, atque fordas*; adjuvante in emendatione ſimili V. C. Antonio Auguſtino, itemque Pompejo Feſto in *Fordicidiis*, in *Horda*, quod notione idem eſt cum *Forda*: antiquitus enim h pro f, & contra f pro h frequentaſſe, tradit idem Feſtus in *Fedum* & in *Foſſia*. quare moneo, ne quis apud Varronem 2. rei ruſt. cap. 5. Hordicalia immutare tentet, vel ignoret. Ovidius:

Forda ferens bos eſt - - - - - - - - - - Idem quarto Faſtorum:

Nunc gravidum pecus eſt, gravida quoque ſemine terra,
Telluri plena victima plena datur.

Varro 5. de lingua Latina: *Bos forda, qua fert in ventre. à fordis cadendis fordicidia dicta.* Manilii Chreſti fragmentum, ex lib. quem de hymnis Deorum conſcripſit, huc referendum video. Injugos boves ſacrificari ait Minervæ, id eſt, jugum numquam ferentes: illa videlicet de cauſa, quòd & virginitas jugum neſciat maritale. Et hinc lucem acceptura verba uxoris ad maritum lib. 30 Satyrarum Lucillii:

Tune jugo jungas me antè, & ſuccedere aratro
Invitam, & glebas ſubigas proſcindere aratro?

Redeo

Redeo tandem ad Minervam, quam Tritoniæ nomen meruiſſe fabulantur, quod in ripa Tritonis fluminis primitus viſa ſit. quod notavit Feſtus; & eodem digitum intendit poëta Statius:

Palladi littoreæ celebrabat Scyros honorum
Fortè diem. - - - - - - - - -

Pag. 225. *Hic albentibus, ille atris* (ſupple, victimis honoretur Deus) *alter fœminei generis, alter vero animantibus maſculinis.*

Suam ſcriptori phraſin reſtituunt membranæ: *Hic albentibus, ille tetris.* Repetit idem paullo poſt: *cur non omnia cætera, quæ illorum inferre ſacrificiis moris eſt, ſint nigra, & fumigata, tetraque, & colorata, curatis?*

Pag. ead. *Sed ſi juſſerit ratio, atque obtinuerit veritas, differentiam generum nullam in Diis eſſe.* *Aliter in Edit. noſtr.*

Anne inficias ibit quiſpiam, quin ſinceram lectionem publicè redonent membranæ, dum ſcribunt: *Sed ſi vicerit ratio.* ſi qui tales futuri, te in iis non futurum confido, cui tam multa ejus generis menda propoſui, in quibus c loco ſ, & contrà, poſterioribus ſæculis adprehenderunt.

Pag. ead. *Quia ſuperis Diis, atque hominum dexteritate pollentibus, color lætus acceptus eſt, ac felix hilaritate candoris: at verò Diis lævis, ſedeſque habitantibus inferas, color furvus eſt gratior, & triſtibus ſuffectus è fucis.*

Cur ſuperis candidæ hoſtiæ, cur nigræ inferis oblatæ, manifeſtum fit: ſed latet etiamnum in eodem verborum complexu, quod emendatione eruetur. à ſuperis enim fauſta omnia & proſpera, hoc eſt dextra, ſumebant: inferos, & manes, rebus infauſtis, & lævis præſidere credebant. neceſſario igitur reponendum, *Quia ſuperis Diis, atque ominum dexteritate pollentibus.* Similiter emendatione opus habere animadverti quod ſubditur hac ipſa pagina: *ſed adſentiamur, ut vultis, & eſſe inferos, & eſſe manes: & habitare neſcio quos in his Deos hominibus* (reſtituo *ominibus*) *minùs fauſtos, & triſtioribus præpoſitos rebus.* Apud Feſtum idem error, ſeu depravata ſcribendi conſuetudo: *Imparem numerũ antiqui proſperiorem hominibus eſſe crediderunt.* haud dubiè rectè corrigo, *ominibus.* Virgil. - - - - - - - - - *numero Deus impare gaudet.*

Sed hæc de re nos ad Vegetium; unde, qui volet, petat. quo loco etiam de nota adſpirationis nunc addi, modo omitti à librariis ſolita me dicere memini; & Flandriæ populo in multis hodie eundem morem eſſe. Non planè diſſimilis ſeu mos, ſive error, quo degeneravit crebro *omina* in vocabulum *omnia*, exempla adducam non in alium finem, quàm ut mea opera ſcriptoribus, ſeu potiùs lectoribus, adjumento ſit. In Panegyrico Mamertini, id eſt, genethliaco Aurelii Maximiani, etiam optimæ editiones hactenus præ ſe ferunt: *Planctu, ploratuque futuris cladibus omnia dabant. Tranſimenum, & Cannas dolore præſago præcanebant.* tranſpoſitione litteræ perſanabitur, *omina dabant.* In Panegyrico quem Nazarius Conſtantino A. recitavit, ſimili adjumento locum conſtituo: *Quo minùs omina, queis odium ejus perſuaſerat, ſpectabulum tyrannici funeris expiaret.* lectionem editam adeo ineptam offendi, ut pudeat, pigeatque adſcribere. Porro quòd omen ab augurio diſtet, docemur à Feſto: *Omen velut oremen, quod ſit ore; augurium, quod avibus, aliove modo ſit.* De hoſtiis atris adeundus Macrobius 3. Saturnal. cap. 4. & Feſtus in voce *Furvum.* Ad illud vero Arnobii, *triſtibus ſuffectus è fucis*, non aliud dico, niſi mihi præpoſitionem è, adulterinum ſapere. Ecce geminum locum in

M. Tulli Hortenſio: *Qui combibi purpuram volunt, ſufficiunt priùs lanam medicamentis quibuſdam.* videatur Nonius in *Imbuere*, & idem in *Sufficere*.

Pag. 226. *Quid ergo? non videtis (ut vobiſcum & nos ſtolidè, ſimiliterque ludantus?) &c.*

Statueram iſtiuſmodi miſſa facere, ſed obtulit ſe ſemel iterumque hic locus, ac viſus ſimilem flagitare interpunctionem, quam nimium multis locis huic ſcriptori donavi. *Quid? ergo non videtis.*

Pag. ead. *Quòd ſi vobis religio nulla eſt alba quadam ferre, & ſuos retinentia candores.*

Littera geminata, his verbis melius erit, *alba quadam infferre.* præcedentia me incitarunt. ut mutarem, iſta ſcilicet: *cur non omnia cætera, qua illorum inferre ſacrificiis moris eſt.* Et frequens ea locutione in re ſacrorum.

Pag. 227. *Nec piaculi parvi eſt, officia rituum, procurationemque miſcere.*

Meo animo rectius futurum eſt *procurationumque.* neque enim eadem ſemper & ubique procreatio, id eſt, expiatio, adhibita: neque in unum ſolùm finem. Verba Senatuſconſulti Rom. ſunt apud Agellium: *Conſul hoſtiis majoribus Iovi, & Marti procuraret.* lib. 4. Noctium, cap. 6. ubi vide plura. Perinde & procurationem fulminis pro expiatione conſtituit Arnobius ſæpe in uno libro 5. & inibi illius expiandi ritum publicat.

Pag. ead. *Ergo ſi hæc caſſa ſunt, nec rationis alicujus habentia firmitatem, ſacrificiorum & ipſa inanis ratio.*

In manuſcripto exſtat, *ſacrificiorum & ipſa inanis datio.* quod, ut nimis leve, poterat præteriri, ni conſtaret, auctorem iſtum hoc præ illo, in negotiis ſacrificiorum, & illationibus, delectatum. Infrà hoc lib. 7. *ut hæc etiam Diis dentur, ſacriſque adoleantur altaribus.* Iterum lib. prædicto: *Si ergo his datis calor omnis numinum, indignatioque frigeſcunt.*

Aliter in edit. noſtrâ. Pag. 229. *Quid, inquam, ſibi hæc volunt, apexabo, iſicia, ſilicernia, longavo? quæ ſunt nomina, & farciminum genera.*

M Varro in quarto de lingua Latina de primo farciminis genere ita ſcribit: *Quòd in hoc farcimine ſummo quiddam eminet, ab eo quod ut in capite apex, Apexabo dicta.* Ejuſdem auctoritate reſcribendum in Arnobio *longabo:* ſubdit enim ille, *tertium fartum eſt Longabo, quòd longius, quàm duo illa.* Quod ad ſilicernium, id Feſtus ex M. Verrii Flacci ſententia definit, genus farciminis, quo ſtetu familia purgetur. Superſunt ſola iſicia, de quibus infrà noto. Et illa ipſa videntur membranæ explodere, ac jubere cum formula *exeſſe his ſacris.* Scribitur autem in illis: *Quid autem ſibi hæc volunt, apexabones, hircia, ſilicernia.* Reſtituo ſecundo loco *hircei*, ſive *ircei:* genus farciminis in ſacrificiis Sexto Pompeio Feſto non incognitum.

Aliter in edit. noſtrâ. Pag. 230. *Non ſimiliter ſendicas, quæ & ipſæ ſunt diræ: quas plebis oratio illa ſolet, cùm eloquitur, nuncupare.*

Mirabere mecum, nihil hîc vidiſſe tam præſtantes hujus ſæculi viros, qui hactenus Arnobio operam dederunt. Recens editio Romana ad oram libri habet *iræ*, pro *diræ*. ſed quæ ſententia, quæſo, in verbis ſequentibus? *quas oratio plebis ſolet vocare illa.* Poſſem hîc me efferre, ut hodie nonnulli faciunt; abſtinebo tamen, ac reſtituam de ſola conjectura, *quæ & ipſæ ſunt hiræ: quas plebis oratio hillas ſolet, cùm eloquitur, nuncupare.* Aderit mihi, ut ſæpe ſolet in hoc ſcriptore, Feſtus grammaticus. *Hira* (inquit) *quæ deminutivè dicitur hilla, quam*

Græci

Græci dicunt τὸν, intestinum est, quod jejunium vocant. Huic in secunda acie succeder Sosipater Charisius, qui ita scribit libro primo: *Hic lucanicus, subauditur botulus, aut apparatus. hæc Lucanica fœminino genere, intelligitur hirra, hoc est, intestinum, aut aliud, quod unusquisque intelligere voluerit.* Triariorum locum tenebit (cum Nonio Marcello in voce, *hillas*) Varro, qui l. 4. de lingua Latina, *Ab eadem fartura*, inquit, *farcimina in extis appellata. à quo, quòd in eo tenuissimum intestinum fartũ hila, ab hilo dicta, id est, minimo*, quod ait Ennius:

..... neque dispendi facit hilum.

Pag. ead. *Prima in gurgulionibus capita, quà dejicere cibos, & referre natura est ruminatoribus vitulis.* *Aliter in edit. nostrâ.*

Nihil hîc auxilii à membraneo codice: atqui optimè restituit Lud. Carrio lib. 2. Emendat. cap. 17. *ruminatoribus saculis.* idemque textus editionis Romanæ conservavit. Explicatur à Carrione, id est, *animalibus ruminantibus.* id imitatione Lucretiana: cui poëtæ sæculum frequenter positum pro multitudine, sive subole, etiam in feris. Lucretius libro primo:

Qua varia retinent gentes, & sæcla ferarum.

Iterum libro quinto:

Laurigera simul pecudes, & bucera sæcla.

Ut secus, itidem seculum à secendo, id est, sequendo, format in Spicilegiis Palmerius: & secla pro stirpe, & generatione interpretatur in priori versu Lucretii. Apulei locum l. de mundo itidem accipiendum video, atque emendandum: *Terram aquarum agmina concipientem, parientem, atque educantem, nec occasibus fatigari, nec sæculis exsiccari, erumpentibus semper tam pigris, quàm moventibus fœtibus aquarum.* ex qua correctione Beroaldo debetur *sæculis*, pro *secundis*; itemque *fœtibus*, pro *fecibus*. Secus, contra Grammaticos, similiter interpretatus Palmerius, in versu Ausonii: *Corrupit totum, qui puerile secus.* attamen Apulei loco magis opinionem ejus stabilire videor. is ait: *Vernula, quique proximo sexu sanguinis cohærebant.* lib. 11. de asino.

Pag. ead. *Non magmenta, non augmina.*

Varro dicto loco: *Augmentum, quod ex immolata hostia defectum, in fecere imponendo agendi causa: magmentum à magis, quòd ad religionem magis pertinet.* & denuo Arnobius hac eadem pagina: *hiræ sola, omentum solum, augmentorum adjiciatur in causam.* Eidem Varroni 2. de moribus pop. Rom. mactare, quasi magis augere; magmentum, quasi majus augmentum, dicuntur.

Pag. 131. *Opiparis numina cœnis afficiuntur, aut prandiis, ut innumeras convoniat excogitare his dapes?*

Tu capies, scio, lectionem scriptam, & probabis, si me audies, *ut numeras convenias* ponitur enim, ut alia multa, vox *numeras* tamquam *numeratus*, de quo loquendi modo vide Electa mea ad lib. 1.

Pag. ead. *Qua causa, qua ratio est, ut caro strebula separatim; ruma, cauda, & plasea separatim; isitium solum, omentum solum, augmentorum adjiciatur in causam?* *Aliter in edit. nostrâ.*

Qui diligenter ritus, & vocamina sacrificiorum ab auctore paullo antè commemorata considerabit, statim comperiet scribendum esse *isicium*: in cæteris porrò editionem Italicam corruptam. quippini & ipse Arnobius libro secundo scripsit: *ut spirulas, & botulos facerent, isicia, stellamenta lucanica.* Subdam ex testamento ridiculo Grunii Corocottæ Porcelli, quæ huc spectant legata ridi-

cula. de quibus D. Hieronymus in epist. ad Eustoch. *Verbosis* (ait) *linguam, bubularijs intestina, usiciariis femora, mulieribus lumbos*, &c. attamen Macrobius isitium ab infectione dictum vult amissione litteræ, lib. 5. Saturnal. quo loco de difficili ejus digestione monet. Si lubet, vide etiam Hieronymi Mercurialis lib. 1. Observationum Medicinalium. Cæterùm, neque hoc Arnobii loco librarii veteres isitia concoquere potuerunt: nam in Romana editione prima, cui eam partem manuscript. consonat, legitur, *ira sola*. Restituo, *plasea separatim; hira sola, omentum solum*. Quod ad ea quæ restant, Varroni *rumam* idem esse, quod nobis mammam, docet Nonius, & inde ruminare, & rumare, & Ruminalis ficus apud Festum. *Strebulam* Plautus Umbrico nomine appellavit cozendices hostiarum, ut observavit idem Festus: à quo docemur insuper, penem antiquos codam vocasse, & inde offam porcinam cum cauda in cœnis puris offam penitam vocatam.

Aliter in Edit. nostrâ.

Pag. ead. *Frustilla hæc parvula pro suavibus mateolis sumunt: non quibus famem sedent, sed ut palatis admoveant otium, seque ipsos plena appetitu voracitatis instigent.*

Suspicor de vitiata scriptura, ex litterarum similitudine: conor reponere, *seque ipsos plena appetitu voracitatis instigant*; vel, ut scribi solere non ignoras, *instigent*: sicut antiquitus *restituem, evolvem*, alia apud Festum, pro *restituam, evolvam*. Instigendi verbum accommodatius fore arbitratus sum iis, qui cibis, & bellariis tam lautis ventrem dapsiliter farciunt. de eodem verbo memini me dicere in Conjectaneis ad S. Iulii Frontini strategemata, cùm ibidem emendarem, *jumento in adversam partem litteras inflixerunt*: ideoque hic ero brevior.

Aliter in edit. nostrâ.

Pag. 234. *Ut qua illos mulcent odoribus latis, eadem pestiferos halitus alierum corporibus spirent.*

Conor retrahere syllabam, ut fugitivam, *corporibus suspirent*. Mox in editis antiquis, & scriptis libris reperimus *validitatis*, non *oliditatis*.

Pag. 235. *Post solitos victus liberum, & pultium, hostiarumque cæsarum.*

Ad illustrationem ritus antiqui proximè mihi visus accedere liber antiquus, in quo scriptum, *post solidos victus*; quòd innuat ex libris, pultibus, cæterisque eduliis oblatis nihil debuisse supersesse. Eodem refero, quæ Octavius Christianus Cæcilio Gentili objicit apud Marcum Minutium Felicem: *Quòd verò sacrificiorum reliquias, & pocula delibata contemnimus; non confessio timoris est, sed vera libertatis adsertio.*

Pag. ead. *Periculum maximum est, ne oblisus interrumpatur spiritus, & viduatum remaneat sine suis administratoribus cælum.*

Quòd de solius Iovis obstructione, sive oblisione tractetur, qui unus cœli administrator est; existimavi legi debere, *sine suis administratibus cælum*. quod tantundem est, ac si dicas, administrationibus. Solens ac crebrum esse id genus nominum in hoc scriptore, nemo posthac monendus est.

Aliter in edit. nostrâ.

Pag. ead. *Altaria super ipsa libamus, & venerabiles cnissas carbonibus excitamus exstinctis.*

Pro cnissis Romani substituerunt *miscas*, liber manuscript. *misciis*, sed oppidò quàm inconsideratè. Suprà principio hujus libri: *nidorem consectatur, & fumos; pascunturque de cnissis, quas evomunt ardentia viscera*, κνίσσα, vel κνῖσα, ustura est carnium, & fumus in sacrificio, usus Homerus Iliad. α. Plurima Græca vocabula

cabula usurpavit in hoc opere Arnobius, quæ ille & Latio, & urbe donare gaudet. Hinc plani pro sycophantis lib. 2 & lib. 6. dixit, *simulachra grossi his rasa.* & lib. 7. tibicines appellavit *salapinctas.* alibi similam quoque illi è manibus torquere conati libri Rom. typogr., quam nos restituimus. similia per se eruditus lector in eo facilè observet.

Pag. 136. *Apud vos* [*plus*] *valet nullam habens consuetudo rationem, quàm rerum inspecta natura.*

Rectè manuscripti auctoritate damnatam vocem lineis circumscriptam, alibi à me ostensum satis, superque: ubi alia ejusmodi, Græco more prolata, coacervavimus non pauca. Iam quod subsequenti pagina edendum jussi, *Etiamne Dii sertis, coronis afficiuntur*; id ex præscriptione lib. membranei factum: qui dum paucis admodum abhinc lineis cum Romano substituit *dormitiones*, in locum vocis antiquæ, & probissimæ notæ, *domuitiones*; magnum est periculum, ne nobis imponat. Domuitio verbum vetus, etiam in scriptis veterum frequenter obvium, Pacuvii, Lucilii, Plauti, Apuleji. Etiam Cicero libro primo de divinat. usus. *Classi* (inquit) *propinquum reditum ac domuitionem dari.* Gelenio placuit *domuitio*; quod is referebat ad ipsos, qui vesperi Diis valedicerent: alii dormitiones Diis ipsis attribuere maluerunt.

Pag. 217. *Ad sordes eluendas lavantibus aquis opus, atque adjuncta antiqua cineris frictione.*

Cantero placuit, *labentibus aquis.* nec id mihi displicet: etsi ulteriùs periculo meo rescribes, *atque adjuncta antiqui cineris frictione,* vel iusistes potiùs vestigiis vulgatæ scripturæ, illamque de conjectura mea in integrum restitues hac ratione, *atque adjuncta antiqua cineris frictione.* Cinis enim non tantùm masculinè, verùm etiam fœmininè usurpatum fuisse antiquis, notat ex Cæsare, Catulo, & Calvo Nonius Marcellus. item Charisius lib. primo, Calvi duobus testimoniis in medium adductis. Ad lixiviam verò conficiendam usui esse veterem cinerem, non est, puto, qui nesciat: eum Plinius cinerem lixivum vocabat; Scribonius autem lixivam cinerem.

Pag. 238. *Iovis epulum erat est. Iuppiter enim cœnat, magnisque implendus est dapibus, jamdudum inedia gestiens, & anniversaria interjectione jejunus.*

Irridens, atque illudens sacrificia ethnicorum Lactantius lib. 6. suarum Institutionum. *Mactant*, inquit, *opimas, ac pingues hostias Deo quasi esurienti, profundunt vina tamquam sitienti.* Annive: sarium hoc Iovis epulum fuisse, scriptor noster innuit. Id incidisse observavi ipsis Idibus Novembris. Kalendarium rusticum Romanum in dicto mense manifestè collocat IOVIS EPULUM. Fasti Kalendares ipsis illis ædibus adscribunt, & vocant EPULUM INDICTUM, quod quid fuerit, & unde dictum, docebit nos Festus. is Epolones dixisse antiquos ait, quos postea epulones vocarunt: datum autem iis nomen, quòd epulas indicendi Iovi, cæterisque Diis, potestatem haberent. Cicero: *Pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinem tres viros epulones esse voluerunt.* Huc accessendum video Lucilii versum è lib. 14. Satyrarum, qui apud Nonium. *Epulum*, inquit, *generis neutri est Fœminini, Lucilius Satyrar. lib. 14.*

Idem epulo cibus, atque epulatio Iovis omnipotentis.

qui versus utrumque designat. Epulum, & Epulam singulariter antiquos posuisse, testem habeo Pompejum Festum. eo adducor, ut emendandum putem Lucilii carmen:

Idem

Idem epulo cibus, atque epula Iovis omnipotentis.

Epulo, & epula, sexto casu accipio, ut similia veteres dicebant, *Ludis circensibus, gladiatoribus*, &c.

Aliter in edit. nostrâ.

Pag. ead. *Æsculapii geritur, celebraturque vindemia: colunt enim Dii vineas, & longis ab suasionibus contracti exprimunt vindemiatoribus vinum.*

Suasiones istas referre possis ad munus Æsculapii medici. mihi tamen verosimillima lectio visa est, *longis ab vasionibus contracti*, id est, itionibus. Arnobius libro 6. *Deos vadere in antra prædonum.* alibi inquit, hoc eodem libro, *ad consules vaderent.* Itidem verbo viare utitur Apulejus, & lib. 10. de asino, *Qui vianti*, ait, *marito domus expugnationem nuntiaret.* Apud Arnobium in manuscripto est, *ad suasionibus contractis.* Romanis vinalia duplicia fuisse notavi. *Priora*, quæ vocabant, Fasti Kalendares 9. Kalend. Majas adscribunt. de quibus adeundi Ovidius, Plutarchus, Plinius, alii. Secunda, *Vin. F. P.* id est, *Vinalia Feria Publica*, iisdem Fastis illis signata 14. Kalend. Septemb. immo eundem iis feriis diem Varro de re rustica adscribit, & *Vinalia Rustica* intelligi ait. ea Veneri dicata fuisse, vir doctissimus notavit. cui reclamat Varro 5. de lingua Latina, cujus verba adscribimus; *Vinalia à vino. hic dies Iovis, non Veneris.* cui adsentit Festus, quem consule in voce *Rustica.* Ejus rei curam Varro non levem in Latio fuisse addit: nam aliquot locis vindemias primùm à sacerdotibus factas, & quidem publicè. id Romæ præsertim. item flaminem Dialem vindemiam auspicari solitum, &, ut jus esset vinum legere, agna Iovi feciisse. Consentit quoque Varroni Festus, cujus hæc verba: *Calpar vinum novum quod ex dolio demitur sacrificii causa, antè quàm gustetur. Iovi enim priùs sua vina libabant, qua appellabant festa vinalia.* qua in re adhibita formula de *vino inferio*, de qua Arnobius luculentissimè hoc lib. p. 236. & lib. 4. De Venere res clara: de Æsculapio tamen nihil etiamdum mihi cómpertum est. consultius igitur censeo usurpare antiquum illud, N. L

Pag. ead. *Existimatur tractari [se] honorificè Flora, si suis in ludis flagitiosas conspexerit res agi, & migratum ab lupanaribus in theatra.*

Vocularii inclusi lineis, quam abundare sensi. nisi malis rescribere, *tractarier honorificè.* Floræ ludos celebrarunt Romani: Floralia nuncuparunt. In vetusto Kalendario Romano videmus incidisse in 4. Kalend. Majas: cui videtur adstipulaturus Plinius. Ovidius tamen:

Exit & in Majas festum Florale kalendas.

Floram propudiosam meretricem fuisse, auctor Minutius, & Plutarchus, Ovid. Augustin. In Deos relatam, & quare cultam, docebit ipse Arnobius: *Flora illa genetrix, & sancta obscœnitate ludorum, bene curat ut arva floreseant.* libro 4. Impudicitiam Floraliorum describit Augustinus lib. 2. de civitate Dei, cap. 26. & Lactantius lib. 1. his verbis: *Celebrantur Florea ludi cum omni lascivia, convenientes memoria meretricis. nam prater verborum licentiam, quibus obscœnitas omnis effunditur; etiam vestibus, populo flagitante, meretrices exuuntur, qua tunc mimorum funguntur officio*, &c. Vide Lipsii librum 1. Electorum, & Novellam Iustiniani C. V.

Pag. 239. *Quarum rerum actores inhonestos esse jus vestrum, & inter capita computari judicavit infamia.*

Mimorum, ac scœnicorum artificum impudicitiam, atque inhonestatem attingit: quorum originem in Rom. Republica nuper ostendi ad Fl. Vegetium lib. 2.

lib.2.cap.24.& ibidem ex jure ſcripto eorundem infamiam notavi ex l.10. D. de adulteris ; ex l.2. D. de his qui notantur infamia ; l.Imperialis , C. de nuptiis ; & rubrica Codicis Theodoſiani de Scenicis. quibus adjungenda l.Si qua,C.de ſpectaculis ; Gell.lib.20.cap.3.& Ulpiani fragmenta Inſtitut.titulo 13.Plato ludos iſtos in tantum averſatus , ut poëtas ob hoc civitate cenſuerit pellendos ; teſte Auguſtino lib.8.de civitate Dei,cap.13.Idem quoque videndus lib. 2. cap. 13. & cap. 27. itemque de hiſtrionibus Macrobius lib. 3. Saturnal. cap. 7.

Pag.ead. *Delectantur,ut res eſt,ſtupidorum capitibus vaſis ſalpictarum ſonitu, atque plauſu.*

Tubicinem Onomaſticon vetus explicat ſimiliter ſalpictam. At Polluci σαλπιγκὶς nominatur , in Gloſſario *tubicines* σαλπιγκαὶ. Romani ediderunt, *ſalpictanum ſonitu.* quid ſi ſcribere putarit librarius,*ſalpinctarum ſonitu* ; vel, ut in manuſcripto eſt , *ſalapictarum.* Addam quod in gloſſis noſtris membraneis occurrit : *Salpix,*tuba vel buccina. Salpicta, tubicinator. Græci litteram inſerunt in σάλπιγξ.

Pag. ead. *Si ex comœdiis,atellanis,mimis ducunt latiſſimas voluptates.*

Scribere conabar *comœdis.* Atellanæ fabulæ ſeveriores erant, eoque hiſtriones illarum (Atellanos nominabant) perſonam creduntur non poſuiſſe. auctor Feſtus in *Perſonata.* Certè ab infamia immunes erant reliquorum ſcœnicorum,de qua jam antè dictum. Hiſtriones omnes,præter Atellanos,à militia prohibitos fuiſſe,alibi docui ex Livio,& Valerio Maximo.

Pag.242.*Vos æris tinnitibus,& tibiarum ſonis; vos equorum curriculis,& theatralibus ludis perſuaſum habetis Deos & delectari,& affici,iráſque aliquando conceptas eorum ſatisfactione molliri.*

Videatur dictus Commentarius noſter lib.2.cap.24.

Pag.ead. *In voluptatibus habere, atque in deliciis* [*eſſe.*]

Ultimo verbo condemnationis notam appoſui,volente libro veteri. ex quo paullo antè in textu ſcripſi,*perſuaſum habetis Deos & delectari,& affici;* inſerta priori loco copula.

Pag. ead. *Opinio religionem facit , & recta de Diis mens : ut nihil eos exiſtimes contra decus præſumpta ſublimitatis appetere.*

In manuſcripto erat , *prompera ſublimitatis.* Urſini editio Romana retinuit, *prompta ſublimitatis.* Apud eundem hunc ſcriptorem obvia ſunt iſta : expeditum,ac promptum eſt ; manifeſtum , ac promptum eſt , facere promptum libris ; &c.

Pag.245. *Reſponſum deinde ab auſpicibus eſt, res ſævas, triſtiſſimáſque portendi.*

Reſtituendum iri cenſebam,*res ſcævas.* ſimilia correxiſſe me videbis ſuprà lib. 1. Electorum. Itidem *ſævi hominis mulier* dicebatur Apuleji prima Apologia, pro qua nos illi reddidimus,*ſcævi ominis mulierem.*

Pag.ead. *Adfuiſſe dicto fidem : nam ſubrepto culmine, converſoque ad Solem ſigno,patuiſſe res abditas.*

Ianus Gulielmius noſter perſpicuè verum eſſe ait ,*ſubrecto culmine* , hoc eſt, altiùs erecto.id autem liquere tum ex verbis antecedentibus,tum ex ipſa hiſtoria , quæ de libris M. Tulli Ciceronis tranſſcripta eſt. Conjecturam illius comprobant membranæ,& ora editionis Urſinianæ.

Pag. ead. *Caterùm si penitùs intueri res factas, personas, & personarum volueris voluntates.*

Interpungo, atque restituo: *Caterum si penitiùs intueri res, facta, personas* Consimili scriptura continuatum locum lib. 2. Arnobii corrigendum puto, *quòd si homines penitus se nossent, aut intellectum Dei suspicionis exciperent aura:* ac revocandum illud *penitiùs*, ut monui alibi, & suprà hoc libro reponere tentavi, *penitusque re invisa, atque inspecta, damnamus*; cujus loco vulgatur, *penitus re visa.*

Pag. ead. *Qui spectatum proficiscerentur è cœlo cantherios, de velocitate certantes, replicantes gyros septem, &c.*

Aurigarum in Circo Romano certamen quasi penicillo depingit Arnobius: de quo quia diximus ad scriptorem rei militaris, lib. 2. cap. 24. in præsentia supersedimus; numerum tantum illum septenarium aliquot testimoniis asserturi. Numerum imparem ut magis faustum adamasse antiquos, eriam in re militari, docui non uno loco prænominati Commentarii mei. attamen præter ternarium etiam septenarium religioni maximè commodum fuisse, liquet in verbis Apulei, lib. 11. de asino: *Meque protinus, purificandi studio, marino lavacro trado, septies submerso fluctibus capite: quòd eum numerum praciputè religioni aptissimum divinus ille Pythagoras prodidit.* Venio ad gyros aurigarum septem. Hieronymus in vita Hilarionis: *Ut propter felicem Sabinarum raptum, ab ipso quasi consiliorum Deo* (Consum intellige) *quadrigæ septena currant circuitu.* Septies enim circuibant perniciissimo cursu metas, quæ constitutæ in Circo. Sidonius Apollinaris in laude urbis Narbonensis, ubi inter alia multa hac de re ita canit:

Tu conamine duplicatus ipso
Stringis quadrijugos, & arte summa
In gyrum bene septimum reservas.

Pag. 147. *Si ludorum exhibitor magistratus minùs curavit edicere, quisnam esset illo die circi actus per medium.*

Equidem, eruditissime Pighi, dubium mihi non est, quin veram scripturam arbitraturus sis, & tecum omnes, quicumque Tertullianum de Spectaculis, & Saturnalia Lipsii legerint; hanc meam nimirum, *magistratus minùs curavit edicere:* hoc est, quod alii appellabant munus, ludos ostendere, proponere. Unum in adversariis meis locum inveni conjecturæ nostræ stabiliendæ perbene accommodatum. is in Noctibus Atticis Agellii, lib. 2. cap. 32. *Ubi terram movisse senserant, nuntiatúmque erat: ferias ejus rei causa edicto imperabant. Sed Dei nomen ita uti solet, cui ferias servari oporteret, statuere, & edicere quiescebant: ne, alium pro alio nominando, falsa religione populum alligarent.* Illud certum est, eos, qui munus edituri erant, libellum edicti vicem proposuisse, hoc est, titulum fixisse, quo notatum cui Deo, cui Deæ, cui rei ludi futuri essent; ut notavimus in dicto Commentario, lib. 2. c. 14. Usi præterea veteres verbo *edicere* valde propriè, cùm neque magistratui, neque præconi id dabant, sed illi, qui manifestè, palam, in coràm rem aliquam eloquebatur, aut factum enarrabat. quo de in Commentario prænominato, ubi Apulejo id verbi redonavimus; & in l. prima, C. de famosis libellis, ope manuscriptorum restituimus, *ore proprio edicat.* Apud Sallustium in Conjuratione Catilinaria vetustam editionem Aldi Manutii, avi nimirum, libens admodum sequor; cæterisque

teriſque neglectis, reſtituo, *juſſus à conſule, quæſciret, edicere.* Paria loca ſubjicere viſum eſt, in quibus non codices antiqui, ſed conjecturæ meæ & in dubium, & in periculum vocandæ erunt. apud Nonium Marcellum, in verbo *exſculpere.* recitari vides ex ſecundo Satyrarum veteris poëtæ Lucillii hos verſus:

Nunc nomen, jamque ex teſtibus ipſe rogando
Exſculpo hæc dicam ----------

Emaculare conor, de quo tua exiſtimatio erit:

Nunc nomen, patriamque ex teſtibus ipſe rogando
Exſculpo edicam --- -----vel, ſi mavis, *nomen, vitamque.*

Apud eundem Grammaticum in *Opinio* Accii verba *Euryſare*, propter vocabuli hujus amiſſionem, etiam in correctiſſima Pariſienſi nupera editione non videntur ſatis conſtituta. *Opinione factum eſt, quanto minùs ſtirpem educabant, tanto vereremur magis eos eſſe.* adſeruiſſe videor, *quanto minùs ſtirpem edicebant, tanto ut reremur magis eos eſſe.*

Pag. ead. *Si Iuppiter ludos ſcrupuloſiùs fieri, reſtituique quærebat; ſi fideliter reddere ſuam populo ſanitatem; nec malum, quod fecerat, prorogare ulteriùs, & augere.*

In membranis legitur, *prorogari ulteriùs, & augeri.*

Pag. ead. *Voluntatis ſuæ deligeret nuntium.*

In aliis eſt *diligeret.* vide Feſtum in voce *Dilectus.* Neque aliter ſcribitur in libris vetuſtis, quàm, *dilectus militum*, ut aliàs monui.

Pag. ead. *Nónne fuerat pronius, & Deo conveniens, mentem hominis vertere, & parendi ſubigere voluntatem.*

Non poſſum denegare, pro genuino mihi videri, *& parendi ſubjicere voluntatem.* ſcis *ſubIcere* antiquis fuiſſe pro *ſubjicere.*

Pag. 248. *Quænam illa ſævitia crudelitatis fuit? quæ tanta, ut exſtincta ſobole inteſtinis periculis poſſ territaret patrem?*

Nulla mihi reperta in membranis, ſive editionibus veteribus, varietas ſcripturæ: attamen ſuſpectio incidit ſcriptum fortean primitus fuiſſe, *Quanam illa ſævitia fuit? crudelitas quæ tanta?*

Pag. ead. *Faſtidium ne immoderatione pariatur* [....] *Poſſ advectos, &c.*

Ante verba ultima, ubi notatæ clauſulæ, liber membraneus, ac ſimiliter Urſini editus Rom. inſerunt paginam totam: quam nos ad finem textus Arnobiani adcudendam curavimus; ſimulque digitum intendimus ad alium ſimilem hujus ſcriptoris locum, quo facilius ſit erudito lectori de ſinceritate, aut ſuperfluitate verborum, ac repetitione ejuſdem ſententiæ, ſententiam ferre.

Pag. 249. *Quid ergo dicimus?*

In libro membraneo ſcriptum *dicemus?* Itidem eſt infrà: *Quid ergo dicemus? Hannibalem illum,* &c.

Pag. 251. *Sed ventre nixus, & pectore.*

Vera, & antiqua ſcriptura in membranis conſervata: *Sed ventre niſus.* Sequitur illico in textu, *ſi oblita ſquamis terga*: in cujus locum Urſini editio adſcribit, *ſi obſita.*

Pag. 252. *Cur totiens Roma civitas mali hujus adflicta eſt millibus? Cùm enim &c.*

Urget

Urget disputator arduus impotentiam Æsculapii Dei, qui etiamsi in hoc Romam accitus, ut, in posterum, pestilitates omnes ab ea urbe, & populo arceret, evenerit nihilo minùs, ut & sæpius, & maximis stragibus vires eorum fractæ, & numerus civium imminutus sit. Quam auctoris nostri intentionem clariùs multo perspicies, ubi è membranis lineam integram restituero, in omnibus editionibus hactenus neglectam: *Cur totiens Roma civitas mali hujus adflicta est cladibus; totiens aliis, aliisque temporibus dilacerata, vexata est; & innumeris stragibus, civium minor facta milibus? Cùm enim, &c.*

Pag. 253. *Boni aquè majores non debuerant merere benevolentiam numinum.*
Repone ex membranis, *mereri benivolentiam numinum.*

Pag. ead. *Lapis coloris furvi, atque atri, angulis prominentibus inaqualis.*
In libro scripto ἀνωμαλοῖς ea lectio concipitur, *angellis prominentibus inaequalis.*

Pag. ead. *Imperii columen, & regium principatum,*
Lego *colmen*, pro culmen: itemque hoc libro extremo, qua de re & libris præcedentibus à me notatum est.

Pag. 254. *Numinis alicujus habitasse in silicis fragmentis molem subjectam, venisque in ejus abstrusam?*
A Gelenio dubio procul ista scriptio: nam Romana Ursini editio, & manuscriptus, habent, *in silicis fragmentis more subjectam.* possis pro vocabulo *more* suspicari reponendum *humorem*, seu potiùs *materiam*, sive quid aliud. Ursinus legit, *majestatem subjectam.*

Pag. ead. *Cur non minaci fortiter se obtulit? cur impetus tantos belli non priùs fregit, ac repulit, quàm immanes inciderent plaga?*
Sententia inversa, & verba detorta ab ineptis, & sciolis: quorum temeritatem, atque insciitiam produnt membranæ, dum legunt, *cur non minaci forti se obtulit?* Fors, fortis, forti, declinabatur antiquis, pro fortuna, sorte. neque in solo Arnobio eam vocem depravatam scio: tribus minimùm locis in Codice Iustiniani eam restituendam observo, notoque ad l. Si cum, C. de donationibus ante nuptias. In lapidibus & nummis antiquis nusquam non sese offert hæc inscriptio, FORTI FORTUNÆ. Terent. Phormione: *Quod fors ferat, feremus aquo animo.* A nomine fors variarum figurarum adverbia faciunt Grammatici, ut forsan, forsitan, fortasse, fortassis. etsi ipsum fors adverbialiter quoque ponitur; ut.

Et fors aquatis cepissent pramia rostris.

Vide Nonium, Charisium, alios. VALE.

FINIS.

GEBHARTI ELMENHORSTII

OBSERVATIONES AD ARNOBIUM,

ET IN EUNDEM

COLLECTANEA VARIARUM LECTIONUM.

Cum duplici Indice

IN

ARNOBIVM,

Et Observationes

ARNOBIANAS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

GEBHARTI ELMENHORSTII

OBSERVATIONES

AD LIB. I. ARNOBII AFRI ADVERS. GENTES.

ARNOBII *disputationum adversus Gentes*] Hæc est epigraphe editionis principis Sabæi Brixiani. Codices MS. τὸ *Nationes* præferunt. Res una est, aliis iam observata, quorum scrinia non compilamus. Ipse noster lib. 3. *Ad unius credulitatis assensum mente una concurrere gentes & populos fecit, & moribus dissimillimas nationes.* Lib. v. *Quid dicitis ô gentes! quid hujusmodi deditæ opinionibus nationes?* Deinde *Quid dicitis, ô gentes! quid occupatæ, quid deditæ templorum venerationibus nationes?* Minutius Felix. *Nos gentes nationesque distinguimus, Deo una domus est mundus hic totus.* PAG. 1.

Insanire, bacchari] *Insanire* & *bacchari* dicuntur Vates, cum Deo pleni oracula fundunt. Prudentius περὶ στεφάνων. Pag. 243.

Furere ac rotari, jus putatur mysticum.

Et lib. 2. contra Symmachum, pag. 220.

Instigat bacchantis anus ambage Sibyllæ.

Virgil. lib. 6. Æneid.

At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur vates, magnum si pectore possit
Excussisse Deum.

Tertullianus lib. 1. ad uxorem, cap. 6. de unis nuptiis. *Quæ Delphis insaniunt, nubere nesciunt.* Cicero de claris oratoribus pag. 337.

Eos, quorum altior oratio, actioque esset ardentior, furere & bacchari arbitraretur.

Quiddam promptum ex oraculo dicere] Cicero pro Fonteio, pag. 307. *Si quidquid ex illo loco dicetur, ex oraculo dici arbitrabitur.* Plautus Pseud. scen. *Si de damnosis. Si quid vis roga, quod scibo, Delphis tibi responsum dicito.* Lucretius lib. 1. pag. 24.

Quanquam multa bene, ac divinitus invenientes
Ex adyto tanquam cordis responsa dedere
Sanctius, & multo certa ratione magis, quam
Pythia quæ tripode ex Phœbi, lauroque profatur.

Postquam esse in mundo Christiana gens cœpit, terrarum orbem periisse] Invalescente Christianismo, status Christianorũ miserrimus erat; Nationes enim omnia mala, quibus genus humanum premebatur, Christianis imputabant. Cum fontem siccitas statuebat, cum rarus imber cœlo descendebat, cum arentibus campis sementa deficiebant, cum jejunas & steriles herbas terra producebat, cum vineam debilitabat grando, cum oleam detruncabat turbo subvertens, cum locustæ & mures prodigialiter efferveſcebant, frumentaque arrodebant, cum pestilens aura cœli starum corrumpebat, & morbos indicebat graves, cum fames, lues, bella, miseram mortalitatem lancinabant, omnium illorum incommodorum Christiani autores incusabantur, vulgoque damnabantur ad leones & bestias. Arnob. inf. *Christianorum (inquiunt) causa mala omnia adierunt, & interitus comparatur ab superis frugibus.* fol. 2. *Invectam esse labem terris, post quam religio Christiana intulit se mundo.* fol. 3. *Nam quod nobis objectare consuestis bellorum frequentium causas, vastationes urbium, Germanorum & Scythicas irruptiones.* Lib. 3. *Audetis intendere, nostri nominis causa res humanas ab diis premi.* Lib. 4. *In invidiam jaciantur nostram labores generis humani, & commoditates, quibus vivitur, imminutæ.* Origenes in Matthæum cap. 24. Tract. 28. fol. 137. *Propter multitudinem Christianorum dicunt fieri bella, & fames, & pestilentias. Frequenter enim famis causa Christianos culparunt gentiles, & quicunque sapiebant quæ gentium sunt: sed & pestilentiarum causas ad Christi ecclesiam retulerunt. Scimus autem & apud nos terræ motum factum in locis quibusdam, & factas fuisse quasdam ruinas, ita ut qui erant impij extra fidem, causam terræ motus dicerent Christianos, propter quod & persecutiones passæ sunt ecclesiæ & incensæ sunt. Non solum autem illi, sed & qui videbantur prudentes, talia in publico dicerent; propter Christianos fiunt gravissimi*

terræ

terræ motus. Tertullian. Apologet. cap. 40. *Prætexentes ſane ad odij defenſionem illam quoque vanitatem, quod exiſtiment omnis publicæ cladis, omnis popularis incommodi Chriſtianos eſſe cauſam. Si Tiberis aſcendit in mœnia, ſi Nilus non aſcendit in arvæ, ſi cœlum ſtetit, ſi terra movit, ſi fames, ſi lues, ſtatim Chriſtianos ad leonem.* Auguſtin. Tom. x. Serm. LIX. fol. 49. *Nemo dicat, antea melior erat mundus, quam modo: ex quo cæpit iſte medicus artem ſuam exercere, multa hic videmus horrenda.* Et Tom. 8. in Pſal. LXXX. fol. 195. *Quando auditis contumaciter garrire blaſphemos, & dicere abundare preſſuras temporibus Chriſtianis. Scitis enim quod hoc amant dicere: & vetus quidem, ſed à temporibus Chriſtianis cæpit proverbium, non pluit Deus, dic * ad Chriſtianos.* De civitate Dei cap. 2. lib. 2. *Romanæ urbis recentem à barbaris vaſtationem, Chriſtianæ religioni tribuunt.* Ibid. cap. 3. *Pluvia defecit cauſâ Chriſtiani nominis.* Cyprianus ad Demetrianum fol. 253. *Per nos fieri, & quod nobis debeant imputari omnia iſta, quibus nunc mundus quatitur & urgetur, quod dii veſtri à nobis non colantur.* Martyrologii MS. excerpta (quæ nobis conceſſit amicus noſter V. C. Fridericus Lindenbrogius IC.) in vita Porphyrii: τῷ ὃ ἐναυτῷ ἐκείνῳ συμβαίνει ἀνομβρίαν γενέσθαι, καὶ ἔγρεφον πάντες εἰ ἀπὸ τῆς πόλεως τὸ πτῶγμα τῇ εἰσόδῳ τῦ μακαρίε, λέγοντες ὅτι ἐχρημάλισθη ἡμῖν ὑπὸ τῦ Μαρνᾶ, ὃν κακοπόνων ἐσὶν τῇ πόλει Πορφύρι. Sic contra apud Euſebium Hiſtor. Eccleſ. lib. 9. cap. 7. interprete Rufino: *Ex quo Chriſtiani ſedibus ſuis urbibusque pelluntur, & aëris eſt læta temperies, & terræ fœcunditas abundantior, & ſegetum copia uberior.* Quæ vero hic Chriſtianis objiciuntur, eadem Chriſtiani paganis ritibus deditis imputabant. Novella Theodoſ. III. de Iudæis, Samarit. Hæret. *An diutius perferimus, mutari temporum vices, irata cœli temperie? quæ paganorum exacerbata perfidia, neſcit naturæ libramenta ſervare. Vnde enim ver ſolitam gratiam abjuravit? unde æſtas meſſe jeiuna, laborioſum agricolam in ſpe deſtituit ariſtarum? unde hyemis intemperata ferocitas, ubertatem terrarum penetrabili frigore ſterilitatis læſione damnavit? niſi quod ad impietatis vindictam tranſit lege ſua naturæ decretum.* Vide præterea Oroſium lib. 1. cap. 8. lib. 4. cap. 6. 36. & ultimo. Marcum Aurelium Anton. Imp. in reſcripto ad Aſiaticos, apud Euſebium Eccleſ. Hiſtor. lib. 4. cap. XIII.

Ipſos etiam cœlites derelictis curis ſolennibus, quibus quondam ſolebant inviſere res noſtras] Dii propitii putati, cum hominibus videndi ſui copiam præbebant. Ovid. lib. 1. Faſtorum.

Tunc ego regnabam, patiens cum terra deorum
Esset, & humanis numina mista locis.

Quintilianus Declamat. 10. *Quoties cunque fuerat grato sopore prostrata, aderat ille, qualis humanis se offerunt oculis propitij dii, quale lætissimum numen est, cum se patitur videri.*

Invisere res nostras] Prudent. Apotheo. pag. 271.

Iam tunc dignati terras invisere Christi.

Calumniosas dissolvere criminationes] Firmicus Astronom. lib. 1. cap. 3. *Calumniosa commenta.* Arnobius inf. *Calumniosæ & pueriles voces.* Lib. 2. *Calumniosum & falsum crimen.*

Magnum aliquid dicere] Lib. 7. *Fortasse aliquod dicant magnum.* Virgil. x. Æneid. fol. 602. *Dixerat ille aliquid magnum.* Servius *Proverbialiter posuit, ac si diceret, non mirum sic occisum eum esse, qui sibi plurimum adrogabat.*

Aut si nos talibus continuerimus à litibus, obtinuisse se causam putent, victam sui vitio, non assertorum silentio destitutam] Respexit autor noster legem 142. Digest. de diversis Reg. Iuris. *Qui tacet, non utique fatetur, sed tamen verum est, eum non negare.* Arnobius lib. III. *Nunc ad ordinem reveriamur, à quo sumus necessario paulo ante digressi: ne diutius interrupta defensio, palmam criminis comprobati calumniatoribus concessisse dicatur.* Cyprianus ad Demetrianum fol. 253. *Sed enim cum dicas plurimos conqueri, quod bella crebrius surgant, quod lues, quod fames sæviant, quodque imbres, & pluvias serena longa suspendant, nobis imputari, tacere ultra non oportet, ne iam non verecundiæ, sed diffidentiæ esse incipiat, quod tacemus; & dum criminationes falsas contemnimus refutare, videamur crimen agnoscere.* Pammachius & Oceanus in Epistola ad Hieronymum, Tomo 1. fol. 228. *Purga ergo suspiciones hominum, & convince criminantem, ne si dissimulaveris, consentire videaris.*

Hostilibusque condignos odiis nos esse] Tertullian. Apologetico cap. 32. *Publicorum hostium nomen Christianis dabant.* Cap. 2. *Christianum hominem, omnium scelerum reum, deorum, imperatorum, legum, morum, naturæ totius inimicum existimas.* Cap. 37. *Hostes* (Christianos) *maluistis vocare generis humani.*

Exterminati sunt Dii longe] Lib. 5. *Nostra quidem nihil interest, quorum causa contenditis, exterminatos esse à terris Deos.*

Inspiciamus igitur opinionis istius mentem] Propriè lib. 11. fol. 980. *Causam convenit, ut inspiciatis.* Lib. 7. *Ventum veram atque ad justissimam*

mam quæſtionem, in quam convenit, ut debeamus inſpicere. Ibid. *Sequitur ut illam quoque inſpiciamus partem.* Lib. 5. *Ne tamen videamur inſpicere, quale ſit, nolle.* Deinde: *Inſpiciamus enim quod dicitur hoc modo.* Valerius Max. lib. v. cap. 9. *Inſpectaque diligentiſſime cauſa, abſolvit eum.* Petronius, *Poſtero die Iudex querelam inſpiceret.*

Contentionum ſtudiis] Auguſtin. lib. XII. confeſſ. c. XVIII. *Nolo verbis contendere: ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubverſionem audientium.*

Vt non impii nos magis] Crimen obiectorum malorum impietatisque bene retorquet in Nationes. Tertullian. Apolog. cap. XLI. *Vos igitur importuni rebus humanis, vos rei publicorum incommodorum: vos malorum illices ſemper, apud quos Deus ſpernitur, ſtatuæ adorantur.* Lactantius de Iuſtitia lib. v. cap. VIII. *Diſcite igitur (ſi quid vobis reliquæ mentis eſt) homines ideo malos, iniuſtos eſſe, quia dij coluntur, & ideo mala omnia rebus humanis quotidie ingraveſcere, quia Deus hujus mundi effector, & gubernator derelictus eſt, quia ſuſceptæ ſunt, contra quam fas eſt, impiæ religiones: poſtremò quia ne coli quidem, vel à paucis Deum ſinitis. Vniverſa igitur mala, quibus humanum genus ſeipſum invicem conficit, iniuſtus atque impius deorum cultus induxit. Nec enim poterant retinere pietatem, qui communem omnium patrem Deum, tanquam prodigi ac rebelles liberi abnegaſſent.* Cyprian. ad Demetrianum fol. 254. *Quando ea fiunt, quæ iram Dei indignantis oſtendunt, non propter nos fiunt, à quibus Deus colitur, ſed delictis & meritis veſtris irrogantur, à quibus Deus omnino nec quæritur, nec timetur.* PAG. 2.

Poſtquam eſſe nomen in terris Chriſtianæ religionis] *Nomen Chriſtianæ religionis*, pro ipſis Chriſtianis. fol. 7. *Nomen Chriſtianũ odiſſe.* Lib. 2. *Quibus inviſum eſt nomen Chriſti.* Auguſt. de civitate Dei, lib. 1. c. 15. *Multo minus nomen criminandum eſt Chriſtianum.* Tertul. apolog. c. v. *Tempore* [Tiberii] *nomen Chriſtianum in ſeculum introivit.*

Vertigo] Latinus Pacatus Paneg. ad Theodoſium Imp. *Indefeſſa vertigo cælum rotat.*

Mundi] Feſtus; *Mundus appellatur cælum, terra, aër, mare.* Origenes lib. 2. περὶ ἀρχῶν. cap. 1 x. fol. 703.

Syderum Sol princeps] Cicero de natura Deorum lib. 2. fol. 206. *Sol aſtrorum obtinet principatum. Ex æthere innumerabiles flammæ ſiderum exiſtunt, quorum eſt princeps ſol, omnia clariſſima luce colluſtrans.* Plinius lib. 4. cap. 6. Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 17.

Luna deſivit redintegrare ſe ipſam] Cicer. 2. de Natura Deorum. Manilius lib. 1.

Suas animas expiraverunt venti] Lucretius lib. v. pag. 186.

---- *ac prece quæsit*
Ventorum pavidas paces, animasque secundas.

Horatius carminum lib. 4. Ode. XII.

Iam veris comites, quæ mare temperant,
Impellunt animæ lintea Thraciæ.

Scholiastes vetus: *Vsitatum est poëtis animas nominare flatus, allusione vocabuli Græci ἄνεμος. Vt quantum ignes animæque valent.* Servius in 1. Æneid. fol. 172.

Nec madidari ex imbribus arva succedunt] Severus Sulpitius Dialogo 1. de virtutibus Monachorum Orientalium, fol. 235. *Cum alia ibi germina nulla succedunt, istarum arborum pomis aluntur.*

PAG. 3. *Animalia terris sueta nonne furiunt*] Apul. Apologia pag. 438. *Quoties & qui anni cuiusque eorum generis feminæ subent, mares furiant.* Glossæ. *furire, κατεᾶν.* Festus. *Ex omni mansueto pecore immundissimi sunt sues, & ardentissimæ libidinis: ita ut opprobrium mulieribus inde tractum sit, cum subare & furire dicuntur.* Nonius in Catullire. *Catulire, furire, vel libidinari.*

Nutant usque ad periculum civitates] *Periculum* pro interitu usurpat, ut ab aliis etiam notatum. *Si sunt nativi & geniti, & interitionibus utique, periculisque vicini.* Lib. VI. *Necesse est esse mortale & habere ad periculum viam pronam.* Lib. I. *Nihil nocitura ei qui fecit, periculum allatura sed vobis.*

Inhabitabiles oræ terræ] Cicero lib. 1. de Natura Deorum. pag. 176. *Atqui terræ maximæ regiones, inhabitabiles atque incultas videmus.* Lib. 2. pag. 327. *Nam si omnibus hominibus qui utique sunt, quacunque in ora ac parte terrarum, ab huiusce quam nos incolimus continuatione distantium.*

Matrimonia copulant nuptiarum solennibus justis] Vide Brissonium IC. de ritu nuptiarum.

Non dulcissimas procreant liberorum stirpes] Plautus Milite glorioso Scena, *Cohibete.*

Nam mihi, virtute
Deum dicam, propter divitias datas,
Licuit uxorem dotatam genere summo ducere.
Sed nolo mihi oblatratricem in ædes intromittere.
Pl. *Cur non vis: nam procreare liberos, lepidissimum est onus.*

Ita rectissime hic locus constitutus est in editione Florentina. Dicit

cit Pleuſides, lepidiſſimum quidem eſſe, liberis operam dare, ſed lepori iſto nihilominus aliquid oneris adjunctum. Boëtius de conſ. Philoſ. lib. 3. proſ. 7. *Honeſtiſſima quidem coniugis foret liberorumque jucunditas, ſed nimis è natura dictum eſt, neſcio quem filios invenisse tortores.*

Quibus negotia incurſantur humana] Inf. *& corporibus labem ferat, & negotia infirmet humana.* Lib. VI. *Qui negotia Theſpiaca ſcripſerunt.*

Nos ſumus in cauſa] *In cauſa eſſe*, eſt obſtare & eſſe impedimento. Cicero Epiſt. 1. ad Lentulum. *In cauſa hæc ſunt.*

Famem ſenſerint horridam] Prudentius contra Symmachum, PAG. 4. lib. 2.

Sit fortaſſe aliquis paulo infœcundior annus,
Nil mirum, nec in orbe novum didicere, priores
Perpeſſi plerumque famem.

Adierunt cuncta] Inf. pag. 8. *Chriſtianorum (inquiunt) cauſa mala omnia adierunt, & interitus comparatur ab ſuperis, frugibus.*

Imbres ſaxeos] Solinus pag. 49. *ſaxatilis imber.* Valer. Flacc. lib. V. argonaut. pag. 136. *Saxifera ſurgit quibus imber harena.* Cicero lib. 1. de Natur. Deorum. Livius lib. 1. Hiſtor. Tibullus lib. II. pag. 114.

Sata faciunt emori] Virgil. Eclog. VII. --- *vitio moriens ſitit æris herba.* & Georg. 1. fol. 68.

Deinde ſatis fluvium inducit, rivosque ſequentes:
At cum exuſtus ager, morientibus æſtuat herbis.

Ubi Servius: *Secundum Pythagoricos, qui dicunt omne quod creſcit, animam habere. Vnde eſt; atque interfice meſſes.* Cyprianus de laude Martyrii fol. 388. *Cum arentibus campis ſementa defecerint, & herbis terra morientibus æſtuarit.*

Sterilitatem indicunt] Inf. *Huic arduum fuerat, lethum cui vellet indicere.* Lib. VII. *Peſtilentiam, morbos, ſtragem mortalitatis indixit.* Saliſber. Polycrat. lib. II. cap. XXVI. *Ipſa mortem indicit.* Auguſt. Tom. X. de Nativitate S. Iohannis. fol. 265. Serm. 1. *Voluntarium bellum indicit paſſionibus.* Firmicus Aſtronom. lib III. cap. III. *Acerbos dolores orbitatis ſemper indicit.* Lib. 1. cap. VIII. *Mulieribus grave valetudinis diſcrimen indicit.* Lib. VI. cap. X. *Oculis miſerum pondus cæcitatis indicit.*

Cum enim flumina cognoverimus ingentia limis inaruiſſe ſiccatis] Virg. Eclog. VII. --- *videas & flumina ſicca, Aret ager.* --- Victor de perſecutione

ſecutione Vandalorum lib. III. *Non hominibus, non jumentis germinantes herbas ediderat tellus, omnino virores aruerant.* Ovidius lib. XV. Metamorph.

Eque paludoſa ſiccis humus aret arenis.

Hyginus Fabula LVI. *Cum eſſet ſterilitas, & Ægyptus annis novem ſiccitate exaruiſſet.* Prudent. lib. II. contra Symmach. pag 422.

Num fons arcano, naturæ tectus operto, Aruit.

A muribus] Plinius Nat. Hiſt. lib. VIII. cap XXIX.

A locuſtis] Tacitus Annal. lib. XV. *Exorta vis locuſtarum ambedorat quidquid herbidum aut frondoſum.* Auguſt. de civit. Dei lib. III. cap. 31. Victor. in vita Marci Antonini, pag. 165. Syneſius contra Andronicum Epiſt. LVII. Oroſius lib. V. cap. XI. Livius lib. XLII.

Prior ætas] Tertull. Apologet. cap. 40. Auguſtin. de civit. Dei lib. III. cap. 1. Lib. IV. cap. 11. Sext. Aurelius Vict. in Trajano.

Affecta ſit] Sup. *Multiformibus malis affectum eſſe genus humanum.* alibi *corporalibus affectos malis.* Hygin. fabula XLI. *Audiit quanta calamitate civitas afficeretur.*

PAG. 5. *Cum pace hoc veſtra & cum bona venia dixerim*] Lib. II. *cum pace hoc ejus & cum venia dixerim.*

Marius Victor præfatione in Geneſ.

Porro etiam mihi ſi fas eſt hoc dicere ſalva
Pace tua genitor.

Catulus apud Cic. de Nat. Deorum lib. I. pag. 168.

Pace mihi liceat cœleſtes dicere veſtra.

Mamert. Panegyr. in Maximian. *Bona venia Deûm dixerim.*

Petronius: *Pace veſtra liceat dixiſſe.*

Ab Atlantica Neptuni] Plato in Timæo fol. 24. Πολλὰ μὲν ὧν ὑμῶν καὶ μεγάλα πόλεως τῆσδε γεγραμμένα ἔργα θαυμάζεται, πάντων μὲν ἓν ὑπερέχει μεγέθει καὶ ἀρετῇ. λέγει γὰρ τὰ γεγραμμένα, ὅσην ἡ πόλις ὑμῶν ἔπαυσέ ποτε δύναμιν ὕβρει πορευομένων ἅμα ἐπὶ πᾶσαν Εὐρώπην καὶ Ἀσίαν, ἔξωθεν ὁρμηθεῖσαν ἐκ τοῦ Ἀτλαντικοῦ πελάγους.

Nino quondam Zoroaſtreque ductoribus] Euſebius Pamphilus lib. II. Chronicorum fol. 57. *Zoroaſtres magus, rex Bactrianorum, clarus habetur, adverſus quem Ninus dimicavit.* Hieronymus Tomo V. in Oſeam fol. XLI. cap. II. *Primum omni Aſiæ regnaſſe Ninum Deli filium omnes & Græcæ & Barbaræ narrant hiſtoriæ, qui apud Aſſyrios Ninum ſui nominis condidit civitatem.* Deinde: *Hic adverſus Zoroaſtrem magum,*

viagunt, regem Bactrianorum, forti certamine dimicavit, & in tantam pervenit gloriam, ut patrem ſuum Belum referret in Deum. Auguſt. lib. IV. de Civitate Dei cap. VI. Diodorus Siculus Biblioth. lib. II. fol. 93.

Vt Helena diis ducibus atque impulſoribus rapta] Auguſtin. de Civit. Dei lib. II. cap. XXII. Oroſius lib. I. cap. XVII.

Vt ille immanis Xerxes] Hieronym. in Epitaphio Nepotiani ad Heliodorum Epiſcopum Epiſt. LXIIII. Parte III. Tract. XIII. *Xerxes ille rex potentiſſimus, qui ſubvertit montes, maria conſtravit.* Gregorius Nazianzenus oratione funebri in Baſilium Magnum. Iuvenalis Satyra X. Herodotus Polymnia. Diodorus Siculus lib. II. Biblioth. Valerius Maximus lib. III. cap. II. Iuſtinus lib. II. Hiſtor. Lucretius lib. III. pag. 105. Dio Chryſoſt. περὶ βασιλείας, Serm. 3. fol 41. Suidas in Ξέρξης. Mela lib. II. cap. I.

Vt ex Macedoniæ finibus unus exortus adoleſcens] Hieron. Tomo IV. in Danielem cap. VII. fol. CX. *Nihil Alexandri victoria velocius fuit, qui ab Illyrico & Adriatico mari, uſque ad Indicum Oceanum & Gangen fluvium, non tam præliis, quam victoriis percurrit, & in ſex annis partem Europæ, & omnem ſibi Aſiam ſubjugavit.* Oroſius lib. III. cap. VI. & XIX. Plutarch. in Alexandro. Arrian. & Curt. de Rebus geſtis Alexandri.

Vt Romani] Lactantius lib. V. cap. IX. *Populus ipſe Romanus per feciales bella indicendo & legitime injurias inferendo, ſemperque aliena cupiendo, atque rapiendo poſſeſſionem ſibi totius orbis comparavit.* Petronius

Orbem jam totum victor Romanus habebat,
Qua mare, qua tellus, qua ſidus currit utrumque:
Nec ſatiatus erat.

Quæ dudum geſta ſunt] Tertullianus Apologetico cap. XX. *Poſt auditum Chriſtum, in mundo non aucta, verum etiam majore ex parte furiarum compreſſionibus imminuta*] Tertull. Apolog. cap. XL. *Si priſtinas clades comparemus, leviora nunc accidunt, ex quo Chriſtianos à Deo orbis accepit: ex eo enim & innocentia ſeculi iniquitates temperavit, & deprecatores Dei eſſe cœperunt.* Pſal. LXXI. *Orietur in diebus ejus juſtitia & abundantia pacis.* Ubi Hieronymus: *Quod in diebus Auguſti Cæſaris eſt impletum, cum Dominus de thalamo virginali proceſſit. Nam ita his diebus omnia bella quieverunt, ut etiam illud impleretur, quod alius propheta cecinit, dicens: Convertent gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces.* Idem in cap. II. Eſaiæ. Athanaſius de humanitate verbi.

bi. Oroſius lib. III. cap. VIII. Lib. VII. cap. VIII. & ultimo.

PAG. 6. *Malum malo rependi non oportere*] Hoc Salvator noſter ipſe præcipit Matthæi v. Suidas in Κατὰ λέξιν πολιτείαν. Nazianz. Orat. I. in Iulian. Auguſt. Tomo VI. contra adverſarium Legis & Prophetarum, cap. XVII. fol. 130. Tomo II. Epiſtola ad Marcellinum. Tomo VIII. in Pſalmum CVIII. fol. 275. Chromat. in v. cap. Matthæi, fol. 270.

Injuriam perpeti, quam irrogare eſſe præſtantius] Chromatius Epiſc. in v. cap. Matth. fol. 268. *Nec ſane convenit Chriſtiano vicem injuriæ reddere, ne ſimilis ei, cui vicem reſtituit, judicetur. Si enim malum eſt injuriam facere, non eſt alienus à culpa, qui vicem mali rependit, ac per hoc non poteſt bonus haberi, qui malum imitatur.* Lactant. lib. VI. cap. XXII. Iſidorus Peluſiota lib. I. Epiſt. XI. lib. III. Epiſt. 327.

Cognati animantis] Lib. II. *Animantia nos eſſe, aut conſimilia cæteris, aut non plurima differitate diſtantia.* Lib. VII. *Quod animal vile ſum nec rationis, nec conſilii particeps? quemadmodum pronunciant iſti, qui ſe homines nominant, & ferocitate tranſiliunt belluas. Nonne primordiis iiſdem, eadem & me genuit informavitque natura? Nonne ſpiritus unus eſt, qui & illos, & me regit? Non conſimili ratione reſpiro, & video, & cæteris afficior ſenſibus?* Hieronymus Tomo V. in Eccleſiaſt. cap. II. fol. X.

Aurem vellent commodare] Lib. IV. *vos aures patientiſſimas commodatis.* Lib. VII. *Libentiſſime commodat audiendis his aures.*

Miſeranda mortalitas] *Mortalitatem* pro ipſis hominibus ponit. Lib. II. *Infelix & miſeranda mortalitas.* Lib. I. *Nam Deus omnipotens, mente una omnium & communi mortalitatis aſſenſu neque genitus, &c.* Lib. IV. *Audetis poſt iſta mirari, unde oriantur hæc mala, quibus inundatur & premitur ſine ulla intermiſſione mortalitas.* Plinius lib. VII. cap. XL. *Vana mortalitas & ad circumſcribendam ſeipſam ingenioſa.* Lib. II. cap. VII. *Quæ ſingula improvidam mortalitatem involvunt.* Ibid. *Fragilis & laborioſa mortalitas.*

Præſens atque in manibus poſita diſceptatio] Lib. VII. *Quoniam nobis in manibus hiſtoriarum ſermo verſatur.*

Diſceptatio] Inf. *Ex vero diſceptationis hujus diſceptare momenta.* Cyprianus ad Demetrianum, fol. 256. *Virtutem mentis infringe, fidem deſtrue, diſceptatione ſi potes, vince.* Utitur hac voce Cicero bis de Oratore, lib. III. pag. 274.

Quid ſi ſtatis temporibus] Origenes contra Celſum lib. V. pag. 252.

PAG. 7. *Corruptus aër iſte & corporibus labem ferat*] Ex corruptione aëris morbi

morbi gignuntur varii, & peſtis. Lib. v. *Contagione peſtilentiæ corrupiſſe auras temporum luctuoſa cum populi vaſtitate.* Lib. vi. *Non peſtilentias, non morbos, corruptione aëris indicere.* Lib. vii. *Venenatam in perniciem aëris hauſtus vertit, & peſtilentiam, morbos, ſtragem mortalitatis indixit.* Minutius Felix: *Cum tabe peſtifera cœli tractus inficitur, ſine diſcrimine omnes deperire.* Lucretius lib. vi. Euſeb. Eccleſiaſt. Hiſt. lib. ix. cap. viii. Philargyrius in 4. Georg. fol. 13.

Plato ille ſublimis apex philoſophorum] Lib. ii. *Plato ille divinus.* deinde: *Platonem illum magnum.* Cicero lib. ii. de Nat. Deorum, pag. 202. *Audiamus Platonem, quaſi quendam Deum Philoſophorum.* Firmic. lib. i. Aſtron. *Platonem divinum* appellat.

Columen] Inf. *Caput rerum & columen.* Lib. ii. *Virtutum caput, benignitatis & columen.* Lib. iii. *Atque ad iſtius nominis columen vobis laudatoribus elevati.* Lib. vii. *Ad columen dominationis erexit.* Valerius Maximus lib. viii. cap. ix. *Divus quoque Iulius quam cœleſtis numinis, tam etiam humani ingenii perfectiſſimum columen.* Hieronym. Tomo i. Epiſt. ci. ad Pammachium de Optimo genere interpretandi, fol. 326. *Quid ais ô columen litterarum, & noſtrorum temporum Ariſtarche, qui de univerſis ſcriptoribus ſententiam feras?* Plautus Caſina, Scena *Vt properarem arceſſere &c. Sed eccum egreditur ſenati columen, præſidium populi.* Nazarius Paneg. ad Conſtantinum Imp. *Aderat quidam Ruricius, experientiſſimus belli, & tyrannicorum ducum columen.* Aquila Roman. de Nomin. Figur. *Salus & columen civitatis.*

Sæva illa diluvia & conflagrationes mundi, purgationem terrarum] Plato in Timæo, fol. 22. Ὅταν ὁ αὖ θεοὶ τὴν γῆν ὕδασι καθαίροντες καταϰλύζωσιν, οἱ μὲν ἐν τοῖς ὄρεσι διασώζονται, βουϰόλοι, νομῆς τε, οἱ δ' ἐν τοῖς πεϱὶ ὑμῶν πόλεσιν εἰς τὴν θάλατταν ὑπὸ τῶν ποταμῶν φέϱονται. Citat hanc Platonis ſententiam Origenes contra Celſum, lib. iv. fol. 117. Veram autem diluvii cauſam bene ſtatuunt veteres Eccleſiæ doctores, hominum improbitatem & malitiam. D. Clemens Recognit. lib. viii. fol. 122. *Ab initio cum fuiſſet omnis terra maculata peccatis, Deus diluvium mundo induxit.* Lactant. de Orig. Error. cap. x. *Factum eſſe diluvium ad perdendam, tollendamque ex orbe terræ malitiam, conſtat inter omnes.* Gaudentius Tract. x. de Lect. Exodi, fol. 84. *Diebus ſancti Noë ipſius providentia (Dei) pollutum variis iniquitatibus mundum, cataclyſmo delevit.*

Sole aliquis torrere ſe ſuetus, & acquirere corpori ſiccitatem] In ſole olim erant antiqui, ut corpori colorem & ſiccitatem acquirerent.

Seneca Epiſtola CVIII. *Qui in ſolem venit, licet non in hoc venerit, colorabitur.* Idem de Brevitate vitæ cap. XIII. *Perſequi ſingulos longum eſt, quorum aut latrunculi, aut pila, aut excoquendi in ſole corporis cura conſumpſere vitam.* De Tranquill. cap. 3. *Quidam ſole & exercitatione corporis diem ducunt.* Turneb. Adverſ. lib. XV. cap. XXI. Colvius ad Apuleii lib. de Philoſophia, pag. 213.

Nubila inimica obductione pendere] Imitatus eſt illa Virgil. lib. I. Georg. fol. 76.

Dum ſicca tellure licet, dum nubila pendent.

Servius: *Dum pene jam videntur nubila pendere, & exſpectare, ut effundant pluvias.* Arnob. lib. II. *Nec ex coactis & pendentibus nubilis, ad terram decidant imbres, ariditatibus temperamenta laturi.* Cyprianus de Mortalit. fol. 271. *Quando imbrem nubila ſerena ſuſpendunt, omnibus ſiccitas una eſt.*

PAG. 8. *Aut uliginem nimiam ſiccitatis ardore decoquit*] Virgil. 2. Georgic.

At quæ pinguis humus, dulcique uligine læta.

Servius: *Uligo eſt propriè naturalis humor terræ, ex ea nunquam recedens.* Arnob. lib. II. *Utrum illum tellus uliginis alicujus converſa putore, tanquam vermis animaverit.*

Per ſua diſpendia modum rebus luxuriantibus figat] Bene Tertullian. de Anima, cap. XXX. *Oneroſi ſumus mundo, vix nobis elementa ſufficiunt, & neceſſitates arctiores, & querela apud omnes, dum jam nos natura non ſuſtinet. Revera, lues, & fames, & bella & voragines civitatum pro remedio deputanda, tanquam tonſura inſoleſcentis generis humani.* Auguſt. lib. I. de civit. Dei, cap. I. *Divinæ providentiæ tribuere, quæ ſolet corruptos hominum mores bellis emendare atque conterere: itemque vitâ mortalium juſtam atque laudabilem talibus afflictionibus exercere, probatamque vel in melius transferre, vel in his adhuc terris propter uſus alios detinere.*

Veratrum venenum eſt hominibus] Lucretius lib. IV. pag. 128.

Propterea nobis veratrum eſt acre venenum,
At capris adipes, & coturnicibus auget.

Ovilibus inſidiatur lupus] Virgil. lib. IX. Æneid. fol. 536.

Ac veluti pleno lupus inſidiatur ovili,
Cum fremit ad caulas, ventos perpeſſus & imbres
Nocte ſuper media: tuti ſub matribus agni
Balatum exercent: ille aſper & improbus ira
Sævit in abſentes: collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & ſicca ſanguine fauces.

Auguſt.

Auguſt. Tomo x. Sermone xxi. fol. 79. *Lupus venit ad ovile ovium, quærit invadere, quærit jugulare, quærit devorare.*

- *Quod tam ſæva prodigia genituris ſpirantibus addiderunt*] Cur pernicioſa animalia creatit Deus, docet Auguſtinus de Geneſi, contra Manichæos Tomo i. lib. i. cap. xvi. Lactant. lib. vii. cap. iv. Baſilius Homil. ix. in Hexameron.

- *Alienæ etiam in poſſeſſione verſeris*] Inf. *Mundus iſte in quo degitis, cujus eſt? aut quis ejus vobis adtribuit fructum, poſſeſſionemquè retinere?*

- *Cæli convexione*] Inf. *Ventis, cæli convexionibuſquè dimotæ.* Virgil. lib. iv. Æneid. fol. 343. *Mortem orat: tædet cæli convexa tueri.* Servius: *Cæli convexa, incurva cæli.* Feſtus in *Convexum.*

- *Non partiliter fiant*] Lib. vi. *Complere omnia vi ſua, non partiliter uſpiam, ſed ubique eſſe totos.* Deinde: *In ſimulachris dii habitant? ſinguline ſingulis? toti, ac partiliter.* Utitur ſæpe hac voce Firmicus in lib. Aſtronom.

. *Trecenti ſunt anni ferme minus vel plus aliquid, ex quo cæpimus eſſe* PAG. 9.
Chriſtiani] Lib. 2. *Ante trecentos annos religio* (*inquit*) *veſtra non fuit.* Ex his patet, auctorem noſtrum vixiſſe ſub Diocletiano trecentis plus minus annis poſt natum Salvatorem; Opuſque hoc varia eruditione refertum, ſcripſiſſe Anno ferme Chriſti CCXCIX. Urbis CIↃ I. exeunte CIↃ XLIX. Coſſ. Maximiano & Galerio, ut eruditiſſime obſervat vir doctiſſ. Iohannes Meurſius.

Alemannos] Alemannorum ſæpiſſime meminit Ammianus Marcell. Hieronymus de vita Hilarion. cap. 18. Salvianus lib. 4. Breviator Eutropii. Flavius Vopiſcus in Proculo, pag. 363. Latinus Pacatus Paneg. ad Theodoſium Imp. Mamertinus Genethli. ad Maximianum Imper. & Panegyrico. Nazarius Paneg. ad Conſtantinum. Aug. Sextus. Aurelius Victor in Conſtantio, pag. 181. Gratiano, pag. 185. Claudio, pag. 171. Euſeb. Pamphilus Chronic. fol. 184. 176. Spartian. Ant. Caracalla.

. *Idcirco mures & locuſtas effervescere prodigialiter voluerunt*] Tertull. PAG. 10
Apologetico cap. XL. Auguſt. de civitate Dei, lib. 3. cap. XXXI.

. *Si apud Getulos*] Strabo Geograph. lib. 2.

. *O magni cultores atque antiſtites numinum*] Lib. III. *Quid dicitis ô ſancti atque impolluti antiſtites religionum?* Lib. v. *Quid ô Theologi dicitis? quid ſupernarum antiſtites poteſtatum.* Tertull. adverſus Iudæos, cap. VI. *Sacrificiorum æternorum antiſtes.* Firmicus Aſtron. lib. 7. cap. 5. *Divini illi viri, & ſanctiſſimæ religionis antiſtites.* Lactant. lib. v.

cap. 19. *Qui ſunt ſacerdotes & antiſtites religionum.*

Auguſtiſſimos illos aſſeveratis Deos] Servius lib. IV. Georgicorum, fol. 152. *auguſtum, nobile & majeſtatis plenum.* Latinus Pacatus Paneg. ad Theodoſium Imp. *Auguſtiſſima quæque ſpecies, plurimum creditur trahere de cælo.*

Ita non advertitis, non videtis, affectus quam turpes, quam indecoras numinibus attribuatis inſanias] Videtur hic noſter illorum Philoſophorum ſecutus opinionem, qui aſſerebant, non iraſci Deum, nec in tam beneficam præſtantiſſimamque naturam, hanc animi puſillitatem, affectumque noxium cadere, nulloque modo fieri poſſe, ut illa ſancta majeſtas, id pateretur, quod proprium eſſet terrenæ fragilitatis. Graviter illorum errorem revincit Lactantius ad Donatum opere eleganti, De ira, quem curæ precium inſpicere. Etenim ira in Deo non eſt perturbatio animi, ſicut in hominibus, (moderata enim in eo & ordinata omnia) ſed pœna & neceſſaria correptio, qua peccatores corriguntur. Hieronymus Tomo VII. in Pſalmum 11. Tom. VI. lib. 3. comment. in Epiſt. ad Epheſios fol. 184. Tom. 4. in Ezechielem, cap. ultimo. fol. 392. Auguſt. lib. XV. de civitate Dei, cap. 25. Tom. VIII. in Pſalm. 11. fol. 3, Pſalm. LVII. fol. 127. Pſalm. CV. fol. 271.

Quid eſt enim aliud iraſci, quam inſanire, quam furere] Philemon apud Stobæum de Ira, Sermone XX. fol. 171.

Μαινόμεθα πάντες, ὁπόταν ὀργιζώμεθα.

Horat. Epiſt. 2. lib. 1. Epiſt. ad Lollium. *Ira furor brevis.* Seneca de ira, lib. 1. cap. 1. *Quidam è ſapientibus viris, iram brevem dixerunt inſaniam.* Hieron. Tomo 6. in Epiſtola ad Galatas, lib. 2. cap. 5. *Ira eſt ſpecies furoris.* Cic. lib. IV. Tuſculan. Quæſt. *An eſt quidquam ſimilius inſaniæ quam ira, quam bene Ennius initium dixit inſaniæ?*

Quam in ultionis libidinem ferri] Auguſtin. Tom. X. Homil. 42. fol. 115. *Quid eſt ira? Libido vindictæ.* De civit. Dei, lib. XIV. cap. XV. *Ipſam iram nihil aliud eſſe, quam ulciſcendi libidinem veteres definierunt.* Cic. lib. 4. Tuſcul. Quæſt. pag. 131. *Ira eſt libido puniendi ejus, qui videatur læſiſſe injuria.* Hieron. lib. 3. in Epiſtola ad Epheſ. cap. 4. fol. 184. Tomo 6. *Ira eſt, cujus amaritudo & furor ſpecies ſunt, quæ furore reſtincto, deſiderat ultionem, & eum quem nocuiſſe putat, vult lædere.*

Sentiunt quod feræ, quod belluæ] Seneca de Ira, lib. 1. cap. 1. *Non vides, ut omnium animalium, ſimul ad nocendum inſurrexerunt, procurrant*

rant notæ, ac tota corpora ſolitum quietumque egrediantur habitum, & feritatem ſuam exaſperent? ſpumant apris ora, dentes acuuntur, attritu taurorum cornua jactantur in vacuum, & harena pulſu pedum ſpargitur: Leones fremunt, inflantur iratis colla ſerpentibus, rabidarum canum triſtis aſpectus eſt. Nullum eſt animal tam horrendum, tamque pernicioſum natura, ut non appareat in illo, ubi ira invaſit, nova feritatis acceſſio.

Vt ex eorum luminibus ſcintillæ emicent] Virg. Æneid. XII. fol. 571. PAG. 11

His igitur furiis totoque ardentis ab ore
Scintillæ abſiſtunt, oculis micat acribus ignis.

Seneca lib. 1. de ira, cap. 1. *Flagrant & micant oculi.* Plautus Menæch. Scen. *Vt ætas mea eſt. Viden' tu illi oculos virere, ut viridis exoritur color. Ex temporibus atque fronte, oculi ut ſcintillant.* Repono ex editione vet. Parmenſi. *Viden' tu illi oculos urier.*

Flammæ æſtuent, anhelum pectus ſpiritum jaciat ex ore] Lib. V. *Ardeſcit furiis atque indignationibus mater, ſpumat, anhelat, exaſtuat, nec fremitum continere tempeſtatemque irarum valens.* Prudentius Pſychom. pag. 29.

Hanc procul ira tumens ſpumanti fervida rictu,
Sanguinea torquens ſuffuſo lumina felle,

Et περὶ στεφάνων, 176. in Vincent. Martyr.

His perſecutor ſaucius,
Pallet, rubeſcit, æſtuat,
Inſana torquens lumina,
Spumasque frendens egerit.

Ex verbis ardentibus labrorum ſiccitas inalbeſcat] Hieronymus Tomo VI. lib. 1. in Epiſtolam ad Titum cap. 1. fol. 200. de irato homine: *Torvo vultu trementibus labiis, rugata fronte, effrenatis conviciis, facie inter pallorem, ruboremque variata.* Seneca de ira, lib. 1. cap. 1. *Multus ore toto rubor, exæſtuante ab imis præcordiis ſanguine: labia quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent ac ſubriguntur capilli, ſpiritus coactus, ſtridens articulorum ſeipſos torquentium ſonus, gemitus mugituſque, & parum explanatis vocibus ſermo præruptus, & complosæ ſæpius manus, & pulſata humus pedibus, & totum concitum corpus, magnaſque minas agens, fœda viſu & horrenda facies depravantium ſe atque intumeſcentium.* Lactantius de ira Dei, cap. 5. *Quod ſi hominem quoque, qui modo ſit ſapiens & gravis, ira non deceat, ſiquidem cum in animum cujuſquam incidit, velut ſæva tempeſtas, tantos excitet fluctus, ut ſtatum mentis immutet; ardeſcant oculi, os tremat, lingua titubet, dentes concrepent: alternis vultum*

maculet

maculet nunc ſuffuſus rubor, nunc pallor albeſcens, quanto magis Deum non deceat tam fœda mutatio.

Efferveſcere Deos ira] Lib. 11. *Quas ejus continetis offenſas, ut ad ejus nominis mentionem rabidorum pectorum efferveſcatis ardoribus.* Seneca de ira, c. 1. lib. 1. *Ira ſe profert & in faciem exit: quantoque major eſt, hoc efferveſcit manifeſtius.* Ulpianus in l. *Quid ſit fugitivus.* §. 4. Digeſt. de ædil. edict. *Sin autem in hoc tantum latuiſſet, quoad iracundia domini efferveſceret.* Lucret. lib. 3. pag. 82. *Iracunda mens facile efferveſcit in iras.* Ammianus lib. xxv 11. fol. 369. *Quod auxit ira acerbius efferveſcens.*

Exiſtimatione] Inf. *Ne ſe vanis imaginationibus exiſtimarent.* Lib. 4. *Quæ ſunt prompta de ſingulis, exiſtimationem illorum majeſtatemque lædentia.* Deinde: *taliquè exiſtimatione ſentire.*

Vbi paſſio ſita eſt] Lib. 2. *Quod autem eſt promptum atque expoſitum paſſioni, corruptibile eſſe, ipſa paſſibilitate interveniente denunciatur.* Lib. 7. *Quidquid enim vexatur rei alicujus è motu, paſſibile eſſe conſtat & fragile; quod paſſioni fragilitatique, ſubjectum eſt, id neceſſe eſt eſſe mortale.* Lucretius lib. 3. pag. 88.

At quæcunque queunt conturbariquè pediri,
Significant, paulo ſi durior inſinuarit
Cauſa, fore ut pereant, ævo privata futuro.

Tertullianus de Teſtimon. animæ. cap. 2. *Quod patitur, etiam interitum poteſt capere.*

Mors omnia finiens] Ambroſius Tomo 4. cap. 3. de Bono mortis. *Mors abſolutio eſt animæ & corporis, & quædam hominis ſeparatio. Solvimur enim hoc nexu animæ & corporis, cum recedimus.* Auguſtinus Tomo 111. de ſpiritu & anima cap. XL111. Hieronym. Tomo v. lib. 3. in Oſeæ, cap. 13. fol. 74.

Ergo humana patrocinia dii quærunt] Cyprianus ad Demetrianum, fol. 256. *Si quid diis tuis numinis & poteſtatis eſt, ipſi in ultionem ſuam ſurgant, ipſi ſe ſua majeſtate defendant: aut quid præſtare colentibus poſſunt, qui ſe de colentibus vindicare non poſſunt. Sic illos læſos ultio veſtra defendit, quomodo & clauſos, ne pereant, tutela veſtra cuſtodit.* Lactantius lib. 2. cap. 4. *Cum puniunt deprehenſos in ſacrilegio, ipſi de deorum ſuorum poteſtate diffidunt. Cur enim illis potiſſimum non relinquant ulciſcendi ſui locum, ſi eos poſſe aliquid arbitrantur?*

Inteſtinas exerant experianturque virtutes] id eſt, internas & proprias. Sup. *inteſtina vulnera, --- inteſtinum decus.* Lib. 2. *Inteſtinos co-*

natus

natus. Lib VI. *Inteſtinis pollentes bonis.* Sulpitius in Epiſt. ad Ciceronem lib. IV. Famil. Epiſt. 4. *Inteſtinum dolorem.*

Indignationis ſignum] Inf. *Nullus tumor indignationis in diis eſt.* --- PAG. 12
Maximi cœlites aculeos in nos intendunt irarum atque indignationum ſuarum. Lib. VII. fol. 243. *Indignationum poſuiſſe furores.* Cyprianus adverſus Demetrianum, fol. 254. *In plagas generis humani, cenſuram Dei indignantis accendi.* Arnob. lib. VII. *Calor omnis numinum, indignatioque frigeſcunt.*

Autumnitatem] Lib. 2. *Sed ſerius hyems, ſerius æſtas, atque autumnitas fiant?* Minutius Felix: *Nam id temporis poſt æſtivam diem, in temperiem ſemet autumnitas dirigebat.* Varro apud Nonium in *autumnus.*

In acoris perfidiam vinum repente mutari] Macrobius Saturnal. lib. VII. cap. 12. *Vinum quaſi ſpoliatum viribus, prout ingenio imbecillum, aut validum fuit, vel acore exaſperatur, vel auſteritate reſtringitur.*

Adulatoria humilitate ſubmittat] Lib. II. *Adulatoria humilitate captare.*

Dæmonas appellat & heroas] Lib. III. *Nunc aërios rurſus deos, & heroas pronunciat appellari.* Dio Chyſoſt. Oratione III. De Regno fol. 45. Οὐ μόνον ὑπ' ἠγεῖτην θεὺς, ἀλλὰ καὶ δαίμονας, καὶ ἥρωας ἀγαθὸς, τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ψυχὰς μεταβαλλόσας ἐν τῆς θνητῆς φύσεως. Auguſtinus de civitate Dei, lib. X. cap. 21. *Volunt cum dæmonibus heroas habitare, quo nomine appellant alicujus meriti animas defunctorum.* Lib. VII. cap. 6. *Inter Lunæ gyrum, & nimborum, & ventorum cacumina aërias eſſe animas, ſed eos animo, non oculis videri & vocari heroas, & lares, & genios.* Servius in VIII. Æneid. fol. 515. *Sciendum ſecundum Heſiodi Theogoniam primo deos genitos, deinde hemitheos, poſt Heroas.*

Conjectores, arioli, vates] Tertullianus Apologet. cap. XLIII. PAG. 13
Plane confitebor qui conqueruntur. Nam ſi qui forte vere de ſterilitate Chriſtianorum conqueri poſſunt, primi erunt lenones, perductores, aquarioli, tum ſicarii, venenarii, magi, arioli, item aruſpices, mathematici. Vid. Iſidorum lib. VIII. Originum cap. IX.

Vani concinnavere fanatici] Gloſſæ: *Fanaticus* ἐνθουσιαστικός. Iuvenal. Satyra 4. verſu 123.

--- Sed ut fanaticus æſtro
Percuſſus, Bellona tuo divinat.

Scholiaſtes Horatii in artem poëticam, pag. 638. *Fanatici dicuntur, qui lymphatico ſpiritu agitantur, & phreneſin patiuntur: dementes, quibus dii irati eam amentiam immiſerunt, quod fanum ſuum violaverint: qui &*

Dæmoniaci vocantur. Cicero pro domo ſua ad Pontifices, pag. 591. *Quid tibi neceſſe fuit anili ſuperſtitione, hominum fanatice, ſacrificium quod alienæ domi fieret, inviſere?* Prudentius apotheoſi, pag. 268.

--- Non ſpumat anhelus
Fata Sibyllinis fanaticus edita libris.

Negliguntur dii, clamitant, atque in templis jam raritas ſumma eſt] Lib. VI. *Obſcæne à nobis deos violari, & negligi ſacrilege clamitatis, quiritaminique contemni larem.* Oroſius lib. I. cap. 6. *Imperatores Chriſtiani ceſſare ſacra, & templa claudi fecerunt, atque adeo exceſſere omnibus adytis ariſque relictis Dii, quibus imperium hoc ſteterat.* Arnobius in Pſalm. 2. *Vſque hodie gentes fremunt adverſus Chriſtum, quia idolis finem impoſuit.*

Homines brutum genus] Inf. *Qui animantia monſtravit informia nos eſſe, vanis opinionibus fidere, nihil comprehenſum habere, nihil ſcire, & quæ noſtros ſita ſunt ante oculos non videre.* Lib. II. *Quid ſcire per nos poſſimus, quos ita cæcos & ſuperbos, neſcio quæ res protulit, & concinnavit invidia, ut cum nihil ſciamus omnino, fallamus nos tamen & in opinionum ſcientia ſubinflati pectoris tumore tollamur.* Lib. 2. *Homo animal cæcum, & ipſum ſe neſciens, nullis poteſt rationibus conſequi.* Lib. 7. *Habeatque pro vulnere, ſi quid homo, animal cæcum, atque in nubibus ſemper ignorationis incedens, deſignaverit.*

PAG. 14 *Maximi cœlites*] Inf. *Hoc ergo Dii magni norunt.*

Dii magni aut fingentes ſe deos.

Virgilius lib. 3. Æneid. fol. 262.

Cum ſociis, natoque, penatibus & magnis diis
* *
Numina magna vocat, meritoſque indicit honores.

Servius: *Dii magni ſunt, Iupiter, Iuno, Minerva, Mercurius, qui Romæ colebantur.* Varro de Lingua Lat. lib. 1. pag. 14.

Intendere in nos iras] Inf. *Cœlites aculeos in nos intendunt irarum.*

Sanguinem illos ſitire noſtrum] *Sitire* eſt vehementer cupere. Iuſtinus Hiſtor. lib. 1. pag. XI. *Satia te,* inquit, *ſanguine, quem ſitiſti, cujusque inſatiabilis ſemper fuiſti.* Cicero lib. 3. ad Quint. Fratrem, epiſt. 5. *Nec honores ſitio, nec deſidero gloriam.* Philipp. V. fol. 873. *Etenim aderat L. frater gladiator Aſiaticus, qui mirmillo Mylaſis depugnaverat: ſanguinem noſtrum ſitiebat, ſuum in illa gladitoria pugna, multum effuderat.* Chryſo. Serm. LXVIII. pag. 295. *Fidelis eſt ille miles, qui regis ſui præſentiam ſitit.* Serm. 96. *Diabolus ſitit ſanguinem noſtrum.*

Temera-

Temeratiæ vocis desperatione] Inf. *In pericula capitis immittere se sponte, temeraria desperatione voluerunt.* Lib. v. *Tanquam impias geramus & scelerosas mentes, aut aliquem sumserimus temeraria in Deos desperatione contemtum.* Firmicus Astronom. lib. 1. cap. 3. *Non est aliquis hominum, quem tam sacrilega desperatio temeritatis exagitet.*

Obsequio venerabili] Inf. *Caput rerum & columen, venerabilibus adimus obsequiis.* Lib. 3. *Quod obsequium veneratione exposcit, venerationibus promeremur.*

Rebus fessis] Inf. *Ab eo deposcimus rebus fessis, languentibusque tutamina.* Deinde: *Nec repulsus ab hoc quisquam est, qui rebus auxilium duris, contra impetum postulabat injuriasque fortunæ.* Lib. 11. *Qui in rebus asperrimis beneficiis sumus ejus auxiliisque servati.* Lib. 111. *Inexorata beneficia præbere fessis atque invalidis rebus.* Tacitus Annal. lib. xv. *Deligendumque qui rebus fessis succurreret.* Latinus Pacatus Panegyr. ad Theodos. Imp. *Rebus fessis medendum.* Salvian. de Gubernat. Dei, lib. v1. pag. 219. *asperis rebus.* Seneca Hercul. Furent. *Deus rebusque lassis adsit.*

Religiones, inquiunt, impias atque inauditos cultus, terrarum in orbe tractatis] Christiani novellæ religionis nomine malè audiverunt. Inf. *Execrabilis religio est, & infausta, impietatis & sacrilegii plena, cæremonias antiquitus institutas, novitatis suæ superstitione contaminans.* Lib. 11. *Quod nobis objectare consuestis, novellam esse religionem nostram. Nova res est, quam gerimus. —— Religiones vestræ multis annis præcedunt nostram.* Sueton. Neronè, cap. 26. *Afflicti suppliciis Christiani, genus hominum superstitionis novæ ac maleficæ.* Ambrosius ad Corinthios 1. fol. 247. *Ipsi nobiles, per quos superstitionis suæ originem antiquitatis assignant, nos novellos dicentes.* Prudent. περὶ στεφάνων, pag. 226. *Tantus novelli dogmatis regnat furor.* Philastrius de Hæresib. fol. 36. reprehendit & refutat eos, qui *Novellos* Christianos appellant.

Exuitis nos bonis, exterminatis patriis sedibus] Recenset hic feralem crudelitatem & usitata supplicia, quibus Ethnici in Christianos desæviebant, & faciebant in corporibus innocentum, quæ nec sævissimi latrones, nec iratissimi hostes, nec immanissimi barbari, in capita nocentissima perpetrarunt unquam. Dicam de his omnibus fusè ad Prudentium, Domino adjuvante. Cyprianus ad Demetrianum, fol. 256. *Innoxios, justos, Deo charos, domo privas, patrimonio spoliας catenis premis: carcere includis, bestiis, gladio, ignibus, punis.* Lactantius lib. v. cap. 1. *Cultores Dei summi, hoc est, justos homines torquent,*

interficiunt, exterminant. Lib. v. cap. 12. *Ecce in eo eſt errore civitas, vel potius orbis ipſe totus, ut bonos & juſtos viros, tanquam malos & impios perſequatur, excruciet, damnet, occidat.*

Impios nos] Chriſtiani vulgari convicio ab Ethnicis impii, infauſti, athei, irreligioſi, profani & ſacrilegi nuncupati, ideo quia minimum diis tribuebant, nec pro Imperatoribus ſacrificabant. Tertullian. Apologet. cap. x. *Deos, inquitis, non colitis, & pro Imperatoribus ſacrificia non impenditis, ſequitur ut eadem ratione pro aliis non ſacrificemus, quia nec pro nobis ipſis, ſemel deos non colendo. Itaque ſacrilegii & majeſtatis rei convenimur.* Arnob. lib. 1. *Ergone impia religionis ſummus apud vos rei, & quod caput rerum & columen venerabilibus adimus obſequiis (ut convitio utamur veſtro) infauſti & athei nuncupamur.* Lib. 3. *Quantumlibet nos impios, irreligioſos vocetis & atheos.* Lib. 4. *Quoniam nos impios, irreligioſos vocatis.* Lib. 5. *Audere vos dicere ex his atheum, irreligioſum, ſacrilegum, qui deos eſſe omnino aut negant aut dubitent.* Lib. VI. *In hac enim conſueſtis parte invidias nobis tumultuoſiſſimas concitare, appellare nos atheos, & quod minimum tribuamus diis.* Euſebius Eccleſiaſt. Hiſtor. lib. 4. in Epiſt. Eccleſiæ Smyrneorum, fol. 82. cap. 15. lib. 4. interprete Rufino. *Cum ex hujus tam inſigni morte (Polycarpi) ſtuporem cæpiſſet aſtantis populi multitudo, & totius Chriſtianorum gentis mirari virtutem de contemnenda morte, capiſſent: conclamant omnes: Tolle ſacrilegos.* Ibidem pag. 84. *Iudex ad Polycarpum: Habeto ætatis tuæ reverentiam, & parce ultimæ ſenectuti tuæ, jura fortunam Cæſaris, gerens de prioribus pœnitudinem, & conclama etiam tu, Tolle ſacrilegos.* Iuſtin. Martyr. Apolog. 1. pro Chriſt. fol. 36. Οὐ γὰρ φιλόσοφον εἰπεῖν ἄξιον τὸν ἄνδρα, ὃς γε περὶ ἡμῶν ἃ μὴ ἐπίστατο, δημοσίᾳ κατημαρτηρεῖ, ὡς ἀθέων καὶ ἀσεβῶν Χριστιανῶν ὄντων, πρὸς χάριν καὶ ἡδονὴν τῶν πολλῶν τῶν πεπλανημένων παῦτα πλάττων. Lactantius lib. v. cap. ix. *Retorquent in homines juſtos convitia ſibi congruentia. Impios vocant, ipſi ſcilicet pii.* Prudentius in Romano martyre περὶ στεφάνων. pag. 208.

Hoc tu paraſti perdite ſpectaculum
Cladis cruentæ denecandis civibus:
Quos ut profanos, impiati & ſeculi
Reos, neceſſe eſt te magiſtro interfici,
Tu cauſa mortis, tu malorum ſignifer.

Pag. 219. *Quis hos ſophiſtas error invexit novus*
Qui non colendos eſſe divos diſputant?

Pag.

Pag. 176. *Secta prævum seminans,*
Iustis cremetur ignibus.

Pag. 234. *Quid differo, inquit ille, utrosque perdere,*
Puerum ac magistrum, complices secta impiæ?

Delius Apollo] Theodoretus de Oraculis, Sermone x. contra Græcos, fol. 142. Hyginus Fab. 140. Servius in 3. Æneid. fol. 267. Macrobius lib. 1. Saturnalium, cap. 17. Pausanias Bœoticis fol. 314.

Dodonæus Iupiter] Servius ad lib. 1. Georgicorum, fol. 59. Theodoretus Orat. x. de Oraculis, contra Græcos, fol. 142. Suidas in Δωδωναῖον χαλκεῖον. Pausanias Achaicis fol. 193. Clem. Alexand. Protreptico fol. 4. Cicero de divinat. lib. 1. Dionys. Halicarnass. lib. 1. Antiq. Roman.

Clarius] Pausanias Corinthiacis, fol. 46. Servius IV. Æneid. fol. 209. Clemens Alexand. Protreptico fol. 4. Statius lib. VIII. Thebaid. Philostratus de vita Apollonii, lib. IV. cap. 4. Vibius Sequester de Montibus.

Didymæus] Macrobius Saturnalium lib. 1. cap. XVII. Strabo Geograph. lib. VIII. IX. & XIV. fol. 136. Origenes contra Celsum, lib. 1. pag. 56. Statius Thebaid. lib. 8.

Philesius] Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 17. Euseb. Ecclesiast. Histor. lib. 9. cap. 7.

Pythius] Macrob. Saturnal. 1. cap. 17. Cicero lib. 1. de divinat. Pausanias Atticis, Corinthiacis, Eliacis. Tertull. in libro de Monogamia cap. 5. Histor. Tripartita lib. VI. cap. XXXI. lib. VII. cap. 11. Orosius lib. VI. cap. XV. Origenes contra Celsum, lib. 1. pag. 56. Isidorus Origin. lib. VIII. cap. XI.

Cur ad Christi paveant mentionem] Prudent. Apotheos. pag. 284.

—— torquetur Apollo
Nomine percussus Christi, nec fulmina verbi
Ferre potest, agitant miserum tot verbera linguæ,
Quod laudata Dei resonant miracula Christi.

Lactant. lib. v. cap. 21. *Hi spiritus contaminati cum corpora hominum occupant, animasque divexant, adiurantur ab his, & nomine Dei veri fugantur. Quo audito, tremunt, exclamant, & uri se verberarique testantur.* Vide Athanasium de Humanitate Verbi.

Discipulos cur ejus] Christi discipuli, post ejus ascensionem, in Antiochia primum *Christiani* appellati, Augustin. Tomo IX. in

Iohannem, Tract. CIII. fol. 115. *Dominus non ait Petro: Discipulum meum te negabis, sed me negabis; negavit ergo ipsum, cum se negavit ejus esse discipulum. Quid autem aliud isto modo quam se negavit esse Christianum? Quamvis enim discipuli Christi nondum appellarentur hoc nomine, post ascensionem quippe ejus in Antiochia primum cœperunt appellari discipuli Christiani, jam tamen erat res ipsa illo postea vocabulo nuncupanda, jam erant discipuli, qui postea appellati sunt Christiani, & hoc commune nomen, sicut communem etiam fidem ad posteros transmiserunt.* Vid. Acta Apostolor. cap. XI. vers. 26.

Invisos habeant] Lactantius lib. V. cap. XVI. *Propter verbera & minas sanctos & justos viros semper oderunt: & quia per se his nocere nihil possunt, publicis eos odiis prosequuntur, quos sibi graves sentiunt, exercentque sævitiam quam violentissime possint, ut aut eorum fidem minuant per dolorem, aut si id efficere non quiverint, auferant omninò de terra, ne sint, qui possint eorum nequitiam coërcere.*

PAG. 15 *Dum illum oramus & mereri ejus contendimus munera*] Deinde: *Ergo istud munus Dei Patris & donum est, ut infinita meruerint idem esse per secula.* Lactantius lib. IV. cap. XII. *Portentifica illum opera fecisse, quo maxime divinitatis fidem meruit.* Sic. l. IV. C. de decurionibus. *Fortunam quam nascendo meruit.* Vide leg. *ne quid* C. de dignitatibus leg. XII. l. 47. C. de decurionibus, leg. III. C. fundis patrim. l. 2. C. de locat. prædia. l. fin. C. de Iudæis & Cœlic. l. un. C. de contractibus.

Melioris ne sunt causæ] Venuleius l. 4. ff. Quod vi vel clam. *Ne melioris conditionis sint stulti, quam periti.* Quem locum in mente habuit Salisberiensis Polycrat. lib. II. cap. XXVI. *Melioris conditionis erunt stulti, quam periti.*

Qui Grundules adorant Lares] Diomedes lib. I. De dubia Verborum positione pag. 379. *Grundules Lares dictos accepimus quos Romulus constituisse dicitur in honorem scrophæ, quæ triginta pepererat porcos. Hoc ita affirmat hoc modo Cassius Hemina, in secunda Historiarum: Pastorum vulgus sine contentione consentiendo, præfecerunt æqualiter imperio Remum & Romulum, ita ut de regno pares inter se essent. Monstrum fit, sus parit porcos triginta, cujus rei fanum fecerunt Laribus Grundulibus.* Nonius in *Grundules.*

Aios Locutios] Cicero lib. I. De Divinatione pag. 372. *Ara enim Aio Loquenti, quam septam videmus adversus eum locum, consecrata est.* Lib. 2. De Divinatione pag. 294. *At paulo post audita vox est mo-*

mentis,

nentis, ut providerent, ne à Gallis Roma caperetur: ex eo Aio Loquenti aram in Nova Via consecratam. Quid ergo? Ajus est Loquens; quando eum nemo norat, aiebat & loquebatur, & ex eo nomen invenit: posteaquam & sedem, & aram, & nomen invenit, obmutuit? Livius lib. 5. Hist. fol. 218. *Iussumque templum in Nova via Aio Locutio fieri.* Varro apud Gellium lib. XVI. cap. 17. *Ajus Deus appellatus, araque ei statuta est, qua est infima Nova via, quod in eo loco divinitatis vox edita erat.*

Limentinos] Augustinus de Civitate Dei, lib. 4. cap. 8. *Tres Deos isti posuerunt, Forculum foribus, Cardeam cardini, Limentinum limini.* Lib. 6. cap. 7. *Forculus qui foribus praest, & Limentinus qui limini, dii sunt masculi.* Arnobius lib. 4. *Quis Limentinum, quis Limam custodiam liminum.* Deinde, *Limentinum praesidem liminum.* Tertullianus de *Idolatria*, cap. XV. *Cardeam à cardinibus appellatam, Forculum à foribus, & Limentinum à limine.* Cyprianus de Idolis fol. 263.

Qui Faunos, qui Fatuas] Inf. *Fauna Fatua, Fauni Vxor.* Lactantius lib. 1. cap. XXII. *Sed ut Pompilius apud Romanos institutor ineptarum religionum fuit:* Sic *ante Pompilium Faunus in Latio, qui & Saturno avo nefaria sacra constituit: & Picum patrem inter deos honoravit: & sororem suam Fatuam Faunam, eamque conjugem consecravit, quam C. Bassus Fatuam nominatam tradit, quod mulieribus fata canere consuevisset, ut Faunus virus.* Macrobius Saturnal. lib. 1. cap. XII. *Hanc eandem bonam deam Faunamque & opem & Fatuam pontificum libris indigitari. Bonam, quod omnium nobis ad victum bonorum causa est: Faunam quod omni usui animantium favet: Opem, quod ipsius auxilio vita constet. Fatuam à fando, quod ut supra diximus, infantes partu editi non prius vocem edunt, quam attigerint terram.*

Pausas] *Pausum* Turnebus Adverf. lib. XV. cap. 21. putat fuisse Deum, qui pausam afferret & quietem, bellis adversarium.

Civitatumque genios] Servius in 1. Georg. fol. 85. *Genium dicebant antiqui, naturalem Deum uniuscujusque loci, vel rei, aut hominis.* Inscriptio vetus

IOVI. OP. MAX. ET GENIO LOCI.

Dionysius Halicarnas. lib. VIII. fol. 513. Καὶ ὑμεῖς, ὦ θεοὶ κτίσιοι, καὶ ἱερὰ πατρώα, καὶ δαίμονες οἱ κατέχοντες τῶν τὸν τόπον, χαίρετε. Prudent. contra Symmach. lib. II. pag. 400.

At solers orator ait: fataliter urbem
Sortitam, quonam Genio proprium exigat aevum,
Cunctis nam populis, seu moenibus inditur, inquit

Aut

Aut fatum, aut Genius, noſtrarum more animarum,
Quæ ſub diſparili ſubeunt nova corpora ſorte.

Deinde:

Quanquam cur Genium Romæ mihi fingitis unum,
Quum portis, domibus, thermis, ſtabulis, ſoleatis
Aſſignare ſuos Genios, perque omnia membra
Vrbis, perque locos Geniorum millia multa.

Dio Chryſoſt. Orat. xxv. pag. 281. Tertull. de Pallio, cap. VIII. Feſtus in Genium.

Atque Bellonas] Gloſſæ Bellona. Θεὰ πολεμική. Lib. 3. *Non commemorabimus hoc loco deam Lavernam furum, Bellonas, Diſcordias, Furias.* Varro de lingua latina lib. 4. pag. 18. Feſtus in *Bellona.* Auguſtinus de civitate Dei, lib. 2. cap. XXIV. lib. 3. cap. XIII. Tertullianus Apologet. cap. IX. Minutius Felix Octav.

Nos hebetes, ſtolidi, fatui, obtuſi, pronunciamur & bruti] Chriſtianis inſcitia objectá à gentilibus, paſſimq; appellati ſtolidi, obtuſi, bruti & fatui. Arnob. lib. 2. *Niſi forte obtuſi & fatui videntur hi vobis, qui per orbem jam totum conſpirant.* Deinde, *Ita non injuſtiſſimum ducitis, inequitare, illudere, tanquam ſtulta nobis & bruta dicentibus. Quid eſt quod à vobis tanquam bruti & ſtolidi judicemur?* Lib. 3. *Deſpnitis nos ut rudes.* Lactant. lib. 4. cap. XIII. *Vulgo pro ſtultis & ineptis habemur.* Minutius Felix Octavio. *Satis eſt pro pedibus aſpicere maximè indoctis, impolitis, rudibus, agreſtibus, quibus non eſt datum intelligere civilia, multo magis denegatum eſt diſſerere divina.* Tertullian. Apologet. cap. 49. *In Philoſophis & poëtis ſummæ ſcientiæ & inſignia ingenia: illi prudentes, nos inepti, illi honorandi, nos irridendi.* Theophilus ad Autolycum. lib. 3. fol. 266. Theodoretus contra Græcos Prologo lib. 1. Nazianzenus. Orat. III. contra Iulianum.

Crucem mereatur extremam] Benè *crucem extremam*: morte enim ea nihil tetrius, nihil peius, nihil deteſtabilius, inter omnia genera mortium erat. Auguſtinus Tomo IX. in Iohannem, Tractatu XXI. fol. 55. *Supplicium quippe crucis ideo durius erat, quia diutius cruciabat, & omnes crucifixi, longa morte necabantur.* Tract. XXXVI. fol. 60. *Cum ejus obedientiam uſque ad mortem factam, commendaret Apoſtolus, parum illi fuit dicere, factus obediens uſque ad mortem, non enim qualemcunque, ſed addidit: mortem autem crucis: illa morte pejus nihil fuit inter omnia genera mortium. Denique ubi dolores acerrimi exagitant, cruciatus vocatur, à cruce nominatus: pendentes enim in ligno crucifixi, clavis ad lignum pedi-*

bus,

bus manibusque confixi, producta morte necabantur: non enim crucifigi hoc erat occidi, sed diu vivebatur in cruce, non quia longior vita eligebatur, sed quia mors ipsa protendebatur, ne dolor citius finiretur. Mori voluit pro nobis, parum dicimus: crucifigi dignatus est, usque ad mortem crucis obediens factus. Elegit extremum & pessimum genus mortis, qui omnem fuerat ablaturus mortem. Victor de Cæsaribus pag. 160. *Eo pius, ut etiam vetus, teterrimumque supplicium patibulorum & cruribus suffringendis primus removerit.* Theodoretus contra Græcos sermone 8. & De Martyribus.

In civitatibus maximis atque potentioribus populis, sacra publice fiunt scortis meritoriis] Athenienses Leænam meretricem famosissimam, Romani Accam Laurentiam & Floram, scorta propudiosa, post mortem sacrificiis, & annuæ parentationis honore mactarunt. Lactantius lib. 1. cap. xx. Gellius lib. vi. cap. vii. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 10. Plutarchus Quæst. Roman. fol. 272. 273.

Scortis meritoriis atque in vulgarem libidinem prostitutis] Lib. vi. *Venus nuda & aperta, tanquam dicas illam publicare, divendere meritorij corporis formam.* Firmicus Astrono. lib. 4. cap. 6. *Erit publica meretrix & quæ vitæ subsidia, in publico constituta loco corporei pudoris jactura quærit.* Lib. 6. cap. xxxi. *Meretrices efficiet, quæ detrimento nundinati pudoris & prostituti corporis gratia, miserum quæstum per singulos dies quærant.* Hieronymus de Monogamia ad Geruntiam Epist. xxvi. Tract. vi. Parte iii. *Si scortis melior sit, si publicarum libidinum victimas superet, si uni sit prostituta non pluribus.* In Ionam cap. 3. fol. 141. *Differentia erit inter matrem Domini & victimas libidinum publicarum.* Tertullian. de Pallio cap. 4. *Aspice Lupas, popularium libidinum nundinas.* de Cultu Fœminarum cap. xxi. *Publicarum libidinum victimæ.*

Nullus tumor indignationis in diis est] Minutius Felix. *Indignationis ejus tumorem, effusæ orationis impetus relaxaverat.*

Templa felibus, scarabeis] Ridet anilem superstitionem vanissimorum Ægyptiorum, qui bruta animalia pro diis colebant. Cassiodorus Tripartita Historia lib. ix. cap. xxvii. *Reliquit unum tantummodo Simiæ simulachrum, jubens id publice proponi atque servari, ne sequenti tempore pagani negarent tales se adorasse deos,* ibidem capite xxviii. *Erat enim nidus soricum Ægyptiorum deus.* Hieron. Tom. 4. lib. xiii. in Esaiam cap. xlvi. fol. 151. in Ioël cap. 3. fol. 87. Tomo ii. lib. ii. adversus Jovianum cap. 6. fol. 167. Tertul-

lianus Apologet. cap. xxv. Lucianus Deorum Concilio fol. 418. Cyprianus contra Demetrianum fol. 256. Origenes in Exodum cap. VII. Homil. IV. fol. 71. Philoſtratus de vita Apollonii lib. VI. cap. X. Epiphanius Anchorato fol. 512. Germanicus Arateis phænom. pag. 120. Hyginus poëtic. Aſtron. pag. 220. Athenagoras Apologia pro Chriſtianis. Auguſtinus Tomo VII. contra Litteras Petiliani de unico Baptiſmate cap. IV. Cicero de Natura Deorum lib. III. Laërtius in proœmio lib. I. pag. 7. Lactantius lib. V. cap. XX. & lib. I. cap. XX. Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. lib. 4. fol. 54. Clemens Alexand. lib. 3. Pædagog. Athanaſius contra Idola. Minutius Felix. Theophil. ad Authol. lib. I. Prudent. lib. 2. contra Symmach. Gregor. Nazianzen. Orat. 24. in Ægypt. adventum, & 1. orat. in Iulianum. Maximus Tyrius Sermone 38. pag. 224.

Buculis] Gloſſæ, Δάμαλις, βῦς. *Bucula, Bos, Juvenca, vacca*; Virgil. lib. I. Georgicor.

---- Aut bucula cœlum
Suſpiciens, patulis captavit naribus auras.

Et Eclog. VIII. *---- Altos querendo bucula lucos.*
Aldhelm. de Laud. virginitatis fol. 488. *Tunc juſtam buculam imperant deglubere, ut recentis corii cruditate nuda martyris membra cingerentur.* Prudent. Pſychomach. pag. 23.

Greges equarum, vaſa, veſtem, buculas.

PAG. 16 *Quem nulla alia res vetuſtate temporis antecedat*] Marius Vict. lib. I. in Geneſ.

Ante polos, cœlique diem, mundique tenebras,
Ante operum formas, & res, & ſemina rerum,
Æternum ſine præteriti, ſine fine futuri
Eſſe ſubeſt: cui ſemper erat Deus unus.

Vide Gregorium Nazianz. Orat. XXXVIII. de Nat. Domini.

Audientia] Lib. III. *Viam vobis pandere deorum ad audientiam creditis.* Lib. IV. *Ne forte prolixitas faſtidium audientiæ pariat.* Lib. V. *Ne irrepat in animum tam impuræ religionis obſcœnitas, audientia tota claudenda eſt.* Lib. VI. *Ita quoque convenit audientiam numini nulli eſſe clauſam linguæ.* Utitur hoc verbo Cicero lib. II. de Oratore, *audientiam ſibi fieri velle videantur.* De Senect. pag. 546. *Facitque perſæpe ipſa ſibi audientiam diſerti ſenis mitis & compta gratio.* Sic *Audientiam præbere.* l. 12. C. ad leg. Fab. de plag. *Audientia cauſarum.* l. 1. 4. C. de judiciis.

judiciis. l. 3. C. ubi & apud quem cognitio. l. 40. C. de reb. credit. Plautus Prolog. Pœnuli. Tertull. de Carne Chriſti, c. VII. Prudent. περὶ στεφάνων pag. 239.

Venerabilibus adimus obſequiis] Cicero lib. 2. de Legibus fol. 440. *Ad divos adeunto caſte.* Fol. 441. *Caſte jubet lex adire ad Deos.* de Natura Deorum, lib. 1. pag. 186. *Vt eſſent ſimulachra, quæ venerantes, deos ipſos ſe adire crederent.* Arnob. lib. 11. *Ipſi dii immortales quorum modo aditis templa, & numina ſuppliciter adoratis.* Virgil. lib. 4. Æneid. fol. 315.

Principio delubra adeunt, pacemque per aras
——Exquirunt. Proſper Epigram. 107.
Liber in exceſſu mentis adibo Deum.

Vel miſſi vel lapſi cæcitate hujus in corporis] Rationales creaturas fuiſſe in cœleſtibus, & propter quædam antiqua peccata in corpora eſſe delapſas ad pœnas luendas, delirarunt Pythagoras, Plato & Origenes: qui ob dogma male ſanum, doctorum ſermonibus paſſim lancinantur & vapulant. Vide Hieronymum in Epitaph. Paulæ Matris: ad Euſtochium Virgin. Tom. 1. Epiſt. 27. cap. XI. & ad Avitum Epiſt. 59. cap. 1. fol. 204. ad Demetriadem de Virginit. ſervanda. Tomo 1. cap. 9. fol. 25. Ad Hebdiam Epiſt. 150. Tom. 2. Quæſt. x. fol. 420. Theodor. de Natura hominis Serm. v. contra Græcos fol. 71. Iſidorum Peluſiotam. lib. Epiſtol. IV. epiſt. 163. Leontium de Sectis pag. 551.

Solem Deum cum eſſe credatis] Vetus Inſcriptio. PAG. 17

DEO. SOLI. INVICTO. ARAM.

CAIUS. IULIUS. ANICETUS. ARAM. SACRATAM. SOLI. DIVINO. VOTO. SUSCEPTO. ANIMO. LIBENS. DD.

*

IULIUS. CÆSAR. DEO. SOLI. INVICTO. ALTARE.

Laërtius proœmio lib. 1. fol. 7. Lactant. lib. 2. cap. 5. Servius lib. 1. Æneid. fol. 213. Euſeb. de præp. Eccleſ. lib. 1. cap. VI. Firmicus de Error. Profan. Religion. Athenagoras Apologia pro Chriſtianis. Cicero de Natura Deorum lib. 3. fol. 140. Procopius in Eſaiam cap. 39. Macrobius in ſomnium Scipion. lib. 1. cap. 2. Tertull. Apolog. cap. 16.

Luna enim apud vos Dea ſit.] Orpheus ad Lunam: κλῦθι θεὰ βασίλεια,

λεια, φαέσφορε, διὰ σπλώη. Cicero de Natura Deorum lib. 3. pag. 240. *Si Luna Dea eſt, ergo etiam Lucifer, cæteraque errantes numerum Deorum obtinebunt.* Inſcriptio vetus.

SOLI. INVICTO. ET. LUNÆ. ÆTERNÆ.

Plato de Legibus lib. 7. fol. 821. Lactantius lib. 2. cap. 5.

Rationum proprietate diſtinxerit] Inf. *Æſculapius, Hercules, Diana, rationem imbrium, tempeſtatumque finxerunt. Fecit benigniſſime ſciri rationes, quas habeant ſemina.* Hieronymus in Ionam cap. 1. fol. 135. *Tanto tempore navigantes, ſciebant tempeſtatum, ventorumique rationes.*

Poteſt] Arnob. paſſim, *poteſt, potis eſt, & pote eſt*: idcirco nihil temere mutandum. Lib. 1. *Qui potuerit fieri.* Lib. 4. *Qui fieri per rerum naturam poteſt. --- Res anima pretioſa eſt, nec ipſe ſe homini quicquam poteſt charius inveniri.* Lib. 2. *Si fieri potis eſt.* Lib. 5. *Audaciam filii pœnis quibus potis eſt, perſequatur*: deinde, *An injuria gravior nulla potis eſt reperiri.* Lib. 6. *Numquid eſſe decem omnibus in millibus potis eſt --- &, qui fieri pote eſt.* deinde: *ſi inviti hoc faciunt, & qui fieri pote eſt.* Lib. 7. *Quicquid autem pote eſt cauſam calamitatis inferre.*

O ipſe inviſe & nullis unquam comprehenſe naturis] Minutius Felix. *Hic non videri poteſt, viſu clarior: nec comprehendi, tactu purior eſt; nec æſtimari, ſenſibus major eſt, infinitus, immenſus, & ſoli ſibi tantus, quantus eſt notus.* Prudent. in Romano Martyre. περὶ στεφάνων. pag. 216.

Deus perennis, res inæſtimabilis,
Non cogitando, non videndo clauditur,
Excedit omnem mentis humanæ modum,
Nec comprehendi viſibus noſtris valet.

Pag. 270. *Paſſibilis ne Deus? cujus ſpecies & imago*
Nulli viſa unquam, nec enim comprendier illa
Majeſtas facilis, ſenſuve oculisve manuve.

Theophil. lib. 1. ad Autolycum. Origen. περὶ ἀρχῶν lib. 1. cap. 1. Theodoretus contra Græcos ſerm. 1. de Fide fol. 14. Auguſtin. Tomo 6. contra Maximum Arrianum cap. 9. Athenagoras Apologia pro Chriſtianis.

Cui ſpirans omnis intelligenſque natura] Arnob. in Pſalmum 150. Hieronymus in Danielem lib. 1. cap. 3.

Genu nixo procumbere] Vulgatus mos veterum Chriſtianorum, in orationibus in terram poplite nixo procumbere. Origenes in Numer. cap. 4. Homil. v. fol. 190. *Genua flectimus orantes.* Cæſarius Epiſcopus Arelat. Homil. 29. fol. 270. *Unusquiſque antequam in ora-*

in oratione procumbat, omnes cogitationes ſuperfluas ab animi ſui intentione Deo auxiliante repellat. Homil. 30. *Rogo vos & admoneo fratres chariſſimi, ut quotieſcunque juxta altare à clericis oratur, aut oratio Diacono clamante indicitur, non ſolum corda, ſed etiam corpora fideliter inclinetis. Nam dum frequenter ſicut oportet & diligenter attendo, Diacono clamante, Flectamus genua, maximam partem populi velut columnas erectas, ſtare conſpicio: quod Chriſtianis dum in Eccleſia oratur, omnino nec licet, nec expedit.* Hieronymus in Epiſt. ad Epheſios cap. v. fol. 172. *Hæc autem ſpiritualiter exponentes, non ſtatim juxta litteram orandi conſuetudinem tollimus, qua Deum genu poſito ſuppliciter adoramus, & fixo in terram poplite magis quod ab eo poſcimus, impetremus.*

Infinitus, ingenitus, immortalis, perpetuus, ſolus] Hæc ſunt veri & æterni DEI epitheta propria. Vide de his Theodoretum contra Græcos Orat. 2. de principiis fol. 35.

Quem nulla delineat forma corporalis] Euſebius Præp. Eccleſ. lib. 8. cap. 2. Cæſarius Dialog. 3. Theodoretus contra Græcos Sermone v. de Natura Hominis. Auguſt. Tomo III. De Definit. Orthod. Fidei cap. 12. fol. 11.

Opinatione] Inf. *Manum veſtris opinationibus dantes.* deinde, *parte aliqua queunt ſuſpicionis atque opinationis attingere.* PAG. 18

De quo nihil dici & exprimi mortalium poteſt ſignificatione verborum] Greg. Nazianzenus de Fide Orat. 49. Rufino interprete. *Hoc eſt Deus, quod cum dicitur, non poteſt dici, cum æſtimatur, non poteſt æſtimari, cum definitur, ipſa definitione creſcit.* Theodoret. Oratione 11. contra Græcos de Principiis. Ambroſius in cap. 1. Epiſt. ad Hebræos. Minutius Felix Octav.

Audimus enim quoſdam philoſophandi ſtudio deditos, partim ullam negare vim eſſe divinam, partim an ſit quotidie quærere] Cicero de Natura Deorum lib. 1. pag. 183. *Quid Diagoras, Atheos qui dictus eſt, poſteaque Theodorus, nonne aperte Deorum naturam ſuſtulerunt? Nam Abderites quidem Protagoras, cujus à te modo mentio facta eſt, ſophiſtes temporibus illis vel maximus, cum in principio libri ſui ſic poſuiſſet: De Diis neque ut ſint, neque ut non ſint, habeo dicere.* Theodoretus contra Græcos Sermone 2. de principiis.

Alios caſibus fortuitis & concurſionibus ſummam rerum conſtruere] Lactant. lib. v. cap. xx. *Quidam Philoſophi omnino nullos deos eſſe ajunt, ſed omnia ſua ſponte nata, omnia fortuito fieri quæ geruntur.* Iuvenalis Satyra. 13. verſu 58.

Sunt in Fortune qui caſibus omnia ponant,
Et nullo credant mundum rectore moveri,
Natura volvente vices & lucis & anni,
Atque ideo intrepidi quæcunque altaria tangunt.

Hieron. Tomo IV. In Eſaiam cap. XIIX. Et ad Minerium de Reſurrectione carnis Epiſt. XXVI. Tractat. II. parte 2. Scholiaſtes vetus Horat. in Od. XXXIII. lib. I. Lactant. lib. 7. cap. 3. Placidus Lact. in 3. Thebai. pag. 99. Iſidorus Peluſiota lib. I. Epiſt. Epiſt. 460. Auguſt. de Civitate Dei, lib. 18. cap. 41.

Averruncetur] Lucillius apud Nonium *in Averruncare. Dii maluerint meliora, atque amentiam averruncaſſint tuam.* Cicero ad Atticum lib. 9. Epiſtola 1. *Dii, inquis, averruncent.* de Finib. bonor. & mal. *Dii maluerint meliora, atque amentiam averruncaſſint meam.*

PAG. 19 *Iupiter nominetur, & Optimus habeatur & Maximus*] In ſolenni precatione hunc titulum gentiles ſemper tribuebant Iovi; ideo, ut eos ſalvos, incolumes, & opulentos redderet.

Inſcriptio Vetus.

OPTIMUS. MAXIMUS. CÆLUS. ÆTERNUS. IUPITER.

Lactant. lib. I. cap. X. Firmicus de Errore Profan. Relig. Theophil. ad Autolycum, lib. II.

Auguſtiſſimas ſedes] Auguſtin. Tomo X. Sermon. de Tempore CXIX. fol. 187. *Sedes dicuntur, ubi quiſque habitat.* Arnob. lib. III. *Templorum ampliſſimis collocatis in ſedibus.* Lucret. lib. V. pag. 153.

Illud item non eſt, ut poſſis credere, ſedes
Eſſe deum ſanctas, in mundi partibus ullis.

Claudianus de raptu Proſerp. lib. I. pag. 24.

Sedes auguſta Deæ.

Capitolia conſtituerimus] Valer. Maxim. lib. I. cap. 4. *Cum rex Alexander urbem in Ægypto conſtituere vellet.* Arnob. lib. 2. *Amphitheatra conſtituerent, loca ſanguinis.*

Immania] Gloſſæ. *Immanis μέγας &c.* Servius in lib. I. Æneid. fol. 176. *immane, magnum.* Arnob. lib. 6. fol. 113. *Templa hæc quid ſunt? Si humanam infirmitatem roges, neſcio quid immane, atque amplum.*

Nunc nuper] Symmachus lib. V. Epiſt. 56. *Nunc nuper, veterator quidam procuratorio nomine extulit caput.*

PAG. 20 *Hominem natum, & crucis ſupplicio interceptum*] Pagani inſultabant Chriſtianis, & irridebant eos, quod hominem crucifixum & ignominioſa morte defunctum, colebant. Auguſt. Tomo X. de

Con-

Converſ. Pauli, Serm. 1. fol. 262. *Nolo erubeſcamus de Chriſti nomine. Inſultetur nobis, quod credimus in crucifixum, occiſum.* Minut. Felix. *Hominem ſummo ſupplicio pro facinore punitum, & crucis ligna feralia, eorum cæremonias fabulantur.* --- *Quod religioni noſtræ hominem noxium, & crucem ejus aſſcribitis.* Lactantius lib. IV. cap. 16. *Venio nunc ad ipſam paſſionem quæ velut opprobrium nobis objectari ſolet, quod & hominem & ab hominibus inſigni ſupplicio adfectum & excruciatum colamus.* Cap. XXVI. *Cur autem ſummus pater id potiſſimum genus mortis elegerit, quo affici eum ſineret, hæc ratio eſt: Dicat enim fortaſſe aliquis, cur ſi Deus fuit, & mori voluit, non ſaltem honeſto aliquo mortis genere affectus eſt? cur potiſſimum cruce? & cur infami genere ſupplicii? quod etiam homini libero, quamvis nocente, videatur indignum.* Auguſtinus Tomo X. Sermone VIII. de verbis Apoſtoli. *Humanus ſermo & omni acceptione dignus eſt, &c. De cruce Chriſti nobis inſultant ſapientes hujus mundi & dicunt: Quale cor habetis, qui deum colitis crucifixum?* Vetus Martyrolog. *Præfectus Olibrius eam de genere ſuo, ac nomine & religione quæſivit. Illa autem reſpondit, ſe genere nobilem: nomine Margaretam, ac religione Chriſtianam. Cui præfectus: duo prima tibi recte conveniunt, quæ nobilis habearis, & pulcherrima margarita comprobaris, ſed tertium tibi non convenit, ut puella tam pulchra & nobilis, Deum habeat crucifixum.* Iſidorus Peluſiota Epiſt. lib. IV. Epiſtol. XXIX. Euſebius de vita Conſtantini lib. 3. cap. 1. Aldhelmus de virginitate fol. 486. Chriſtianos dicit *Crucicolas* appellatos.

Quod perſonis infame eſt vilibus] Crux ſervilis pœna. Arnob. lib. VII. *Servum peſſime meritum, per Circi aream mediam tranſduxiſſe, cæſum virgis, & ex more multaſſe poſt patibuli pœna.* Vulcatius Gallicanus in vita Avidii Caſſii pag. 60. *Rapi eos juſſit, & in crucem tolli, ſervilique ſupplicio affici.* Juvenalis Satyra. VI. verſu 218.

Pone crucem ſervo.

Lactantius lib. V. cap. 18. *Quod ſi ſervorum nequiſſimus habetur, qui Dominum ſuum fuga deſeruit, iſque verberibus, & vinculis, & ergaſtulo, & cruce, & omni malo digniſſimus judicatur.* Obſervavit plura de hac re lectu digna Ampliſſimus vir Petrus Faber IC. lib. II. Semeſtrium cap. VIII. & Juſtus Lipſius lib. I. de cruce cap. XII.

Et quotidianis ſupplicationibus adoratis] Virgil. lib. XI. fol. 607. --- *volens vos Turnus adoro.* Servius, *adoro, id eſt juxta veteres, qui adorare alloqui dicebant.* Arnob. inf. *Hunc collatis precibus adoramus.* Ovidius lib. I. Triſt. Eleg. III.

Hac

Hac prece adoravi ſuperos ego.

Sed vino meliori & laudabiliore potu] Lactantius lib. 1. cap. 22. *Idcirco illi mulieres in aperto ſacrificant, & Bonam deam nominant. Sext. Clodius in eo libro, quem græcè ſcripſit, refert Fauni hanc uxorem fuiſſe, quæ, quia contra morem, decuſque regium clam vini ollam ebiberat, & ebria facta erat, virgis myrteis à viro uſque ad mortem cæſa: poſtea vero cum eum facti ſui pœniteret, & deſiderium ejus ferre non poſſet, divinum illi honorem detuliſſe.*

Indigetes illi qui flumen repunt, & in alveis Numici] Tibullus lib. 2. pag. 113.

Illic ſanctus eris, cum te veneranda Numici
Vnda Deum cælo miſerit Indigetem.

Heſiodus apud Macrobrium lib. 1. in Somnium Scipionis cap. 1x.

Indigetes divi fato ſummi Iovis hi ſunt
Quondam homines, modo cum ſuperis humana tuentes,
Largi ac munifici, jus regum nunc quoque nacti.

Servius in librum Georgicor. 1. fol. 94. *Indigetes proprie ſunt dii ex hominibus facti, quaſi in diis agentes.* Gellius lib. 11. cap. xv1. *Anchiſes enim, qui hæc dicit ad filium, ſciebat eum, cum hominum vita diſceſſiſſet, immortalem atque indigetem futurum, & longo perpetuoque ævo potiturum.* Servius in 12. Æneid. fol. 702. *De Æneæ fabula talis eſt: Cum Turno occiſo & accepta Lavinia, condita civitate, in Numicum fluvium, ut alii volunt, ſacrificans, ut alii Mezentium, ut alii Meſſapum fugiens, cecidiſſet, nec ejus eſſet cadaver inventum, Aſcanius filius ejus, victo Mezentio cum cæteris Troianis credens & jactitans inter numina receptum, ſive patrem volens conſecrare, templum conſtituit, quod Dei Indigetis appellare juſſit.* Livius lib. 1. Hiſtoriar. pag. 5. *Secundum inde prælium Latinis Æneæ etiam ultimum operum mortalium fuit, Situs eſt, quemcunque eum dici jus faſque eſt, ſuper Numicium flumen, Iovem Indigetem appellant.*

Æſculapius, & Liber pater, Coronide ille natus] Hyginus Fabula CCII. *Apollo Coronidem gravidam percuſſit & interfecit! cujus ex utero exectum Æſculapium educavit.* Apollodorus Biblioth. lib. 111. pag. 171. Servius lib. 7. Æneid. fol. 482.

Mercurius vero fuſus Majæ] Hæc mutuatus eſt à Virgilio 1x. Æneid. fol. 459.

Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maja,
Cyllene gelido conceptum vertice fudit.

Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 12. Apollod. Biblioth. lib. 3. pag. 169.

Vtero

Vtero effusus] Proprie: lib. IV. *Quid Iovem miramur ex fœmina effusam dictitare vos alvo.* Lib. 2. *Nascimur, & ex alvis effundimur matrum.* Augustin. Tom. X. de S. Iohan. Serm. 2. fol. 265. *Corruptibilis uteri finibus effusus est.* Quintilian. Declamatione VI. pag. 35. *Si adeo non genuit filium, sed effudit, & illo infelici partu ingratum uteri pondus exposuit.* Iuvenal. Satyra 2. v. 32.

Cum tot abortivis fœcundam Iulia vulvam
Solveret, & patruo similem effunderet offam.

Cicero in Pisonem: *Que te belluam ex utero non hominem fudit.* Prudent. Catheme. pag. 95.

Nec ante partu de senili effusus est.

Lactantius lib. 2. cap. XI. *Tanquam ex alvo matrum profunderentur.* Hieronym. parte 3. Tract. VII. Epist. XXVII. de vita obituque Marcellæ: *Recipit utero, quem paulo ante effuderat.* Chrysol. Serm. 133. de D. Andrea. *Quando non ad præsentem vitam, materno est effusus ex utero.* Prudentius Hamartig. pag. 319.

Vt famulans homini locupletem fundere partum
Nosset, & effusum terreno addicere regi.

Candidi arquitenentes Diana & Apollo] Hostius apud Macrobium lib. VI. cap. V.

Dia Minerva simul autem invictus Apollo Arquitenens.

Nævius belli punici lib. II.

Deinde pollens sagittis, inclytus arquitenens,
Sanctusque Delphis prognatus Pythius Apollo

Dionea Venus proles] Hyginus. *Ex Dione & Iove Venus.* Apollodorus lib. I. Biblioth. pag. 6. Ζεὺς ἐκ μὲν Θέμιδος τὰς Οὐρανοῦ γνησίας θυγατέρας, Ὥρας, Εἰρήνην, Εὐνομίαν, Δίκην, Μοίρας, Κλωθὼ, Λάχεσιν, Ἄτροπον. ἐκ Διώνης δὲ Ἀφροδίτην. Phornutus περὶ τῶν θεῶν φύσεως. pag. 72. Ἀφροδίτης Διώνης θυγατέρα.

Viri materfamilias Troici] Loquitur de concubitu Veneris cum Anchise, unde Æneas postea procreatus est. Vide Servium lib. I. Æneid. fol. 211. Hyginum Fabula XCIV.

Atque in floribus occupata Proserpina] Lib. V. *Cum in Siciliæ pratulis purpureos legeret nondum mulier flores, sed adhuc virago Proserpina.*

Tyrius Hercules] Tyrii Herculis meminit Pausanias Eliacis fol. 175. Lucianus in Dea Syria fol. 412.

Vel Thebanus] Latinus Pacatus Panegyr. ad Theodosium Imp. *Alumno Hercule nobiles Thebæ.* Hyginus Fab. 14. & 69. Philostratus de vita Apollonii lib. V. cap. 1.

Tyndaridæ Caſtores] Lib. II. *Tyndaridæ Caſtores, ignipotens ... Vulcanus.* Ammianus Marcell. Hiſtor. lib. XXVIII. *Tyndaridæ fratres.* Apollodorus Biblioth. lib. III. pag. 176. τῶν ἢ ἐκ Λήδας γνησίων παίδων Κάστωρ μὲν ἵππου τὴν πόλεμον, Πολυδεύκης δὲ πυγμὴν, καὶ ἀφ' ἑτέρων ἀνδρείαν ἐκτήσαντο ἀμφότεροι Διόσκουροι. Theodor. contra Græcos Sermone 2. de Principiis fol. 28. Procopius in Eſaiam cap. 12. Suidas in Διόσκουροι. Valerius Maxim. lib. 4. cap. 6. Horat. Ode 8. lib. IV. Germanicus Arat. Phœnom. pag. 99. Plutarchus περὶ φιλαδελφίας. fol. 486.

Crudo inexuperabilis cæſtu] Papias. *Cæſtus corium quoddam, quo invicem pugnantes ſe cædunt. Vnde cæſti dicuntur brachialia pancrationum.* Arnobius lib. VII. *Crudis mutilare ſe cæſtibus.* Virgilius lib. V. Æneid. fol. 364.

Quique pedum curſu valet, & qui viribus audax,
Aut jaculo incedit melior levibuſque ſagittis,
Seu crudo fidit pugnam committere cæſtu,

Lib. III. Georgicon fol. 121. *Curſibus & crudo decertet Græcia cæſtu. Cæſtu crudo.* Servius, *duro, ut ſit ſimpliciter dictum, quod ex corio duro ſint cæſtus: aut per diphthongon pugilum arma ſignificat.* Hyginus Fab. XVII. *In hujus regna qui venerant, cæſtis cogebat ſecum contendere, & devictos perdebat.*

Ovorum progenies Dioſcuri] Horat. Sat. lib. II. Satyr. 1.

Caſtor gaudet equis, ovo prognatus eodem
Pugnis.

Apis Peloponeſi proditus] Auguſt. de civitate Dei, lib. 18. cap. 5. *His temporibus rex Archivorum Apis navibus tranſvectus eſt in Ægyptum, tum ibi mortuus fuiſſet, factus eſt Serapis omnium maximus Ægyptiorum Deus.* Euſebius Pamphil. lib. II. Chronicorum fol. 64. *Apis in Ægypto primus Deus putatur, quem quidam Serapim vocant.* Hieronym. Tomo IV. in Ezechielem cap. XXX. & Tomo V. lib. 1. in Oſeam. Lucianus de ſacrificiis fol. 74. Minutius Felix Octavio.

Serapis] Lib. II. *Vos Ægyptiaca numina quibus Serapis atque Iſis eſt nomen, poſt Piſonem & Gabinium conſules in numerum veſtrorum retuliſtis Deorum.* Macrobius Lib. I. Saturnal. cap. XXI.

Iſis furva mœrens perditum filium, & membratim conjugem lancinatum] Lactant. lib. 1. cap. 17. *Conſideremus ærumnas infelicium Deorum, Iſis filium perdidit, Ceres filiam.*

Opis ſoboles regias] Inſcriptio vetus fol. 26.

Opi.

OPI. DIVINÆ. ET. FORTUNÆ. PRIMIGENIÆ. SACRA.

Manum dantes] Virgilius lib. XI. Æneid. fol. 650. PAG. 21

--- Neque ipſe manus feritate dediſſet.

Servius: *Manus dediſſet, conſenſiſſet.* D. Clemens Recognit. lib. 2. fol. 36. Rufino interprete, *Pax ſit vobis omnibus, qui parati eſtis dare dextras veritati.* Seneca Natural. Quæſt. lib. 2. cap. 38. *Puta me tibi manus dare, & fateri hoc quoque fato eſſe comprehenſum.* Lucifer Calaritan. Moriend. eſſe pro Dei fil. pag. 306. *Ne à nobis Chriſtianis revictus, manus dare aliquando clamante veritate ipſa cogereris.* Lactant. lib. V. cap. 1. *Timent ne à nobis revicti, manus dare aliquando clamante ipſa veritate cogantur.* Lucret. lib. 2. pag. 68.

----Si tibi vera videntur,
Dede manus.

Nati hominis objectatis cultum] Sup. *natum hominem colimus.*

Liberum, quod uſum repperterit vini] Lib. 11. *Si patrem creditis Liberum dare poſſe vindemiam.* Varro de re ruſtica lib. 1. Diodorus Siculus Biblioth. Tomo 1. fol. 196. Libanius Sophiſta Progymnaſ. fol. 88. Athanaſius contra Idola.

Quod panis Cererem] Lucretius lib. V.

Namque Ceres fertur fruges, Liberque liquoris
Vitigini laticem mortalibus inſtituiſſe.

Inſcript. Vetus

CERERI. FRUGI. SACRUM.

Servius in 4. Æneid. fol. 316. Auguſt. de Civ. Dei, lib. VII. cap. XX.

Si Triptolemum quod aratri] Servius 1. Georgicon fol. 72. *Superfluam enim quæſtionem movent commentarij, dicentes Oſyrim aut Triptolemum aratrum inveniſſe.* Pauſanias Atticis fol. 13. Hyginus Fabul. CCXXVII.

Herculem quod ferat] Lucret. lib. V. Diodorus Siculus Biblioth. lib. IV. fol. 219.

Cæcos paſſim, ac ſine ullo rectore gradientes] Chryſol. in Pſalm. 99. Serm. 6. *Deus mitiſſimi paſtoris elegit officium, perſonam paſtoris induit, ut vagos populos, palantes plebes, diſperſas longè lateque gentes, velut errantes oves in unum congregaret.*

Ab deruptis, ab deviis] Derupta *loca* poſuit pro *præcipitio.* Tacitus lib. IV. Annal. pag. 87. *Poſtquam ſaltuoſos locos attigerat, dimiſſo equo, per dirupta & avia ſequentes fruſtratus eſt.* Livius lib. 3. Decad. 4. *Multi pavore in derupta præcipitati.*

PAG. 21 & 22 *Qui quod frugiferum primo, atque humano generi ſalutare, Deus monſtravit quid ſit*] Arnob. lib. II. *Religio noſtra nunc nata eſt, nunc enim miſſus advenit, qui eum oſtenderet, qui in ejus induceret veritatem, qui Deus monſtraret quid ſit, qui ad ejus nos cultum ab rebus opinabilibus avocaret.*

Fecit benigniſſime ſciri] Lib. V. *Fecit oppidum claudi.---Facit ſumere habitum.*

Animalibus cauſis] Auguſt. Tom. X. Serm. 143. fol. 200. *Plato in libro quodam ſuo quem ſcripſit de conſtitutione mundi, dicit ipſas ſtellas habere animas intellectuales, quæ intelligunt Deum.* Vide Platon. Timæum & Origenem contra Celſum, lib. V. pag. 243. 244. περὶ ἀρχῶν. Lib. I. cap. 7. fol. 613. 684.

Elatas ſupercilio cervices] Cervicem tollere ſuperborum eſt. Cyprianus de Mortalitate, *Cervicem flectat ſuperbi.* Lactant. lib. V. cap. XXII. *Nihil tumoris atque inſolentiæ gerens, non extollit ſe altius, nec erigit ſuperbum caput.* Lucifer CAlarit. pag. 334. *Erigis ſuper Domini ſacerdotes ſuperbum caput.* Firmicus Aſtron. lib. 6. cap. 17. *Erecto ſuperbiæ ſpiritu ſublevantur.* Petronius: *ſuperbus ille ſuſtulit vultum.---Poſtquam ſe amari ſenſit, ſupercilium altius ſuſtulit.* Sidonius Apollin. lib. VII. Epiſt. IX. *Si eligimus humilem, vocatur abjectus: Si proferimus erectum, ſuperbire cenſetur.*

Qui ab ſignis inertibus atque ex viliſſimo formatis luto] Lib. II. *Simulachris inertibus ſacrificarent.* Lib. III. *Simulachra viliſſimi eſſe formæ luti.*

In incudibus] Minutius Felix: *Deus æreus, vel argenteus, de immundo vaſculo, ut ſæpius factum Ægyptio regi, conflatur, tunditur malleis, in incudibus figuratur.*

Veternoſis in arboribus taniis] Heſychius Ταινία, ἡ, στέφανοι. Tertull. de corona Militis cap. VII. *Dat & Priapo taniias.* Prudentius lib. II. contra Symmach. pag. 428. --- *Bene cingunt Tempora teniolis.* Ibid. pag. 425. *Vittatam arborem* appellat. Hinc capienda lex XII. Cod. Theodoſian. de Paganis ſacrificiis & templis. *Si quis vero mortali opere facta, & ævum paſſura ſimulachra, impoſito thure venerabitur, ac ridiculo exemplo metuens, ſubitoque ipſe vel redimita vittis arbore, vel erecta effoſſis ara cæſpitibus, vanas imagines humiliore licet muneris præmio, tamen plena religionis injuria honorare temtaverit, is utpote violatæ religionis reus, ea domo ſeu poſſeſſione multabitur, in qua eum gentilitia conſtiterit ſuperſtitione famulatum.*

Ex olivi unguine ordinatum, tanquam ineſſet vis præſens, adulabar, affabar]

fabar] Pagani ungebant lapides, quos deinde religiosè colebant & adorabant. Augustinus de Civitate Dei, lib. XVI. cap. 38. *Nec mo-re idololatriæ lapidem perfudit oleo Iacob, velut faciens illum Deum, neque enim adoravit eundum lapidem, vel illi sacrificavit.* Theophrastus περὶ δεισιδαιμονίας. Καὶ τῶν λιπαρῶν λίθων τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς, παρὼν ἐπὶ τῆς λιθύης ἔλαιον καταχεῖν. καὶ ὅπη γένοιτο πρὸ ὧν ἢ προσευξάμενος, ἀπαλλάττεσθαι. Minutius Felix. *Non boni viri est Marce frater hominem, domi foriſque lateri tuo inhærentem, sic in hac imperitiæ vulgaris cæcitate desere-re, ut tam luculento die in lapides eum patiaris impingere effigiatos, sanè & unctos, & coronatos,* Apuleius Apologia pag. 504. *Negant vidisse se, qui ibi fuere, unum saltem in finibus ejus, aut lapidem unctum, aut ramum coronatum.* Idem Floridis, *Lapis unguine delibutus.* Prudentius lib. 1. contra Symmachum pag. 367. Pausanias Bœoticis fol. 341. Lucianus in Charonte. Tibul. Eleg. 1. lib. 1. Augustinus Tomo IX. Tract. IX. in Iohannem, Tomo VIII. in Psalm. 47. Clemens Alexand. lib. VII. Stromat. fol. 302. Morem hunc manasse ex eo, quod S. Iacob. Genes. 28. in Bethel lapidem oleo perfuderit, docet vir divini acuminis in animadvers. Eusebianis fol. 198. 199.

Trunco] Prudentius περὶ στεφάνων pag. 218. vocat *deasciatum stipi-tem.* Apotheo. pag. 280. *Cippum & ficulneum stipitem.* PAG. 23

Nomini divino] Lib. II. *Nec plus apud nos valeat incredulitas nostra, quam illius nominis & potentiæ magnitudo.* Lib. III. *Esse deos alios natu-ra, vi, nomine.* Deinde, *Tanti esse nominis oportere virtutem. --- Quid sit Deus obliti, quid istius magnificentiæ nominis.* Lib. VI. *Existimemus hu-jus potentias nominis nihil tale deposcere.* Tertullian. ad Praxean. cap. 30. *Acceptum à patre munus effudit Spiritum sanctum, tertium numen di-vinitatis, & tertium nomen majestatis.*

Contumeliam nomini nullam facio divino] Augustin. Tom. X. Ser-mone VI. de S. Stephano fol. 257. *Si inferior levem nobis contumeliam fecerit.* Lucifer. De Non parcendo in Deum delinq. pag. 227. *Ignorans dicis contumeliam mihi facit Lucifer.* Gaudent. de Machabæis Martyr. fol. 102. *Contumeliam facere prohibenti Deo justissimè formi-darunt.*

Quia vinculis corporis non naturali dissolutione egressus est, sed vi illata decessit] Hæc de morte biothanata intelligenda, cum quis ad alte-rius arbitrium è vita expellitur. Lamprid. in Heliogabalo pag. 169. *Prædictum eidem erat à sacerdotibus Syriæ, biothanatum se futurum.* Firmi-cus Astronom. lib. I. cap. IV. *Matres aut debilitas ante perimet, aut*

faciet biothanatas interire. Lib. v. cap. 3. *Mortem designat biothanatam & repentinam.* Philastrius fol. 26. de Circuitoribus, *Quidam ex illis biothanati moriuntur.* Opponitur *spiritum sponte effundere.* Hyginus Fabula 94. *Quidam dicunt eum sua morte obiisse.* Seneca Epist. LXIX. *Bella res est, mori sua morte.* Suetonius Cæsare cap. 89. *Percussorum autem ferè neque triennio amplius quisquam supervixit, neque sua morte defunctus est.* Firmicus Astron. lib. 8. cap. 19. & 31. *Feliciter viventes sua tandem morte deficiant.* Ibidem, *Hi tamen omnes non violenta, sed propria morte peribunt.* Tertull. Apologet. cap. 21. *Spiritum cum verbo sponte demisit, prævento carnificis officio.*

Pythagoræ Samius] De obitu Pythagoræ diversi diversa tradunt, quorum variantes opiniones refert Laërtius lib. VIII. pag. 591. 592. & Jamblichus in ejus vita.

Suspicione dominationis injustæ, vivus crematus in fano est] In ea opinione est Tertull. Apologet. cap. 46. Athenagoras Apologia pro Christianis pag. 39. Laërtius in ejus vita, pag. 592.

Socrates civitatis suæ judicio damnatus] Laërtius lib. 2. in vita Socratis, pag. 115. 116. Athenagoras Apologia pro Christianis pag. 39. Plato in Apologia pro Socrate. Xenophon Memorabili. Maximus Tyrius Serm. 39.

Aquilius] Minutius Felix. *Viros cum Mutio, vel cum Aquilio, aut Regulo comparo.*

Regulus] Tertull. Apologet. cap. L. *Regulus ne unus pro multis hostibus viveret, toto corpore cruces patitur.* Valerius Maximus lib. II. cap. IX. Lactant. lib. v. cap. 13. Augustinus de civitate Dei, lib. 1. cap. 5. Lib. III. cap. 18.

O isti] Græcismus est ὦ οὗτοι. Sup. *Quid dicitis ô sacri! -- quid dicitis ô iterum!* Lib. II. *Quid dicitis ô nescii! --- interea tamen ô isti! --- & tamen ô isti.*

PAG. 24 *Fanorum consecratione mactatis*] Inf. *Quos odiis acrioribus conveniebat à vobis carpi, pulvinaribus, aris, templis atq; alio mactatis cultu.* Lactant. lib. v. cap. IX. *Si qui doloris vel mortis metu, vel suapte perfidia, cœleste sacramentum deseruerint, & ad funesta sacrificia consenserint, eos laudant & honoribus mactant.* Cicero de Repub. apud Nonium in *mactare*: *Ferunt laudibus, mactant honoribus.* Arnobius lib. 6. *Etiamsi nullo fuerint honore mactati.*

Liberum & vos patrem ab Titanis membratim discerptum, fanorum consecratione mactatis] Macrobius lib. I. in Som. Scip. cap. 12. *Ideo in illo-*

in illorum ſacris [Liber] *traditur Titanio furore in membra diſcerptus.* Arnob. lib. 5. *Occupatus puerilibus ludicris, diſtractus ab Titanibus Liber ſit, ut ab iiſdem membratim ſectus, & in ollulas conjectus, ut coqueretur.* Firmic. de Errore Profan. Relig. *Liber Iovis fuit filius, regis ſcilicet Cretici. Hic cum fuiſſet adultera matre progenitus, nutriebatur apud patrem ſtudioſius, quam decebat. Vxor Iovis, cui Iunoni fuit nomen, novercalis animi furore commota, ad necem infantis omnifariam parabat inſidias. Proficiſcens peregre pater, quia indignationes tacitas ſciebat uxoris, ne quid ab irata muliere dolo fieret, idoneis (ſicut ſibi videbatur) cuſtodibus tutelam credit filii. Tunc Iuno oportunum inſidiarum nacta tempus, & ex hoc fortius inflammata, quia proficiſcens pater & ſolium regni puero tradiderat & ſceptrum. Cuſtodes primum regalibus præmiis, muneribuſque corrupit, deinde ſatellites ſuos, qui Titanes vocabantur, in interioribus regiæ locat partibus, & crepundiis ac ſpeculo affabre facto animos ita pueriles illexit, ut deſertis regiis ſedibus ad inſidiarum locum puerilis animi deſiderio duceretur. Illic interceptus trucidatur. Et ut nullum poſſet necis inveniri veſtigium, particulatim membra conſciſſa, ſatellitum ſibi dividit turba. Tunc ut huic facinori aliud facinus adderetur, quia vehementer tyranni crudelitas timebatur, decocta variis generibus pueri membra conſumunt, ut humani cadaveris inauditis uſque in illum diem epulis veſcerentur.* Euſebius de Præp. Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 5. Hyginus Fab. 167.

Thure invitatis incenſo] Auguſtin. de civit. Dei, lib. v. cap. XXIII. *Quod ideo ille tanta potuiſſet, quia quotidianis ſacrificiis placabat atque invitabat Deos.* Arnob. lib. VII. *Quod eſt honoris genus, Deum invitare ad ſanguinem.* Lib. I. *Æſculapium invitarent miſerrimis votis.* Lib. III. *Invitare nos forſitan ad iſtorum numinum potuſſetis cultum. --- ad venerabiles nos invitare cultus.* Lib. IV. *Qui ad deorum nos cultum membrorum laniatibus invitatis.*

In funeſtis buſticetis] Lib. VII. *Rogi ſunt & buſticeta in opus ſtructa fœdiſſimum.* Prudent. Catheme. pag. 106. *Buſtiale antrum.*

Nonne illum Atym Phrygem abſciſſum & ſpoliatum viro] Caſſiodorus Tripartita Hiſtoria lib. VII. cap. 11. *Atym placate Deum magnum.*

Vetus Inſcript.

DIS. MAGNIS. MATRI. DEUM. ET. ATIDI.

Romulum patrem ſenatorum manibus dilaceratum centum] Lactant. lib. 1. cap. XV. *Ob hoc deſiderium facilius creditum eſt Iulio Proculo mentiti, qui ſubornatus à patribus eſt, ut nuntiaret plebi ſuæ, vidiſſe ſe regem humano habitu auguſtiorem, eumque mandaſſe ad populum, ut ſibi delubrum fieret,*

fieret, ſe Deum eſſe & Quirinum vocari. Quo facto & ipſi populo perſuaſit, Romulum ad Deos abiiſſe: & ſenatum ſuſpicione cædis regiæ liberavit. Livius lib. 1. fol. 13.

Quirinum eſſe Martium dicitis] Vide Plutarchum in Romulo. Servium lib. 1. Æneid. fol. 191. Lactant. lib. 1. cap. XX1.

Furens, iratus & percitus] Deinde: *Nonne digna res eſſet, propter quam iratus & percitus.* Lib. V11. *Antequam ſunt irati & perciti.* Prudent. Cathemer. pag. 106. *Mentis impos, efferatis percitus furoribus.*

Inaniſſimæ ſuperſtitionis] Lib. 4. *Inaniſſimæ ſuperſtitionis figmenta hæc eſſe.* Firmicus de errore profanarum Religionum pag. 54. *Videtis ut veſtros ementitios & fictitios Deos, turbulentus error excogitavit, ſuperſtitionibus anilibus & formæ vobis traditæ ſunt & nomina.*

PAG. 24 & 25 *Suo geri ſub lumine*] Lucretius lib. 1. de Rer. Natura. *Nec res ulla geri cæli ſub tegmine poſſet.* Lib. 111. pag. 73. — *totum video geri per inane res.* Arnob. inf. *Sed qui ea conſpicati ſunt fieri, & ſub oculis ſuis viderunt agi.* Lib. 1. *Quia & hæc omnia ab ipſo cernebant geri.* Caſſianus Coll. v. coll. 2. *Quod nuper geſtum, oculorum veſtrorum vidiſtis obtutibus.*

Occurſurus forſitan rurſus] Vid. Juſt. Martyr. Apol. 2. pro Chriſt. fol. 56.

Magus fuit] Pagani, quoniam miracula à Chriſto factitata, (quorum fama per totum orbem percrebuerat, & multorum aſſertionibus firmiſſimis jam probata erat) nullis poterant rationibus infirmare, ne vi ipſa veritatis victi, manum dare cogerentur, & Chriſtum Deum agnoſcere, blaſphemo ore & temeraria vocis deſperatione dicebant; quæ prodigioſè fecerat redemptor noſter, ea omnia illum non vi numinis, ſed magicarum artium perpetraſſe poteſtate. Scriba quidam profanus & furioſus ad Philippum Apoſtolum apud D. Clementem Recognitionum lib. 1. fol. 22. Ex interpretatione Rufini: *Ieſus veſter ſigna & prodigia quæ fecit, ut magus, non ut propheta fecit.* Auguſtinus in Matthæum Sermone X1. fol. 9. *Pagani dicunt, Dominum Chriſtum magicis artibus feciſſe miracula.* De verbis Beati Petri ſermone XX1X. fol. 85. *Sunt homines infideles, qui ſic detrahunt Chriſto, ut dicant eum magicis artibus feciſſe, quæ fecit.* Origenes contra Celſum lib. 1. pag. 7. κατηγορεῖ ὁ Celſus ἐν τοῖς ἑξῆς καὶ τοῦ σωτῆρος ὡς γοητείᾳ δυνηθέντος ἃ ἔδοξε παραδόξα ποιηκέναι καὶ σφοδρὸν ὅτι μέλλουσι καὶ ἄλλοι τὰ αὐτὰ μαθήματα ἐγνωκότες ποιεῖν τὸ αὐτὸ στηριώμενοι, τῇ θείᾳ δυνάμει ποιεῖν, ἧς τινας ἀπελαύνει

λαύνει τῆς ἑαυτῦ πολιτείας ὁ Ἰησῦς. Horum hominum furioſam inſaniam refutant Auguſtin. de Conſenſ. Euangeliſt. lib. 1. cap. 8. 9. 10. 14. Euſebius Demonſtrat. lib. 3. cap. 3. & 8.

Angelorum potentium nomina] Magos, angelorum & poteſtatum nomina uſurpaſſe in incantationibus ſuis, jam alii ex Origene obſervarunt: quibus adde quæ idem autor profert contra Celſum lib. v. pag. 269. & lib. VIII. pag. 429.

Quid dicitis ô parvuli] *Parvulos* recte Auguſtinus Tom. x. Sermone IX. de verbis Domini fol. 9. interpretatur *inſipientes, imprudentes.* Græcis *parvulus eſt* ἄφρων, νήπιος. Salomon Proverb. cap. VII. Ἀπὸ γὰρ θυρίδος ἐκ τῦ οἴκυ αὐτῦς εἰς τὰς πλατείας παρεκύπτασα, ὃν ἂν ἴδω τῶν ἀφρόνων τέκνων νεανίαν ἐνδεῆ φρενῶν. Vetus interpres: *De feneſtra domus meæ per cancellos proſpexi, & video parvulos, & conſidero vecordem juvenem.* Cap. IX. Ὅς ἐστιν ἄφρων ἐκκλινάτω πρός με. *Si quis parvulus, veniat ad me.* Cap. VIII. *Intelligite parvuli aſtutiam.*

Clandeſtinis artibus] Arnob. lib. II. *Quid ſibi volunt ſecretarum artium ritus.* Juſtinus lib. XXXVI. Hiſtoriar. pag. 248. *Cum magicas ibi artes, ſolerti ingenio percepiſſet.*

Clandeſtinis artibus omnia illa perfecit] Mira & horrenda improbitas fuit paganorum. Legimus enim nonnullos eò dementiæ prolapſos, ut publice aſſerere non erubeſcerent, Chriſtum de clandeſtinis & ſecretis artibus, quibus omnia ſua miracula perfecerat, integros concinnaſſe libros, eoſque Petro & Paulo chariſſimis ſuis diſcipulis, honoris ergò dedicaſſe. Auguſtinus Epiſc. de conſenſu Euangeliſtarum lib. I. cap. X.

Magicarum artium ludi] Minutius Felix. *Magi quidquid miraculi ludunt, per dæmonas faciunt: illis aſpirantibus & infundentibus præſtigias edunt, vel quæ non ſunt videri, vel quæ ſunt, non videri.* Firmicus lib. V. Aſtron. cap. V. *Magicas operationes.* Aldhelm. de laud. Virgin. fol. 400. *Magorum & hierophantarum phantaſmata.* Beroſus Antiquit. lib. V. *Magicum præſtigium.* Tertull. de Anima cap. 57. *Magicas fallacias & præſtigias.* Apolog. cap. 23. *Phantaſmata magica & circulatorias præſtigias.* Lactant. lib. 4. cap. 15. *Magicas præſtigias, quæ nihil veri ac ſolidi oſtentant.* Hieronymus in Danielem lib. I. cap. 2. fol. 498. *Dæmoniacas artes atque præſtigias magorum.* Et in Hieremiam. l. V. cap. 27. fol. 290. *Maleficorum & veneficorum phantaſmata.*

Sine ulla vi carminum] Ambroſius Hexameron. lib. cap. VIII. appellat *carminum poteſtatem & neceſſitatem.* Abdias de vitis Apoſto-

lor. lib. 1. pag. 13. *Carminum potentiam.* Interpres vetus Origenis in Numer. cap. XXII. Homil. 13. fol. 222. *Carmina noxia.* Apuleius Apologia. *Vim cantaminum.* Plinius lib. XXII. cap. II. *Incantamenta carminum.* Hieron. Tomo IV. in Esaiam. cap. IV. fol. 33. *stridorem magorum.* Prudentius περὶ στεφάνων. pag. 258. *Magicum cantamen.* Apotheos. pag. 258. *Magicum murmur.* Columella de cultu hortorum lib. X. *Cantus magicos.* Ovid. Fast. lib. 2. pag. 29. *Magicum carmen.* Juvenal. Satyra 6. vers. 608. *Magicos cantus.* Hæc est illa vis carminum & potentia, qua magi gloriantur se posse mutare homines, illorum animas ciere, & ab incolatu inferorum educere, Lunam cœlo devocare, & satas alio transferre messes. Lactantius lib. VII. cap. 13. Tertull. de Anima cap. 57. Virgil. Eclog. 8. Augustinus de Trinit. lib. 3. cap. 7. & 10. Tomo 4. de divers. Quæst. cap. 79. de civitate Dei, lib. 8. cap. 19. Lucanus lib. VI. Lucianus in Menippo. Origenes in Iesu Nave, cap. 25. Homil. 20. Seneca Hercule Oetæo, Act. 2. vers. 455. Isidorus Origin. lib. VIII. cap. IX.

Sine herbarum & graminum succis, sine ulla aliqua sollicita observatione] Inf. *Sine ullius ritus observatione.* Hieronymus dicit Magos in incantationibus variis uti cæremoniis, precibus, coloribus, & diversis metallorum & ciborum generibus, quibus omnibus rite peractis, dæmones invocatos illis assistere, & quæ cupiunt, facere. Vide illum Tomo VI. lib. III. in Epist. ad Ephesios cap. VI. fol. 193. Lucianum in Menippo. Isidorum Origin. lib. VIII. cap. IX.

Mortiferam immittere quibus libuerit tabem] Plautus Bacch. *Nam tu quidem cuivis excantare facile cor potes.*

Inconcessi amoris flammas] Hæc de philtris intelligenda, quæ magi vendebant ad conciliandum amorem. Juvenal. Satyra 6. vers. 608.

Hic magicos adfert cantus, hic Thessala vendit
Philtra, quibus valeat mentem vexare mariti.

Vetus Inscriptio

QUI. ME. VOLENT. VALETE. MATRONÆ.
MATRESQ. FAMILIAS. VIXI. ET. ULTRA.
VITAM. NIHIL. CREDIDI. ME. VENTRI.
ALUMNÆ. ADDIXI. QUOS. POTUI. PELLEXI.
FILTRIS. ET. ASTU. VIRO. HUMATO. NON.
VIDUA. FUI. NEC. MARITÆ. NOMEN. ADEPTA.
QUÆSO. NE. INVIDETE.

Hic-

Hieronimus de vita Hilarionis fol. 111. *De Gazenſis emporii oppido virginem Dei vicinus juvenis deperibat, qui cum frequenter tactu, jocis, nutibus, ſibilis, & cæteris hujusmodi quæ ſolent morituræ virginitatis eſſe principia, nihil profeciſſet, perrexit Memphim, ut confeſſo vulnere ſuo, magicis artibus rediret armatus ad virginem. Igitur poſt annum doctus ab Æſculapii vatibus non remediantis animas, ſed perdentis: venit præſumptum animo ſtuprum geſtiens, & ſubter limen domus puellæ tormenta quædam verborum & portentoſas figuras ſculptas in æris Cyprii lamina defodit, ilico inſanire virgo, & amictu capitis abjecto rotare crinem, ſtridere dentibus, inclamare nomen adoleſcentis. Magnitudo quippe amoris ſe in furorem verterat.*

Eorum quos invocant poteſtate] Auguſtin. Tom. 4. de variis Quæſt. cap. 79. fol. 139. *Quando videntur magi impetrare per ſublimiorum nomina, inferiores terrent.* Lactantius lib. 11. cap. XIV. *Magorum quoque ars omnis, ac potentia horum* [*dæmonum*] *aſpirationibus conſtat, à quibus invocati, viſus hominum præſtigiis obcæcantibus fallunt, ut non videant ea, quæ ſunt, & videre ſe putent illa quæ non ſunt.* Origenes in Numer. Homil. 13. cap. 22. fol. 223. *Conſtat eſſe quoſdam dæmones malos, qui invocati à magis adſunt illis ad malum non ad bonum. Parati enim ſunt ad malefaciendum, bene autem facere neſciunt.* Porphyrius ϖερὶ τῆς ἐκλογίων φιλοσοφίας, apud Theodoretum Sermone 111. de Angelis, Diis, Dæmonibus, fol. 47. Διὰ μέντοι τῶν ἐναντίων καὶ ἡ πᾶσα χρεία ἐπιπλεῖται. τάχιστα γὰρ μάλιστα τῶν τοιούτων ϖροσεσῶσιν πημῶσιν, οἱ τὰ κακὰ Δι' ἑαυτῶν Δραπετεύομενοι. πλήρεις γάρ εἰσι πάσης φαντασίας, καὶ ἀπατῆσαι ἱκανοὶ, Δι' τῆς πεϖτυργίας, καὶ Δι' τὰ φίλτρα καὶ ἐρωτικὰ καταδεῖσθαι, οἱ κακοδαίμονες. Pauſanias Eliacis, fol. 176. Lucianus Menippo, fol. 63.

Poteſtate] Proprie hac voce uſus eſt, pro illis, qui aliqua poteſtate pollent. Inf. *Majoris licentia poteſtatis. --- Ut hoſtes abs ſe ſuos vel poteſtate univerſa prohiberet.* Lib. 11. *Quid ſibi volunt, ſecretarum artium ritus, quibus affamini neſcio quas poteſtates. --- Conciliaveris illas atque inflexeris poteſtates.* Auguſtin. Tom. IV. de variis Quæſt. cap. LXXIX. fol. 139. *Illi* [*magi*] *faciunt per quædam poteſtatibus conceſſa in ordine ſuo. --- Non cedunt his ſignis hujuſcemodi poteſtates.* Chryſol. in Pſalm. 99. Serm. VI. *Archangeli tremunt, pavent angeli, poteſtates metuunt.* Chalcidius in Platonis Timæum pag. 97. *Poteſtatibus obſequium cœli præbentibus.* Hieronymus Proœmio in Epiſtolam ad Epheſios Tomo VI. fol. 161. *Hæc iccirco univerſa replicavimus, ut oſtenderemus, quare Apoſtolus in hac vel potiſſimum epiſtola obſcuros ſenſus, & ignota ſæculis ſacramen-*

cramenta congesserit, & de sanctarum contrariarumque virtutum docuerit potestate, qui sunt dæmones, quid valeant, quid ante fuerint, & quomodo post adventum Christi sunt diruti atque destructi.

PAG. 26 *Missam*] Inf. *Vnus fuit è nobis, qui cum unam emitteret vocem.*

Cruciamenta corporum] Lib. VII. *Orbitatis cruciamenta sentiret.* Cicero Philipp. XI pag. 910. *Nec graviora sunt tormenta carnificum, quam cruciamenta morborum.* Plautus Asinaria Act. 2. Scena. *Vbi ego nunc Libanum, &c. Siquidem omnes conjuratim cruciamenta conferant.* Et in Captivis Act. V. Scena. *Vidi ego multa sæpe picta quæ sub Acherunte fierent cruciamenta.*

Gens illa nequibat ferre mersorum in visceribus dæmonum] Prudentius in Vincentio Martyre περὶ στεφάνων, pag. 172.

Norunt & ipsi, ac sentiunt,
Pollere Christum & vivere,
Ejusque jam jamque assore
Regnum tremendum perfidis.
Clamant fatentes denique
Pulsi è latebris corporum
Virtute Christi, & nomine,
Divique & iidem dæmones. Idem Apotheosi pag. 284.

Fœdæ vitiligines] Apuleius Apologia pag. 496. *Corporis primoremsutim vitiligine insignit & omnimodis maculationibus convariat.* Iustinus lib. XXXVI. Histor. pag. 249. *Ægyptii cum scabiem & vitiliginem paterentur.* Arnob. Inf. *Notas albicantium vitiliginum manu admota detersit.* Plinius lib. XX. cap. 15. *Radix ejus albas vitiligines tollit.* Celsus lib. V. cap. ulti. tria ejus statuit genera ἄλφον, μέλαν, λεύκιον.

Cujus manus intercutes & veternosæ fugiebant undæ] Inf. *Intercutes morbos.* Servius in Georgicon. I. fol. 70. *Veternus dicitur morbus intercutis hydrops, qui homines efficit pigros.* Plautus Menech. Act. V. Scena. *Quid esse &c. Num eum vetternus aut aqua intercus tenet.*

Furibunda & insana explicabant se maria] Aldhelmus de Laud. virginitatis fol. 482. *Tumentem æquoris insaniam.* Arnob. lib. II. *Vnius imperii jussione non dicam maris insanias, aut tempestatum furores prohibere.* Lib. III. *Cur insanum mare tam frequentes exposuit crudelium naufragorum ruinas.* Paulinus in Epist. ad Iovian. *Maris ira.* Seneca Medea vers. 765. --- *Tumuit insanum mare, Tacente vento.*

Sidebant] Lib. II. *An rerum imagines advolent & nostris in pupulis sidant.*

Calcabat

Calcabat ponti terga] Prudent. Præfat. in II. lib. contra Symmach. 355

Siſtitque, & docet ingredi
Tergum per tumidum freti.

Chryſoſ. ſermone XX. pag. 83. *Mare quod Chriſti pedibus tumentia terga ſubmiſit.* Virgilius Georgic. 1. fol. 67.

--- *Qua ſuſcitat æquore terga.*

Ubi Servius *Terga, ſuperficiem. Vt Homerus* Νῶτα θαλάσσης. Lib. 1. Æneid. *Dorſum immane mare ſummo.*

Lib. X. Æneid. fol. 590. *Namque inflicta vadis dorſo dum pendet iniquo.* Servius: *Dorſum eſt durior arena, quæ remeantibus fluctibus plerumque denſatur, & in modum ſaxi dureſcit, hoc à nautis pulvinus vocatur, à Græcis* θίν, *Homerus παρὰ θῖνα θαλάσσης.*

In famulatum ſubeunte naturâ] Cicero de Amicitia, *Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis & generis, in famulatu fuerint.* Lib. 3. Officior. *Quam miſer virtutis famulatus ſervientis voluptati.*

Incredulis & duris] Inf. *Vt homines duri & increduli ſcirent.* Deinde: *Quid dicitis ô mentes incredulæ, difficiles, duræ.*

Pollinctorum] Firmicus Aſtronom. lib. IV. cap. VI. *Faciet pollinctores, qui ſepeliendorum hominum curam cunctorum judicio conſenſuque ſuſcipiant.* PAG. 27

Cujus nomen auditum fugat noxios ſpiritus] Firmicus de errore profan. relig. pag. 100. *Ecce dæmon eſt quem tolis, cum Dei & Chriſti ejus nomen audierit, contremiſcit, & ut interrogantibus nobis reſpondeat trepidantia verba, vix ſe colligit, adhærens homini laceratur, uritur, vapulat & ſtatim de commiſſis ſceleribus confitetur.* Lactant. de Iuſtitia lib. V. cap. XXI. *Hi quandiu pax eſt in populo Dei, fugitant juſtos & pavent, & cum corpora hominum occupant, animasque divexant, adjurantur ab his, & nomine Dei veri fugantur. Quo audito, tremunt, exclamant, & uri ſe, & verberari teſtantur, & interrogati qui ſunt, quando venerint, quomodo in hominem irrepſerint, confitentur: ſic extorti & excruciati virtute divini nominis exulant.* Athanaſius de Humanitate verbi. Nazianzenus ad Nemeſium.

Imponit ſilentium] Sueton. in Cajo Albutio Rhetore. *Suſcepit eat partes, atque ita implevit, ut Planco ſilentium imponeret.*

Imponit ſilentium vatibus] Prudentius Apotheoſ. pag. 285.

Ex quo mortalem præſtrinxit ſpiritus alvum,
Spiritus ille Dei, Deus & ſe corpore matris
Induit, atque hominem de virginitate creavit,

Delphica damnatis tacuerunt ſortibus antra:
Non tripodas Cortina regit, non ſpumat anhelus
Fata Sibyllinis fanaticus edita libris.
Perdidit inſanus mendax Dodona vapores:
Mortua jam mutæ lugent oracula Cumæ:
Nec reſponſa refert Lybicis in ſyrtibus Ammon.

Arrogantiam Magorum]] Exemplum Magi arrogantis nobis deſcribit D. Clemens Recognitionum lib. 2. fol. 32. Ubi ipſum Simonem, famoſiſſimum authorem artium clandeſtinarum loquentem inducit. Verba ejus ſunt: *Poſſum enim facere, ut volentibus me comprehendere, non appaream: & rurſus volens videri, palam ſim. Si fugere velim montes perforem, & ſaxa quaſi latum pertranſeam: Si me de monte excelſo præcipitem, tanquam ſubvectus ad terras inlæſus deferar. Vinctus memetipſum ſolvam, eos vero qui vincula injecerint, vinctos reddam: In carcere colligatus, clauſtra ſponte patefieri faciam: ſtatuas animatas reddam, ita ut putentur ab his qui vident, homines eſſe: novas arbores ſubito oriri faciam, & repentina virgulta producam. In ignem memetipſum injiciens, non ardeam: vultum meum commuto, ut non agnoſcar, ſed & duas facies habere me, poſſum hominibus oſtendere. Ovis aut capra efficiar. Pueris parvis barbam producam. In aërem volando invehar: aurum plurimum oſtendam. Reges faciam, eoſque dejiciam. Adorabor ut Deus, publice divinis donabor honoribus: ita, ut ſimulachrum mihi ſtatuentes, tanquam Deum colant. Et quid opus eſt multa dicere? quidquid voluero facere potero.*

Conſtituta etiam ſuperaſſe fatorum] Omninò hic legendus D. Auguſtinus Tomo xx. Tractat. viii. in Iohannem, cap. 11. fol. 18. Tract. xxxi. cap. vii. fol. 55. Tract. xxxvi i. cap. viii. fol. 62. Tract. civ. cap. xvi i. fol. 109. Cyrillus lib. v. in Iohann. cap. v. Prudentius lib. 11. contra Symmachum.

PAG. 27 & 28 *Nervorum contractio, amiſſio luminis fatalibus accidunt*] Theodoretus ſermone vi. de providentia contra Græcos. Firmicus Aſtron. lib. 1. cap. 3.

Exilitatis cujus reperirentur & ludi] *Ludus* res jucunda & factu haud difficilis. Cicero de Finibus lib. 1. fol. 63. *Iſta perdiſcere, ludus eſſet.*

Sole ipſo eſt clarius] Inf. *Niſi aperta res eſſet, & luce ipſa, quemadmodum dicitur, clarior.* Lactant. lib. 11. cap. ultimo. *Nec tam pertinaces fore arbitror, ut clariſſimum ſolem ſanis ac patentibus oculis ſe videre negent.* Prudent. lib. 1. contra Symmachum.

Et

Et quibus exactas placeat ſervare tenebras,
Splendentemque die medio non cernere ſolem.

Quæ perpetuis nexibus & immobili] Hic oſtendit dogma Stoicorum, qui nullo modo fata poſſe mutari dicunt. Ammianus Marcellinus Hiſtor. lib. XXIII. pag. 263. *Nulla vis humana vel virtus meruiſſe unquam potuit, ut quod præſcripſit fatalis ordo, non fiat.* Seneca lib. 2. Natur. Quæſt. cap. 35. Ioſephus lib. VII. de Bello Iudaico cap. XIII. Servius I. Æneid. fol. 187. Pauſanias Atticis fol. 5. Auguſtin. de civitate Dei lib. V. cap. VIII. Firmicus Aſtronom. lib. 1. cap. 3.

Valetudineſque curaſſe] Inf. *Intercutes morbos, omniaque alia genera valetudinum. --- prohiberet morborum & valetudinum genera. --- emori valetudinum cauſam. --- valetudinem hominum feciſſe meliorem.* Cicero de Officiis lib. I. *Æſculapius poteſt præſcribere per ſomnum curationem valetudinis.* Sueronius Auguſt. cap XCVIII. *Cauſam valetudinis ex profluvio alvi contraxit.* Arnob. lib. I. *Rebus extrinſecus ſumptis valetudinem hominum feciſſe meliorem.* Aldhelmus de laud. Virgin. fol. 477. *Purulentas corporum valetudines.*

Querqueras] Feſtus, *Febrem frigidam interpretatur.* Lucilius, *Querquera conſequitur* [*febris*] *capitisque dolores.*

Qua humana corpora ſuſtinere neſcio quæ voluit importuna crudelitas] Lib. II. *Hominem eſſe prognatum, rem infelicem & miſeram, qui eſſe ſe doleat, qui conditionem ſuam deteſtetur & lugeat, qui nulla alia de cauſa ſeſe intelligat procreatum, quam ne materiam non haberent, per quam defunderent ſe mala, & eſſent miſeri ſemper, quorum cruciatibus paſceretur neſcio quæ vis latens, & humanitati adverſa crudelitas.* Vir eruditiſſime, adeone potuiſti tui oblivíſci, ut hæc deliramenta ex eruditiſſimo pectore tuo effunderes? Dicis hominem ideo natum, ut omnia cruciamenta corporis ſuſtineat, malique ut morbi materiam habeant, in qua vim ſuam poſſent exercere. Quis te hoc docuit? non mundi naſcentis hiſtoricus Moyſes? non divini vates Prophetæ? non ſancti & Deo chari Apoſtoli, (talis enim blaſphemia nunquam illorum ex ore prodiit) ſed profani tui doctores & deliri Ethnici, inter quos * Plinius & † Plutarchus familiam ducunt. Horum deliramenta dum ſequeris, in juſtam diſcipuli tui Lactantii reprehenſionem incidiſti. Ille enim te & eos, qui has temerarias voces proferre non timuerunt, deliros & malè ſanos meritò pronunciat. Lib. III. cap. XIIX. & de Opificio Dei cap. 3. & 4.

* *Præfat. lib. 7. Natur. Hiſt.*
† *Lib de Fortuna.*

Admira-

Admirationis alicujus ſtupore condignum] Deinde: *neque quidquam ab illo eſt geſtum, per admirationem ſtupentibus cunctis.* Lib. 11. *Interea tamen, ô iſti! quid admiramini, qui ſtupetis doctorum & Philoſophorum ſcita.* Mamert. Genethl. ad Maximianum Imp. *Obſtupeſcerent certe omnes homines admiratione veſtri.* Arnobius in Pſalm. CXXXIV. *Perſonæ mirabitur, aut pulchritudines illicitas ſtupebit.* Virgil. 2. Georg. fol. 118.

Hic ſtupet attonitus roſtris.

Valer. Maximus lib. 3. cap. 2. *Tot hoſtium in ſe oculos convertit, ſtupentes illos admiratione.*

PAG. 29 *Cum per omnia ſupplices irent templa, cum deorum ante ora proſtrati, limina ipſa converrerent oſculis*] Id avertendæ deorum iræ cauſa, aut cum hoſtili aliquo nuntio civitas perculſa erat, factitatum. Patet ex Dionyſ. Halicarnaſs. lib. IIX. Antiquit. Roman. fol. 497. & 511. Ampliſſ. Briſſonio de Formulis, fol. 41. lib. 1.

Cum naturalis infirmitas peccatorem hominem faciat: non voluntatis ſed judicationis electio] De hoc errore Arnobii ex Lactant. lib. v. cap. XIV. jam alii aliquid notarunt, quos adi, ſi lubet.

Meriti cauſa] *Meritum* pro αἰτία. Ovidius Epiſt. 5. Oenon. Parid.

Ne tua permaneam quod mihi crimen obeſt.
Leniter ex merito quidquid patiare ferendum eſt.

Vatinius Ciceroni lib. v. Epiſt. Famil. Epiſt. 9. *Scis meam fortunam neſcio quo modo facile obtrectatores invenire, non meo quidem mehercule merito.* Arnobius pag. 2. *Si enim nos ſumus in cauſa & in noſtri criminis meritum, excogitata ſunt hæ peſtes. — quodnam quæſo ob meritum, cujus ob peccati culpam.* Plautus Aſinaria Actu 1. Scena. *Siccine hoc &c.*

Male quod potero facere faciam, meritoque id faciam tuo.

PAG. 30 *Piſcatores, opifices, ruſticanos, atque id genus delegit imperitorum*] Ambroſius 1. ad Corinth. cap. 1. Tomo v. fol. 245. *Prædicatio Chriſtiana non indiget pompa & cultu ſermonis, ideoque piſcatores, homines imperiti electi ſunt, qui evangelizarent, ut doctrinæ veritas ipſa ſe commendaret, teſte virtute, ne hominum verſutia & calliditate humanæ ſapientiæ acceptabilis videretur, non veritate: ſicut diſciplinæ ab hominibus inventæ, in quibus non ratio, non virtus, ſed verborum quæritur compoſitio, ac per hoc gloriam ſuam quærit, qui fidem Chriſti verbis exornare vult. Obſcurat enim illam ſplendore verborum, ut non illa, ſed ipſe laudetur.* Idem in Lucam lib. v. cap. VI. Auguſt. de civitate Dei lib. XXII. cap. v. Tom. x. ſerm. LIX. fol. 49. Caſſianus de Spiritu ſuperbiæ lib. XII. cap. XIX. Origenes lib. 1. contra Celſum. Severus Sulpitius in Præfat. de vita Martini.

Ruſtica-

Ruſticanos] Hieronymus ad Paminachium in lib. contra Iovinian. parte 1. Epiſt. 8. Tract. 2. *Si ruſticani homines, & vel Rethoricæ vel Dialecticæ artis ignari, detraherent mihi, tribuerem veniam imperitiæ.* Et Epiſtola IX. contra Helvidium, de perpetua virginitate beatæ Mariæ. *Non quod difficile fuit hominem ruſticanum, & vix quoque primis imbutum litteris, ſuper veri aſſertione convincere.* Apuleius lib. V. Metamorph. pag. 256. *Puella ſcitula, ſum quidem ruſticanus & opilio, ſed ſenectutis prolixæ beneficio, multis exprimentis inſtructus.*

Lineamenta & hi corporum] Arnob. lib. III. *Caduci animalis lineamenta diis dare.* Lib. IV. *Iupiter maximus vaſtitatis ſuæ lineamenta contraxit.* Lib. VII. *Os illi vos hominis, & mortalium corporum lineamenta donatis.*

Contumaciam canceris ſævi] Hieronym. Tomo VIII. in Epiſt. ad Timotheum cap. II. fol. 283. *Cancer dicitur vulnus, quod in mamillis naſcitur fœminarum; cui niſi cito ſubventum fuerit, cum virus ad cor ſerpendo pervenit, nullum remedium eſt.*

Iupiter ille Capitolinus] Minutius Felix. *Iupiter veſter modo imberbis* PAG. 31 *ſtatuitur, modo barbatus locatur, & cum Hammon dicitur habet cornua, & cum Capitolinus, tunc gerit fulmina.* Vide Briſſonium lib. I. Formul.

Curionem] Ovidius 2. Faſtor. pag. 31.

Curio legitimis tunc Fornacalia verbis
Maximus indicit: nec ſtata ſacra facit.

Arnob. lib. IV. *Sedent & in ſpectaculis publicis ſacerdotum omnium magiſtratuumque collegia, pontifices maximi, & maximi Curiones.*

Dialem Flaminem] Gloſſæ, Ἱερεὺς Διός, ἱερέως εἶδος. *Flaminicus, Salius, Flamen Dialis.* Arnob. lib. IV. *Sedent Quindecemviri laureati, & Diales cum apicibus flamines.* Livius lib. I. *Flaminem Iovi aſſiduum ſacerdotem creavit.*

Sed ut puſtulam] Gloſſæ *puſtula* φλύκταινα.

Papulam] Cornel. Celſus lib. V. cap. ultimo, *Papularum duo ſunt genera. Altera in qua per minutas puſtulas cutis exaſperatur, leviterque raditur. Altera eſt quam ἀκρίας Græci appellant, in qua ſimiliter quidem, ſed magis cutis exaſperatur.* Virgil. lib. 3. Georg. fol. 143.

Reduviam] Lexicon vetus Græco Lat. *reduvia*, παρονυχίς. Feſtus *in redivia.* Cicero pro Roſcio Amerino fol. 44 Plin. lib. 29. cap. 2.

Potentatuique] Gloſſæ, *Potentatus*, Δυναστεία. Arnob. in Pſalm. XIX. *Ita erit in potentatibus ſalus dextera ejus.* Livius lib. 6. *Æmulo potentatus inimicus.*

Tale potuit jus dari] *Ius* hoc loco ſignificat ἐξουσίαν ſeu *poteſtatem*. Arnob inf. *Vtinam cuncta referri in ſcripta potuiſſent, vel quæ ab ipſo geſta ſunt, vel quæ ab ejus præconibus pari jure & potentia terminata. --- Tale potuit jus dari.* Lib. VI. *Habet in illis fortuna jus ſuum. --- Abſolutum jus habent inania relinquere ſimulachra.* Dracontius --- *Non eſt ſub jure reorum.* Sic ſæpe apud Iuriſconſultos, ut notat vir clariſſ. Barnab. Briſſonius IC. de verbor. ſignificat. fol. 301. lib. IX.

Magus interiore ab orbe Zoroaſtres] Aldhelmus de laud. Virginit. fol. 495. *Cyprianus per idem tempus aruſpicum celeberrimus, & poſt Zoroaſtrem & Simonem magorum præſtantiſſimus.* Suidas in Ζωροάστρης. Ammianus lib. XXIII. D. Clemens Recognit. lib. IV. fol. 83. Agathias lib. II. Euſebius præparation. Eccleſiaſt. lib. I. cap. VII. Hieronymus Tom. I. adverſus Pelagian. cap. II. Plinius lib. XXX. cap. I. Apuleius Floridis pag. 575. Apologia pag. 541. Dio Chryſoſt. Boryſthen. fol. 448. Orat. XXXVIII. Lucianus Menippo fol. 63. Iſidorus lib. VIII. Origin. cap. IX.

Hermippo ut aſſentiamur] Plinius Hiſtor. Natural. lib. XXX. cap. I.

Hoſtanes, Apollonius, Damigero & Dardanus] Horum magorum meminerunt Apuleius apologia pag. 541. Tertull. de Anima cap. LVII. Minutius Felix Octavio. Cyprianus de idolorum vanitate. Lactant. in Statii Thebaid.

PAG. 32 *Fremor ille verborum*] Ideo dicit *fremorem verborum*, quoniam magi in incantationibus ſtridebant, & feralia ſua carmina immurmurabant. Hieronymus in Eſaiam cap. 8. Tomo 4. fol. 33. *Cum dixerint ad vos Scribæ & Phariſæi ut eos audiatis, qui omnia ventris cauſa faciunt & in morem magorum ſtridunt in incantationibus, ut vos decipiant.* Ambroſius Hexameron. lib. 4. cap. 8. *Magus ferale licet carmen immurmuret, hebetatur in Chriſti nomine.* Beroſus lib. III. Antiquitat. *Taciteque ſubmurmurans carmine magico patri illuſit.* Sidonius Apoll. panegyr. ad Anthem. pag. 236. *Pontificum de more ſenex arcana peregit murmura.* Prudentius Apotheoſi pag. 287.

Nil agit arcanum murmur, nil Theſſala proſunt
Carmina, turbatos revocat nulla hoſtia manes.

Ovidius lib. XIV. Metamorph.

Ter novies carmen magico demurmurat ore.

Non interdicimus] Plautus Captiv. Scena. *Injicite huic actutum &c. Dum pereas nihil interdico, dicant vivere.*

In laſciviam diſſolvamini cachinnorum] Prudent. περὶ στεφάνων. pag. 121.

121. *Cur tu ſacrate per cachinnos ſolveris.* Petronius, *Stabat inter hæc Gyton, & riſu diſſolvebat ilia ſua.* 350

Vniverſa mundi ſunt elementa turbata] Euſebius lib. x. Demonſt. cap. 6. & 7. Firmicus de errore profanar. Relig. pag. 76. Athanaſ. de Humanitate Verbi.

Sub oculis ſuis viderunt agi, teſtes optimi, certiſſimique autores] Vide Euangeliſt. S. Iohan. cap. xxi.

Vanos, mendaces, ſtolidos] Servius in Æneid. 2. pag. 226. interpretatur *Vanum fallacem, & qui etiam ſine utilitate mentitur: Mendacem qui tantum ad decipiendum. Vanus vero ſtultus apud idoneos autores invenitur, ut Iuvenalis* PAG 33

Sic libitum eſt vano, qui nos diſtinxit, Othoni.

Saluſtius apud Gellium lib. xiix. cap. iv. *Cn. Lentulus patriciæ gentis, collegæ ejus cui cognomentum Clodiano fuit, perincertum ſtolidior an vanior.*

Vnde tam brevi tempore totus mundus iſta religione completus eſt] Lib. i. *Vel hæc ſaltem fidem vobis faciant argumenta credendi, quod jam per omnes terras in tam brevi tempore & parvo, immenſi hujus ſacramenta diffuſa ſunt.* Firmicus de errore profanar. religionum pag. 66. *Quis locus in terra eſt, quem non Chriſti poſſederit nomen, qua ſol oritur, qua occidit, qua erigitur ſeptentrio, qua vergit auſter, totum venerandi numinis majeſtas implevit.* Lactant. lib. v. cap. xiii. *Cum ab ortu ſolis uſque ad occaſum lex divina ſuſcepta ſit, & omnis ſexus, omnis ætas, & gens, ac regio unitis ac paribus animis Deo ſerviant.* Origenes lib. iv. περὶ ἀρχῶν. cap. i. fol. 737. Rufino interprete. *At vero in omni orbe terrarum, in omni Græcia, atque univerſis cæteris nationibus innumeri ſunt & immenſi, qui relictis patriis legibus, & his quos putabant deos, ad obſervantiam Moyſeæ legis & diſciplinarum ſe Chriſti cultum tradiderunt, & hoc non ſine ingenti odio adverſum ſe commoto eorum qui ſimulachra venerabantur, ita ut ab his frequenter cruciatibus affligerentur, nonnunquam etiam agerentur in mortem: amplectuntur tamen, & cum omni affectu cuſtodiunt doctrinæ Chriſti ſermonem. Et eſt videre, quomodo brevi tempore ipſa religio crevit, pœnis multorum mortibusque proficiens: ſed & bonorum direptionibus, atque ab his omni genere ſuppliciorum tolerato, & eo maxime mirum eſt, quod ne doctores quidem ipſi vel ſatis idonei ſunt, vel ſatis plures: prædicatur tamen in toto orbe terrarum, ita ut Græci ac barbari, ſapientes & inſipientes, religionem Chriſtianæ doctrinæ ſuſcipiant. Ex quo dubium non eſt, hoc humanis viribus aut opibus non agi, ut cum omni credulitate & poteſtate ſermo*

Chriſti Ieſu, apud omnium mentes atque animos convaleſcat. Iſidorus Peluſiota lib. 1. Epiſt. 270.

PAG. 34 *Compingimus*] Lib. IV. *Sequitur ut intelligi debeat, vos ſuperis ſtimulos indignationum furialium commovere, qui tam fœdas de illis vel auditis, vel creditis, vel ignominioſas ipſi compingitis fabulas.*

Commentatus eſt] Lib. IV. *Cum enim homines utrique, & qui hæc & illa commentati ſunt, fuerint.* Lucifer Calaritan. pro S. Athanaſ. lib. 2. pag. 103. *Quod idcirco talia fuiſſetis commentati circa Athanaſium.*

Quaſi vero errorum non antiquitas pleniſſima mater ſit] Minutius Felix: *Quod ſi providentia mundus regitur, & unius Dei nutu gubernatur, non nos debet antiquitas imperitorum fabellis ſuis delectata, vel capta, ad errorem mutui rapere conſenſus.*

Sed ab indoctis hominibus & rudibus] Apoſtoli divini (quoniam ab ipſo Chriſto didicerant, regnum Dei in ſimplicitate fidei, non verborum in luminibus conſiſtere) contempta ſecularis eloquentiæ vanitate, trivialem ſtudio ſequebantur humilitatem, & abſque ullis lenociniis, fucoque verborum, arcana regni cœleſtis, ſimplici mente, & oratione nuda prodebant. Inde factum, ut tanquam agreſtes, ruſticani & ſordidi, irriderentur paſſim ab Ethnicis politis: qui ut ſe omni ſtudiorum & diſciplinarum genere oſtenderent excultos, luculentiſſimis verbis loquebantur, impendioque cavebant, ne ullum verbum non Latinum, aut ſtribiligine fœdum effunderent. Arnob. *Barbariſmis & ſolœciſmis obſita, inquit, ſunt res veſtræ, & vitiorum deformitate pollutæ.* Deinde, *Et tamen, ô iſti! qui res noſtras vitiorum criminamini fœditate pollutas.* Minutius Felix: *Indignandum omnibus, imò indoleſcendum eſt, audere quoſdam, & hos ſtudiorum rudes, literarum profanos, expertes artium etiam ſordidarum, certum aliquid de ſumma rerum ac majeſtate decernere. --- Proinde ſi quid ſapientiæ vobis aut verecundiæ eſt, deſinite cœli plagas & mundi fata & ſecreta rimari, ſatis eſt pro pedibus aſpicere, maxime indoctis, impolitis, rudibus, agreſtibus, quibus non eſt datum intelligere civilia, multo magis denegatum eſt diſſerere divina.* Lactantius de Iuſtitia lib. V. cap. 1. *Nam hæc inprimis cauſa eſt, cur apud ſapientes & doctos, & principes hujus ſeculi, ſcriptura ſancta fide careat, quod Prophetæ communi, ac ſimplici ſermone, ut ad populum, ſunt locuti. Contemnuntur itaque ab iis, qui nihil audire, vel legere, niſi expolitum ac diſertum volunt, nec quicquam inhærere animis eorum poteſt, niſi quod aures blandiori ſono permulcet: illa vero quæ ſordida videntur, anilia, inepta, vulgaria exiſtimantur. Adeo nihil verum putant, niſi quod auditu*

ſuave

ſuave eſt, nihil credibile, niſi quod poteſt incutere voluptatem: nemo rem veritate ponderat, ſed ornatu. Non credunt ergo divinis, quia fuco carent; ſed ne illis quidem qui ea interpretantur, quia ſunt & ipſi aut omnino rudes, aut certe parum docti. Lib. VI. cap. XXI. *Aſſueti enim dulcibus, & politis ſive orationibus, ſive carminibus, divinarum litterarum ſimplicem communemque ſermonem pro ſordido aſpernantur; id enim quærunt, quod ſenſum demulceat.* Theodoretus ad Græcos ſermone V. περὶ φύσεως ἀνθρώπου fol. 80. 81. Euſeb. Eccleſ. Hiſtor. lib. III. cap. XXIV. Nazianzenus Orat. 1. in Iulianum. Theophil. ad Autolycum l. 1. Iſidorus Peluſiota lib. 4. Epiſt. 205. 27. 28. Tacianus contra Græcos initio. Clemens recogn. ad Iacob. Fratrem. l. 1.

Trivialis & ſordidus ſermo] Lexicon vetus Græco-Latin. *Trivialis* ἰγκύκλιος. Sueton. in Caio Albutio Rhetore: *Declamabat autem genere vario, modo ſplendide atque adornate, tum ne uſquequaque ſcholaſticus exiſtimaretur, circumcisè ac ſordidè, ac tantummodo trivialibus verbis.* PAG. 35

Numquam enim veritas ſectata eſt fucum] Theodoretus περὶ φύσεως ἀνθρώπου. ſerm. V. fol. 83. Iuſtinus Martyr in cohortat. ad Græcos fol. 25.

Quibus capi conſueti ſunt audientes] Lactant. lib. VI. cap. 21. *Perſuadet autem quidquid ſuave eſt, & animo penitus dum delectat, inſidet.* Seneca Epiſtola 90. pag. 379. *Incredibile eſt, mi Lucili, quam facile etiam magnos viros dulcedo orationis abducat à vero.*

Barbariſmus] Suidas. ἔστι ἡ βαρβαρισμὸς ἐκ τῶν κακιῶν λέξις παρὰ τὸ ἔθος τῶν δοκιμώντων ἑλλήνων. Donatus de Barbariſ. fol. 1767. Auguſtinus de Doctrina Chriſt. lib. II. cap. 13. Diomedes lib. II. pag. 446.

Solœciſmus] Suidas: Σολοικισμὸς δὲ ἐστι, λόγος ἀκαταλλήλως συντεταγμένος. ὡς τὸ, ἐγὼ θέλοντῶν ὁ τοῖχος ἔπεσεν. Diomedes lib. II. pag. 448. Donatus Gram. de Solœciſ. fol. 1769. Auguſtinus de Doctrina Chriſt. lib. II. cap. 13.

Puerilis ſane atque anguſti pectoris reprehenſio] Cicero poſt reditum in Senatu fol. 559. *Mentes anguſtæ, humiles, pravæ, oppletæ tenebris ac ſordibus.* De Officiis lib. 1. *Nihil anguſti animi, tamque parvi, quàm amare divitias.*

Pompa iſta ſermonis] Gaudent. Epiſcop. Brixian. fol. 43. *Inanis eloquentiæ pompam quærere.* Ambroſius ad Corinth. 1. cap. 1. *Pompa & cultus ſermonis.*

Pompa iſta ſermonis] Lactant. lib. V. cap 1. *Eloquentia enim ſeculo*

ſervit; populo ſe jactare, & in rebus malis placere geſtit, ſiquidem veritatem ſæpius expugnare conatur, ut vim ſuam monſtret, opes expetit; honores concupiſcit, ſummum denique gradum dignitatis expoſcit. Cyprianus ad Donatum Epiſt. II. *In judiciis, in concione, pro roſtris, opulenta facundia volubili ambitione jactetur, cum de Domino Deo vox eſt; vocis pura ſinceritas, non eloquentiæ viribus nititur ad fidei argumenta, ſed rebus.*

Quid dicatur, ſpectandum eſt] Cicero de Natura Deorum lib. I. fol. 173. *Non enim tam autoris in diſputando, quam rationis momenta quærenda ſunt.*

PAG. 36 *Sophiſtica ſe potius oſtentatione jactarent*] *Sophiſtæ* olim appellati ſapientes, eloquentiæ, aliarumque artium bonarum doctores; eratque id nomen adeo venerabile apud omnes, ut horum hominum familiares vulgo *beati* nominarentur. Primus hoc titulo decoratus eſt Solon ab Athenienſibus (teſte Iſocrate ἐκ τῆς ἀντιδόσεως, fol. 506.) aliique hoc nomen poſt illum ut honorificum uſurparunt, cui eouſque honos manſit ſuus, dum qui hoc titulo gloriabantur, bene ſe gerebant, & quæ optima eſſe demonſtrabant aliis, ipſi factitabant. Exorti deinde, ut fit, vani nonnulli & ſuperciliosè triſtes, qui cum præ ſe omnes mortales contemnerent, reges & rerum publicarum moderatores facetiis jocularibus lancinarent, majoraque quam præſtare poſſent, promitterent, ventoſa & enormi loquacitate ſua, bonos iſtos in tantum exoſos reddidere mortalibus, ut *Sophiſtas* eos appallarent, qui ſpe prædæ & oſtentationis cauſa philoſopharentur. Auguſtinus Locut. in Exodum fol. 25. *Sophiſtæ ſapientes dicuntur.* Deinde: *Sophiſtæ autem appellantur latinarum litterarum eloquentiſſimi autores.* Suidas Τὸν δὲ σοφιστὴν τὸν δυναάμενον λόγῳ φαντασίαν σοφίας χρηματίζεσθαι. Idem in Σοφιστὴς. Cicero lib. IV. Academ. pag. 36. *Quis eſt nunc hic ſophiſtes? ſic enim appellantur hi, qui oſtentationis aut quæſtus cauſa philoſophantur.* Prudentius περὶ στεφάνων. pag. 219.

Quis hos Sophiſtas error invexit novus,
Stultum putatis hoc ſophiſtæ ſæculi.

Vide Iſocratem Orat. III. κατὰ τῶν σοφιστῶν. Et Orat. 2. in Encomio Helenæ fol. 302. Plutarchum in Theſeo Platon. in Sophiſta. Cicer. lib. IV. de Fin. Bon. & Malorum. Syneſium in vita Dionis.

Sermocinatio] Quintilianus Inſtitut. Orat. Lib. IX. cap. II. *Sermones hominum aſſimulatos dicere Διαλόγους, malunt, quam quod latinorum quidam dixerunt ſermocinationem. Ego jam recepto more utrumque*

eodem

eodem modo appellavi. Nazarius Paneg. ad Conſtant. Imp. *Hæc ipſorum ſermocinatio, hoc inter audientes ferebant.* Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. VI. *Accepta & reddita ſalute conſederunt, percontantes, quidnam offenderint ſermocinationis.*

Stribiligines] Gloſſæ, *Stribiligo σολοικισμὸς.* Gellius lib. V. cap. XX. *Solæciſmus à Sinnio Capitone ejuſdemque ætatis aliis imparilitas appellatur, vetuſtioribus Latinis ſtribiligo dicebatur, à verſura videlicet & pravitate tortuoſa orationis, quaſi ſteribiligo quædam.*

Cælus & cælum] Chariſius lib. 1. pag. 55. Nonius in *Cælum.*

Crocus & crocum] Nonius in *Crocum.*

Fretus & fretum] Nonius in *Fretum.*

Hoc pane & hic panis] Chariſius lib. 1. pag. 69. *Panis maſculino genere dicitur, tametſi neutro genere Plautus dixit: Pane & aſſa bubula.* Nonius in *panis.*

Hic ſanguis & hoc ſanguen] Nonius in *ſanguis.* Priſcian. lib. 6. pag. 708. Lucretius lib. 1. pag. 28.

Candelabrum] Nonius *Candelabrum.*

Epicadios] Suetonius de illuſt. Grammat. pag. 8. Cornelii Epi- PAG. 37 cadi meminit.

Ceſellios] Chariſius lib. 11. Inſtitut. Grammat. pag. 176. Gellius lib. VII. cap. 11.

Verrios] Velius Longus de Orthographia pag. 2215. 2216. 2238. Chariſius lib. 1. pag. 75. Lib. 11. pag. 164. Suetonius de Illuſt. Gram. pag. 9.

Scauros] Hujus liber extat de Orthographia. Gell. lib. XI. cap. XV.

Niſos] Velius Longus de Orthograph. locis plurimis.

Primigenia natura] Sup. *Primigenii motus moderamen.* Lib. 11. *Habet ergo primigenios ortus.* Mart. Capella lib. VII. de Nuptiis Philol. *Tuæ ſingularis primigeniæque naturæ fontem Iuppiter recognoſce.*

Aſſumpſit igitur hominis formam] Erudite Firmicus de Errore profan. Relig. pag. 83. *Nam poſt multa tempora, noviſſimis temporum ſpaciis, verbum Dei humano ſe miſcuit corpori, ut hominem liberaret, ut mortem vinceret, ut fragilitatem humani corporis cum divina immortalitate conjungeret. Quid enim faceret tanta turba ſanctorum? quæ illis ſpes ſalutis? quod meritorum præmium, ſi ſub una, eademque conditione ſortis ineluctabilibus mortalitatis laqueis etiam ipſa obligata teneretur? Nihil Abel, nihil Enoch, nihil Noë, nihil Sem, nihil Abraham, nihil Iſaac, nihil Iacob, de Dei ſibi miſericordia ac majeſtate promitterent: irent etiam ipſi, poſt tantum*

tum fidei meritum cum cæteris omnibus pariter addictis, & omnes Dei ſanctos unum mortis exitium exciperet, nec haberet apud Deum præmium pietas, ſi una eademque omnes conditio mortis hauriret. Sed Deus Abrahæ clarius à cœli ſyderibus promiſerat regnum, ideo ex genere Abrahæ deſcendens Maria virgo Deum concipit, ut ſupra dictorum hominum ſoboles immortalis ſocietatis vinculo jungeretur, & ſic humanum genus per hominem pariter & Deum æquata ſocietatis comparatione conjunctum, ad immortalitatis imperium obedientiæ merito perveniret. Lactant. lib. IV. cap. X. & XII. Auguſtin. de civit. Dei, lib. X. cap. XXIX. Gelaſius in Actis concilii Niceni. Iſidorus Peluſiota Epiſt. lib. 4. Epiſtola 127. Gregorius Nazianz. Orat. V. de Theolog. & in Sancta Lumina. Athanaſius ſermone 1. contra Arrianos.

Latenter involutæ, & vix ullis comprehenſibiles cauſæ] Servius Æneid. fol. 267. *Quod Virgilius latenter oſtendit.* Cicero in Topicis pag. 402. *Cum enim nihil ſine cauſa fiat, hoc ipſum eſt fortunæ eventus obſcura cauſa, quæ latenter efficitur.* Firmicus Aſtronom. lib. VI. cap. XII. *Facinus ſuum latenter exercent.* Lib. XVIII. cap. V. *Aliud ex fronte pollicentur, aliud latenter in moribus celant.*

Neque enim cadere divinas in res poteſt mortis occaſus] Inf. *Mors illa quam dicitis aſſumpti hominis fuit, ipſius geſtaminis, non geſtantis.* Tertull. adverſ. Praxean. cap. XXIX. *Impaſſibilis filius ex ea conditione, qua Deus eſt.* Ambroſius in Lucam lib. IV. cap. IV. *Paſſio corporis fuit, divinitas exors injuriæ manſit.* Euſebius lib. IV. de Præparat. Eccleſ. cap. 13. Iſidorus Peluſiota Epiſt. lib. IV. Epiſt. 166. 179. Athanaſius ad Epictetum Epiſcop. Corinth. contra Hæreticos. Theodoretus Dialog. 3. contra Hæreticos.

PAG. 38 *Sibylla præſaga*] Lexic. Lat. Græc. vetus *Præſaga*, προφῆτις. Papias. *Præſagat divinat, futura prænunciat.* Prudent. Hamartig. pag. 315.

Hanc hæreſin, præſaga patris præviderat olim
Majeſtas.

Bacis] Hujus mentionem facit inter viros vates Pauſanias Phociacis, fol. 228. verba ejus ſunt: ἐν Βοιωτίας Βάκιν φασὶ καπιάζειν ἄνδρα ἐν Νύμφων. Suidas in Βάκις. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromat. fol. 144. Dio Chryſoſt. Orat. XIII. de Exilio fol. 229. Ejus oracula extant in carmin. Sibyllinis pag. 80. 81. Tres ſtatuit Suidas & Ælianus Var. Hiſt. lib. XII. cap. 35.

Helenus] Cicero de Nat. Deorum lib. II. pag. 197. Pauſanias Atticis, fol. 10. Hyginus Fab. 128. Iſidorus Peluſiota lib. II. Epiſt. Epiſt. 228.

Mar-

Martius] Livius lib. 15. fol. 559. Hunc illuſtrem vocat, & citat ejus carmina. Cic. de Divinatione lib. 11. fol. 403. Ammianus lib. XIV. pag. 3. Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. XVII. 361

Theſauri interioris] Chryſologus ſerm. 56. pag. 235. *Sacramenti ipſius interiora.* Auguſtin. ſermon. 22. ad Fratres in eremo fol. 288. *Secreta ſecretorum.* Aldhelmus de laud. Virgin. fol. 477. *Cæleſtis militiæ abſtruſa.* Chryſol. ſermone 38. pag. 243. *Cæleſte arcanum.*

Quid enim ſi nollet ſibi inferri à quoquam manus] Iſidorus Peluſiota lib. IV. Epiſt. 97. 98. 128.

Duriſſimisque latronibus] Arnob. lib. V. fol. 98. *Ne eſſet omnino duriſſimus.* Hieronymus Tomo V. in Matthæum cap. IV. fol. 118. *Redemi de manu duriſſimi domini.* PAG. 39

Vllius facinoris in reatu] Hoc Chriſtus ipſus de ſe teſtatur apud S. Iohan. cap. VIII.

Divos] Servius Æneid. 12. fol. 673. *Deos æternos dicimus: Divos vero, qui ex hominibus fiunt.*

Appellatis indigetes atque divos] Iuſt. Martyr. Apol. 2. pro Chriſt. fol. 71. Καὶ τῶν παρ' ὑμῖν ἀποθνησκόντων αὐτοκρατόρων τὰς εἰκόνας ἐπὶ τούτῳ τῷ χήματι ἀναπίπτειν, καὶ θεὸς ἀπὸ γραμμάτων ἐπονομάζειν. Cyrillus in Iohannem lib. XII. cap. XX. *Romani etiam imperatoribus ſuis dei nomen donabant, & aras eis conſtituebant.* Lactant. lib. 1. cap. 15. *Apud Romanos Deus Iulius, quia hoc ſcelerato homini placuit Antonio. Deus Quirinus, quia hoc paſtoribus viſum eſt, cum alter germani fratris extiterit, alter patriæ parricida.*

Pulvinaribus] Gloſſæ, *Pulvinar* Καθίδρυμα, Στρωμνὴ θεῶν. Valerius Max. lib. III. cap. VII. *Iovis opt. max. pulvinaria.*

Pulvinaribus, aris, templis] Sueton. Cæſare cap. 76. *Iuxta Deos pulvinar, flaminem, lupercos, templa, aras ſibi decerni paſſus eſt.* Tacitus Annal. lib. XV. *Rurſusque exortæ adulationes, cenſentium honorem divæ, & pulvinar, ademque & ſacerdotem.* Arnob. ſup. *Nonne ipſum Romulum patrem, ſenatorum manibus dilaceratum centum, Quirinum eſſe Martium dicitis, & ſacerdotibus, & pulvinaribus honoratis.* Lib. IV. *Deos eſſe & hos rati, pulvinaribus & templis honoraſtis.* Aurelius Victor in Claudio Imp. pag. 173. & Helvidio Pertinace pag. 167. Antonino Pio pag. 164.

Maledictis mordacibus carpunt publicos mores] Satyrici mordacibus carminibus lancinabant vitia & mores publicos. Lactant. de falſa Religione lib. 1. cap. IX. *Non enim iſta Lucilius narrat aut Lucianus,*

qui diis aut hominibus non pepercit. Lib. II. cap. IV. *Flaccus ut Satyrici carminis ſcriptor, diriſit hominum vanitatem* Iuvenal. Satyr. I. verſ. 165.

Enſe velut ſtricto, quoties Lucilius ardens
Infremuit, rubet auditor cui frigida mens eſt
Criminibus, tacita ſudant præcordia culpa.

Perſius Satyra I. verſ. 115. --- *Secuit Lucilius urbem*
Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis.

Vitas veſtras ſecant] Firmicus Aſtron. lib. VIII. cap. VII. *Alienas vitas amari ſermonis licentia pulſent.*

Qui matrimonia ſuadent habenda eſſe communia] Platonem taxat, qui in Timæo fol. 18. & lib. V. de Repub. fol. 457. portentoſum hoc dogma introducit, & multis rationibus utilitatem ejus probare conatur. Hieronymus lib. II. contra Hæreſes Ioviniani cap. XXXVI. *Scotorum natio uxores proprias non habet, & quaſi Platonis Politiam legerit, & Catonis ſectetur exemplum, nulla apud eos conjunx propria eſt, ſed ut cuique libitum fuerit, pecudum more laſciviunt.* Refutant illum, Lactant. lib. III. cap. XIX. Theodoretus contra Græcos ſerm. IX. de Legib. pag. 170. Theophilus lib. III. ad Autolycum. pag. 366.

Qui cum pueris cubitant formoſis] Turpiſſimum, deteſtabile, & ſumme nefandum pæderaſtiæ crimen (quod Plato lib. I. de Legib. fol. 636. ut ſceleratum & impuriſſimum execratur, appellatque τὸ παρὰ φύσιν τόλμημα, D. Clemens lib. VI. Conſt. Apoſtol. cap. XXVII. παρὰ φύσιν βδελυκτὴν μῖξιν. Lib. VII. cap. III. παρὰ φύσιν κακὸν. Lactantius I. de Falſa Relig. cap. X. *Adulterium contra naturam*) ita increbuerat apud Cives Minervios, Romulidaſque ut non ſolum perſonæ infames & viliſſimæ ſervi notæ, verum etiam ſummates viri, ac patriciæ claritatis paſſim abominabile, tacendumque hoc obirent, & percelebrarent negotium. Tatian. contra Græcos pag. 287. Παιδερασία μὲν ὑπὸ βαρβάρων διώκεται, προνομίας δ' ὑπὸ Ρωμαίων ἠξίωται, παίδων ἀγέλας, ὥσπερ ἵππων φορβάδων, σωαγείρων αὐτῶν πρωμένων. Iuvenalis Satyra 6. verſu 34.

Nonne putas melius, quod tecum puſio dormit,
Puſio qui noctu non litigat? exigit à te
Nulla jacens illic munuſcula, nec queritur, quod
Et lateri parcas, nec quantum juſſit anheles.

Chriſtianiſſimi Impp. Conſtantinus & Conſtantius primi obviam iverunt huic ſceleratæ temeritati, & laudabili lege lata, qua infamibus hiſce pædiconibus infamiam & capitalia irrogant ſupplicia, malum

malum hoc ſuſtulerunt de terra. Vide L. 3. Cod. Theodoſian. ad Legem Iuliam de Adulter. L. 31. Cod. Iuſt. ad Legem Iuliam de Adulter. Novellam. LXXI. & CXLI.

Cruentis oribus mandere] Ennius apud Priſcianum lib. VI. pag. 183.

Vulturis in ſilvis miſerum mandebat hemonem:
Heu quam crudeli condebat membra ſepulchro.

In arcanis] Lactantius de Ira Dei cap. XXIII. *Cumea quidem volumina, quibus Romanorum fata conſcripta ſunt, in arcanis habentur.*

Bibliothecarum reponitis in arcanis] Quod honorificum. Euſebius Eccleſiaſt. Hiſtor. lib. III. cap. IX. de Ioſepho Hiſtorico. ὃ καὶ μόνοις τοῖς ὁμοεθνέσιν ἀλλὰ καὶ παρὰ Ῥωμαίοις γέγονεν ἀνὴρ ἐπιδοξότατος, ὡς αὐτὸν μὲν ἀναθέσει ἀνδριάντος ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων πμηθῆναι πόλεως τὰς συγγραφθέντας αὐτῷ λόγους βιβλιοθήκης ἀξιωθῆναι. Vertit Rufin. *Conſtat hunc virum per idem tempus, non ſolum apud Iudæos proprios cives, verum etiam apud Romanos habitum eſſe nobiliſſimum, ita ut litterarum merito in urbe Roma etiam ſtatua donaretur, & libri ejus bibliothecæ traderentur.* Quintil. lib. XI. cap. 3. Dio Chryſoſt. Corinth. Orat. 37. fol. 456. Philoſt. de vita Apollon. cap. 1. lib. 1.

Statuis muneramini] Mirum, Romanos ita degeneraſſe à more priſco, ut quod olim præclaris & optime de Repub. meritis viris dabatur, tribuerent inertibus & peſſime de ſe meritis hominibus. Dio Chryſoſt. Rhodiac. Orat. XXXI. pag. 334. Καὶ πρότερον μὲν οὐδὲ τοῖς ἀποθνήσκουσι πᾶσιν ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐξῆν ἑστάναι χαλκοῦς, ἀλλὰ εἰμή τις ὑπερφυῶς καὶ θαυμαστὰ πεάξειε. Quintilianus lib. 3. cap. 7. *Tempus quod finem hominis inſequitur, non ſemper tractare contingit, non ſolum quod viventes aliquando laudamus, ſed quod raro hæc occaſio eſt, ut referri poſſint divini honores, & decreta, ut publicæ ſtatuæ conſtitutæ.* Firmicus Aſtron. lib. V. cap. 1. *Faciet claros & coronarum inſulis adornatos, quibus ſtatuæ pariter & imagines decernantur.* Lib. VIII. cap. VI. *Illis honores perpetui, imagines, tituli, & honorabilium ſtatuarum decernuntur inſignia.*

Qui pecudes vos eſſe] Hieron. Tom. V. in Eccleſ. cap. 8. fol. 23. *Et hæc*, inquit, *aliquis loquatur Epicurus, & Ariſtippus, & Cyreniaci, & cæteri pecudes philoſophorum.*

Solum Chriſtum convellere, dilacerare poteſtis ſi Deum vultis] Inf. *Dilacerare ſi detur eum velle per viſcera.*

OBSERVATIONES
AD ARNOBII AFRI LIB. II.
ADVERSUS GENTES.

PAG. 42 *I nullam esse ducitis contumeliam, respondere aliquid interrogatos*] Fastu tumidi interrogati, cunctanter, aut nihil omnino solebant respondere. Cicero ad Trebatium Epist. lib. VII. Epist. XVI. *Qui isthinc veniunt, superbiam tuam accusant, quod negent, te perconctantibus respondere.* Gellius lib. XIX. cap. I. Tacitus lib. XIII. Annal. fol. 153. Nicetas. lib. I. Hist. fol. 29.

Offensas] Utitur quoque noster hac voce lib. VII. Suetonius August. cap. LXVI. Quintil. lib. IV. cap. II. Tertull. de Testimon. animæ cap. IV. Lucifer Calaritanus de non parcendo in Deum delinquentibus, pag. 232.

Opes illas, quibus se genus humanum studiose contendit impleri] Prudent. Psychomach. pag. 43.

--- Nec sufficit amplos
Impleviſſe sinus, juvat infarcire crumenis
Turpe lucrum.

Numquid arrogantiæ supercilio tumidus] Arnob. lib. I. *Non fastu & supercilio tumidi.* Aldhelmus de laud. Virgin. fol. 467. *Tumido elationis supercilio inflati.* Codex Iust. de Legib leg. 12. *Quis tantæ superbiæ fastidio tumidus.* Firmicus Astron. lib. III. cap. II. *Facit inflatos, & superbiæ spiritu sublevatos.* Lib. VI. cap. XXVIII. *Superbiæ spiritu non mediocriter inflatos.* Lib. V. cap. IX. *Superbiæ spiritu elati.* Lactantius lib. VI. cap. XXII *Fragilitatis oblitus, animo insolenter elato tumet.* Lib. VI. cap. XXIV. *Superbia tumidus infletur.*

Injuriæ & contumeliæ] Nonius; *Injuria à contumelia hoc distat. Injuria enim levior res est.* Pacuvius:

Patior facile injuriam, si est vacua à contumelia.

Vide Theophili Institut. Iuris lib. IV. cap. III. περὶ ὕβρεως.

Passim] Id est, sine discrimine. Virgilius Æneid. fol. 298.

--- passim in littore sicco Corpora curamus.

PAG. 43 *Sive cum exclamamus, ô Deus, sive cum illum testem Deum constituimus*]

mus] Minutius Felix: *Audio vulgus cum ad cœlum manus tendant, nihil aliud quam Deum dicunt: & Deus magnus eſt, & Deus verus eſt, & ſi Deus dederit; vulgi iſte naturalis ſermo eſt.* Tertull. Apolog. cap. XVII. 363
Quod Deus dederit omnium vox eſt: judicem quoque conteſtamur illum, Deus videt, & Deo commendo, & Deus mihi reddet. Denique pronuncians hæc, non ad Capitolium, ſed ad cœlum reſpicit. Novit enim ſedem Dei vivi: ab illo, & inde deſcendit.

Quod ſi non mentis elatio, & typhus qui appellatur à Græcis] Suidas τύφος, ἀλαζονεία. Inf. *Dum veſtris fiditis cordibus, & quod typhus eſt, ſapientiam vocatis. --- Nunquam crederent typho & arrogantiæ ſublevati. --- Si arrogantia, ſi typhus, ſi elatio abeſſet à vobis.*

Caſſa] Inf. *Periculi nihil eſt, ſi quod dicitur imminere, caſſum fiat &* PAG. 44
vacuum. Prudentius in Rom. Martyre pag. 206.

Nec caſſa ſentit morſuum pericula.

Virgil. lib. XII. Æneid. fol. 720.

Dixit, opemque Dei non caſſa in vota vocavit.

Servius; *Non ad inania vota poſcit auxilium.* Minutius Felix. *Quam vos irritæ pollicitationis caſſa vota decipiant.* Afranius apud Nonium. *Numero inepti, pertimuiſtis caſſam terriculam adverſarii.*

Nulla futurorum poteſt exiſtere comprobatio] Iſocrates Orat. contra Sophiſtas fol. 420.

Miſeratione digniſſimi] Minutius Felix. *Miſericordia digni.*

Salutaris militiæ ſacramenta deponere] Eleganter tranſtulit verbum PAG. 45
terrenum militare, ad regni militiam cœleſtis. Quemadmodum enim ſeculares milites lecti jurant in verba Principis, ſe omnibus rebus ejus ſalutem præpoſituros; itidem & nos in ſacramento baptiſmatis religiosè animas, corpor que Chriſto addicimus, atteſtamurque, nos nunquam hoc cœleſtis militiæ ſacramentum deſerturos. Leo ſermone III. de Nativitate. *Si cœleſtis militiæ ſacramentum ſervaris.* Lactant. lib. V. cap. II. *Sacramenti quod acceperat, proditor factus eſt.* Tertullianus de Corona militis cap. XI. *Credimuſne humanum ſacramentum divino ſuperduci licere, & in alium dominum reſpondere poſt Chriſtum & ejerare patrem ac matrem & omnem proximum, quos & lex honorari, & poſt Deum diligi præcepit.* Idem ad Martyres cap. III. *Vocati ſumus ad militiam Dei vivi, Jam tunc cum in ſacramenti verba ſpoſpondimus.* Vid. Lipſius ad lib. XV. Annal. Tacit. fol. 235. Stewechius ad II. lib. Vegetii pag. 84. & 85.

Ad credendi ſtudium, prohibitionis ipſius ſtimulis excitetur] Tertull.

Apolog. cap. ult. *Nec quicquam tamen proficit exquisitior quaque crudelitas vestra, illecebra est magis secte; plures efficimur, quoties metimur à vobis: semen est sanguis Christianorum.* Idem ad Scapulam cap. IV. Lactant. lib. V. cap. XIII. Minutius Felix Octavio. Leo serm. I. de SS. Petro & Paulo.

Carnificis unci] Suetonius Tiberio cap. LIV. *Uncos & laqueos carnifex ostentabat.* Prudentius περὶ στεφάνων. in Vincent. Martyre pag. 176.

Hæc fatur, & stridentibus
Laniatur uncis denuo.

Impendeant] Minutius Felix; *Dum quid post mortem impendeat miseri, dum adhuc vivitis, æstimatis.*

Soli esse nugas intelligitis hæc omnia] Theophilus lib. III. ad Autolycum pag. 266. Ἀλλὰ καὶ ὡς σφόδρα ὀδύοντο τῷ καθ' ἡμᾶς λόγῳ, καὶ μηδὲν ἔχειν ἡμᾶς λέγειν εἰς ἀπόδειξιν ἀληθείας τῆς ἡμᾶς, καὶ διδασκαλίας: μωρίαν δὲ εἶναι τὸν λόγον ἡμῶν φασιν.

Vos soli sapientia conditi atque intelligentiæ vi mera, nescio quid aliud videris & profundum] Quoniam Gentes sermonis stribiliginem & verborum vitia objiciebant Christianis, eosque rudes & barbaros in suis scriptis appellabant; Christiani vice versa, per irrisum illos politos, eloquentes nominitabant & eruditos. Inf. *Dicite ô festivi, & meraco sapientiæ tincti & saturi potu.* Pag. 29. *Sed sapientibus vos viris omnibusque instructis disciplinarum generibus creditis.* Lib. IV. *Stupetis eloquentiæ viribus.* Prudentius in Rom. Martyre περὶ στεφάνων.

Vos eruditos miror & doctos viros,
Perpensa vitæ quos gubernat regula,
Nescire vel divina, vel mortalia.

Lactant. Epitome cap. III. *Ipsi sunt diserti, aut disserta legere volunt.* Theodoret. contra Græcos sermone VI. fol. 102. Athenagoras Apolog. pro Christianis pag. 12, & 19.

PAG. 46 *Numquidne illud vulgatum perstrinxit aures vestras, sapientiam hominis, stultitiam esse apud Deum*] D. Paulus ad Corinth. I. cap. III. Ἡ γὰρ σοφία τοῦ κόσμου τούτου, μωρία παρὰ τῷ θεῷ ἐστι. Doctè Origenes lib. I. contra Celsum pag. 12. Sedulius lib. II. carminum pag. 296. Lactant. lib. V. cap. XV. & XVIII. Prudent. in Rom. Martyre pag. 226. Hilarius de Trinitate lib. III. fin. Tertullian. de Idololatria cap. VIII. Hermias, Διασυρμὸς τῶν ἔξω φιλοσόφων. Leo sermone V. de Nativit. Domini.

Rese-

Reſerare ſecreta] Chryſolog. in Pſalm. I. ſerm. XLIV. *Reſeravit. aditus intelligentiæ primos.* Lucifer Calarit. de regib. Apoſt. pag. 156. *Regum facta deſideravi reſerare.* Ovid. lib. XV. Metamorph. 364

--- Auguſtæ reſerabo oracula mentis.

Valerius Flaccus lib. II. Argonau. pag. 54.

Obvius at Myneas terris adytiſque ſacerdos
Excipit, hoſpitibus reſerans ſecreta Thyotes,

Quod Socrates ille comprehendere nequit in Phædone, homo quid ſit] Arnobii lapſus memoriæ eſt: non enim in Phædone, ſed Alcibiade locus hic legitur, pag. CXXIX. ΣΩ. Τί ποτ' ἔστιν ὁ ἄνθρωπος. ΑΛΚ. οὐκ ἔχω λέγειν.

Pellax] Papias; *Pellax, deceptor, doloſus, fallax.* Arnobius lib. V. *Quid ſubjiciemus pro aureis imbribus, in quos idem ſe pellax fraude induit perfida.*

Vigilemus aliquando] Plato Theæteto. fol. CLVIII. Ὁ πολλάκις σε οἶμαι αἰσχυνόμενος ἐρωτῶντων, τί ἄντις ἔχοι τεκμήριον ἐπιδεῖξαι, εἴτις ἔροιτο νυῦν ὕτως ἐν τῷ παρόντι, πότερον καθεύδομεν, καὶ πάντα ἃ διανοούμεθα, ὀνειρώττομεν. ἢ ἐγρηγόραμεν τε καὶ ὑπὲρ ἀλλήλοις διαλεγόμεθα. — ἅ, τε δὴ νυνὶ διειλέγμεθα, εὐδὲν κωλύει καὶ ἐν τῷ ὕπνῳ δοκεῖν αὐτὰ ἀλλήλοις διαλέγεσθαι. καὶ ὅταν δι' ὀναρ ὀνείρατα δοκῶμεν διηγεῖσθαι, ἄπορον ἡ ὁμοιότης τούτων ἐκείνοις. ΣΩ. Οὐ ῥᾴς ἂν ὅπου τὸ γε ἀμφισβητῆσαι ἐπιχαλεπόν, ὅτι καὶ πότερον ἔστιν ὕπερ ἢ ὄναρ ἀμφισβητεῖται. καὶ δὴ ἴσου ὄντος τοῦ χρόνου ἐν καθεύδομεν, ᾧ ἐγρηγόραμεν, ἐν ἑκατέρῳ διαμάχεται ἡμῶν ἡ ψυχὴ, τὰ αἰεὶ παρόντα δόγματα παντὸς μᾶλλον εἶναι ἀληθῆ. ὥστε ἴσον μὲν χρόνον τάδε φαμὲν ὄντα εἶναι, ἴσον δὲ ἐκεῖνα, καὶ ὁμοίως ἐφ' ἑκατέροις διαιρυεζόμεθα.

Pupulis] Lexicon Græcolat. vetus: *Pupula.* ὀφθαλμοῦ κόρη. Papias; *Pupula, pupilla principale.* Horat. Epod. V. ad Canidiam.

Interminato cum ſemel fixæ cibo
Intabuiſſent pupulæ.

Cicero lib. II. de Natura Deorum pag. 25. *Acies ipſa quæ cernimus, quæ pupula vocatur, ita parva eſt, ut ea, quæ nocere poſſint, facile vitet.*

Solum oleum reſpuat immerſionem] Hieronymus Tom. V. in Oſeam cap. XII. *Oleum aquis & cæteris humentibus elementis non poteſt copulari.* PAG. 47

Ipſe denique animus qui immortalis à vobis, & Deus eſſe narratur] *Animum* Deum ſtatuit Pythagoras apud Minutium. Plato lib. X. de legib. pag. 899. Varro apud Auguſt. lib. VII. de civitate Dei cap. V. Cato lib. I. Diſtic. Cicero de Natura Deorum lib. I. & I. Tuſcul. Quæſtionum.

CUR

Cur in agris eger ſit] Servius in VI. Æneid. pag. 438. *Anima pro qualitate eſt corporis, qua prout fuerint, vel vivacia, vel torpentia, ita & animos faciunt: quod poteſt etiam in uno eodemque corpore probari. In ſano enim corpore alia eſt vivacitas mentis, in agro pigrior, in inſanis invalida, & ratione carens ut in phreneticis cernimus: adeo cum ad corpus venerit, non natura ſua utitur, ſed ex ejus qualitate mutatur.* Vide Galenum in Tractatu pereleganti, Ὅτι τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη τοῖς τοῦ σώματος κράσεσι ἕπεται. Anaſtaſium Quæſt. VIII. in SS. Scripturas. Nazianz. Orat. XXXIII. de amore pauperum, & inibi ejus Scholiaſt. Nicetam. Porphyrium περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. lib. III. pag. 40.

Quoniam videre noſtram fidem conſueſtis] Ethnici ridebant Chriſtianos ut nimium credulos in Deum, accuſabantque illos, quaſi rationem fidei vel reddere, vel accipere nollent, ſed ſimpliciter ſaltem credere. Julianus Imperat. apud Nazianz. κατὰ Ἰουλιανοῦ α. pag. 296. Ἡμεῖς μὲν οὖν φησὶν οἱ λόγοι, καὶ τὸ ἐλληνίζειν, ὧν καὶ τὸ σέβειν θεούς. ὑμῶν δὲ ἡ ἀλογία, καὶ ἡ ἀγροικία, καὶ εὐθὺς ὑπὲρ τὸ, πίστευσον, τῆς ὑμετέρας ἐστὶ σοφίας. Demoliuntur hanc invidiam calumnioſam, & procul eam à Chriſtianis eſſe oſtendunt rationibus firmiſſimis, Orig. contra Celſum lib. I. pag. 9. & 10. & Theodor. Serm. I. de Fide cont. Græcos pag. 12. & 13. Auguſt. Tom. 6. ad Honorat. de utilitate credendi.

Aures veſtris ſupplicationibus accommodare] Rufinus præfatione in Apolog. Pamphil. Martyr. pro Origine ad Macarium. *Non accommodent criminatoribus aurem ſuam.* Lar apud Querolum Plauti. *Paululum aurem accommoda.* Hieronym. Tom. VIII. in Proverb. Salomonis cap. 3. pag. 11. *Parvulos dicit eos, qui nuper ſapientiæ aurem accommodare cœperunt.* Tertullianus Præſcript. adverſ. Hæreticos cap. XVI, *Novis vocibus aures accommodare.*

Eſtne operis in vita negotioſum aliquod atque actuoſum genus] Rufinus in Symbolo ad Laurentium, apud Hieron. Tom. IX. Epiſt. XIX. pag. 74. *Nihil eſt quod in vita geri poſſit, ſi non credulitas ante præceſſerit.* Theodoretus de Fide Orat. I. contra Græcos pag. 16. & 17.

Navigatis] Rufinus in dicto loco: *Recte primo omnium te credere profiteris, quia nec mare quis ingreditur, ac liquido & profundo ſeſe committit elemento, niſi ſe prius credat poſſe ſalvari.*

Terram ferro ſcinditis] Rufinus: *Nec agricola ſemina ſulcis obruit, & fruges ſpargit in terram, niſi crediderit venturos imbres, aſſuturum quoque ſolis teporem, quibus terra confota, ſegetes multiplicata fruge producat, & ventis ſpirantibus nutriat.* Conju-

Conjugalia copulatis consortia] Eleganter: *Nuptiæ enim* (ut Modestinus ait Leg. 1. Digest. de ritu nuptiarum) *conjunctio maris & fœminæ, & consortium omnis vitæ, divini & humani juris communicatio.* Dionysius Halicarnass. lib. 11. Antiquit. Roman. pag. 95. γυναῖκα γαμετὴν καὶ νόμους ἱερεῖς συνελθεῖσαν ἀνδρὶ, κοινωνὸν ἁπάντων εἶναι χρημάτων τε καὶ ἱερῶν.

Ægritudines corporum, medicorum committitis manibus] Proprie. Lib. 1. *Si aliquis ad vos medicus ex submotis venisset, & nunquam vobis regionibus cognitis, medicamen pollicens tale, quod immunes vos fore ab tam innumeris vexationibus corporum, usque ad ultimos fines sponderet ætatis, licet ambigua res esset, committeretis vos tamen, nec potionem incognitam dubitaretis haurire, spe salutis propositæ.*

Qui cunctorum originem dicit aquam, non Thaleti] De his diversis Philosophorum opinationibus videndus Sext. Empiricus Pyrronius advers. Mathemat. pag. 304. & 305. Chalcidius in Platonis Timæum pag. 465. & seq. Laërtius lib. 1. Tertull. advers. Marcion. Lactant. lib. 1. cap. v. Minutius Felix Octav. Plutarchus de Placitis Philosophorum lib. 1. Cicero lib. 1v. Academ. Quæst. Eusebius de præparat. Ecclesiast. lib. 1. cap. v. Lib. v. cap. xiii. Hermias in irrisione Philos. Gentilium. Justinus Martyr. in cohortat. ad Græcos pag. 3. & 5. Theodoretus contra Græcos sermone iv. de Materia & mundo. Nemesius περὶ φύσεως ἀνθρώπου. cap. v. PAG. 48

Heraclito] Laërt. lib. ix. pag. 631. Theodoret. de Mundo & Materia Orat. iv. Minutius Felix Octav.

Qui causam in numeris ponit, non Pythagoræ Samio] Inf. *Pythagoras numeros scivit.* Mart. Capella de Nuptiis Philolog. lib. ii. pag. 46. *Samius Pythagoras cœlestes quosdam numeros replicabat.* Porphyrius περὶ ἀρχῆς ἐμψύχων lib. ii. pag. 30. Οἱ γοῦν πυθαγόρειοι, περὶ τὰς ἀριθμὰς, καὶ τὰς γεωμετρίας καταδάζοντες, ἀπὸ τὸ πλέον τοῖς θεοῖς ἀπήρχοντο. Tertullianus de anima cap. xxxii, Plutarchus de Placitis Philosoph. lib. 1. pag. 876.

Architæ] Vide Diogenem Laërt. lib. viii. pag. 619.

Qui animum dividit] Theodoretus de Natura hominis sermone v. contra Græcos pag. 72.

Qui quintum elementum principalibus applicat causis, non Aristoteli] Martian. Capell. de Nuptiis Philol. lib. ii. pag. 46. *Aristoteles per cœli quoque culmina Entelechiam scrupulosius requirebat.* Justinus Martyr.

tyr. in ſermone ad Græcos pag. 26. In Everſ. Dogmatum Atiſtor. pag. 108. Reſponſ. pag. 152. Jarchas apud Philoſtratum de vita Apollonii lib. III. cap. XXI. Tertull. de Anima cap. XXXII. Theodoret. contra Græcos Orat. IV. de Materia & Mundo pag. 57.

Qui ignem minatur mundo, non Panætio, Chryſippo, Zenoni] Cicero 2. de Natura Deorum pag. 219. Theodoretus contra Græcos ſerm. V. de Natura hominis. Iuſtinus Martyr. apolog. II. pro Chriſtian. pag. 51.

Qui individuis corporibus mundos ſemper fabricatur & deſtruit, non Epicuro, Democrito, Metrodoro] Theodoret. contra Græcos ſerm. IV. de Materia & Mundo fol. 57. Hieronym. de Reſurrectione carnis ad Minerium. Tract. II. part. II. Epiſt. XXVI. Cicero lib. I. de Finibus bonorum & malorum. Tertullianus de anima cap. XXII.

Nihil poſſe omnino comprehendi] Metrodorus Academicus apud Ciceronem lib. IV. Academicarum quæſtionum pag. 36. *Nego ſcire nos, ſciamus aliquid, an nihil ſciamus: ne idipſum quidem neſcire, aut ſcire nos: nec omnino ſitne aliquid, an nihil ſit.* Irrident illos ut vanos, Lactant. lib. III. cap. VI. Auguſt. Tom. I. lib. III. cont. Academicos.

Sectarum] Inf. *Qui per varia ſectarum diverticula diſſipati, has atque illas partes opinionum diverſitate fecerunt,* Minut. Felix. *De qua tot ſeculis ſectarum plurimarum, uſque adhuc ipſa philoſophia deliberat.* Lactant. de Ira cap. XI. *Platonem quoque ac Socratem fallerent, & Pythagoram, Zenonem, Ariſtotelem, maximarum ſectarum principes.*

Noſtra in credulitate] Inf. *Quænam injuſtitia tanta eſt, ut fatui vobis credulitate in iſta videamur.*

Qui nihil ſciſcunt, nec pronunciant unum: qui pro ſuis ſententiis bella] Notat Academicos, qui quod libitum aſſerebant & deſtruebant. Querolus Plauti. *Meminiſti ridere tete ſolitum illos, qui fata deplorant ſua; atque Academico more, quod libitum fore, deſtruere & aſſerere te ſolitum.* Cicero in Academicis. Auguſtin. Tom. I. lib. III. contra Academ. Mela lib. I. cap. XVIII. Arrianus in Epict. lib. II. cap. XX.

PAG. 48 & 49. *Sed officiant hæc nihil, nihilque impediant*] Arnob. lib. I. *Quid enim officit ô quæſo, aut quam intellectui præſtat tarditatem.* Lucret. lib. I. pag. 31. ex emendatione Gifanii.

Nam ſive eſt aliquid, quod prohibeat, officiatque,
Quo minus, quo miſſum eſt veniat, finique locet ſe.

Cic.

Cic. lib. VII. Epiſt. ad Trebatium Epiſt. VI. *Neque impedio, quo minus, ſi tibi ita placuerit, hiſce eum ornes gloriolæ inſignibus.*

Furunculum] Gloſſæ: *Furunculus δοθιὴν*. Cornelius Celſus lib. v. cap. ultimo *Furunculus eſt tuberculum acutum cum inflatione & dolore.* Vide Plinium lib. XX. cap. 13. 17. & 20. Papiam in *Furunculus.* Galenum περὶ τῶν κατὰ φύσιν ὄγκων. fol. 357.

Opera illa magnifica] Vidend. Lactantius lib. IV. cap. XV.

Verbo uno potuit, aut unius imperii juſſione] Arnobius lib. I. *Vocis ſimplicis juſſione, aures aperuiſſe ſurdorum.* Sulpitius II. Dialog. de Virtut. Martini fol. 338. vocat *ſermonis imperium.* Gaudent. de Paralytico pag. 88. *Vocis præceptum.* de Lect. Exodi. *Sermonis imperium.* Chryſologus ſerm. LII. *Præceptionem divinam.* Ambroſ. de Fide ad Gratianum lib. IV. cap. 3. *Aliorum debilitates, imperiali ſermone ſanabat.* Lactant. lib. IV. cap. XV. *Virtutes ejus fuerunt, quas Apollo portentificas appellavit: quod quacunque iter faciebat, agros, ac debiles, & omni morborum genere laborantes, uno verbo, unoque momento reddebat incolumes. — Hæc omnia non manibus aut aliqua medela, ſed verbo ac juſſione faciebat.* Chryſol. ſerm. 176. *Cæco viſum ſola reſtituit juſſione.*

Dominam Romam] Valerius Maximus lib. II. cap. VIII. *Romam* PAG. 50 appellat *totius terrarum orbis columen.* Hieron. Apolog. contra Iovinian. Hæreſ. lib. II. cap. 49. & in Eſaiam Tom. IV. cap. LVII. pag. 186. *Orbis dominam.* Ovid. lib. III. Faſtor. *Vrbem æternam.* Claud. Mamertinus Paneg. ad Maxim. & in Genethl. Maximiani *Gentium dominam Romam.* Nazarius Panegyrico ad Conſtantinum Imp. *Arcem omnium gentium, & terrarum reginam.* Ennodius Panegyrico ad Theodoricum. *Orbis dominam Romam.* Cicero in Catilinam Orat. II. pag. 468. *Lucem orbis terrarum, atque arcem omnium Gentium.* Prudentius in Rom. Martyre pag. 211. περὶ στεφάνων. *Seculi ſummum caput.* Apotheoſi pag. 288. *Imperii dominam.* Oroſius lib. 2. cap. 12. *Caput gentium.* Martialis lib. XII. Epigr. 8.

Terrarum Dea gentiumque Roma,
Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.

Numæ Regis artibus, atque antiquis ſuperſtitionibus occupati] Numa multarum vanitatum autor, apud Romanos ritus ſacrorum, ſacerdotalia officia inſignia & privilegia ſacerdotum, ſacrificalia miniſteria, inſtrumenta, vaſa ſacrorum ac piaculorum expiationes, inſtituit. Plutarchus Num. Tertullianus Præſcript. adverſ. Hæret.

cap. XL. Lactant. lib. 1. cap. 22. Salisber. Polycrat. lib. v. cap. 111. Ovid. Metamorph. lib. XV.

Et veritati coalescere Christianæ] Leo sermone in obitum Petri. Prudent. lib 11. contra Symmachum,

Viderant enim cursum Simonis magi] Augustin de SS. Petro & Paulo Apostolis, serm. 111. Tom. X. fol. 268. *Cum Simon se Christum diceret, & tanquam filium, ad patrem assereret volando se posse conscendere: atque elatus subito magicis artibus volare cœpisset, tunc Petrus fixis genibus precatus est Dominum, & precatione sancta vicit magicam levitatem. Prior enim ascendit ad Dominum oratio, quam volatus: & ante pervenit justa petitio, quam iniqua præsumptio. Ante inquam Petrus in terris positus, obtinuit quod rogavit, quam Simon perveniret in cœlestia, quo tendebat. Tunc igitur Petrus velut vinctum illum de sublimi aëre deposuit, & quodam præcipitio in saxo elidens ejus crura confregit. Et hoc in opprobrio factum illius est, ut qui paulo ante volare tentaverat, subito ambulare non posset: & qui pennas assumpserat, plantas amitteret.* Clemens Constitution. Apost. lib. VI. cap. 9. Hegesipp. lib. 3. cap. 2. Epiphan. lib. 1. contra Hæreses. pag. 31. Ambrosius Hexameron. lib. IV. cap. 8. Abdias de vitis Apostolor. lib. 1. pag. 15.

Brundam] Festus: *Brunduſium quidam poëtæ brevitatis causa Brundam dixerunt.*

PAG. 51 *Quia sibi præsentiunt finem pro meritis imminere*] Lactant. lib. 23. cap. 14. *Hi spiritus contaminati & perditi per omnem terram vagantur, & solatium perdendis hominibus operantur.* Minutius Felix. *Isti igitur spiritus, postquam simplicitatem substantiæ suæ, onusti & immersi vitiis perdiderunt, ad solatium calamitatis suæ, non desinunt perditi jam perdere, & depravati errorem pravitatis infundere, & alienati à Deo, inductis pravis religionibus à Deo segregare.*

Qui stupetis doctorum & Philosophiæ scita] Theodoretus sermone IX. contra Græcos, περὶ Νόμων. pag. 123. Γ'μεῖς μὲν ὦ ἄνδρες κεκαλλιεπημένων ποθεῖτε λόγων ἀκούειν, καὶ τούτοις καταπλεῖσθαι. ζητεῖτε, ἢ οὐ τούτους μὴ δύροιτε, γελᾶτε καὶ κωμῳδεῖτε, καὶ τοὺς ἀκοὰς βύετε, καὶ τῶν λεγομένων ἐπαίειν οὐ βέλεσθε.

Audetis ridere nos, quod mortuorum dicamus resurrectionem futuram] Solenne Philosophis & Gentilibus, facetiis jocularibus Christianos lancinare, quod carnis resurrectionem assererent. Cæcilius apud Minutium. *Nec hac furiosa opinione contenti, aniles fabulas astruunt & annectunt; renasci se ferunt post mortem, & cineres, & favil-*

las, & nescio quâ fiducia mendaciis suis invicem credunt: putes jam eos revixisse. Origen. contra Celsum lib. 1. pag. 7. Καὶ μὲν νοηθὲν τὸ περὶ τῆς ἀναστάσεως μυσταγωγοῦμεν, θρυλεῖται γελώμενον ὑπὸ τῶν ἀπείρων.

Quam quidem nos dicere confitemur, sed à vobis aliter quam sentiamus] De resurrectione carnis, jam inde ab ipsius mundi nascentis origine, multorum variantes, multæ & portentosæ fuerunt opiniones, quas Athenagoras & Tertullianus in libb. de resurrectione carnis, partim recensent, partim refutant. Noster hic insanit cum furentibus hominibus, Marcione, Basilide, & Origene, qui resurrectionem non carnis, sed corporis, & corporis quidem spiritualis credebant. Vide Hieron. Tomo 1. adversus errores Iohannis Hierosol. cap. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Epiphanium Anchorato pag. 506. Rufinus tamen excusat Origenem, nec hujus culpæ affinem esse affirmat, Præfat. in Apolog. Pamphili Martyris pro Origene pag. 755. verba ejus adscribam: *Carnis resurrectionem non per aliquas præstigias, sicut nonnulli calumniantur, dicimus: sed hanc ipsam carnem, in quâ nunc vivimus, resurrecturam credimus, non aliam pro aliâ; nec corpus aliud quam hujus carnis dicimus. Sive ergo corpus resurrecturum dicimus, secundum Apostolum dicimus, hoc enim nomine usus est ille: Sive carnem dicimus, secundum traditionem symboli confitemur. Stulta enim adinventio calumniæ est, corpus humanum aliud putare esse, quam carnem: sive ergo caro secundum communem fidem, sive corpus secundum Apostolum dicitur, quod resurget, ita credendum est, sicut Apostolus definivit: quia quod resurget, in virtute, resurget & in gloria, & incorruptibile resurget; & spiritale corpus, quia corruptio incorruptionem non possidebit.*

Cum mundus cœperit ab occiduis partibus exoriri, erupturos homines telluris è gremio] Plato Politico pag. 270. Ἦν ἡλικίαν ἕκαστον εἶχε τῶν ζώων, αὕτη πρῶτον μὲν ἦν πάντων, καὶ ἐπαύοντο πᾶν ὅσον ἐν θνητὸν ὂν ἐπὶ τὸ γεραίτερον ἰδεῖν περιόμενον. μεταβάλλον δὴ πάλιν ὑπὸ τινὸς τοιοῦτον οἷον νεώτερον καὶ ἀπαλώτερον ἐφύετο. Καὶ τῶν μὲν πρεσβυτέρων αἱ λευκαὶ τρίχες ἐμέλαινοντο, τῶν δ' αὖ γενειώντων αἱ παρειαὶ λεαινόμεναι, πάλιν ὑπὸ τινὸς παρελθούσης ὥρας ἕκαστον καθέστασαν. Τῶν τε ἡβώντων τὰ σώματα λεαινόμενα, καὶ σμικρότερα καθ' ἡμέραν ἑκάστην, καὶ νύκτα γιγνόμενα, πάλιν εἰς τὴν τῶν νεογνῶν παίδων φύσιν ἀπήει, κατά τε τὴν ψυχὴν, ἔχῃ τὸ σῶμα ἀφομοιούμενα.

Metus ille vos habet] Petron. Satyr. *Et mentem timor altus habet.*

Ne velut trabalibus clavis affixi, corporibus hæreatis] Claves trabales rectè interpretatur Cruquius in Odam xxxv. lib. 1. Horat. *palos*

acutos, ab imâ corporis parte usque ad summum, in noxiorum corporibus adactos. Cicero lib. v. in Verrem pag. 272. proverbialiter extulit: *Ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo figeret.* Novella 111. Theodosi. *Trabali jussione decrevimus.*

Audetis videre nos, cum gehennas dicimus, & inextinguibiles ignes, in quos animas dejici] Lactantius lib. VII. cap. XXVI. *Eodem tempore fiet, secunda illa & publica omnium resurrectio, in qua excitabuntur injusti ad cruciatus sempiternos. Hi sunt qui manu facta coluerunt, qui Dominum mundi, ac parentem vel nescierunt, vel abnegaverunt. Sed & Dominus illorum cum ministris suis comprehendetur, ad pœnamque damnabitur, cum pariter omnis turba impiorum pro suis facinoribus in conspectu angelorum, atque justorum perpetuo igni cremabitur in æternum. Hæc est doctrina sanctorum Prophetarum, quam Christiani sequimur: hæc nostra sapientia, quam isti qui vel fragilia colunt, vel inanem philosophiam tuentur, tanquam stultitiam, vanitatemque derident, quia non defendere hanc publice atque asserere nos solemus.*

Non Acherontem, non Stygem, non Cocytum] Vide Platonem Phædon. pag. 112. 113. 114. Eusebium de præparat. Eccles. lib. XIII. cap. VII.

Sensuum] Lactant. lib. VII. cap. XII. *Duret tantum, ac sensu doloris afficiet.*

Absone suspicatus] Inf. *Non absonè neque inaniter credimus.*

Sunt enim mediæ qualitatis, & interire] Hæc Valentinianismum olent, ut etiam alii adverterunt. Tertull. adverf. Valent. cap. XXII. *Et anima mortalis apud illos, nisi quæ salutem fide invenerit.* Arnob. lib. II. pag. 40. *Quamvis (animas) mors sæva posse videatur extinguere, & ad nihilum redactas, irremeabili abolitione delere.* Pag. 47. *Non absone neque inaniter credimus mediæ qualitatis esse animas hominum, utpote ab rebus non principalibus editas, juri subjectas mortis.*

PAG. 52 & 53. *Animarum est à corporibus disjugatio*] Augustin. in Psalm. XLVIII. fol. 100. *Mors quam homines timent, separatio est animæ à corpore.*

Hæc est hominis mors vera] Augustinus Tomo VIII. in Psalm. XLVIII. fol. 100. *Mors vera, quam non timent homines, est separatio animæ à Deo.* Psalm. XXXVII. pag. 86. *Vera mors est, damnatio cum diabolo.*

Crudeliter sævi] Diabolum dicit crudeliter sævum, quoniam genus humanum præcipitavit in mortem. Augustin. Tom. X. de Morte, sermone LXII. & in Psalm. XLVIII. fol. 100.

Igni-

Igni fero] *Ignem ferum* dixit Arnob. quemadmodum vetus Latinus Bibliorum interpres *feros fluctus*. Græc. ἄγρια κύματα. Locus eſt in Lib. Sapientiæ Ieſu filii Syrach. cap. XIV. Arnob. ſup. *Inexſtinguibiles ignes*. Lib. IV. *Inextinguibiles gehennæ flammas*. Cyprian. ad Demetrianum fol. 258. *Ardentem gehennam, & vivaces flammas*. Tertull. Apologet. cap. 48. *Iugem ignem*. Lactant. lib. VIII. cap. XXI. *Ignem ſempiternum*. Gaudentius præfat. ad Benevol. *inextinguibiles flammas*. Auguſt. de ſancti Pauli converſione Tom. X. ſerm. 17. pag. 262. *gehennæ ignis ardentes & æternas flammas*. Vide Origenem contra Celſum lib. IX. pag. 301. 367

Deo rerum ac principi, gradu proximas dignitatis] Animam hominis divinæ naturæ partem eſſe, & ejuſdem cum Deo eſſentiæ, docuerunt furioſi Manichæi. Auguſtinus contra Adamant. Manichæum. cap. XXII. Contra Fauſtum Manich. lib. 3. cap. 6. *Anima* (recte inquit Auguſt. ad Optatum Epiſcop. Milevit. apud Hieronymum Tom. IX. Epiſt. XLVI. fol. 193.) *non eſt pars Dei, ſed creatura, nec de Deo nata, ſed ab illo facta. atque in ejus genus adoptanda, mirabili dignatione gratiæ, non parili dignitate naturæ: nec corpus eſt ſed Spiritus: non creator, ſed creatum*. Vid. Iſidorus Peluſiota lib. IV. Epiſt. CCXXIV. Auguſt. Tom. X. de Trinitat. ſerm. III. fol. 223. de Spiritu & Anima. cap. XL. de Origine animæ ad Rhenatum lib. I. cap. 4.

Virtutum omnium ſervamus, atque integramus tenorem] Inf. *Servamus officiorum tenorem*.

Nec quot in orbe ſunt homines, ſunt ſententiæ totidem] Terent. Phorm. Actu 2. Scena IV. *Quot homines, tot ſententiæ: ſuus cuique mos*. Horat. lib. 2. Satyr. 1.

Quot capitum vivunt, totidem ſtudiorum millia.

Dehoneſtamentum] Gloſſæ: *Dehoneſtamentum αἰσχύνη*. Gellius lib. II. cap. XXVII. *Quo ille dehoneſtamento corporis maxime lætabatur*.

Supercilium deponere] Prudent. Pſychomach. pag. 35.

Diſce ſupercilium deponere.

Vultis faſtu depoſito] Sidonius carmin. 23. ad Conſentium. PAG. 54

Vt faſtu poſito tumentis aulæ.

Differitate] Lib. VII. *Longiſſima debet differitate ſeponi. --- Arboris viſcum ſine ulla paſſim differitate comburere*. Nonius. *in Differitas*.

Ex oſſibus illis fundata ſunt corpora] Hauſit à Lucretio, ut monent etiam alii lib. V. pag. 14.

Et majoribus & ſolidis magis oſſibus intus

Funda-

Fundatum, & validis aptum per viscera nervis.

Hieronymus in Hieremiam cap. XXVIII. pag. 293. *Nostra corpora crassiora, quæ nervis & ossibus carnis, venisque contexta sunt.*

Et corporalibus concilius procreant] *Concilium* pro *cœtu*, Lucretiano more lib. 1. pag. 6.

Quippe ubi nulla forent primordia, quæ geniali
Concilio possent arceri tempore iniquo.

Cura est illis omnibus] Cicero Officiorum lib. 1. pag. 464. *Principio generi animantium omni est à natura tributum, ut se, vitam, corpusque tueatur: declinetque ea quæ nocitura videantur. Omniaque quæcunque ad vivendum sint necessaria, inquirat & paret: ut pastum, ut latibula, ut alia ejusdem generis. Commune autem animantium omnium est conjunctionis appetitus, procreandi causa, & cura quædam eorum, quæ procreata sunt.*

In pecudes atque alias belluas ire animas improborum] Hanc animarum transmigrationem in pecudes, Plato proponit lib. x. de Repub. fol. 620. de Anima Mundi. fol. 104. Ambros. Lactant. & Tertullian. hanc opinionem Pythagoræ fuisse dicunt. Ambrosius de Bono mortis cap. x. Pamphilus apud Hieronymum Tomo IX. fol. 151. Diodorus Siculus Biblioth. lib. 1. fol. 88. Lactantius lib. VII. cap. XIII. & XXVII. Tertull. Apolog. cap. XLVII. & de Anima cap. XXVIII. Hermias in irrisione Gentilium philosophorum. Theodoretus de fine & judicio Orat. XI. pag. 158. Eusebius de præp. Eccles. lib. x. cap. 11. Hieronym. Tom. I. Apologia advers. Rufinum. cap. x. Justinus Martyr. Quæst. Græc. fol. 163. & 164. Minut. Octavio. Orig. contra Celsum lib. 1. pag. 16. Cicero lib. 1. Tuscul. Quæst.

Humanis corporibus exutæ] Arnob. lib. 1. *At emeritò exutus à corpore.* Gennadius de Eccleſiast. Dogmat. lib. 1. cap. XVI. *Solum hominem credimus habere animam substantivam, quæ exuto corpore vivit.* Arnob. inf. pag. 58. *Quo facilius exui corporalibus possimus ex vinculis.* Macrobius in somnium Scipionis lib. 1. cap. 1. *Indicari faciat, qui sit exutarum corporibus status animarum.*

Rationales nos sumus] Salustius: *Nostra omnis vis in animo sita est.* Cicero lib. 1. Officiorum pag. 465. *Sed inter hominem & belluam hoc maxime interest, quod hæc tantum quantum sensu movetur, ad id solum quod adest, quodque præsens est, se accommodat: paululum admodum sentiens, præteritum, aut futurum. Homo autem qui rationis est particeps, onse-*

conſequentia cernit, principia, & cauſas rerum videt, earumque progreſſus, & quaſi anteceſſiones non ignorat: ſimilitudines comparat, & rebus præſentibus adjungit atque annectit futuras: facile totius vitæ curſum videt, ad eamque degendam præparat res neceſſarias.

Adiniſtras manus] Arnob. lib. 3. *Manus miniſtras operum, articulis, digitis, & cubitorum mobilitate tractabiles.* Cicero lib. 2. de Natura Deorum pag. 226. *Quam vero aptas, quam multarum artium miniſtras manus natura homini dedit.* Lactant. de Opificio Dei cap. x. *Quid dicam de manibus, rationis ac ſapientiæ miniſtris, quas ſolertiſſimus artifex plano ac modice concavo ſinu fictas, ut ſi quid tenendum ſit, apte poſſit inſidere, in digitos terminavit.* Lucret. lib. 4. pag. 134. PAG. 55

— Manusque datas utraque à parte miniſtras,
Vt facere ad vitam poſſimus, quæ foret uſus.

Pauperrimæ neceſſitatis inventa] Manilius lib. 1. Aſtron.

Longa dies acuit mortalia corda.

Prudent. lib. 2. contra Symmach. 398.

Creſcit vita hominis & longo proficit uſu.

Columella de cultu hortorum lib. x. pag. 356.

Ipſa novas artes varia experientia rerum,
Et labor oſtendit miſeris, uſusque magiſter.

Virgilius lib. 1. Georgicon pag. 71.

Tum variæ venere artes, labor omnia vincit
Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas,

Lucretius lib. v. pag. CLXXXXIII.

Navigia atque agriculturas, mœnia, leges,
Arma, vias, veſtes, & cætera de genere horum
Præmia, delicias quoque vitæ funditus omnis,
Carmina, picturas, & Dædala ſigna polire,
Vſus, & impigra ſimul experientia mentis,
Paullatim docuit pedetentim progredientis,
Sic unum quidquid paulatim protrahit ætas
In medium, ratioque in luminis eruit oras.
Namque aliud ex alio clareſcere corde videbant,
Artibus ad ſummum donec venere cacumen.

Trullas] Gloſſæ; ἀγγεῖον *trulla.* Varro de LL. lib. 4. Nonius in *Trua.* Cato de re Ruſtica cap. 13. PAG. 56

Subucula] Gloſſæ; *Subucula*, ὑποδυτὴς, ὑποχίτων. Vetus interpres Lat. Bibliorum in Levitic. cap. 8. *Veſtivit pontificem ſubucula linea.*

nea. Nonius & Papias in *Subucula.* Varro lib. 4. de LL. pag. 32. Sueton. Auguſto cap. 82.

Trabeas Papias; *Trabea, veſtis ſenatorum,* Severus lib. 7. Æneid. pag. 457.

Suppara] Gloſſæ; σφαίριον. Varro LL. 4. pag. 32. Lucanus lib. 2. Nonius in *Supparum.*

Lenas] Inf. *Muccinium, lena, tunica.* Feſtus; *Lena, veſtimenti genus habitus duplicis, quidam appellatam exiſtimant Tuſce, quidam Græce, quam γλαίνιν dicunt.* Papias in *Lena.*

Lacernulas] Gloſſæ, *Lacerna,* φενόλη. Sueton. Auguſto cap. XL. Claudio cap. 6. Papias in *Lacerna.*

PAG. 56 & 57. *Reminiſcentias eſſe conſtaret*] Hoc Platonis dogma fuit, qui vixiſſe animas hominum antequam corpus induiſſent, aſſerebat: dicebatque cum in nova corpora rurſum irent, non novi aliquid addiſcere, ſed illa quæ jam antea didicerant, ſaltem recognoſcere. Vide illum in Mænone, & Phædone fol. 73. Ciceron. lib. 1. Tuſcul. Quæſtion. Tertull. de anima cap. 23. Refutant illum Auguſtin. de Trinitate lib. x. cap, 15. Theophilus lib. 3. ad Autolycum.

Manifeſtum & promptum eſt] Inf. pag. 58. *Manifeſta & prompta cauſa eſt.* Ovidius lib. 13. Metamorphoſ.

Sed nec mihi dicere promptum, nec facere eſt iſti.

Sed nothum aliquid fiat] Catullus 18. pag,

Tu potens Trivia, & notho es
Dicta lumine luna.

Lucretius lib. v. pag. 166.

Lunaque ſive notho fertur loca lumine luſtrans.

Mox aliquem natum] Servius in lib. 1. Georg. fol. 73. *Filius eius Triptolemum recens natum, per noctem igne fovit.* Hieron. parte 2. Tract. 2. Epiſt. XL. *Recentiſſime natus.* Apulejus lib. 1. Metamorph. *Recens tuero matris editus.* Hieron. Tom. 6. ad Optatum de Orig. Animæ. Epiſt. 46. *Homo recentis ætatis.* Lactant. lib. 6. cap. xx. *Vt recentes natos liceat oblidere,* Plaut. Ciſtel. Act. 1. Scena *Idem mihi, &c. Puerum recens natum.* Prudent. Pſychom. pag, 33. *Membra recentis alumni.* Minutius, *Sanguinem novelli, & vix dum nati hominis,* Auguſt. in Pſalm. 80. pag. 196. *recens homo.* Gennadius de Eccleſiaſt. Dogmatibus cap. 34. *Parvulos recentes.*

PAG. 58 *Solidioribus cibis*] Caſſianus Collat. lib. 18. cap. 16. *Vt gravis ac ſolidus cibus ſano utilis eſt, ita perniciosus eſt ægrotanti.* Arnob. in Pſalm. CIII.

CIII. *Non possunt solidioribus cibis reſici.* Lactant. de opificio Dei cap. 12. *Idque ipsum solertissime comparatum est, ut candens atque pinguis humor teneritudinem novi corporis irrigaret, donec ad capiendos fortiores cibos, & dentibus instruatur, & viribus roboretur.* Cyprian. Epist. 2. ad Donatum. pag. 2. *Impletur in succum cibis fortioribus corpus.* Petronius: *Mox cibis validioribus pastus.*

Vt secula imitemur antiqua, ex cinere caldo glandes] Servius in lib. 1. Georg. pag. 72. *Prius homines, ut legimus, pasti glandibus sunt, nec aliud ad victum quærebant.* Prudentius lib. 2. contra Symmachum. *—— Saturatur glandibus alvus.* Virgil. Eclog. 1. Pausanias Arcadicis. Ovidius lib. 1. Fastor. Claudianus de raptu Proserpinæ lib. 3. pag. 43. Apulejus lib. x1. Metamorph.

Ævitatem] Arnob. lib. 3. *Nec obtinere perpetuam posse credimus ævitatem.* Nonius in *ævum.* Priscianus lib. 2. pag 595.

Saxo obtusior] Inf. *Nullo melior ut apparet pecore, obtusior ligno, saxo.* Cicero in Pisonem pag. 745. *Tanquam truncus & stipes si stetisset.*

Lucanus lib. VI. —— *quis prodat aves, quis fulgura cœli*
Servet.

Ovidius lib. I. Triſtium Elegia VIII.

Hoc mihi non ovium fibræ, tonitruſve ſiniſtri,
Linguæve ſervatæ pennæve dixit avis.

Cicero lib. I. de Divinatione.

Otioſas facitis obnuntiationibus actiones] Jove fulgurante, tonante agi cum populo nefas: quod & Græci obſervarunt, apud quos imbres & tonitrua comitia dirimebant. Feſtus in *Spectio* & inibi Scaliger. Tumebus Adverſ. lib. V. cap. XIX. Briſſonius *Formul. lib.* I. pag. 121.

Signum monſtratis ex arce] Virgil. Æneid. lib. VIII.

Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab arce
Extulit.

Vide quæ ibi notat Servius & Lipſius lib. I. de Milit. Romana, pag. 23. Stewichius ad Veget. lib. I. cap. VI.

Fecialia jura tractatis, per clarigationem repetitis res raptas] Servius lib. IX. Æneid. pag. 536. *Cum enim volebant bellum indicere, Pater patratus, hoc eſt princeps Fecialium proficiſcebatur ad hoſtium fines: & præfatus quædam ſolennia, clara voce dicebat: ſe bellum indicere propter certas cauſas, aut quia ſocios læſerant, aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios redderent. Et hæc clarigatio dicebatur: à claritate vocis. Poſt quam clarigationem haſta in eorum fines miſſa, indicabatur jam pugnæ principium.*

Spem præſumitis] Sup. *Vos in aulam dominicam, tanquam in propriam ſedem remeaturos ſponte, nullo prohibente, præſumitis.* Tertull. Apolog. cap. XXI. *Quem igitur ſolum hominem modo præſumpſerant de humanitate.* Virgil. Æneid. lib. X. verſ. XVIII.

Arma parate animis, & ſpe præſumite bellum.

Et *ex acuminibus auſpicatis*] Cicero lib. II. de natura Deorum pag. 197. *Itaque maximæ Reipub. partes in his bella, quibus Reipub. ſanctus continetur, nullis auſpiciis adminiſtrantur, nulla ex acuminibus, nulla peremnia ſervantur,* pag. 395. *Bellicam rem nullis viri vocantur.* Et lib. II. de Divinatione *adminiſtrari majores noſtri niſi auſpicato noluerunt: quam multi anni ſunt, cum bella à prætoribus & proconſulib. ad-*

cato, nec tripudio *auſpicantur. Nam ex acuminibus quidem quod totum auſpicium militare eſt.* Vid. Turneb. lib. XXII. Adverſ. cap. XII.

Leges conſervatis annarias] Legibus annariis agebatur de ætate illorum, qui capere magiſtratum deberent. Ovid. lib. v. Faſtorum.

--- finitaque certis
Legibus eſt ætas, unde petatur honos.

Videndus Feſtus & Lipſius in Tract. de Magiſt. Romano, cap. 4. & v.

In muneribus Cincias] Hanc legem Plautus *muneralem* appellat; Feſtus ita illam interpretatur *Vt ſit qua Cincius cavit, ne cui liceret munus accipere.* Lege Anton. Auguſt. de legibus, pag. 47. Lipſium ad lib. XI. Annal. Tacit pag. 143.

In cohibendis Cenſorias ſumptibus] Gellius lib. II. cap. 24. Plinius lib. 8. cap. 15.

In penetralibus Veſtæ ignis perpetuos fovetis focos] Cicero lib. II. de legib. *Foci publici ſempiternum ignem, in urbe Veſtales virgines cuſtodiunto.* Virgil. Æneid. lib. II. pag. 238.

Sic ait, & manibus vittas Veſtamque potentem,
Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

Servius: *Veſtæ ignis æternus eſt.*

Sacras facitis menſas ſalinorum appoſitu] Impoſitione ſalinorum & ſigillorum epitrapeziorum menſæ ſacræ erant. Scaliger ad Feſtum in *menſa.* Lipſius lib. I. Saturnal. cap. II.

Simulachris deorum] Pagani ſtatuam Dei cujuſdam in menſa collocabant, veluti ejus genium tutelamque. Statius lib. IV. Sylvarum de Hercule Epitrapezio Vindicis.

--- caſtæ genius tutelaque menſæ.

Amicus noſter V. Cl. Fridericus Lindenbrogius IC. talem antiquæ manus deum vidit apud ocellum Galliæ Franciſcum Pithœum JC.

Cum in matrimonia convenitis, toga ſternitis lectulos] Antiqui nuptiis ſolennibus, in honorem Genii, toga lectulos accuratiſſime ſternebant. Cicero pro Cluentio pag. 254. *Lectulum illum genialem, quem biennio ante filiæ ſuæ nubenti ſtraverat, in eadem domo ſibi ornari, & ſterni expulſa & exturbata filia jubet.* Iuvenalis Satyr. X. verſ. 34.

--- Tyriuſque palam Genialis in hortis
Sternitur & ritu decies centena dabuntur
Antiquo: venit cum ſignatoribus auſpex.

Apu-

Nubentium crinem cælibari haſta mulcetis] Ovid. lib. II. Faſtor.

Comat virgineas haſta recurva comas.

Vide Feſtum in voce *Cælibari*. Ampliſs. virum Barnab. Briſſonium de ritu Nuptiarum pag. 218.

Matres familias veſtra in atriis operantur domorum] Mulieres Romanorum ad diligentiam probandam olim in primore ædium parte, omne opus muliebre perficiebant. Vide quæ Vir Clariſs. Juſtus Lipſius obſervat. Elector. lib. I. cap. 7.

Potionibus abſtinent vini] Vini uſus olim Romanis fœminis omnino interdictus, imo capitalis. Plinius lib. XIV. cap. 13. Dionyſ. Halicarnaſ. lib. II. pag. 96. Gell. lib. X. cap. XIII. Tertull. Apolog. cap. VI. Valerius lib. II. cap. I. Servius ad lib. I. Æneid. pag. 219.

Affinibus & propinquis oſculari eas jus eſt] Tertull. Apologet. cap. VI. *Idcirco oſcula propinquis offerre neceſſitas erat, ut ſpiritu judicarentur.* Plinius lib. XIV. cap. 13. Iuvenalis Satyr. VI. verſ. 1. Gellius lib. X. cap. 23. Plautus Sticho actu I. Scena *Qui manet, ut moneatur.*

Semicruda capiſtis & leviter animata] Quemadmodum corpus (ut Tertullianus inquit de anima cap. XXVII.) exempta anima frigeat; ſic rurſus, ubi incaleſcit, reddita ea putatur. Atque hinc *animari* ἀντὶ τοῦ calorem adſumere dixit Arnobius, planè ut & lib. VII. pag. 236. *animata prius & torrefacta carbonibus.* Prudent. lib. II. contra Symmachum. *Calidus animetur tota medullis.*

Dracontius Hexameron.

Vitalem animat per membra tepentia ſenſum.

Hæc vera hujus loci eſt interpretatio, quam poſtremus Arnobii emendator non eſt aſſecutus: quæ enim de ſacrificiis & extis adnotat, ea huc omnino non pertinent.

Porricere] Varro de re Ruſtica lib. I. cap. XXIX. *Exta Diis quum dabant, porricere dicebant.* Virgil. lib. V. pag. 372.

Extaque ſalſos porriciam in fluctus.

Vide

Vide Briſſonium IC. lib. 1. Formul. pag. 27. 103

Cum igitur & vos ipſi modo illos mores] Vid. Tertull. Apolog. cap. VI. 383

Patri Diti ac Saturno, humanis capitibus ſupplicaretur] Dionyſ. Halicarnaſ. lib. 1. pag. 30. Minutius Octavio. Prudent. lib. 2. contra Symmach. Diodorus Siculus lib. XIII. pag. 207.

Fraude callidula mutaſtis] Romani diu humanis capitibus Ditem, & virorum victimis Saturnum placarunt. Tandem Hercules perſuaſit illis, ut infauſta ſacrificia fauſtis mutarent, & pro humanis capitibus oſcilla, in ſimilitudinem hominis effigiata, obferrent. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 7. Dionyſ. Halicarnaſ. lib. 1. Antiquit. Roman. pag. 30. Lactantius lib. 1. cap. XXI.

Quod vel opere corporis, & manibus fiat] Expreſſum à Cicerone pro Marcello pag. 800. *Nihil eſt opere aut manu factum, quod aliquando non conficiat & conſumat vetuſtas.* Pag. 92

Tages Thuſcus] Salisberienſ. Policrat. lib. 1. cap. XII. *Aruſpicium in extorum inſpectione viget, quam artem Tages quidam dicitur invenisſe.* Ovid. Metamorph. lib. XV.

Oraque venturis aperire recentia fatis
Indigina dixere Tagen, qui primus Etruſcam
Edocuit gentem caſus aperire futuros.

Cenſorin. de die Natal. cap. IV. Columella lib. X. de cultu Hortor. Cicero lib. II. de divinatione pag. 290. Beroſus lib. V. Antiquitat. Servius ad lib. II. Æneid. pag. 259. Iſidorus originum lib. IX.

Oras contingeret luminis] Lucret. lib. 1. pag. 6.

Inde naſcitur atque oras in luminis exit,

Tuto res teneras effert in luminis oras.

In fulminum caſibus] Vide Senecam lib. II. Natur. Quæſt. cap. 32. 33. 34. 35. Ammianum lib. 23. Scholiaſt. Iuvenal. ad Satyr. 6. Lactant. ad lib. 3. & 4. Thebaid. Quintil. Declamatione 274. Feſtum *Bidental.*

Extorum quid ſignificaretur in venis] Servius ad IV. Æneid. pag. 16. *Voluntas Dei per exta exquiritur.* Statius lib. III. Thebaid pag. 102.

Principio fibris, pecudumque in ſanguine divos
Explorant.

Ovidius

Ovidius lib. xv. Metamorph.

Protinus ***ereptas viventi pectore fibras***
Inſpiciunt, ***menteſque Deum ſcrutantur in illis.***

Thentatem] Lactant. lib. 1. cap. 6.

Atlantem geſtatorem, ***bajulum***, *tibicinem illum, ac deſtinam cæli*] Ovid. lib. 2. Faſtor. Iuvenalis Satyra 13. verſu 48. Servius in 1. Æneid. pag. 220. Apollodorus Bibliothec. lib. 1. pag. 5. Diodorus Siculus Tom. 1. Bibliothec. lib. 3. pag. 193. Virgil. in Æneid. pag. 345.

Deſtinam cæli] Id eſt *cæliferum Atlantem*, ut Statius ait, lib. v. Thebaid. pag. 187. Corippus African. de laudibus Iuſtini Imp. lib. 1. pag. 15.

— Lybicæ nutantis deſtina terræ.

Iſidorus Sentent. lib. 2. cap. XL. *Ruina adulterii excipitur deſtina matrimonii.* Neque aliter Vitruvius ſcripſit lib. v. cap. 12. ut MS. codices teſtantur.

Ex Saturno atque ejus uxore Iovem ſuis cum fratribus procreatum] Inf. *Quis Iovem cum fratribus genuit, genitalibus Opis adjunctis Saturnus.* Apollodorus lib. 1. Biblioth. Servius in 1. Æneid. pag. 178. Hyginus Fabula CXXXIV.

Iupiter tam ſupremus, quam ſtygius] Arnob. lib. 3. *Stygii frater Iovis.* Virgil. lib. 4. Æneid.

Sacræ Iovi Stygio, quæ ritè incepta paravi.

PAG. 93. *Dieſpiter*] Inf. *Antequam eſt Dieſpiter genitus*] Varro de LL. lib. 4. *Iupiter olim Diovis & Dieſpiter dictus, hoc eſt aer, & dies pater, à quo Dei dicti qui inde.*

Quod agere te videas, in eo alterum reprehendere] Arnob. lib. 1. *Res agitis ſatis injuſtas, ut id in nobis conſtituatis eſſe damnabile, quod & ipſi vos facitatis: & quæ vobis licere permittitis, conſimiliter aliis licitum eſſe nolitis.*

Quandoque & ipſa vetus fiet] Tertull. Adverſ. Marcion. lib. 1. cap. 9. *Omnis res anterior poſteriori normam præminiſtravit.* Tacitus lib. XI. Annal. *Omnia quæ nunc vetuſtiſſima creduntur, nova fuere.*

Religionis autoritas non eſt tempore æſtimanda] Tertull. de Anima cap. XXIX. *Veritas non deſiderat vetuſtatem.*

Qui viam monſtraret errantibus] Ennius apud Ciceronem lib. 1. Officiorum. *Homo qui erranti comiter monſtrat viam.* Ibid.

Ibid. lib. 3. *Erranti viam non monstrare.* Juvenal. Satyr. 14. vers. 103.
Non monstrare viam.

Ægyptiaca numina, quibus Serapis atque Isis est nomen] Tertull. Apolog. cap. 6. pag. 37. *Serapidem, & Isidem, & Harpocratem, cum suo Cynocephalo Capitolio probibitos inferri, id est curia deorum pulsos, Piso & Gabinius consules non utique Christiani, eversis etiam aris eorum, abdicaverunt, turpium & ociosarum superstitionum vitia cohibentes: his vos restitutis summam majestatem contulistis.*

Quis Phrygiam matrem, cujus esse conditor indicatur Midas vel Dardanus] Clemens Alexandrin. Protrept. pag. 5. ὅλοιτο ἐνὸ τῶνδε ἄξιος ἀπάντων ἀνθρώπων. εἴτε ὁ Δάρδανος, ὁ μητρὸς θεῶν καταδείξας τὰ μυστήρια. εἴτε Ηετίων, ὁ τὰ Σαμοθρακῶν ὄργια καὶ τελετὰς ἐπανηκόσιν. εἴτε Φρὺξ ἐκεῖνος ὁ Μίδας, ὁ ἀφ' ἧς Ὀδρύσου μαθὼν. ἅπαντα ἀγαθὸς τοῖς ὑπηκόοις ἐπιχώριον ἀπάτιλω. Diodorus Siculus lib. 3. Biblioth. pag. 193. Dionys. Halicarnass. Antiq. Roman. lib. 1. pag. 55.

Cum Hannibal Pœnus] Cicero de Haruſp. Responſ. pag. 609. *Hæc igitur vate suadente quondam defessa Italia Punico bello, atque ab Annibale vexata, sacra ista majores nostri ascita ex Phrygia, Roma collocaverunt.*

Pompiliana indigitamenta] Servius ad lib. 1. Georg. pag. 61. *Indigitamenta* interpretatur *libros pontificales, qui nomina Deorum, & rationem ipsorum numinum continent.*

Quibus modis ordinaverit res suas] Syracides cap. 1.

Sospitator] *Sospitatorem* verbo perelegantì appellat Arnobius Christum redemptorem nostrum, Filium Dei vivi. Lib. 1. pag. 19. *Nihil (ut remini) magicum, nihil humanum, præstigiosum, aut subdolum, nihil fraudis delituit in Christo; derideatis licet ex more, atque in lasciviam dissolvamini cachinnorum. Deus ille sublimis fuit, Deus radice ab intima, Deus ab incognita regnis, & ab omnium principe Deus sospitator est missus.* Apuleius de Mundo pag. 122. *Sospitator quidē* [Deus] *& genitor est omniū.* Lactantio: *Sospitator est vitæ dator.* Lib. 4. cap. 26. *Recte mortuos existimaveris, qui datorē vitæ Deum nescientes, atq; animas suas à cœlo in terrā deprimentes, in laqueos æternæ mortis incurrerūt.* Vid. Arnob. lib. 11. p. 53. PAG. 96. & 97.

Cur tam sero emissus est sospitator] Rationē pulchrè reddunt Theodoret. contra Græcos Orat. 6. διὰ τὴν θείαν οἰκονομίαν. pag. 101. Eusebius lib. 6. Demonst. cap. 1. Gregor. Nissenus Cath. Orat. cap. 39. Leo Serm. 3. de Nativitate Domini. Chrysologus Serm. 18. p. 73.

Immoderata continuatio seculorum] *Immoderata*, immensa. lib. 1. p. xv. *Immoderatos cohibebat fluores.*

Fuisse olim homines semideos, heroas cum immanibus corporibus] Vide quæ congessit Hieronymus Magius lib. 2. Miscel. cap. 4.

Stentorei legitis edidisse vagitus] Iuvenal. Satyr. 13. vers. 112.

Tu miser exclamas, ut Stentora vincere possis,

Homerus Iliad. ξ.

Εὖτε σὺ γ' ἰῦσα θεὰ λευκώλενος Ἥρη,
Στῆσεν ἐποπαθὴν μεγαλήτορα χαλκεοφώνῳ,
Ὅς τ' ἴσον αὐδήσασκ' ὅσον ἄλλοι πεντήκοντες.

Dio Chrysost. Tarsica 1. pag. 417.

Ossa variis in regionibus erutæ] Vid. Solinus cap. v. Servius lib. 9. Æneid. pag. 587. Phlegon Trallian. in mirabil. Iuvenal Satyra xv. Glycas. pag. 370.

Cur persecutiones perperi patitur vos tantas] Pagani cum viderent Christianos temporalia mala multa sustinere, & diversis sæpius miseriis opprimi, insultabant innocentiæ probissimorum hominum, illisque dicebant: Si cordi estis Deo, cur perperi patitur vos persecutiones tam acerbas. Minut. Felix: *Ecce pars vestrum, & major, & melior, ut dicitis, egetis, algetis, ope, re, fame, laboratis; & Deus patitur, dissimulat; non vult, aut non potest opitulari suis. — Ecce vobis minæ, supplicia, tormentæ, & jam non adorandæ, sed subeundæ cruces, ignes etiam, quos & prædicitis, & timetis: ubi Deus ille qui subvenire reviviscentibus potest, viventibus non potest.* Vidend. Iustin. Martyr Apolog. 1. pro Christian. pag. 34. Clemens Alexandrinus lib. xi. Stromatum pag. 216. & 217. Gaudentius Episcop. Brixian. in præfat. ad Benevol. pag. 46. & 47. Eusebius lib. v. Ecclesiast. Histor. cap. 2. pag. 107. De Demonstrat. Ecclesiast. lib. x. cap. 8. Lactantius lib. v. cap. 22.

Perquiramus & nos contra] Augustin. de civitate Dei lib. 1. cap. 29. *Pagani qui probitati Christianorum insultant, illisq; dicunt, cum forte in aliqua temporalia mala devenerint: ubi est Deus tuus? ipsi dicant, ubi sunt dii eorum, cum talia patiuntur, pro quibus evitandis eos vel colunt, vel colendos esse contendunt.*

PAG. 98 *Nihil est nobis promissum ad hanc vitam*] Lactant. lib. v. cap. 22. & lib. 6. cap. 4. Augustin. lib. 1. de civitate Dei cap. xv. Nazianz. Orat. 1. Apolog.

Nec in tuncula hujus folliculo constituis] Nonius: *Folliculum Lucilius posuit pro corpore.* Lucill. lib. 26. *Ego si quis sum, & quo folliculo sum indutus, non queo.* Arnob. in Psalm. 149. *In extensione follis nostri corporei.* Tertull. Apolog. cap. ultimo. *Tunde, tunde Anaxarchi follem.*

Aldhel-

Aldhelmus de Virgin. ſervand. pag. 508. *Caruncula folliculum*, appellat *carneum animæ ergaſtulum*. Lactant. de Opific. Dei. cap. 20. *hominis receptaculum*. Prudentius περὶ στεφάνων. P. 175. *vas ſolutum ac fictile*. pag. 180. *Caducum vaſculum*. pag. 182. *Corporale ergaſtulum*.

Liberatio eſt noſtra] Chryſologus Sermon. 61. Oroſius lib. 8. c. 41. Baſilius in Barlaam Martyr. Tertull. Apolog. cap. ultimo. Auguſtin. Tom. x. ſermon. 4. de Sanctis. Iuſtinus Apolog. 2. pro Chriſtian. pag. 64. & 71. Clemens Alexandr. lib. 4. Stromatum.

Lancinatis] Gloſſæ; *Lancino*. διαπρίζω. Papias: *Lancinare, trucidare, lacerare*. Arnob. ſup. *Membratim conjugē lancinatiū*. Prud. περὶ στεφάνων.

Hoc omne quod Lancinamur non dolet.

Seneca lib. 1. Nat. Quæſt. c. 6. & de Brevit. vitæ c. 13. & Epiſt. 32.

Lancinatis & diu vexatis noſtra] Pagani totius carnificinæ viribus in Chriſtianos ſæviebant, diutineq; illorū corpora lancinabant, ideo ut ſi ſacramentū cœleſte deſerere nollēt, & ſacra ſacrilegiis omnibus tetriora percelebrare, miſerabiliter perirent, & mori ſe ſentirent. Prudentius περὶ στεφάνων. in Laurentio Martyre. pag. 145.

Perire raptim non dabo.
Vitam tenebo & differam
Pœnis morarum fugibus,
Et mori inextricabilis
Longos dolores protrahet.

Ibidem pag. 236. in Romano Martyre.

Tentemus igitur ante partem quampiam
Truncare ferro corporis ſuperſtitis,
Nec morte ſimpla criminoſius multiplex
Cadat, vel una perfidus cade oppetat.
Quot membra geſtat, tot modis pereat volo.

Cyprianus ad Demetrianum pag. 256. *Nec ſaltem contentus es dolorum noſtrorum compendio, & ſimplici ac veloci brevitate pœnarum: admoves laniandis corporibus longa tormenta, multiplicas lacerandis viſceribus numeroſa ſupplicia, nec feritas atque immanitas tua uſitatis poteſt contenta eſſe tormentis, excogitat novas pœnas ingenioſa crudelitas.*

Gravibus relevaris nos vinculis] Cicero lib. 1. Tuſcul. Quæſt. pag. 192. *Nos vero ſi quid tale acciderit, ut à Deo denunciatum videatur, ut exeamus è vita læti, & agentes gratias pareamus, emittique nos è cuſtodia, & levari vinculis arbitremur.* Pag. 99

OBSER-

OBSERVATIONES
AD ARNOBII AFRI LIB. III.
ADVERSUS GENTES.

PA.100 *Neque enim stare sine assertoribus non potest religio Christiana*] *Stare* hoc loco significat permanere & perdurare, ut apud Virgil. lib. IV. Æneid. pag. 348.

Et bene apud memores veteris stat gratia facti.

Sueton. in Salvio Othone cap. V. *Neque enim dissimulabat, nisi principem se stare non posse, nihilque referre ab hoste in acie, an in foro sub creditoribus caderet.* Vetus interpres lib. Eccles. cap. XI. *Fides in seculum stabit.*

PA.101 *Nominatim cum principibus adorare*] Imperatores & principes olim adorati. Mamertinus Geneth. ad Maximianum. *Quale pietas vestra spectaculum dedit, cum in Mediolanensi palatio, qui sacros vultus adoraturi erant, conspecti estis ambo, & consuetudinem simplicis adorationis geminato numine repente turbastis.* Nazianzenus Orat. I. in Julian. pag. 290. Νόμῳ ἐστὶ βασιλικὸς, οὐκ οἶδα μὲν, εἰ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, οὐκέτι δημοσίας ζημιοῦσθαι. ῥωμαίοις δὲ, καὶ τῶν ἄλλων σεβαζομένων, φασὶ, καὶ τὰ διαδήματα, καὶ τὸ τῆς ἁλουργίδος ἄνθος, οὔτε ἀριθμὸς μύστης δέξασιν, ἀλλὰ δεῖ καὶ προσκυνήσεως αὐτοῖς, ὑφ' ἧς σπλάσμαλί τι καὶ λιώπερον. Christiani, ut par fuit, hunc honorem soli Deo tribuerunt. Iustinus Martyr Apolog. II. pro Christianis pag. 50. ὅθεν θεὸν μὲν μόνον προσκυνοῦμεν, ὑμῖν δὲ προς τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦμεν, βασιλῆς καὶ ἄρχοντας ἀνθρώπων ὁμολογοῦντες, καὶ δυνάμεως μετὰ τῆς βασιλικῆς δυνάμεως, καὶ σώφρονα τὸν λογισμὸν ἔχοντας ὑμᾶς εὐρεθῆναι.

PA.102 *Vos Deos mille percolere*] Orpheus apud Theoph. lib. 3. ad Autolycum Deos CCCLX. confitetur. Varro apud Tertull. Apolog. cap. XIV. trecentos Ioves sive Iupiteres.

PA.103 *Sacramenta nolle suscipere*] Apte utitur verbo militiæ. Vegetius lib.

lib. 2. cap. 3. *Festinant militiæ sacramenta suscipere.* Glossæ; *Sacramentum*, ὅρκος παρὰ στρατιώτου.

Devotæ enim mentes & manus protendimus supplices] Virgil. lib. 12. Æneid. pag. 707.

Ille humilis, supplexque oculos, dextramque precantem
Protendens.

Esse partem unam mares, partem esse alteram fœminas] Prudentius περὶ στεφάνων pag. 211.

Iubes relictis patris & Christi sacris
Vt tecum adorem fœminas mille, ac mares.
Deos, deasque, deque sexu duplici
Natos, nepotes, abnepotes, editos,
Ac tot stuprorum sordidam prosapiam.
Nubunt puellæ, sæpe luduntur dolis,
Amasionum comprimuntur fraudibus:
Incesta fervent, furta mœchorum calent,
Fallit maritus, odit uxor pellicem,
Deos catena colligant adulteros.

Lactantius lib. 1. cap. xvi.

Tullius Romani disertissimus generis] Catullus pag. 25.

Disertissime Romuli nepotum
Quot sunt, quotque fuere Marce Tulli.

Seneca Epistola cxviii. *Non faciam, quod Cicero vir disertissimus facere Atticum jubet.* Hieronymus Tom. 3. pag. 451. Quæst. Hebraic. super Genes. *Tullius rex oratorum & latinæ linguæ illustrator.*

Oportere statui per Senatum, aboleantur ut hæc scripta] Moris in bene constitutis rebusp. libros, qui relligionibus derogabant, igne comburere. Arnobius lib. 4. pag. 90. *Quod si haberet vos aliqua vestris proreligionibus indignatio, has potius literas, hos exurere debuistis olim libros, ipsos demoliri, dissolvere theatra hæc potius, in quibus infamiæ ruminum propudiosis quotidie publicantur in fabulis. Nam nostra quidem scripta cur ignibus meruerunt dari?* Lactant. lib. 1. cap. 22. *Nam post annos plurimos, Cornelio & Bebio Coss. in agro scriba Petilii sub Ianiculo duas arcæ lapideæ sunt repertæ à fossoribus; quorum in altera corpus Numæ fuit, in altera septem Latini libri de jure Pontificio: item Græci totidem de disciplina sapientiæ scripti: quibus relligiones, non eas modo, quas ipse instituerat, sed omnes præterea dissolvit. Qua re ad Senatum delata, decretum est, ut hi libri abolerentur: ita eos Q. Petilius Prætor urbis in concione populi* con-

concremavit. Idem de ira Dei cap. 9. *Primus omnium Protagoras exſtitit, temporibus Socratis, qui ſibi diceret, non liquere, utrum eſſet aliqua divinitas, necne. Quæ diſputatio ejus adeo impia, & contra veritatem & religionem judicata eſt: ut & ipſum Athenienſes expulerint ſuis finibus, & libros ejus in concione, quibus hæc continebantur, exuſſerint.* Euſebius Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 8. cap. 2. *Nonus decimus agebatur annus Imperii Diocletiani, menſis Martius & dies ſolemnis Paſchæ inminebat, cum edicta Principis per omnem terram proponebantur, ut cuncta, quæ uſquam ſunt Eccleſiæ, ad ſolum uſque deſtruerentur, ſcripturaſacræ igni exurerentur.* Euſebius Pamphil. Chronicor. libro poſteriori pag. 196. *Manichæos de ſecretis ſuis erutos, & oculis totius Eccleſiæ publicatos, omnes dogmatis ſui turpitudines & damnare fecit, & prodere: incenſis eorundem codicibus.* Suidas Διοκλητίαν & καὶ τὰς θείας αὐτῶν γραφὰς κατακαίεσθαι, οὓς ἦν χρείαν ἀναγκάζεσθαι θύειν τοῖς δαίμοσιν. Valerius Maximus lib. 1. cap. 1. *Libros Græcos, quia aliqua ex parte ad ſolvendam religionem pertinere exiſtimabantur, L. Petilius Prætor urbanus ex auctoritate Senatus per victimarios igne facto in conſpectu populi cremavit.* Lib. 1. Macchab. cap. 1. *Libros legis Dei combuſſerunt igni.* Suetonius Auguſto cap. 31.

Pronunciamus genere maſculino] Hieronymus ad Damaſum Papam Epiſt. 143. pag. 403. *Nec putandum ſexum eſſe in virtutibus Dei, cum etiam ipſe Spiritus ſanctus ſecundum proprietates linguæ Hebrææ, fœminino genere proferatur* RVHA: *Græca neutro* τὸ πνεῦμα; *Latina maſculino genere Spiritus. Ex quo intelligendum eſt, quando de ſuperioribus diſputatur, & maſculinum aliquid ſeu fœmininum ponitur, non tam ſexum ſignificari, quam idioma ſonare linguæ: ſiquidem ipſe Deus inviſibilis & incorruptibilis omnibus pene linguis profertur genere maſculino, cum in eum non cadat ſexus.*

Conſueſtis in precibus, ſive tu Deus es, ſive Dea dicere] Paganos omnes Deos vel Deas confuſe in ſacris invocaſſe, docet vir magnus Barnabas Briſſonius JCtus, in opere docto & laborioſo de formulis & ſolennibus populi Romani verbis lib. 1. pag. 54.

Non alia de cauſa generis diverſi ſexus inſtitutos eſſe, atque formatos] Lactantius de opificio Dei cap. 12. *Deus ad conſervationem generum ſingulorum duos ſexus maris ac fœminæ machinatus eſt, quibus inter ſe per voluptatis illecebras copulatis, ſucceſſiva ſoboles pareretur, ne omne genus viventium conditio mortalitatis extingueret.* Idem lib. 1. cap. 16. *Nec enim fieri poteſt, quin duo ſexus generandi cauſa ſint inſtituti: recepta vero ſexuum diverſitate, non intelligunt, conſequens eſſe, ut concipiant, quod*

in

in Deum cadere non **potest**, *ut isti putant*, *nam & Iovis esse filios dicunt*, *& cæterorum Deorum*. *Nascuntur ergo & quotidie Dii novi*, *non enim vincuntur ab hominibus* **facunditate**, *igitur Deorum innumerabilium plena sunt omnia*, *nullo scilicet moriente*.

Sufficere prolem] Servius in 3. Æneid. pag. 123. *Sufficere, subministrare.* Virgil.

Atque aliam ex alia generando suffice prolem

Lucretius lib. 3. pag. 95.

Aliam naturam sufficit ex se.

Apulejus Floridis pag. 79. *Homines vicissim sufficienda prole mutabiles.*

Recidiva substitutio] Papias. *Recidiva, iterum nascentia.* Servius lib. IV. Æneid. pag. 337. Lib. X. Æneid. pag. 576. *Recidivum proprie dicitur, quod excisum denuo nascitur.* Chrysol. serm. 113. *Recidiva enim lethalis sepius est ægritudo.* Prudent. lib. 2. contra Symmach. pag. 41.

Gignit, alit, reparat, recidivaque semina servat.

Autor carminis de Sodoma apud Cyprianum pag. 451,

Sed recidiva hominum pariter cum gente secunda
Impietas, iterumque mali nova pullulat ætas.

Cur **insigniti** *sint his locis*] Quod hic *locos*, infra *partes* appellat. In- PA. 105 telligit autem res eas, quas honestè nominare non possumus. Arnobius lib. V. *Retegit se ipsam, atque omnia illa pudoris loca revelatis monstrat inguinibus.* Lucreti. lib. IV. pag. 140.

—— ciet irritans loca turgida semine multo

*

Ex homine humanum semen ciet una hominis vis,
Quod simul atque suis ejectum sedibus exit;
Per membra atque artus decedit corpore toto
In loca, conveniens nervorum certa, cietque
Continuo partes genitales corporis ipsas,
Irritata tument loca semine.

Varro de LL. IV. pag. V. *Loci muliebres, ubi nascendi initia consistunt.* Plinius lib. X. cap. 37. *Quod in homine locos appellant, hoc in reliquis animalibus vulvam.* Lucilius apud Nonium in Bulga, *locos* bulgam appellat:

Ut quisquis nostrum è bulgæ est matris in lucem editus.

Imprudentiam in illis suam ludere voluisse] Inf. *humani generis imprudentiam ludant.* Erasm.

Fractis diſſolutiſque corporibus, voluptatis enervatione langueſcere] Apulejus lib. 2. Metamorph. pag. 172. *Pendula Veneris fructu me ſatiavit, uſque dum laſſis animis & marcidis artubus defatigati, ſimul ambo corruimus inter mutuos amplexus animas anhelantes.* Tertullianus de anima cap. 27. *In illo ipſo ultimo voluptatis æſtu, quo genitale virus expellitur, nonne aliquid de anima quoque ſentimus exire, atque adeo marceſcimus, atque devigeſcimus, cum lucis detrimento.*

Faſtidioſos ducere atq; habere conceptus] Voluſianus Auguſtino, apud Auguſtinum Epiſt. 2. pag. 2. *Mirum, utrum mundi dominus & rector, intemerata famina corpus impleverit, pertulerit decem menſium longa illa faſtidia.*

Aboriri] Papias. *Aboriri, male naſci.* Nonius. *Aboriatur, aborſiat.* Varro: *Vinum quod ibi vatum ſit in quodam loco, ſi pregnans biberit, fieri ut aboriatur.*

Septimanas edere aliquando faturas] Vid. Hippocrates & Galenus in tractatu περὶ ἑπταμήνων.

Avet animus] Arnobius lib. v. *avet animus ſcire.* Ennius Alexandro: *Iamdudum ab ludis animus atque aures avent, avide exſpectantes nuncium.*

Atque ardet] Sulpitius Severus de vita Martini cap. 26. *Ardebat animus vitam illius deſcribere.* Hieronym. tom. 5. in Abdiam cap. 1. *Ardebat animus vitam illius deſcribere.* Hieronym. tom. v. in Abdiam cap. 1. *Ardebat animus cognitione myſtica.* Arnob. lib. v. *Ardebant artificum ſcita.*

In Chalcidicis illis magnis] Arnob. lib. iv. *Scribuntur Dii veſtri in triclinüs cœleſtibus, atque in Chalcidicis aureis cœnitare.* Auſonius Periocha lib. 23. Odyſſ.

Chalcidicum greſſu nutrix ſuperabat anili.

Vitruvius de Architectura lib. v. cap. 1. *Si autem locus erit amplior in longitudine, Chalcidica in extremis conſtituantur.* Hyginus fabula CLXXXIV. *Merope credens eum eſſe filii ſui interfectorem, qui dormiebat, in Chalcidicum cum ſecuri venit, ut filium ſuum interficeret.* & χαλκιδικὸν ἄτ' ἐκ πάθμης. apud Euſtarhium in Dionyſ. ad illum verſum: Οἰζὺν Cererem mammoſam. Feſtus in Chalcidicum.

At gemina & mammoſa] Lucretius lib. 4. pag. 144.

Arnobius lib. VII. *Ceres mammis cum grandibus.*

Helleſpontiacum Priapum] Prudent. contra Symmach. lib. 2. pag. 363.

Ecce Deum in numero formatus, & æneus adſtat
Graius homo, auguſtaque Numæ præfulget in arce.
Strenuus exculteï dominus quondam fuit agri,
Hortorumque opibus memorabilis, hic tamen idem
Scortator nimius, multaque libidine ſuetus
Ruſticulas vexare lupas, interque ſalicta
Et denſas ſepes obſcœna cubilia inire:
Indomitum intendens animum, ſemperque paratum
Ad facinus, nunquam calidis dabat ocia venis.
Hic Deus è patrio prænobilis Helleſponto
Venit ad uſque Italos ſacris cum turpibus hortos,
Sinum lactis, & hæc votorum liba quotannis
Accipit, ac ruris ſervat vineta Sabini.
Turpiter adfixo pudeat quem viſere ramo.

Res illas] Vid. Scaliger ad Catullum pag. 66.

Res illas] Lucretius lib. 2. pag. 49.

Iuvat egrediens genitalis per Veneris res.

*

Vt res per Veneris blanditiem ſæcla propagent.

Preliorum ſemper in expeditione paratas] Ovid. lib. 1. Faſtor.

At Deus obſcœna nimium quoque parte paratus.

Inteſtini ponderis moroſitate cunctari] *Inteſtinum pondus* Arnobius pa. 106 appellat fœtum nondum in lucem prolatum. Ovidius lib. 10 Metamorph. & 1. Faſtor. *Onus uteri.* Apuleius lib. 10. Metamorph. *ſarcinam prægnationis.* Tertull. lib. 1. ad Uxor. cap. 5. *uteri ſarcinam.* Prudent. Cathamer. pag. 125. *Alvi pondus.* Donatus in Terent. Adelph. Act. 3. Scen. 4. *pondus uteri.* Quint. Declamat. 6. *Vteri pondus.* Arnob. lib. 4. *At Hercules ſanctus Deus, natas quinquaginta de Theſtio nocte una perdocuit & nomen virginitatis ponere, & genetricum ponderæ ſuſtinere.* Lucretius lib. 4. pag. 147.

Nam multum harmonia Veneris differre videtur,
Atque alias alii complent magis, ex aliisque
Suſcipiunt alie pondus, magis inque graveſcunt.

Ovidius lib. 2. Faſtor.

Exuerat tunicas uteri manifeſta tumore
Proditur indicio ponderis ipſa ſui.

Suppetias Lunonis implorare Lucinæ] Plautus Aululari. Act. 3. Scena Dixi tibi, &c. *Perii mea nutrix, obſecro te, uterum dolet: Iuno Lucina tuam*

na tuam fidem. Terent. Adelph. Actu 3. Scen. 4. *Miseram me, differor doloribus. Iuno Lucina fer opem, serva me obsecro.* Arnob. inf. *Puerperiis Iuno præposita est, & auxiliatur genetricibus fœtis. — Parturiunt, pariunt, ut difficiles puerperiorum tricas Iuno mulceat, corripiatque Lucina.* Inscript. lib. pag. 24. Ovidius lib. 6. Fastor. & 9. Metamorph. Cicer. lib. 2. de natura Deor. pag. 210. Augustin. de civitate Dei lib. IV. cap. XI. Junius Philargyrius in III. Georg. pag. 12.

Quas Poëtæ] Cicero lib. 1. de Natura Deorum. *Poëtæ ira inflammatos & libidine furenteis induxerunt Deos, fecerunt que, ut eorum bella, pugnas, prælia, vulnera videremus: odia præterea, dissidia, discordias, ortus, interitus, querelas, lamentationes, effusas in omni intemperantia libidines, adulteria, vincula, cum humano genere concubitus, mortalesque ex immortali procreatos.* Lactantius lib. 1. cap. 19. Isocrates in laudat. Busirid. fol. 355. Theodoret. Serm. 3. Contra Græcos de Angelis, Diis & dæmonibus. Augustin. de civitate Dei lib. IV. cap. 27.

Tanquam formam tribuamus & nos Deo] Saducæos Deo formam corporalem tribuisse, nullus veterum Ecclesiæ doctorum, quod sciam, prodidit. Aut igitur hic lapsus Arnobius est; aut, quod magis credibile, periit author, ex quo hæc desumpsit, nec ad notitiam pervenit posterorum. Deum præditum humanis membris Epicurus asserit apud Ciceron. lib. 3. de natura Deorum, sed eorum membrorum usum nullum habere. Anno Christi 303. in Ægypto mota quæstio est, an Deus corporeus esset, & hominis haberet figuram; ex qua deinde aliis aliud asserentibus, contentiones graves, & certamina tumultuosa surrexerunt. Cassiodor. Tripart. histor. lib. X. cap. 7. Sozom. Ecclesiast. histor. lib. 8. cap. X. De membris autem, quæ in sacris literis Deo tribuuntur, lege Hieronym. part. 1. Epist. 1. tract. 1. & tom. V. in Joëlem cap. 2. Cassianum de Spiritu iræ, cap. 4. Augustin. de moribus Ecclesiæ catholicæ cap. 2.

PA. 107 *Lineamentis carere corporeis*] Gennadius de Ecclesiasticis dogmatibus cap. IX. *Nihil incorporeum & invisibile naturâ credendum, nisi solum Deum.* Augustin. de civitate Dei lib. 4. cap. 27. *Verus Deus nec sexum habet, nec ætatem, nec definita corporis membra.* Eusebius præparat. Ecclesiast. lib. 8. cap. 2. Cæsarius Dial. 3. Theodoretus contra Græcos Serm. V. de natura hominis. Augustinus de definitionibus

bus Orthodoxis cap. xi. tom. 9. de ſpeculo cap. 23. Origenes in Geneſ. lib. 1. cap. 1.

Filo atterminatis humano] *Filum* vocat Arnobius lineamenta & extremitates corporum. Gellius lib. 1. cap. 9. *Mores naturaſque hominum, conjectione quadam de oris & vultus ingenio, deque totius corporis filo atque habitudine ſciſcitari.* Lib. 14. cap. 6. *Forma atque ſilo virginali.*

Circumcæſura finitis] Lucretius lib. 4. pag. 80.

Extima membrorum circumcæſura tamen ſe
Incolumem præſtat.

Lib. 4. pag. 128.

Extima membrorum circumcæſura coërcet.

Oculorum orbiculos mobiles] Arnob. lib. v.

Tum Dea defigens auguſti luminis orbes.

Lucanus lib. 6.

Immerſitque manus oculis, gauderque gelatas
Effodiſſe orbes.

Dracontius Hexameron.

Orbe micans gemino gemmantia lumina viſu.

Lucretius lib. 3. pag. 86.

Dum modo ne totum corrumpas luminis orbem.

Prudentius Cathamerinon pag. 105.

Tum perennibus tenebris jam ſepulta lumina
Illinis limo ſalubri, ſacri & oris nectare,
Mox apertis hæc medela lux reducta eſt orbibus.

Eleganter Lactantius de opificio Dei cap. 8.

Dentes trini generis] Autor de Anatomia vivorum apud Galenum Tomo 7. pag. 42. Plinius lib. xi. cap. 37. D. Clemens Recognit. lib. viii. Cæſarius Dialogo iii. Lactantius de Opificio Dei cap. x. Cicero lib. 2. de natura Deor. Ariſtoteles de Animalibus lib. 3. cap. 1.

Edentulos] Gloſſæ, Edentulus ἀδόντος. Pollux lib. ii. cap. xxi. pag. 108 ὁ ἔχων ὀδόντας, ἀδὸς, ὁ ἐκπεσὼν τῶν ὀδόντων. Nonius; *Edentulum quaſi ſine dentibus* dixit. Statius Cæcilius.

Tunc amare audes edentule, &c.

Plautus Caſina Act. vi. Sc. vi. pro *Propter illius opprobria improbi, &c.*

Terul-

Digitized by Google

Tertull. de Resurrect. cap. XLV. *Edentulus es? audi & vide, ut honorem oris & organum dentium quaras.*

Capitones frontones] Cicero de natura Deorum lib. I. fol. 86. *Redeo ad Deos, ecquos si non tam strabones ac petulos esse arbitramur? ecquos naevum habere, ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, qua sunt in nobis, an omnia emendata in illis?*

Silunculos] Ciceroni de natura Deorum lib. I. sunt *fili*. Glossæ; *silus*, Σίμος. Nonio *silones*.

Labeones] Pliniuslib. XI. cap. 37. *Labra à quibus Brocchi, Labeones dicti.* Festus *Chilones* vocat.

Nasicas] Arnobius lib. 6. *Displosas ut gestitet nares, quem esse vos facitis figuratùque nasicam.*

Aquilos] Festus. *Aquilus color est fuscus & subniger.*

Rationis alicujus sapore contactus] Inf. *Quisquamne est hominum rationis alicujus primordiis imbutus.* lib. 2. fol. 43. *Et mortalium quisquam est rationis alicujus accipiens sensum.*

PA. 109 *Honoris & dicis causa*] Glossæ; *Verbi gratia.* λόγου χάριν. Cydonius μᾶλλον λόγου χάριν ἢ δι' εὐπρεπείας μόνον εἴρηθαι. Arnobius lib. IV. *An ita ut assolet, dicis causa.* Varro lib. V. de LL. pag. 69. *Dicis causa fiebant quadam, neque item facta, neque item dicta semper.* Cicero lib. IV. in Verrem pag. 234. *Artagatho imperat, ut aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummorum dicis causa daret.*

Formamentis] Lucretius lib. 2. pag. 61.

—— omnia principiorum
Formamenta queunt. in quovis esse nitore.

Si aselluli, canes, porci humanum aliquid saperent] Hæc expressa videntur è Xenophanis Colophonii versibus, qui leguntur apud Clementem Alexandrinum Stromat. lib. 5. pag. 256. & Theodoretum contra Græcos Orat. 3. pag. 49. adscribam hic illos, quemadmodum emendati sunt ab illo ingenii & omnis politioris literaturæ principe Iosepho Scaligero.

Λ'Ϡ' εἴπερ χεῖρες γ' εἶχον βόες, ἢὲ λέοντες,
Καὶ χεράων χείρεσσι, καὶ ἔργα πελεῖν ἅπερ ἄνδρες,
Τοιαῦθ' οἷόν περ καὶ αὐτὶ δέμας εἶχον ὁμοῖα
Ἵπποι μὲν θ' ἵπποισι, βόες δ' ἄρ τε βουσὶν ὁμοῖα.

PA. 111 *Sonos articulet*] Lucretius lib. IV. pag. 125.

Hasce

Hæc igitur pene[tralia] voces cum corpore noſtro
Exprimimus, rectoque foras emittimus ore
Mobilis articulat verborum dædala lingua.

Apuleius Floridis pag. 572. Pſittacus verba hominum articulatur.

Tam obtuſi pectoris] Virgil. lib. 1. Æneid. pag. 208.

Non obtuſa adeò geſtamus pectora Pœni.

Servius: obtuſa, ſtulta, Arnob. lib. 2. Niſi forte obtuſi & fatui videntur vobis.

Alter divinus eſt] Gloſſæ: Divinus, μάντις. Autor Queroli.—*Si mihi ille de omnibus reſpondere potuerit, ſciatis vere hunc eſſe divinum, vel magum.* Origenes περὶ ἀρχῶν. lib. 3. pag. 728. Rufino interprete. Divinos appellant, *à quibus per incorporationem Dæmonum eorum, qui eis præſunt verſibus arte modulatis reſponſa proferuntur.* Hieronymus in Hieremiam cap. 29. pag. 293. Nolite credere Pſeudoprophetis & diviniis ſomniatoribus. Cicero de fato. Chryſippus æſtuans falli ſperat Chaldæos, cæteroſque *divinos*. Auguſtin. ſerm. 241. de tempore pag. 245. Divini frequenter *nobis* vera annunciant. Iſidorus lib. 8. Originum cap. 9.

Bardi enim ſunt] Gloſſæ; Bardus, βλαξ. Papias: *bardus, hebes, ſtultus, brutus.* Cicero de fato. Stupidum eſſe Socratem dixit, & bardum. Plautus Bacchid. Act. v. Sc. *Quicunque ubi ſunt ſtulti, fatui, fungi, bardi, buccones, blenni.* Epidico. Sc. Non oris cauſa, &c. Quaſi ſtolidum, cum *bardum* me faciebam. Feſtus in Bardus.

Viles noverint atque habeant ſellularii] *Sellularios* appellat opifices, qui ſordidas artes & *viles* tractant. Inf. *Cum ſit nullus apud ſuperos artibus his locus, neque uſus illorum, neque natura depoſcat ingenioſum aliquid aut ſellularium ſcire.* Inde Gellio lib. 3. cap. 1. & Ammiano Marcellino lib. xxx. hiſtoriarum pag. 452. quæſtus ſellularius, quæſtus turpis, & deſpicabilis.

Ut venationum prapotens habeatur in expeditionibus Diana] Pollux lib. 8. cap. 9. Ὁ δὲ πολέμαρχος ἦν μὲν ὁτὲ Ἄρτεμις ἐκάλουν ἀγροτέραν. Minutius Felix. *Diana interim eſt altè ſuccincta venatrix.*

In cœlo enim cantatur] Martian. Capella de nuptiis Philolog. lib. IX. pag. 312. & 305.

Virgo Tritonia] Firmicus de errore profan. relig. *Fuit alia in Æ-*gypto Minerva Nili regis filia, *textrina artis* inventrix. Servius in 2. Æneid. pag. 232.

Per maria tutiſſima præſtat Portunus navigantibus] Pa. 113 Gloſſæ:

P

Gloſſæ: Portumnus Παλαίμων, δαίμων ἁλιάσιος. Ovidius lib. 6. Faſtor.

Numen eris pelagi, natum quoque pontus habebit,
In noſtris aliud ſumite nomen aquis.
Leucothoë Graiis, Matuta vocabere noſtris,
In portus nato jus erit omne tuo,
Quem nos Portumnum, ſua lingua Palemona dicet,
Ite precor noſtris æquus uterque locis.

Phornutus ἀπὸ τῶν θεῶν φύσεως. pag. 71. Cicero lib. 2. de natura Deorum, 109. Martian. Capella lib. 2.

Conſius] Auguſtin. de civitate Dei lib. 4. cap. 11. *Ipſe ſit & Deus Conſius, prabendo conſilia.* Feſtus: *Conſum Deum conſilii putabant.* Terrull. de ſpectac. cap. v. Hieronym. de vita Hilarionis cap. xvi. Varro lib. v. de LL.

Armentorum & pecorum gregibus Pales præſunt, Innuſque cuſtodes] Servius Ecloga v. pag. 25. Papias in *Pales.*

Flora illa meretrix] Minutius Felix. *Acca Laurentia & Flora meretrices propudioſæ.* Lactantius lib. 1. cap. xx. *Floram Deam finxerunt eſſe, quæ floribus præſit, eamque oportere placari, ut fruges cum arboribus aut vitibus bene proſpereque floreſcerent.* Auguſt. de civit. Dei lib. iv. cap. 8. Varro de LL. lib. 4. & vi.

PA. 114 *Aduſit atque interficit nocentiſſimum frigus*] Ambroſius de officiis lib. 1. cap. 14. *Norunt arborum occulta vim caloris vel frigoris, adeo ut radices arborum aut urantur frigore, aut fotu ſolis vireſcant.* Servius in 1. Georgic. pag. 67. *Aduret, & ad ſolem & ad frigus pertinet. Nam & frigoris finis eſt caloris initium, & ſummus calor frigoris eſt principium.*

Genetricibus fatis] Arnobius lib. 2. *Dieſpitris factæ ſunt compreſſionibus fate.* Prudentius Cathemer. pag. 119,

Hunc quem latebræ & obſtetrix
Et virgo fata, & cunula,
Et imbecilla infantia
Regem dederunt gentibus.

Mercurius ceroma pugillatibus] Prudent. contra Symmach. lib. 2. pag. 406.

Vnctis pugilibus miles pugnabat Etruſcus
Nec petaſo inſignis, poterat Lacedæmone capta
Mercurius ſervare ſuas de clade paleſtras.

Luctat. in iv. Thebaid. Statii pag. 131. & lib. vi. pag. 231.

Tute-

Tutelaribus supplicat divis. Arnob. lib. 4. *Si & hæ dictis parent in suis agere sub tutelaribus divis.* Dionys. Halicarn. lib. 4. antiquit. Roman pag. 220. Βωμὸς ἐπέλδον αὐτοῖς ἱδρύσατο Ζεὺς, τῶν Θεῶν πρόνοιαν ποιούμενος. Lib. 6. pag 393. Καπιτωλίῳ Ζεῦ, τῶν Θεῶν πρόνοιαν ποιούμενος. Hieron. Tom. 4. in Esaiam cap. LVII. pag. 186. *Roma orbis domina in singulis insulis, domibusque Tutela simulacrum ei-reis venerans ac lucernis, quam ad tuitionem ædium isto appellans nomine.* Inscript. vetus.

DEO TUTELARI. ÆMILIUS. SEVERIA-
NUS. MIMOGRAPHUS. POSUIT.

MERCURIO. ET MINERVÆ. DIS. TUTELARIBUS.

Nisi enim thura & salsas accipiant fruges] Vide Servium ad librum 2. Æneid. pag. 236. Horat. Od. 2. lib. 1.

Præsidatus] Arnobius lib. IV. Et *quid* [*quæso*] *ut faciat præsidatum focorum iste Deus sortitus est.*

Cunctis subministrat æqualiter bonis, malis] Ambrosius in Lucam cap. 6. lib. V. *Late patet* benignitas Dei, *super ingratos pluit, malis facunda non negat terra proventus*, idem mundi *sol sacrilegos, religiososque pariter illuminat.* Eucherius ad Valerian. *Divina munificentia cunctis promiscuum usum charissimæ lucis indulsit: datur pio & impio communem spectare solem, omnibus creatura famulatum suum benignis servat officiis: bonorum malorumque totius mundi indiscreta possessio est.* Docte Prudentius lib. 2. contra Symmachum pag. 416. & 417.

Vnctionibus superest Vnctia, cingulorum Cinxia replicationi] Martian. Capella de nupt. Philolog. lib. 2. pag. 37. *Vnxiam* Cinxiam *mortales puella debent in nuptias convocare, ut earum & itinera protegat, & in optatas domos ducat, &, cum postes ungent, faustum omen affigat, cingulum ponentes in thalamis non relinquat.* Festus Cinxia Iuno.

Victa & Potua] Augustin. de civitate Dei lib. 4. cap. XI. In diva Educa *est* Potina *potionem ministret.* idem cap. 34. lib. 6. cap. IX. Nonius in Edusa.

Nisi postes virorum adipali unguine oblinerentur ab sponsis] Servius in IV. Æneid. pag. 343. *Moris fuerat, ut nubentes puellæ, simul cum venissent ad limen mariti, postes, antequam ingrederentur, propter auspicium castitatis ornarent. Lanei vittis. His tamen* [illegible] *tradunt: cum nova nupta in domum mariti supino oblinit, quod hujus fera & ungues*

dio *ſunt*. Vid. Briſſonius IC. de ritu nuptiarum.

Deam Lavernam furum] Nonius. *Laverna Dea, cui ſupplicant fures.* Plautus Cornicularia & Aulular. Actu 3. Scena. *Redi quo fugis, &c.* Varro lib. 4. de LL. vetus Scholiaſtes Horatii lib. 1. Epiſtol. Epiſt. 16. Feſtus *Laverniones*.

Taciturnitatis ſilentio præteribimus] Aldhelmus de Laud. virgin. pag. 478. *Si celeberrimum illud ſpectaculi genus, per totos mundi cardines vulgatum, taciturnitatis ſilentio oppilatum vileſceret.*

Bellonas, diſcordias] Auguſtin. de civit. Dei lib. 4. cap. 21.

Furias] Cicero lib. 3. de natura Deorum. Martianus Capella lib. 2. de nupt. Philolog. pag. 40. Varro de LL. lib. IV. pag. 21. lib. V. pag. 50.

PA. 117 *Quem quidam ex vobis mundum*] Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 9. *Ianum alii mundum, id eſt, cœlum eſſe voluerunt, Ianumque ab eundo dictum. quod mundus ſemper eat dum in orbem volvitur, & ex ſe initium faciens, in ſe refertur.* Auguſt. de civitate Dei lib. 7. cap. 7. *Ianus igitur ex quo ſumpſit exordium? quæro quiſnam ſit? Reſpondetur: mundus eſt.*

Annum alii, ſolem eſſe prodidere nonnulli] Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 9. *Ianum quidam ſolem demonſtrari volunt, & ideo geminum, quaſi utriuſque Januæ cæleſtis potentem: qui exoriens aperiat diem, occidens claudat. unde & ſimulacrum ejus plerumque fingitur manu dextra trecentorum, & ſiniſtra ſexaginta & quinque numerum retinens: ad demonſtrandam anni demenſionem, quæ præcipua eſt ſolis poteſtas.*

Fonti] Fontis Dei meminit Varro lib. V. de Ling. Lat. Cicero de LL. Martian. Capella de nupt. Philolog. lib. 1. pag. 16.

Quem in cunctis anteponitis precibus] Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 9. *Invocarique Ianum primum, cum alicui Deo res divina celebratur, ut per eum pateat ad illum, cui immolatur, acceſſus, qui preces ſuplicum per portas ſuas ad Deos ipſe tranſmittat.* Plura exempla prolata ab ampliſs. Barnaba Briſſonio lib. 1. formul. pag. 45. 46.

Vt quod Chronos eſt, habeatur cronos] Lactant. lib. 1. cap. 12. *Quid quod ipſi Saturno non divinum modo ſenſum, ſed humanum quoque additorum & temporum continet: eumque Græce idipſum nomen habere, χρόνος enim dicitur, quod eſt idem quod χρόνος, id eſt, ſpatium temporis.* Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 22. Dionyſ. Halicarnaſs. lib. 1. Antiquit. Roman. fol. 30. Plutarch. de Iſide & Oſirid. Iſidorus Origin.

gin. lib. 8. cap. xi. de natura Deorum lib. 11. fol. 209.
Apuleius de Mundo pag. 135. Theophil. ad Autolyc. lib. 3. A-
thenagoras apologia pro Christianis pag. 26.

Vitisatorem] Glossæ, *Vitisator ἀμπελοφύτης.* Accius apud Macrobium lib. 6. Saturnal. cap. v.

O Dionyse pater optime, Vitisator, Semela genitus.

Virgil. lib. 7. Æneid.

Vitisator curvam servans sub imagine falcem.

Falciferum] Arnob. lib. vi. *Saturnus cum aduncâ falce, custos ru-
ris ut aliquis aut ramorum luxuriantium tonsor.* Isidor. Originum lib.
viii. cap. xi. Martianus Capel. lib. i. pag. 21.

Æthera nonnulli flagrantem vi flammeâ] Vid. Cicero de natura
Deorum lib. i. pag. 179. Servius lib. i. Æneid. fol. 171. Macrob.
Saturnal. lib. i. cap. 4. Clemens Alexandrin. lib. 5. Stromatum.
Germanicus Aratcis Phænom. pag. 86. Augustinus de civitate
Dei lib. 4. cap. xi. lib. 3. cap. 4. Varro de LL. lib. 4.

In Cretensium finibus memoratur esse celatus] Origenescontra Cel. Pa. 118
sum lib. 3. pag. 141. Athenagoras apologia pag. 38. Eusebius de
præparat. Eccles. lib. 3. cap. 3.

Si aër illa] Cicero lib. 2. de natura Deorum fol. 209. *Aër au-
tem ut Stoici disputant, interjectus inter mare, & cælum Iunonis nomine
consecratur, quæ est soror & conjunx Iovis.* Athenagoras Apologia pro
Christianis pag. 26. Servius 1 Æneid. fol. 171.

Fluoniæ] Festus. *Fluoniam Iunonem mulieres colebant, quod eam san-
guinis fluorem in conceptu retinere putabant.* Martian. Capella lib. 2.
pag. 37. Papias in *Fluonia.*

Pomonæ] Papias: *Pomona Dea Pomorum.* Varro lib. 6. de LL.
pag. 80. inscript. veteres fol. 94. Augustin. de civit. Dei lib. 4.
pag. 14. & 34.

Februtis] Festus in *Februarius.* Martianus Capella de nupt. Philol.
Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 2. August. de Civitate Dei lib. vi.
cap. x.

Populoniæ] Martian. Capella de nupt. Philolog. lib. 2. pag. 38.

Caprotinæ] Varro de LL. lib 5. pag. 50. Macrob. 1. Saturn.
cap. 11.

Graiæ] Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 16. & 18. Censorinus
de die natali cap. 3.

Minervam esse Lunam probabilibus argumentis explicat] Vide Ma-
crob. lib. 1. Saturnal. cap. 17. Arte-

Aethereum verticem] Macrobius lib. 3. Saturnal. cap. 4. *Esse Minervam summum ætheris cacumen.* Idem lib. 1. Saturnal. cap. 17. Auguſtin. de civitate Dei lib. 7. cap. 16.

Minerva quaſi quædam Meminerva] Feſtus: *Minerva dicta, quod bene moneat.* Iſidor. lib. 8. Origin. cap. xi. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 17.

Nulla Iovis nata de cerebro] Origenes contra Celſum lib. 8. pag. 434. Pauſanias Atticis pag. 22. Ovidius lib. 3. Faſtor. Servius lib. 4. Æneid. pag. 326. Phornutus περὶ τῶν θεῶν φύσεως pag. 69. Iſidorus lib. 8. Origin. cap. xi. Nonnus lib. 1. Dionyſiacorum.

Inventrix oleæ] Quintil. Declamat. 15. *Inventrix olea Minerva narratur.* D. Clemens Recognit. lib. x. pag. 106. Libanius Sophiſta Progymnaſm. pag. 88. Lactant. lib. 12. Thebaid. pag. 422. Varro lib. 1. de re Ruſtica cap. 1.

Quod aqua nubat terram] Varro de *LL.* lib. 4. pag. 18. *Neptunus, quod mare terras obnubit, ut nubes cælum, à nuptu, id eſt, opertione.*

Neptunus] Cicero de natura Deorum lib. 2. Servius lib. 1. Æneid. pag. 178. & lib. 2. Æneid. pag. 251. Iſidorus Orig. lib. 8. cap. xi. Auguſtin. de civitate Dei lib. 7. cap. xvi.

Tridenti armatus ferro] Vide Fulgent. Mytholog. lib. 1. pag. 163. Servius in 2. Æneid. pag. 251. & 1. Æneid. pag. 178. Dio Chryſoſt. de Fortuna oratione LXIV. pag. 595. Nonnus Dionyſiac. pag. 575.

Piſtricum dominus] Papias: *Piſtrix, belua marina.* Hygin. Poët. Aſtronom. pag. 261.

Menarum] Cicero de finibus lib. 2. pag. 97. *Iis licet dicere, ſe accipenſerem menæ non anteponere.*

Mercurius quaſi quidam] Iſidorus lib. 8. Originum cap. xi. *Mercurius quaſi medius currens dicitur appellatus, quod ſermo currat inter homines medius.* Auguſt. de civitate Dei lib. 7. cap. 14.

Caduceator ille Cyllenius] Eleganter Servius in lib. 8. Æneid. pag. 498. Feſtus: *Cyllenius.* Martianus Capella de nupt. Philolog. lib. 1. pag. 2. Pauſanias in Eliacis pag. 177. Iſidor. Origin. lib. 8. cap. xi. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 19. Xiphilinus in Commodo. Hyginus Poët. Aſtronom. 193. Lucianus Deorum Dialog. pag. 36.

Pa. 119 *Verborum excogitator & nominum*] Macrob. lib. 1. Saturnal. cap.

cap. 12. & 19. Isidor. Augustin. de civitate Dei lib. 7. cap. 14. 332
θεῶν Φύσιος. pag. 64.

Mercium commerciorumque mutator] Festus: *Mercurius à mercibus est dictus: hunc enim negotiorum omnium existimabant esse Deum.* Plaut. Prologo Amphitruon. & in Stich. Act. 3. Scen. *Quom bene re &c.* Isidor. Origin. lib. 8. cap. xi. Ovidius lib. 5. Fastor. pag. 97. Pollux lib. 7. cap. 1.

Vesta quod in mundo stet sola] Dionys. Halicarnass. Antiq. Roman. lib. 2. pag. 126. Isidor. Origin. lib. 8. cap. xi. Augustin. de civitate Dei lib. 4. cap. x. Ovid. lib. 6. Fastor.

Nigidius] Vid. Gellius lib. 4. cap. 9. lib. x. cap. xi. lib. 13. cap. x. lib. 7. cap. 7. Macrob. Saturnal. lib. 3. cap. 4.

Vulcanum quem ignem] Isidor. Origin. lib. 8. cap. x. Augustin. de Civit. Dei lib. 7. cap. 16.

Venerem quod ad cuncta veniat] Cicero lib. 2. de natura Deorum fol. 210. *Quæ autem* Dea *ad res omnes veniret, Venerem nostri nominarunt.*

Proserpinam] Cicero de natura Deorum lib. 2. pag. 219. Isidorus. Origin. lib 8.

Liberum, Apollinem, Solem, unum esse numen] Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 17. & 18. Augustin. de Civitate Dei lib. 7. cap. xvi. Servius Ecloga 8. fol. 49.

Semelejus] Fulgent. lib. 2. Mythol. pag. 194.

Sminthiorum] Sminthii Apollinis meminere Lactant. lib. 1. cap. 7. Macrobius 1. Saturnal. cap. 17. Ammianus Marcellinus lib. 22. pag. 128.

Corniger ille venator] Ovidius lib. 3. Metamorph. Diodorus Bi- PA. 120
blioth. lib. 4. Fulgentius Mythol. lib. 3. pag. 203. Dio Chrysostom. de servis, orat. x. pag. 144. Nazianzen. oratione funeb. in Basilium.

Animal esse unum, sapiens, rationale] Plato Timæo pag. 30. Οὗτος
ὢν δὴ τῷ λόγον τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν, τόνδε τὸν θεὸν ἔμψυχον ἔν-
νουν τε τῇ ἀληθείᾳ λέγ' τλεῖ ἔ θεῷ μὲ τὸν κόσμον, ζῷον ἔμψυχον ἔν-
universo. *Quam ob causam non est cunctatus* Vertit Cicero de
fligari aliquid conjectura posset, hunc mundum animal esse, idque intelli-
gens & divina providentia constitutum. Philostratus de vita Apol-
lonii lib. 3. cap. xi.

Ut neque sol Deus sit, neque Luna, A bunde hoc do-
cet arber]

cet Firmicus de errore prof. religion. Lactant. lib. 2. cap. 5.

Proluere] Martianus Capella de nuptiis Philolog. lib. 8. pag.
Pa. 121 270. Prudent. lib. 1. contra Symmach. pag. 364.

Avidus vini multo se proluit haustu.

Iovis cæteri prædicant ex Memoria uxorem] Augustin. de ordine cap. 14. *Iovis & Memoriæ filias esse Musas confictum est.* Origenes lib. 1. contra Celsum pag. 17. Cicero lib. 3. de natura Deorum. Phornutus περὶ τῶν θεῶν φύσεως pag. 63.

Mnaseas] Suidas Μναστέας. Fulgentius lib. 2. Mythol. pag. 198. Germanicus Arateis Phænom. 117. & 147.

Ephorus] Macrobius lib. v. Saturnal. cap. 18. & 20.

Numero tres esse dicit] Musarum numerus incertus. Servius ad Eclog. 8. pag. 45. & 7. pag. 37. *Varro tres tantum Musas esse commemorat.* lib. 1. Æneid. pag. 167. *Musas multi IX. multi VIII. multi VII. dixerunt.* Martianus Capella lib. 1. de nupt. Philolog pag. 2. Augustin. de doctr. Christiana lib. 2. cap. 17. Suidas in Μοῦσαι. Cicero de natura Deorum lib. 3. pag. 241. Hesiodus Theogenia pag. 465.

Mirtilus] Hunc Clemens Alexandrinus Protrept. pag. 9. *Myrsylum* appellat.

Crates] Varro de LL. lib. 8. pag. cxii. Dio Chrysostom. orat. 53. de Homero pag. 553.

Novensiles Piso Deos esse credit novem] Martian. Capella lib. 1.
Pa. 122 pag. 16. *Diique Novensiles.* Servius lib. 7. Æneid. pag. 498. *Deos Novensiles dicunt: quibus merita virtutis dederunt numinis dignitatem.* Varro de LL. lib. 4. pag. 18. *Novensiles à Sabineis. Quod si Novensiles hi sunt, qui meruerunt ad sydera sublevari.*

Piso] Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 12. Tertullian. de spectac. cap. 6. Lactant. lib. 1. cap. vi. Varro lib. iv. de LL. pag. xxxvi.

Ælio] Varro de LL. lib. 4. pag. 36. 47. & lib. 6. pag. 79. Gellius lib. 2. cap. 21. lib. 3. cap. 3. lib. 5. 21. Festus sæpissimè.

Cornificius] Festus. Macrobius. 1. Saturnal. cap. 9. pag. 17. Priscianus lib. vi. pag. 711.

Manilius] Gellius lib. 17. cap. 7. Varro de LL. lib. 4. 7.

Cincius] Dionys. Halicarnass. lib. 1. Antiq. Roman. pag. 5. 60. & 64. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 12. lib. 11. cap. 1x. Charisius lib. 1. Institut. Grammat. Festus *Salias Virgines.*

Labare

Labare convincitur] *ex altero manifestum fiat & pateat, labare, nec quicquam vos inter — — ex altero manifestius, scire.*

certi de his rebus, quas asseritis, scire.

Nigidium penates Deos Neptunum esse atque Apollinem] Macrobius PA. 123 lib. 3. Saturnal. cap. 4. *Nigidius de Diis lib. XIX. requirit, num dii penates sint Trojanorum Apollo & Neptunus, qui muros eis fecisse dicuntur.* Vid. Servius lib. 3. Æneid. pag. 274.

Palem] Martian. Capella de nuptiis Philolog. lib. 1.

Consentes] Varro de LL. lib. 7. pag. 18. *Dii penates, Dii Consentes.* Martian. Capella de nuptiis Philolog. lib. 1. pag. 16. *Post ipsum Iovem Dii Consentes.* Augustin. de civitate Dei lib. 4. cap. 23. *Deos Consentes, quos dicunt in consilium Iovis adhiberi.* Vetus inscriptio pag. 3.

I. O. M.
CETERISQ.
DIS. CONSENTIBUS.
M. OPPELLIUS.
ADIUTOR.
II. VIR. COL.

I. O. M.
DIS. DEA-
EUSQ. PUB.
CONSENTIE.
V. M. S.

Sex mares & totidem fœminas] Varro de re Rustica lib. 1. cap. 1. *Et quoniam Dei, ut ajunt, facientes adjuvant, prius invocabo eos, nec ut Homerus & Ennius, Musas, sed duodecim Deos Consentes, neque tamen eos urbanos, quorum imagines ad forum aurata stant, sex mares, & fœminæ totidem.*

Iovem, Iunonem, ac Minervam; Deos penates existere] Servius lib. 3. Æneid. pag. 262. *Deos magnos cœlum ac terram putant, ac per hoc Iovem & Iunonem, dii penates à Samothracia sublati, & ab Ænea in Italiam advecti sunt.* Macrobius lib. 3. Saturnal. cap. 4. *Penates esse dixerunt, per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus.*

Quos arbitratur vulgus, vicorum atque itinerum Deos esse] Sueto- PA. 124 nius Augusto cap. 31. *Compitales lares ornare bis anno instituit.* Inscriptio vetus.

FORTUNÆ REDUCI
LARI. VIALI-
ROMÆ. ÆTE
Q. AXIUS.

Tectorum domumque custodes] Glos[illegible] ronym. in Esaiam Tom. 4. cap. 57. P[illegible] *Lares, Θεοὶ κατοικίδιοι.* Hie- 136. *Nullusque suis locum,* qui

Digitized by Google

qui non idololatriæ ſordibus **inquinatus** *ſit : in tantum, ut poſt fores domorum idola ponerent, quos* **domeſticos** *appellant* **Lares**. Ovidius lib. 2. Faſtorum.

Et vigilant noſtræ ſemper in æde Lares.

Dionyſius Halycarn. **lib. 4. Antiquit. Roman.** pag. 207. *Larem* vocat ἐνίαιον ἥρωα.

Inſcriptio vetus pag. CVI.

LARIBUS

PRO SALUTE ET INCOLUMITATE DOMUS

Q. SERTORII.

Plautus Aulul. **prolog.** & Rudente, Act. 4. Sc. 6. Apuleius de Deo Socratis pag. **91.**

Indigetes Samothraceos, quos quinque indicant Graci, Idæos dactylos nuncupari] Servius **in lib. 4. Georgic.** pag. 149. *Iovem Ops Saturni uxor Curetibus,* **Corybantibus** *&* **Idæis** *Dactylis cuſtodiendum dedit in monte Creta Dicto, ne eum* **Saturnus** *conſumeret, ut filios omnes ſolebat.* Ubertim Strabo **lib. x. Geograph.** pag. 320. Pauſanias Eliacis pag. 154. Diodor. **Siculus lib. v. Biblioth.** tom. 1. pag. 333. Cicero lib. 3. de natura **Deorum.** pag. 238.

Maniam matrem eſſe cognominatam Larum] Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 8. *Vt pro familiarium ſoſpitate pueri mactarentur Maniæ deæ matri Larum.*

Larvas eſſe dicit **Lares**] Servius 6. Æneid. pag. 408. *Vmbras Larvas vocamus.*

PAG. 125 *Etenim ſi hic atram*] Diis inferis furvæ hoſtiæ immolatæ. Zoſimus lib. 2. Οὗτοι δὴ θεασάμενοι προσαγαγὼν ἱερεῖα μέλαινα Περσεφόνῃ καὶ τῇ Ὑπελλήνῃ ἄρχειν πτηνυχίδας ᾠδῶν καὶ χορῶν. βιαιομένῳ δὲ τὴν τοῦτον τόπον βωμὸν αὐτῷ καθιδρῦσαι, καὶ τῶν λιθοξόων ὀρυττόντων ἐν ᾧ Περσεφόνης ἦν τότε τέμενος σαφέστερον διδαχθεὶς τὸ πεπρωμένον τούτῳ τῷ βωμῷ τὸ μέλαινα προσῆγεν ἱερεῖα, καὶ τὰς πτηνυχίδας ἐν αὐτῷ διεπίλα

Ille albam] Vetus Scholiaſtes Horatii Ode 8. lib. 3. *Diis ſuperis alba victima ſolebat offerri.* Horatius:

Voveram dulces epulas, & album
Libero caprum, prope funeratus
Arboris ictu.

Tibullus lib. 3.

Inte-

Interea nigras [illegible] promittite Diti.

Lucretius lib. 3.

Et nigras mactant pecudes & manibus divis
Inferias mittunt.

Varro apud Cenſorinum de die natali cap. 17. Cum multa portenta fierent, renunciarunt, uti Diti patri & Proſerpinæ ludi Tarentini in campo Martio fierent, & hoſtiæ furvæ immolarentur.

Huic capite velato, illi ſacrificandum eſt nudo] Servius in 3. Æneid. pag. 292. Sane ſciendum ſacrificantes Diis omnibus capita velare conſueroſ, ob hoc; ne ſe inter religionem aliquid vagis offerret obtutibus: excepto tantum Saturno, ne numinis imitatio eſſe videretur, & Herculi in templo ſuo, quia & ipſe capite operto eſt. Virgilius:

Purpureo velare comas adopertus amictu,
Ne qua inter ſanctos ignes in honore Deorum
Hoſtilis facies occurrat, & omnia turbet.

Juvenalis Satyra 6. verſ. 389.

—ſteterit ante aram, nec turpe putavit
Pro cythara velare caput.

Videndus Plutarch. quæſt. Romanar. pag. 267.

Adeſte, adeſtote Dii] Docte Briſſon. formul. lib. 1. pag. 70. 71.

Vror, terreor, vexor] Hieronym. procem. in Habacuc. Si ægrotus & æſtuans febribus aquam frigidam poſtulet, & dicat ad medicum: vim patior, uror, examinor.

Aut ſi Curetas pro Laribus] Placidus Lactant. in lib. 4. Thebaid. pag. 159. Curetes latine Lares familiares appellantur.

Fortuna Iovialis aut genius] Sup. Fortunam arbitratur & Cererem, geniumque Iovialem ac Palem.

Curetas] Hyginus fabula 139.

Proloquii] Lib. v. Imperfecta adhuc vox eſt, neque plena proloquii. — Hoc iterum video communibus in proloquiis promptum. Gellius lib. v. cap. 11. Martian. Capella lib. 4. de Nuptiis philolog. Ammianus Marcellinus lib. 28. & 29.

OBSER-

OBSERVATIONES
AD ARNOBII AFRI LIB. IV.
ADVERSUS GENTES.

Romanos rerum dominos] Virgil. lib. 1. Æneid.

Romanos rerum dominos, gentemque togatam,

Auguſtin. de civitate Dei lib. 3. cap. 13. *Iuno cum Iove ſuo jam fovebat Romanos rerum dominos.* Oroſius lib. 1. hiſtoriar. cap. 2. *Romanos fieri rerum dominos bonis communibus non obſtare.* Tertullian. Apologet. cap. 22. *dominatores gentium,* Eumenes Panegyr. ad Conſtant. Imperat. *Domini generis humani.* Cæſius Baſſus apud Diomedem lib. 3. *Romani victores.*

Pietatem] Lactant. lib. 1. cap. 20. Inſcript. veteres pag. 86.

Concordiam] Concordiæ Deæ meminit Auguſtin. de civitate Dei lib. 3. cap. 25. Varro lib. 4. de LL. Martianus Capella de nupt. Philolog. lib. 2. Inſcript. vet. pag. 100. Plinius Natur. Hiſt. lib. 2. cap. 7.

Salutem] Auguſtin. de civit. Dei lib. 3. cap. 25. *Advertit Roma etiam Febri, ſicut Saluti templum conſtitutum.* Varro lib. 4. de LL. pag. 18. & 23. Inſcriptio vetus pag. 100.

SALUTI. PERPETUÆ.
S.

Honorem] Auguſtin. de civit. Dei lib. 4. cap. 21. *Deo honorino, ut honorarentur.* Lactant. lib. 1. cap. 20. Liber inſcription. pag. 100. Plin. lib. 2. Natural. Hiſtor. cap. 7. Plutarch. περὶ τῆς Ῥωμαίων τύχης. pag. 318. Valerius Maximus lib. 1. cap. 1.

Virtutem] Auguſtin. de civit. Dei lib. 4. cap. 22. *Virtutem quoque Deam fecerunt.* Varro de LL. lib. 4. Valerius lib. 1. cap. 1. Lactant. lib. 1. cap. 20. Inſcript. vet. pag. 102. Plautus Prologo Amphitruon.

Felicitatem] Auguſtin. de civitate Dei. lib. 4. cap. 18. *Quid quod & Felicitas Dea eſt, ædem accepit, aram meruit, ſacra ei congrua perſoluta ſunt.* Ibidem cap. 33. Inſcript. veter. pag. 101.

Victoria]

Victoria] Inscriptio pag. 102.

DEÆ VICTORIÆ SACRUM.

Varro lib. IV. de LL. Augustin. de civit. Dei lib. 4. cap. 14. 15. 17-21. Plautus Prolog. Amphitruon.

Pax] Vetus inscriptio pag. 239.

PACI ÆTERNÆ. DOMUS. IMP. VESPASIANI. CÆSARIS. AUGUSTI. LIBERORUM. QUE EIUS. SACRUM. TRIB. SUC. IUNIOR.

Iuvenal. Satyra 2. vers. 115.

Vt colitur Pax atque Fides, Victoria, Virtus.

Aequitas] Vetus inscriptio pag. 76.

FORTUNÆ. PRIMIG. SIGNUM. ÆQUITATIS. NIGRINIA. AUXESIS. CUM FELICE. AUG. LIB. ET SUIS D. D. D. D.

Esse virtutem virè] Augustin. de tempore sermone 243. Cum vir nomen à virtute acceperit, & mulier à mollicie. Varro de LL. lib. IV. Lactantius de opificio Dei cap. 12.

Honorem honoratè] Varro de LL. lib. 4. Honos ab honesto, honore, itaque honestus dicitur, quod honoratus.

Lupa non mitis Lasperca Dea] Lactant. lib. 1. cap. 20. Romuli nutrix Lupa, honoribus est affecta divinis. Ovidius 2. Fastorum. Lib. inscript. pag. 105. Inscript. XI. Propertius Eleg. 1. lib. 4. Plutarch. in Romulo. Livius lib. 1. Histor. Iuvenal. Satyr. XI.

Ex rerum ergo proventu] Arnob. lib. 1. Maximos fuisse annone proventus. Plinius Epist. lib. 1. Epist. 12. proventus poëtarum. Apulejus de Mundo: proventus artium. Arnob. lib. 2. Nec citra ejus nutum quicquam potest in rebus vel provenire, vel cadere. Deinde: Fortuita conspiciens quadam commodè provenire.

Significantiam] Glossæ: Significantia Σημασία. Fabius Victorinus procœmio in lib. 1. Ciceronis de inventione: Ars est quæ significantiam sui plenam non habet. — Hæc vox generis tripliciter significantiam habet. Lactantius lib. IV. cap. 26. Opera ejus triplicem significantiam quoque materiæ potestatis habuerunt.

Dea Panda] Glossæ: Panda, ἐφύπνε

Dea potens Pellonia] August. de civit. Dei lib. 4. cap. 21. Cum enim esset invocanda propter fessos diva Pellonia.

ea propter hostes depellendos

Apud

TIONES
RI LIB. IV.
ENTES.

] Virgil. lib. 1. Æneid. minos, gentemque togatam, Dei lib. 3. cap. 14. Iuno cum manos rerum domos. Oro- 1. 2. Romanos sterilitatem domes- n obstare. Tertullian. Apo- tores gentium, Eumenes Pa- veris humani. Cæsius Bassus

Script. veteres pag. 86 - init Augustin. de civitate artianus Capella de nupt. Plinius Natur. Hist. lib.

. cap. 25. Advertit Romæ Varro lib. 4. de LL. pag.

I Æ.

cap. 21. Deo honorino, ut r inscription. pag. 100. h. σεῖ τῆς Γερμανικῆς νί- . 1.

cap. 22. Virtutem quo- rius lib. 1. cap. 1. La- 02. Plautus Prologo

4. cap. 18. Quid quod sacra ei congua persolu- 101. Victoria]

PA.129 *Apud Furculas Caudinas*] Livius lib. 9. *Ad furcas Caudinas ab Samnite hoste sub jugum missi sumus.* Augustin. de civit. Dei lib. 3. cap. 17. *In Caudinas furcas à Samnitibus obsessi ambo cum exercitu consules, fœdus cum eis pacem facere coacti sunt: illæ equitibus Romanis sexcentis obsidibus datis, ceteri amissis armis aliisque spoliati, privatique togis nudi sub jugum hostium cum vestimentis singulis mitterentur.*

Thrasimenum lacum] Valerius Max. lib. 1. cap. 6. *Apud lacum Thrasimenum XV. millia Romanorum cæsa VI. millia capta. X. millia fugata sunt.*

Diomedis campi] Martius vates apud Livium lib. xxv. pag. 559. *Amnem Trojugenæ Cannam Romane fuge, ne ut alienigenæ cogant in campo Diomedis conferre manus, &c.*

Dii læi] Virgil. lib. 4. Georg.

Numina læva sinunt, auditque vocatus Apollo.

Servius: *Numina læva, prospera.*

Sinistrarum tantum regionum sunt præsides] Lactant. sive Lucrat. in 3. Thebaid. pag. 105. Servius in 2. Æneid. pag. 155.

Neque dextras neque lævas] Vide Hadriani Iunii adversa. lib. 3. cap. 3.

PA.130 *Quod ex laterculis crudis*] Vid. Plinius lib. 35. cap. 14.

Cœquinæ] Papias. *Culina, coquina.*

PA.131 *Prægustatoris*] *Prægustator, ἀγεύστης*, qui primitias ciborum deorum libat. Sueton. Claudio cap. 44. *Et veneno quidem occisum convenit: quidam tradunt, epulanti in arce cum sacerdotibus per Halotum spadonem prægustatorem.* Vetus inscriptio fol. 63.

VOTUM. SILVANO SOLVIT.
LIBENS MERITO. T. F.
DIADUMENUS. LURNESIANUS.
PRÆGUSTATOR.
AUGUSTI.

Pertunda] August. de Civit. Dei lib. 6. cap. 9. *Prema Dea & pertunda. —— Si adest Dea Prema, ut subacta non se commoveat cum prematur, dea pertunda quid ibi facit.*

Cujus immanibus pudendis] Augustin. lib. 6. cap. 9. de Civit. Dei. *Priapus nimis masculus, super cujus immanissimum & turpissimum fascinum recens nupta jubebatur, more honestissimo & religiosissimo matrona sedere.* Lib. 12. cap. 24. *In Liberi sacris honesta matrona pudenda virilia coronabat spectante multitudine, ubi rubens & sudans, si ei nulla frons in bo-*

in hominibus astabat forsitan & maritus. —— In celebratione nuptiarum supra Priapi scapum nova nupta sedere jubebatur.

Patellana numen est & Patella] Papias : Patellana Dea à paganis dicta, cum folliculi messium patescunt, aut è spiritis exeunt.

Noduris] Augustin. de Civitat. Dei lib. 4. cap 8. Nodotum appellat : Prefecerunt geniculis, nodisque culmorum Deum Nodotum. —— Quando Nodotus adjuvaret in bello, qui nec ad folliculum spua, sed tantum ad nodum geniculi pertinebat.

Orbona] Orbonæ Deæ meminit Plinius lib. 2. cap. 7.

Offilago] Inf. Offilago solidatrix offium.

Mellona Dea] Inf. Si omnino non essent apes ulla in terris, Dea mellona non esset. Augustinus de civitate Dei lib. 4. cap. 34.

Esse Deos Lucrios] Nazianzenus Orat. 2. in Julian. pag. 308. Λ'ν PA. 132 ἴδω σε τὸν κερδῶον, ἢ τὸν λόγων ἀναγώνιον συγχωρήσω σοι ἐφηλωσις, ἢ ἀφετέχω τὸν θεόν. Orat. 3. in Julianum. Πῶς ἂν ὁ κερδῶος αἰνῖξ γένοιτην, ἢ τὸ σκηνικὸν πρόσωπον περιελήφοιτην, ἢ ἡ κλεπτικὴ δύναμις ἢ θεὸς πιστευθείη Suidas in Κερδῶος.

Libentinam] Augustin. de civitate Dei lib. 4. cap. 8. Audent aliquas partes Deæ Cloacinæ tribuere, aut Voluptas, quæ à voluptate appellata est, ut Libentinæ, cui nomen à libidine. Varro lib. v. de LL. Papias in Libentina.

Murciam] Augustinus de civitate Dei lib. 4. cap. 16. Vocaverunt Deam Murciam, quæ præter modum non moveret, ut faceret hominem, ut ait Pomponius, murcidum, id est, nimis desidiosum & inactuosum.

Deam pecuniam] Augustin. de civitate Dei lib. 4. cap. 20. Dea Pecunia, ut pecuniosi essent. Cap. 24. Pecunia dicta est Dea, quæ dat pecuniam. Lib. 7. cap. 4. Obscurata est Dea pecunia. —— Cur Dea pecunia Minerva prælata non est. Diversum sentit Juvenal. Satyra 1. vers. 114.

—— etsi funesta pecunia templo
Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras.

Loca in ludis atque spectaculis priora] Vide Juvenal. Satyr. 3. vers. 153. Scholiastes Horatii vetus lib. 1. Epist. 1.

Nimietatis] Inf. Dum vos arguimus de nimietate, quamvis Ulpianus ait, ut de thure deque mero aliquid PA. 133 nimietatis. Lib. 7. Sequi- sus hac voce Apuleius Apologia 2. Plinius lib. 14. cap. 6. Columella lib. 4. cap. 24. Ammian. Marcellin. lib. 19. pag. 179.

Larem genium focorum] Vetus Scholiastes Horatii in Epod. 2. pag.

pag. 255. *Iuxta focum Dii penates positi fuere, Laresque inscripti: idcirco quod ara Deorum Larium focus fuit habitus.* Cato de re Rustica cap. 143.

Et quia non supplices humi Mutuno procumbimus] Lucretius lib. v. pag. 185.

Procumbere humi prostratum & pandere palmas.

Gellius lib. x. cap. 15. *Si ad pedes ejus supplex procubuerit.* Ovid. lib. x. Metamorph.

---ante pedes supplex procumbit alumna.

Mutuno procumbimus atque Tutuno] Papias: *Mutunus vel Tutunus à Græcis Priapus dicitur.* Augustin. de civitate Dei lib. 4. cap. 11. *Ipse sit Mutunus vel Tutunus, qui est apud Græcos Priapus.* Ita V. C. Basilienſis: nec hic audio Vivem, qui τὸ *Tutunus* inducit.

PA. 135. *Tres in rerum natura Ioves esse*] Lactant. lib. 1. cap. 11. *Cicero de natura Deorum cum tres Ioves à Theologis numerari diceret.* Cicero de Anchorato pag. 513. pag. 238. Clemens Protrept. Epiphanius

Quinque soles] Cicero lib. 3. de natura Deorum pag. 241. *Soles ipsi, quam multi à Theologis proferuntur? Vnus eorum Iove natus, nepos Ætheris: alter Hyperione: tertius Vulcano Nili filio: cujus urbem Ægyptii volunt esse eam, quæ Heliopolis appellatur: quartus is, quem heroicis temporibus Achæmenes Rhodi peperisse dicitur, avum Talysi, Cameri, & Lindi: quintus qui Colchis fertur Æetam & Circen procreavisse.* Sed hæc ante nos etiam notavit Canterus.

Hyperione proditus genetrice] Inf. Ex Hyperione matre & ex Iove fulminis, *sol aureus & flagrantissimus natus est.*

Mercurius] Cicero in dicto loco: *Mercurius unus cælo patre, Die matre natus: cujus obscœnius excitata natura traditur, quod aspectu Proserpinæ commotus sit.*

Adhinnivisse] Proprie. Prudent. Hamartig. pag. 362.

---Thuscis namque ille puellis
Primus adhinnivit simulato numine mœchus.

Arnobius lib. v. *Etiamne in filiam efferati pectoris appetitionibus adhinnivit?*

Sub terra alter] Cicero: *Alter Valentis & Phoronidis filius is, qui sub terris habetur*, idem Trophonius.

Maia tertius matre] Cicero: *Tertius Iove tertio natus & Maia, ex qua & Penelopa Pana natum ferunt.*

Quartus

Quartus soboles Nili est] Cicero: *Quartus Nilo patre, quem Ægyptii nefas habent nominare.*

Quintus Argi est interemptor] Cicero: *Quintus, quem colunt Phoneatæ, qui Argum dicitur interemisse, ob eamque causam Ægypto præfuisse, atque Ægyptiis leges & litteras tradidisse.*

Sed & Minerva quinque sunt] Firmic. de errоribus profan. relig. pag. 49. *Quinque Minervas fuisse legentibus tradit antiquitas. Una est Vulcani filia, quæ Athenas condidit, quam ex agrestibus locis ad urbana conversationis ordinem rustica turba comitata est. Tertia vero patre Saturno genita est, regis filia, textrina artis magistra. Tertia est. Fuit alia in Ægypto, Nili sed hanc viraginem fuisse commemorat: nam nunquam se intra feminei sexus verecundiam tenuit, sed arma semper strepitumque pugnarum, & cruenta secuta est studia bellorum. Quarta Iovis Cretici regis fuit filia, quæ ecclisum patri detulit Liberum. Quarta Pallante patre & Tritonide matre orta est, quæ patris appellata nomine, Pallas est ab hominibus nuncupata. Hæc parricidialis amentia furoris & vesanæ temeritatis instinctu, patrem Pallantem crudeli morte jugulavit: nec simplici patris morte contenta, ut diutius malis suis frueretur, & ut de morte patris crudelius triumpharet, exuviis corporis ejus ornata est, ut parricidii facinus ex crudeli ostentatione publicaret.* Cicero lib. 3. de natura Deor. Epiphan. Anchorato. pag. 513.

Quæ esse perhibetur Ægyptiis Saïs] Origenes contra Celsum lib. 3. pag. 156. Pausan. Bœoticis pag. 291. Plutarchus de Iside & Osiride. Athenagor. Apologia pro Christianis pag. 36.

Quatuor esse Vulcanos] Cicero de natura Deorum lib. 3. pag. 241. *Vulcani item complures: primus Cœlo natus, ex quo Minerva Apollinem eum, cujus in tutela Athenas antiqui Historici esse voluerunt: secundus Nilo natus, Opas ut Ægyptii appellant, quem custodem esse Ægyptii voluerunt: tertius ex tertio Iove & Iunone, qui Lemni fabrica traditur prefuisse: quartus Menelao natus, qui tenuit insulas propter Siciliam, quæ Vulcania nominabantur.*

Tres Dianas] Cicero: *Dianæ item plures. Prima Iovis & Proserpinæ, quæ pinnatum Cupidinem genuisse dicitur: secunda notior, quam Iove Latona natam accepimus: tertia pater Vpis tradit, Glauce mater. Eam Græci sæpe Vpim paterno nomine appellant.*

Æsculapios totidem] Cicero: *Æsculapiorum Primus Apollinis, quem Arsides colunt: qui specillum invenisse, primus sanguinem vulnus obligavisse dicitur: secundus, secundi Mercurii frater, is fulmine percussus, dicitur humatus*

matur esse Cynosuris: tertius Arsippi & Arsinoæ: qui primus purgationem alvi, dentisque evulsionem, ut ferunt, invenit: cujus in Arcadia non longe à Lusio flumine sepulchrum, & lucus ostenditur.

Dionysios quinque] Cicero: Dionysios multos habemus: primum è Iove & Proserpina natum: secundum Nilo, qui Nisam dicitur interemisse: tertium Caprio patre, eumque regem Asiæ præfuisse dicunt: cujus Abazea sunt instituta: quartum Iove & Luna, cui sacra Orphica putantur confici: quintum Niso natum & Thione, à quo Trieterides constitutæ putantur.

Ter binos Hercules] Cicero lib. 3. de natura Deorum pag. 238. Quanquam quem potissimum Herculem colamus, scire sane velim: plures enim tradunt nobis ii, qui interiores scrutantur & reconditas literas. Antiquissimum Iove natum, sed antiquissimo item Iove: nam Joves quoque plures in priscis Græcorum literis invenimus. Ex eo igitur & Lysyto est is Hercules, quem concertavisse cum Apolline de tripode accepimus; alter traditur Nilo natus Ægyptius, quem ajunt Phrygias literas conscripsisse. Tertius est ex Idæis indigetis, cui inferias adferunt. Quartus Iovis est Asteria Latonæ sororis, quem Tyrii maxime colunt, cujus Carthaginem filiam fuisse accepimus. Quintus in India, qui Belus dicitur: sextus hic ex Alcmena, quem Jupiter genuit.

Quatuor Veneres] Cicero lib. 3. de natura Deor. pag. 242. Venus prima cœlo & Die nata: cujus Elide delubrum videmus: altera spuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem secundum natum accepimus: tertia Iove nata & Dione, quæ nupsit Vulcano. Sed ex ea & Marte natus Anteros dicitur: quarta Syria, Tyroque concepta, quæ Astarte vocatur, quam Adonidi nupsisse traditum est.

Tria genera Castorum] Cicero de natura Deor. lib. 3. pag. 240. Διόσκουροι etiam apud Græcos multis modis nominantur. Primi tres, quia appellantur Anaces, Athenis ex Iove rege antiquissimo & Proserpina nati. Tricopatreus, Eubuleus, Dionysius. Secundi Iove tertio nati ex Leda, Castor & Pollux. Tertii dicuntur à nonnullis Aleo & Melampus, Emolus Argivi filii, qui Pelope natus fuit.

Musarum] Cicero pag. 241. Iam Musa prima quatuor nata Iove, altera, Thelxiope, Mneme, Aade, Melete, Secunda Iove tertio, & Mnemosyne procreata novem: tertia Iove tertio Pieria nata & Antiopa: quas Pieridas & Pierias solent poëtæ appellare, iisdem nominibus, eodem numero, quo proximæ superiores.

Quadrigas Apollinarium nominum] Cicero de nat. Deor. pag. 241. Apollinum antiquissimus is, quem paulo ante ex Vulcano natum esse dixi, custo-

ustodem Athenarum, alter Corybantis filius, natus in Creta, cujus de illa insula cum Iove ipsa certamen fuisse traditur. Tertium Iove tertio natus & Latona, quem ex Hyperboreis Delphos ferunt advenisse: quartus in Arcadia, quem Arcades Nomionem appellant, quod ab eo se leges ferunt accepisse.

Verbi causa] Arnob. in Psalm. 106. Nam qui consuevimus verbi causa jurare, jurare jam volumus. in Psalm. 139. Verbi gratia. Vide adnotata ad lib. 3. pag. 64.

Imminuta es] Proprio verbo usus est. Nam imminuere virginem, est idem quod devirginare. Arnobius lib. 5. Quibus nihil tale metuentem castitate imminueret genetricem. Apuleius Floridis pag. 573. Coramque virginem imminuisset, paratam pari constantia, ni Zeno procinctu palliastri circumstantis corona obtutu magistrum in secreto defendisset. Plautus Cistellar. Act. 1. Scen. Tum ante hæc te amavi, &c. Sed tu ne unquam cum quiquam viro consuevisti. SV. Nisi quidem cum Alcesimarcho nemine, neque pudicitiam meam mihi alius quisquam imminuit. Ita Ausonius in Centone nuptiali imminutionem pro prima coitione posuit.

Quorum Neith lingua dicor] Plato in Timæo pag. 21. Ἔστι τις κατ' Αἴγυπτον (ἧπερ ἐστὶ) ἐν τῷ Δέλτᾳ, περὶ ἣν ἡ κορυφὴ χεῖται τὸ τοῦ Νείλου ῥεῦμα· Σαϊτικὸς καλεῖται νόμος, τούτου δὲ νόμου μεγίστη πόλις Σάις. ὅθεν δὴ ἦν Ἄμασις ἐκεῖνος ὁ βασιλεύς. οἱ τῆς πόλεως θεὸς ὄνομα μὲν, κατὰ Αἰγυπτίους, Νηίθ, ἐπίκλησιν δ' ὡς ὁ ἐκείνων λόγος, Ἀθηνᾶ. Chalcidius sic vertit. Est Ægypti regio Delta, cujus vertice Nili scinduntur fluenta, juxta que Saïs nomine civitas magna, quam regit mos vetus: lex Saitica nuncupatur. Ex hac urbe Amasis fuit Imperator: conditor vero Deus urbis Ægyptiaca lingua censetur Neith, Græca dicitur ΑΘΗΝΑ. PA. 137.

De vertice procreatam mentiris te Iovis] Servius in 4. Æneid. pag. 386. Minerva Iovis de capite procreata esse dicitur. Lucianus de sacrificiis. Clemens protreptico. Pausanias Atticis pag. 22. Origenes contra Celsum lib. 8. pag. 434. Augustin. de Civitate Dei lib. 4. cap. 2. Ovidius lib. 3. Fastor. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 17. Hieronym. contra Iovianum lib. 1. cap. 26.

Arbiter] Glossæ; arbiter, διαιτητής. Festus. Arbiter dicitur judex, quod totius rei habeat arbitrium & facultatem. Terent. Heautont. Act. 3. Sc. 1. Vicini nostri hic ambigerent de finibus, me capere arbitrum. Exod. cap. 21. Subjacebit damno, quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri judicaverint. Vide Brissonium JC. de verborum significat. pag. 51. PA. 138.

Qua-

Quæſitor] Servius in VI. Æneid. pag. 422. *Quæſitores ſunt, qui exercendis quæſtionibus præſunt.* Aſconius Pædian. in 2. Verrinam. Cicer. Ammian. lib. XIV. & XXI.

Vindicias juſtas dare] Feſtus: *Vindiciæ appellantur res ea, de quibus controverſia eſt, quod potius dicitur jus, quia fit inter eos, qui contendunt.* Gellius lib. 9. cap. ultimo. Livius 2. & 3. Hiſtor.

PA. 139 *Ne offenſionis aliquid apud ipſos contrahatis Deos*] Lib. v. pag. 3. *Cum unam contrahere poſſetis culpam.*

PA. 140 *Ex Ope matre & genitore Saturno*] Servius Eclog. x. pag. 44. *Æther eſt Iupiter, Opis filius.* Lactant. lib. 1. cap. 13. & 14.

Uſu, farre, coëmptione] Boëtius in Topica Ciceronis pag. 69. *Tribus modis uxor habebatur, uſu, farre, coemptione.* Servius in 1. Georgic. pag. 62. *Tribus modis apud veteres nuptiæ fiebant: Uſu, ſi verbi gratia, mulier anno uno cum viro licet ſine legibus fuiſſet: farre, cum per Flaminem Maximum & Dialem Flaminem per fruges & molam ſalſam conjungebantur. Unde confarreatio appellabatur, ex quibus nuptiis patrimi & matrimi naſcebantur. Coemptione verò atque in manum conventione, cum illa in filia locum, mæritus in patris veniebat: ut ſi quis prior fuiſſet defunctus, locum hæreditatis juſtum alteri faceret.* Anton. Auguſtin. ad LL. 12. Tabul. pag. 169. Briſſonius de ritu nupt. pag. 207. Lipſius ad IV. Annal. Taciti pag. 104.

Geniali lectuli ſacramenta] Martian. Capella de nupt. Philolog. lib. IX.

Virgo Deusque ſacro ſociabunt fœdera lecto.

Vid. Lipſius lib. 1. Electorum cap. 17.

Habent interpoſitis ſtipulationibus ſponſas] Briſſonius JCtus de formul. pag. 543.

Feſcenninorum] Feſtus: *Feſcennini verſus, qui canebantur in nuptiis.* Martian. Capell. de nupt. Philolog. lib. 9. *His Hymenæo diutius veltat feſcennina quadam licentiæ perſonante geminantque.* Hieronym. tom. 1. Epiſt. XI. cap. 7. pag. 37. *Pro feſcennino carmine terribilis tibi ranco ſonitu buccina concrepabit.* ad Demetriadem de Serv. virginit. tom. 1. Epiſt. 8. pag. 21. *Procacia tibi feſcennina cantabit.* Calphurnius Flaccus Declam. 44. *Civis ergo, niſi faces accenderit, & feſcennina cecinerit, Pater eſſe non poterit.*

Pater Deorum hominumque] Cicero lib. 2. de natur. Deor. pag. 209. Sed *ipſe Iupiter, id eſt, juvans pater, quem converſis caſibus appellamus à juvando Iovem: à poëtis pater divumque hominumque dicitur.* Aratus

tus Phænom. Phornutus περὶ τῶν θεῶν φύσεως pag. 61. Germanicus Arateis Phænom. pag. 87. Dio Chryſoſtom. Orat. 12. de Dei cognitione pag. 216.

Supercilio & nutu totum motans & tremefaciens cœlum] Homerus Iliados α. Clemens Alexandr. protrept pag. 9. Dio Chryſoſtom. orat. 12. de Dei cognitione. Strabo Geograph. lib 8. pag. 244.

Tonans, fulgurans & fulminans] Apulejus de Mundo. *Iupiter dicitur & fulgurator, & tonitrualis, & fulminator.* Liber inſcript. pag. 21. num. 6. PA. 140 & 141.

JOVI.

FUL MIN. FULGE N. TONANTI. RESTIUS. L. F. ÆPIO. PONTIF. EX. S. C DEDICAVIT.

Ex Hyperiona matre] Sup. *Iovis filius ex Hyperionia proditus genetrice.* PA. 141

Sylvarum habitatrix Diana] Ovid. lib. 3. Metamorph.

Hic Dea ſylvarum venatu feſſa ſolebat
Virgineos artus liquido profundere rore.

Inſcriptio vetus.

DIAN. REGINA. UNDARUM. NYMPHA. DECUS. NEMORUM.

*

DIANÆ. NEMORENSI.

Liber qui & Bromius dicitur ex fœmine iterum natus] Ovid. lib. 4. Metamorph. — *Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyæumque*
Ignigenamque, ſatumque iterum, ſolumque bimatrem.

Hieronym. contra hæreſ. Ioviniani cap. 26. *Minervam de capite Iovis, & Liberum patrem de fœmine eius procreatos doctiſſima finxit Gracia.* Fulgent. lib. 2. Mythol. pag. 193. Lucianus Deorum Dialog. pag. 30.

Mercurius ore facundus] Iſidorus lib 8. Originum cap. 11. Fulgent. Mythol. lib. 1. pag. 171. Ovidius lib. v. Faſtor. Clemens Alexandrinus protrept. Horat. lib. 1. Ode 6.

In fœmineos appetitus inflammati pectoris incaluiſſe ferrore] Inf. *Quid de illu amoribus dicam, quibus in fœminas ſanctas incaluiſſe cœleſtes veſtros proditum literis.* Ovidius lib. 3. Triſtium.

Horatius: *Hoſpitis igne duas incaluiſſe Deas.*
Nulla alia poſt hac calebo fœmina.

Vxore contentus haud una] Quintil. Declam. 14. *Meretrice una ſui ſemper eademque contentus.* Petronius: *Contentus vidua, pudicaque noſte.* Impa-

Impatientiam ſuam ſpargebat paſſim] Apuleius lib. 2. Metamorph. pag. 171. *Impatientiam Veneris Fotidi meæ monſtrans.*

PA. 142 *Capitalibus afficiunt eos pœnis*] Adulterium hic capitale facit, quomodo & autor Queroli pag. 11. Ammian. Marcell. hiſtoriar. lib. 28. pag. 397. & Theodoret. ſerm. 3. contra Græcos pag. 45. Romæ morte punitum non eſt, ſed relegatione. Tiberius Imperator primus pœnam auxit: viris videlicet deportationem, fœminis deportationem, & publicationem bonorum. Primus Conſtantinus Magnus adulterii crimen capitis pœna vindicavit, ſacrilegoſque nuptiarum temeratores, gladio punivit. Vid. Cujac. lib. 6. Obſervat. cap. 11. Briſſonius ad L. Iul. de adult. pag. 91, Theodorus Marcilius ad Inſtit. Juſtiniani pag. 755.

Subſeſſoris & adulteri perſona] Arnob. lib. v. *Sub pecoris ſpecie ſubſeſſoris animum atque audaciam celans.* Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1. *Nulli enim tum ſubſeſſores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur, ſed pariter & videre ſancte & aſpici mutuo pudore cuſtodiebantur.* lib. 7. cap. 2. *Subſeſſor alieni matrimonii.* lib. 4. cap. 25. *Subſeſſorem* Auguſtin. de civit. Dei epiſt. LXV. vocat *adulteratorem alienarum uxorum.* Ambroſius *temeratorem pudicitiæ alienæ.* Paulus IC. lib. v. tit. 4. *Solicitatores alienarum nuptiarum.*

Notæ cujus] Papias: *Nota, peccatum, dedecus, macula.* Nonius, *nota dicitur probrum.* Lucillius lib. XXX.

Quem ſcis ſcire tuas omnes maculaſque, notaſque.

Mala tractatio] Inf. *Immunes tamen à Deorum mala tractatione nec ſic eſtis.* Chirius Fortunatianus lib. 1. Rhetor. pag. 30. *Vult filius accuſare patrem dementiæ, uxor mala tractationis.* Tertullianus de pœnit. cap. 12. *Pro malæ tractationis!* Quintil. lib. 7. cap. 4. *In quæ crimina male tractationis actio detur.* lib. 9. cap. 3. *Reus male tractationis.* Et in declamat. 383. *Quæ virum mala tractationis damnaverit, duplam dotem recipiat.* Seneca lib. 3. controverſ. pag. 237. *Accuſatur ab uxore male tractationis.*

Iupiter Maximus cygnus fieret & taurus] Hieronym. tom. 5. in Jonam cap. 2. pag. 137. *Quomodo Iupiter eorum ſublimiſſimus Deus ſit mutatus in cygnum, in auro fluxerit, in tauro rapuerit, & cætera, in quibus ipſa turpitudo fabularum divinitatis denegat ſanctitatem.* Ovid. lib. v. Faſtor. Epiphanius Anchorato pag. 513. Auguſtinus de civitate Dei lib. 4. cap. 27. Germanicus Arateis Phænom. pag. 117. Prudentius contra Symmach. pag. 362.

In me-

In melius reformare ante oculos posita veritate renuistis] Lactantius lib. v. cap. 1. *Timent ne à nobis victi manus dare aliquando clamante ipsa veritate cogantur: obstrepunt igitur & intercedunt ne audiant, & oculos suos opprimunt, ne videant lumen, quod offerimus.*

Ex pelagi spuma] Varro de LL. lib. 4. pag. 16. *Poëta de cœlo semen igneum cecidisse dicunt in mare, ac natam è spumis Venerem conjunctione ignis & humoris.* Plato in Cratylo. Aristot. 2. de generat. animal. cap. 2. Nazianzen. orat. 1. in Iulian. Hesiodus Theogon. pag. 467. Clemens Alexandr. protrept. Festus in *Cytherea*. Phornutus περὶ τῶν θεῶν φύσεως. pag. 72. PA. 143

Vinctum esse Saturnum] Lucianus Κρονοσόλ. pag. 339. ἰῶ ἢ ἀπεδήτης, ἀδὲ αἰχμὴ πλέως, οἷον αἰνὸν οἱ ζωγράφοι περὶ τῶν ληρώντων ποιητῶν περιδεξάμενοι διδείκνυσιν, ἀλλὰ τλεὶ μὲν ἄρπλω εἶχε πάνυ πεπηγυῖλω. τάδε ἄπα φαιδρός πι ἰῶ, καὶ χαρπερὸς, καὶ βασιλικῶς ἐνεσπάκει.

Beneficio Curetum ab interitu servatum Iovem] Lucretius lib. 2. pag. 55.

Dictæos referunt Curetas, qui Iovis illum,
Vagitum in Creta quondam occultasse feruntur,
Cum pueri circum puerum pernice chorea
Armati, in numerum pulsarent æribus æra,
Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus,
Æternumque daret matri sub pectore vulnus.

Ovidius lib. v. Fastorum. Lactantius lib. 1. cap. 21. Minutius Octavio. Cyprianus de Idolis.

Numquid expulso regno patrem] Minutius Felix: *Saturnus Creta profugus, Italiam metu filii sævientis accessit.* Lucianus Saturnal. pag. 398. Cyprianus de Idolis. Lactant. lib. 1. cap. 13. & 14. Eusebius de præparat. Eccles. lib. 3. cap. 3.

Nomen Latio imposuisse] Virgil. 8. Æneid. pag. 509.

--- Latinumque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.

Minutius Felix: *Latebram suam quod tutò latuisset, vocari maluit Latium.* Prudent. lib. 1. contra Symmach.

Numquid incestas nuptias cum sorore] Ovid. lib. 3. Metamorph.

Iuno regina Iovis, & soror, & conjunx.

Tertull. apologet. cap. XIV. *Iovem fade subantem in sororem.* Firmicus de errore profan. relig. *Iunonem sane, & ne huic deesset incestus, Iovis volunt ex sorore conjugem factam* Lycao-

Lycaoniam pranſitaſſe] Fabula vulgata, quam varie tamen referunt. Clemens Alexand. protrept. pag. 2. Hyginus fab. 176. Apollodor. lib. 3. biblioth. pag. 164.

Altero claudum pede] Minutius Felix: *Vulcanus claudus Deus & debilis.* Clemens Alexandr. protrept. fol. 8. Homerus Ilia. v. Nazianzen. orat. 3. in Iulian. Tatianus contra Græcos. Pauſanias Eliacis. Lucianus Deorum dialogo pag. 31.

Fabrilia opera exercuiſſe] Cicero lib. 3. de nat. Deor. pag. 241. *Tertius (Vulcanus) ex tertio Iove & Iunone, qui Lemni fabricæ traditur præfuiſſe.*

Æſculapium fulmin is transfixum eſſe telo] Tertull. apologet. cap. 14. Eſt de Lyricis (*Pindarum dico*) *qui Æſculapium canit avaritiæ merito, quia medicinam nocenter exercebat, fulmine vindicatum.*

Ambiguitate fefelliſſe reſponſi] Inf. *Fefelliſſe ſupplices ambiguitate reſponſi.* Lucianus Dialog. Deor. pag. 32. Ὁ δὲ Ἀπόλλων, περιαυτοῦ τιθέσθαι, καὶ καταστράμμα, καὶ τρέφειν, καὶ λυτρεύειν, καὶ ἰατρὸς εἶναι, καὶ μαντικὴν, τόξα ἐν Κλάρῳ, καὶ ἐν Δελφοῖς, ἐμπρησθεῖσα τῆς μαντικῆς, τὸ μὲν ἐν Δελλοῖς ἐξαπατᾷ τοὺς χρωμένους αὐτῷ, ἀμφοτερίζοντα περὶ ἑκάτερον τῆς ἐμπύρου ἐπικρεμάμενος, καὶ πλουτεῖ μὲν ὁπόταν δὲ πένητα, πολλοὶ οἱ ἀνάθεσιν εἶναι τὸ σφάλμα, καὶ περιέχοντες αὐτὸν καταγνωσθῆναι. Hieronym. in Eſaiam cap. 41. pag. 138. Cicero lib. 2. de divinat. pag. 402. Tertullianus apologet. cap. 22.

Furem Mercurium publicavimus] Fulgent. Mythol. pag. 171. *Mercurium dicunt internuncium, furatrinumque Deum.* Prudent. Hamartig. pag. 363.

Expertes furandi homines hac imbuit arte
Mercurius, Maiagenitus, nunc magnus habetur
Ille Deus, cujus dedit experientia fures.

Vide Suidam in Ἕρμαιον & Κερδῷος. Phornutum περὶ τῶν θεῶν φύσεως.

Macari filias] Clemens Alexandr. protrept. pag. 9. Μάκαρος θυγατέρας ταύτας ἐώνηται Μεγαλκὼ, ἡ θυγάτηρ Μάκαρος.

Ditatam meretriculam Venerem] Clemens Alexandrinus protrept. pag. 5. Οὐ γάρ με ὁ Κύπριος ὁ νησιώτης Κύπρος ἀφαρπάσαι πρὸ ἀνδρὸς τὴν Ἀφροδίτην μαχλῶντα ὄρχια, ἐν νυκτὸς ἡμέρᾳ ἁδόντα πλημμήσας, φιλοπρωκτοῦντα. Θεὰν πόρνην πολιήτιν. Firmicus de errore profan. religi. pag. 34. *Audio Cinyram Cyprium templum amicæ meretrici*

retrici donasse: ei erat Venus nomen: initiasse etiam Cypriæ Veneri plurimos, & vanis consecrationibus deputasse: statuisse etiam, ut quicunque initiari vellet, secreto Veneris sibi tradito, assem in manu mercedis nomine Deæ daret. Quod secretum quale sit omnes taciti intelligere debemus, quia hoc ipsum propter turpitudinem manifestius explicare non possumus. Bene amator Cinyras meretricis legibus servit: consecrata Veneri à sacerdotibus suis stipem dare jussit, ut scorto.

Ex reliquiis Pelopis compactum esse Palladium] Clemens protrept. pag. 14. Παλλάδιον ἐκ τῶν Πέλοπος ὀστῶν κατασκευάσας. Firmicus de errore profan. relig. pag. 46. *Palladii etiam quid sit numen audite. Simulachrum est ex ossibus Pelopis factum. Hoc avarus Schyta fecisse perhibetur. Iam quale sit considerate, quod Schyta barbarus consecravit. Estne aliquid apud Schytas humana ratione compositum, & effera gens (hominum) & crudelis atque inhumana semper atrocitate grassata, in constituendis religionibus rectum aliquid potuit invenire? Simulacrum hoc Trojanis avarus vendidit, stultis hominibus vana promittens. Vendebatur Deus, ut prodesset emptori, & emptor suppliciter adorabat, quicquid paulo ante viderat subhastatum. Substantia autem simulachri ipsius ex ossibus Pelopis est, si humana vis miseros homines ossa venerari, purioris saltem & castioris hominis reliquias collige: accedat idolo, quod facis, è hominis virtutibus meritum. Pelops in delitiis amatoris fuit, & diu prostituti pudoris damna sustinuit; sed nec adulto ei scelus defuit. Is enim, cujus filiam petebat, eum fraude proditoris occidit: proditorem etiam ipsum perjuriis aggressus est, & ne promissa redderet præmia, hunc eundem per abrupta præcipitia jactavit. En cujus electa sunt ossa, ut Deus fieret, qui urbes & regna servaret. Sed nec servavit aliquando, nec profuit, & quid se maneat, ex urbium, in quibus fuit, casibus vidit. Incensa est Troia à Græcis, à Gallis Roma, & ex utroque incendio Palladium reservatum est. Sed reservatum non propriis virtutibus, sed humano præsidio: ab utroque enim loco homines liberant, & translatum est, ne humano flagraret incendio.*

Mensibus in Arcadia tribus & decem vinctum] Tertullianus Apologet. cap. 14. *Martem tredecim mensibus in vinculis pene consumptum.* Homerus Iliad. E. Minutius Felix Octav.

Hæsisse in laqueis involutum] Fulgent. lib. 2. Mythol. pag. 188. Pa. 144
Lucian. in Dial. Deor. pag. 33. Tertullian. Apolog. cap. XIV. Hyginus fabul. 148. Athenagor. Apolog. pag. 24. Lactant. lib. 3. Thebaid. pag. 95. Nonnus Dionys. pag. 347. Valerius in Epist. ad Rufinum apud Hieronymum parte 3. tract. 15. Epist. 79. Merce-

Mercenariam Deos ſervitutem ſerviſſe] Auguſtin. de civitate Dei lib. 3. cap. 2. *Ergo verum eſt, quod Apollo atque Neptunus eidem Laomedonti mercenariis operibus ſervierunt.* Lucianus de ſacrif. pag. 73. Tertull. Apologet. cap. 14. Lactant. lib. 1. cap. x. Cyprianus de Idolis. Clemens protreptico. Minutius Felix.

Herculem] Clemens protreptico. pag. 10. Ἡρακλῆς ἐν Σάρδεσιν Ὀμφάλῃ. Fulgent. Mythol. lib. 2. pag. 182. *Hercules amavit Omphalem, quæ eum perſuaſit, laſcivienti pollice fuſi teretem rotare vertigine.* Lactant. lib. 1. cap. 9. Hyginus fab. 32. Palæphatus περὶ ἀπίστων ἱστοριῶν pag. 94. Apollodorus lib. 1. biblioth. pag. 45. Donatus in Eunucho Terent. Actu v. Sc. 7.

Qui Martem fecit & Venerem mortalium manibus vulneratos] Firmicus de errore profan. relig. *Diomedes pudicus ac ſobrius Venerem vulnerat, Martem vincit & percutit.* Homerus Iliad. e. Nazianzen. orat. 4. in Iulian. Tertullian. apolog. cap. 14.

Panyaſis] Panyaſis meminit Apollodorus lib. 3. Biblioth. pag. 194. Suidas in Πανύασις. Germanicus Arateis Phænomenis pag. 100. Hyginus Aſtron. pag. 198.

Ab Hercule Ditem patrem & reginam memorat ſauciatam eſſe Iunonem.] Hæc etiam autor noſter mutuatus eſt à Clemente, ut obſervat Canterus.

Ab Ornyto cæſam] Clemens Protreptico pag. 10. Πολέμων δὲ καὶ Ἀθηνᾶν ὑπὸ Ὀρνύτου τρωθῆναι λέγει.

Ab Hyppocoontis liberis] Exſcripſit hæc noſter ex Clementis Protrep. Hyginus tamen adfirmat fab. 31. Herculem Hyppocoontem cum decem filiis occidiſſe. Idem dicit Apollodorus lib. 2. Bibliothecæ.

Soſibius] Suidas in Σοσίβιος.

Apud inſulam Cretam ſepulturæ eſſe mandatum Iovem] Minutius Felix: *Adhuc (in Creta) antrum Iovis viſitur, ſepulchrum eius monſtratur. tui Iovis tumulus adoratur.* Servius lib. v. Æneid. pag. 475. Theophil. ad Autolycum lib. 2. Euſebius de Eccleſiaſt. præparat. lib. 3. cap. 3. Origenes contra Celſum lib. 3. pag. 141. Athenagor. Apolog. pag. 38. Epiphanius Anchorato pag. 513. Firmicus de errore profanar. relligion. *A vanis Cretenſibus adhuc mortui Iovis tumulus adoratur.*

In Oetæis verticibus Herculem] Vibius Sequeſter de montibus: *Oetha mons Thraciæ, ubi Hercules eſt combuſtus.* Cyprianus de Idolis: *Hercules ut hominem exuat, Oetæis ignibus crematur.* Arnobius lib. 1.

Minut.

Minut. Felix. Lactantius lib. 1. cap. 9. Auguſtinus de civitate Dei lib. 18. cap. 4. Servius in 8. Ecloga. & 8. Æneid. pag. 504. Firmicus de errore profan. relligion. Hyginus fab. 36.

Amphytritas] Fulgent. lib. 1. Mythol. pag. 163. *Neptuno Amphytritem in conjugium deputant.*

Hyppothoas, Amymonas, Menalippas, Alopas] Firmicus de errore profan. rellig. pag. 36. *Adulteria omnia eorum enumerare difficile eſt. Quis Amymonem, quis Alopem, quis Menalippem, quis Chionem, Hypothoemque corrupit? Nempe Deus veſter* [*Neptunus*] *hæc feciſſe memoratur.* Suidas Ἄλοπι. Hyginus fab. 16. & 169. Nonnus Dionyſiac. pag. 575. Pauſanias Atticis pag. 37.

Arſinoas, Æthuſas, Hypſipylas, Zeuſippas, Prochoas & Steropas] Firmic. de errore profan. rellig. *Ille quem volunt ſeveris oraculis errantium hominum peccata corrigere, Steropem amat, Æthuſam rapit, Zeuſippem ſtupravit, querit Prothoem, & Arſinoë adultera cupiditate blanditur.* Apollodor. Biblioth. lib. 3. pag. 171.

Marpeſſas [Apollodor. lib. 1. Biblioth. pag. 24.

Daphnas] Fulgent. lib. 1. Mythol. pag. 167. *Apollinem amaſſe Daphnen dicunt.*

Induiſſe formam feri] Iunius Phylargyrius in 3. Georg. pag. 9. *Saturnus cum Philyram Oceani filiam in Theſſalia adamaſſet, & cum ea coiret, adventante uxore ſe in equum, illam in equam convertit, atque ita uterque opprobrium effugerunt.*

Iuppiter ipſe rex mundi, nonne à vobis infamis eſt, iſſe per innumeras ſpecies] Firmicus de errore profan. rellig. pag. 36. *Adulterio delectatur aliquis, Iovem reſpicit, & inde cupiditatis ſuæ fomenta conquirit, probat, imitatur, & laudat, quod Deus ſuus in igne fallat, in tauro rapit, ludit in ſatyro, & ut liberalis eſſe in flagitiis conſueſcat, incluſam regiam virginem auro largiter fluente corruperit.*

In aurum verſus] Hygin. fab. 63. *Iovis in imbrem aureum converſus cum Danaë concubuit.* Tertullian. Apolog. cap. 21. Ovidius lib. 6. Metamorph. Athenagor. Apolog. pro Chriſtian. pag. 22. Theodoret. contra Græcos ſerm. 3. De Diis, angelis & dæmonibus pag. 53. Servius in 3. Virgil. Æneid. Iſocrates laudat. Helenæ pag. 318. Lactant. lib. 1. cap. 11. Epiphanius in Anchorato pag. 512. Prudentius lib. 1. contra Symmachum.

In formiculam parvulam] Clemens protrept. pag. 11. Τί δαὶ πάλιν Θετταλὸς μύρμηκας ἐφύτευσεν; ἢ τὸν Δία μεμαθήκασιν ὁμοιοφυῆ

θένῳ μύρμηκι, τῇ Κλήτορος θυγατρὶ Εὐρυμιδόσῃ μιχθῆναι καὶ Μυρμιδόνα γεννῆσαι.

In Alcmena novem **noctibus fecit pervigilare**] Arnobius hic Clementem sequitur protrept. pag. 9. Servius 8. Æneid. pag. 492. & Lucianus Deor. dial. pag. 30. scribunt Iovem trinoctium Plaut. prolog. Amphitr. unam saltem, sed longiorem. Hieronym. tom. 2. adverſ. Vigilant. cap. 4. pag. 192. Ovidius lib. 1. Amor. Eleg. XIII. & Hygin. fab. XXIX. duas noctes congeminaſſe, dum cum Alcmena cubat.

Hercules ſanctus **Deus**] Inſcriptio vetus pag. 38.

SANCTISSIMO HERCULI.
INVICTO.
HERCULI. PACIFERO. INVICTO. SANCTO.
SACRUM.
HERCULI. SANCTO. SAC.

Natas quinquaginta de **Theſtio** *nocte una perdocuit, & nomen virginitatis ponere*] Pauſanias Bœotic. pag. 301. Ἡ Ἑρμαλέα τῆς θυγατρὸς πεντήκοντα ἤδησε Θεστίου συγγενέσθαι πάσας τῇ αὐτῇ νυκτί. ταύτην δὲ ἐκ ἐθελῆσαι οἱ τὴν μίαν μιχθῆναι, τὸν δὲ νομίζοντα διαμαρτεῖν παρθένον πάντα αὐτῇ τὸν βίον ἱερωμένην αἰτῆσαι. Ἐγὼ δὲ ἤκουσα ἄλλον λόγον, ὡς Ἄλκα πασῶν ὁ Ἡρακλῆς τῶν Θεστίου παρθένων διεξέλθοι τῇ αὐτῇ νυκτί, καὶ ὡς ἄρσενας παῖδας αὐτῷ πᾶσαι τίκτοιεν, διδύμους ἢ ἥ τε νεωτάτη, καὶ ἡ πρεσβυτάτη. Hæc verba ita latine reddidit Romulus Amaſæus: *Herculem tradunt Theſtii filias quinquaginta* (*tot enim erant*) *eadem nocte conſtuprasſe, una excepta: eam cum ſola obſequium recuſaſſet, ſacerdotem ſibi perpetuæ virginitatis lege data legiſſe. Audivi tamen alios, qui omnes plane Theſtii quinquaginta filias ab Hercule eadem una nocte vitiatas, & ei ſingulas mares filios peperiſſe narrarent, & quidem geminos, natu maximam & minimam.* Tacianus contra Græcos, Theodor. de Martyr. contra Græc. ſerm. 8. pag. 113. Suidas in θεσίαδες. Epiphan. Anchorato pag. 513. Nazianzen. orat. 1. in Iulian. pag. 300.

Nomen virginitatis ponere] Id eſt mulieres fieri. Hieron. in Oſeam tom. 5. cap 2. pag. 41. *Homo cum uxorem acceperit, de virgine mulierem facit, id eſt, non virginem.*

Hylam neſcio quis diligit] Firmicus de errore profan. relig. pag. 36. *Puerorum aliquis delectatur amplexibus, Ganymeden in ſinu Iovis quærat, Herculem videat Hylam impatienti amore querentem, Hyacynthi deſiderio captum*

captum Apollinem discat, Chrysippum alius, alius Pelopem videat, ut per Deos suos sibi licere dicat, quicquid hodie severissimis legibus Romanis vindicatur. Valerius Flaccus lib. 3. Argonautic. Hyginus fab. 270. Prudentius lib. 1. contra Symmachum,

Catamitus rapitur] Ovidius lib. x. Metamorph. Prudentius περὶ στεφάνων. pag. 211. Servius 1. Æneid. Fulgent. lib. 1. Mythолog. pag. 173. Hygin. fab. CCLXXI. Epiphanius Anchorato. Festus in *Catamitus*. Lucianus Deor. dial. pag. 26. 27.

Et ut Jovis dicatur pullus, in partibus aduritur Fabius mollibus] Festus: *Pullus Jovis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat, propter candorem, quod ejus natis fulmine icta erat. Antiqui autem puerum, quem quis amabat, pullum ejus dicebant.*

Adamatum esse ab aurora Tithonum] Apollodor. lib. 3. Biblioth. pag. 181. Τιθωνὸν μὲν οὖν Ἠὼς ἁρπάσασα δι' ἔρωτος εἰς Αἰθιοπίαν κομίζει, κἀκεῖ συνελθοῦσα γυναῖ παῖδας Ἡμαθίωνα καὶ Μέμνονα. Hyginus fab. 270.

Arsisse in Endymionem Lunam] Hyginus fab. 261. *Endymion Ætoli filius, quem Luna amavit.* Apollodorus Biblioth. lib. 1. pag. 23. Germanicus Aratæis Phænom. pag. 147. Lucianus Deorum Dial. pag. 30.

Proserpinam in Adonem] Apollodorus Biblioth. lib. 3. pag. 194.

Cererem in Iasionem] Hygin. fab. 270. *Iasion Vthii filius, quem Ceres dicitur amasse.* Idem poetico Astronom. pag. 188.

In Anchisæ nuptias illam ipsam Venerem] Hygin. fab. 94. *Venus* PA.146
Anchisam Assaraci filium amasse, & cum eo concubuisse dicitur, ex quo procreavit Æneam, eique præcepit, ne id apud homines enuntiaret, quod Anchises inter sodales per vinum est elocutus, ob id à Jove fulmine est ictus.

Status capitis & conditio servitutis] Turneb. Adverf. lib. 6. cap. 20. *Status capitis est libertas: nam soli liberi caput habere, servi sine capite esse in civitate censentur.*

Præcellere in furtorum dolis] Sup. *Præsidere furtorum dolis.*

Pellacia] Lib. v. *Jovialis monumenta pellacia.* Lib. 4. *Pellacia ora* PA.147
immutare. Lucretius lib. v. de rer natura pag. 179.

Nec poterat quem quam placidi pellacia ponti
Subdola pellicere in fraudem, ridentibus undis.

Euhemero] Lactantius Lib. 1. cap. 11. *Antiquus auctor Euhemerus, qui fuit ex civitate Messana, res gestas Jovis & ceterorum, qui Dii putan-*

tur, collegit, historiamque contexuit ex titulis & inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur, maximeque in fano Iovis Triphylii, ubi auream columnam positam esse ab ipso Iove, titulus indicabat; in qua columna gesta sua perscripsit, ut monumentum esset posteris rerum suarum. Hanc historiam interpretatus est Ennius & secutus. Meminerunt ejus Clemens protreptico pag. 8. Festus *Sus Minervam.* Eusebius de præparat. Eccleſiast. lib. 2. cap. 4. Minutius Felix. Augustin. de civit. Dei lib. 6. cap. 7. lib. 7. cap. 26.

Vel Nicanora Cyprio, vel Pelleo Leonte] Clemens Alexandrinus protrept. pag. 7.

Cultus verus in pectore est] Lactant. lib. 6. cap. 1. & 24. Prudentius in Romano martyre.

Specioso] Gloſſæ: *Speciosus, εὐειδὴς.* Chirius Fortunatianus lib. 3. Rhetor. pag. 109. *Speciosam uxorem habeo.*

Specioso ab Atyde] Servius lib. 9. Æneid. pag. 539. *Atys puer speciosus.* Arnobius lib. v. *Atydem unice mater Deum, ore fuerat quod excellentissimo, diligebat.* lib. v. *Atys pulchritudine inclita, & prædicabili fuit insignitus decore.* Prudentius lib. 2. contra Symmach. pag. 388.

Quum pulcher ſeſe caſtraverit Atys.

PA. 148 *Qui ſollicite relegit*] Servius lib. 8. Æneid. pag. 508. *Religio, id est, metus ab eo, quod mentem religat.* Augustinus de vera rellig. cap. 55. *Ad unum Deum tendentes & ei uni religantes animas noſtras, unde religio dicta creditur.* —— *Religet nos religio uni omnipotenti Deo.* De civitate Dei lib. x. cap. 4. *Hunc ergo religantes, unde & religio dicta perhibetur.* Papias in *Religio.* Erudite Lactant. lib. 4. cap. 27.

Poſtulationibus locus eſt] *Poſtulatio* dicitur, cum Dii ob oſtentum vel errorem in ceremoniis commiſſum, ſacrificium vel expiationem poſtulant. Cicero de Aruſp. reſponſ. pag. 607. *De ea re ſcriptum est, poſtulationes decretas esse Iovi, Saturno, Neptuno, Telluri, diis Cœleſtibus.* Varro lib. 4. de LL. *poſtulationem* poſtulionem appellat. *Et piaculi dicitur contracta esse commiſſio*] Scholiastes Horatii Vetus in Ode 28. lib. 1. *Piacula dicebantur victimæ, quibus facinus expiabatur admiſſum.* Virgil. lib. 6. Æneid.

Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.

Servius: *piacula commiſſa, propter quæ expiatio debetur.* Cicero de

Aruſp. reſ[illegible] in Piaculum.

Sympuvium vas ſacrificiis aptum, in quo Pontifices lavare ſolebant. Sympuvium autem quia omnes ſacerdotes ſimul bibebant, inde Sympuviatrix illa dicitur, qua porrigit poculum ipſum. Nonius in *Sympuvium*. Lipſius Antiquar. lect. lib. 4. cap. 3.

Si ludius conſtitit] Servius in 7. Æneid. pag. 492. *Cum ludi Cirtenſes Apollini celebrarentur, ut Hannibal nunciatus eſt circa portam Collinam urbi ingruere, omnes raptis armis concurrerunt. Reverſi poſtea cum piaculum formidarent, invenerunt in circo ſaltantem ſenem quendam: qui cum interrogatus dixiſſet, ſe non interrupiſſe ſaltationem, dictum eſt hoc proverbium: Salvares eſt, ſaltat ſenex.* Feſtus: : *Salvares.*

Aut tibicen repente conticuit] Deſumpſit ex Ciceron. orat. de Aruſpic. reſponſ. pag. 608. ut alii etiam monent: *Si ludius conſtitit, & tibicen repente conticuit, aut puer ille patrimus, aut matrimus, ſi terram non tenuit, thenſam aut lorum amiſit, aut ſi adilis verbo, aut ſi nutu aberraverit, ludi ſunt non rite facti, eaque errata expiantur, deorum inſtauratione placantur.*

Licentioſi] Gloſſæ: *Licentioſus*, παῤῥησιαστὴς. Quintil. lib. 1. cap. 6. *lecur & femur controverſiam fecerunt, quod non minus eſt licentioſum, quam ſi ſulphuri & gutturi ſubjicerent in genitivo litteram ê mediam.* PA. 149

Quod eſſet turpitudini proximum] Lib. VII. *Atque ego contumelia proximum, quin imo eſſe plenam contumeliam judico.*

Aures patientiſſimas commodatis] Firmicus de errore profan. relig. pag. 82. *Vos Domini Imperatores ſanctarum aurium veſtrarum mihi commodate patientiam.* Lactant. lib. 1. c. 1. *Audiendi patientiam commodare.*

Propudioſos, flagitioſoſque miſcere concubitus] Papias: *Propudioſum, pudore plenum & confuſione.* Arnobius inf. *Propudioſis quotidie publicantur in fabulis.* Lib. v. *Propudioſi facinoris extorſit obſcenitas. Propudioſa monſtratur corporum obſcenitas. ---propudioſas Veneris complexiones.* Gellius lib. 2. cap. 17. *Vxor propudioſa.* Sidonius Epiſtol. 6. lib. 9. *Propudioſiſſima ancilla.*

Incentivo extollitis laudis] Prudentius Apotheoſi pag. 305. *Incentivum peccaminis.* Cyprianus de laude martyrii pag. 389. *mercedis incentivum.* PA. 150

Vulnera orbitatis ingentere] Lib. 6. *Et orbitatis cruciamenta ſentiret.* Firmicus Aſtronom. lib. 3. cap. 3. *Acerbos dolores orbitatis ſemper indicit.* Firmicus de errore profan. relligion. pag. 21. *Dolor ex orbitate veniens, nullis ſolatiis mitigabatur.*

Bella inter ſe gerere] Lactantius lib. 1. cap. 3. *Homerus bellantes inter ſe Deos finxit.*

Capita esse memoratis sanctissima] Sup. *Quod vilia consueta sunt facere capita.*

Qui de vestris sequius aliquid obmurmuraverint regibus] Paulus lib. v. sententiar. tit. 29. *Lege Iulia Majestatis tenetur is, cujus ope, consilio, adversus imperatorem vel Rempub. arma sunt mota, exercitusve ejus in insidias deductus est: quive injussu Imperatoris bellum gesserit, delectumve habuerit, exercitum compararaverit, sollicitaverit, deserueritque Imperatorem: his antea in perpetuum aqua & igni interdicebatur, nunc vero humiliores bestiis objiciuntur, vel vivi exuruntur, honestiores capite puniuntur. Quod crimen non solum facto, sed & verbis impiis, aut maledictis maxime exacerbatur.* Vid. quæ vir clariss. Fridericus Lindenbrogius JC. observat ad L. unicam C. *Si quis Imp. maledixerit.*

PAG. 151 *Senatorem aut convitio prosequi*] Lex V. Cod. ad L. Iul. Majestat. *Quisquis cum militibus vel privatis vel barbaris sceleratam inierit factionem, aut factionis ipsius susceperit sacramentum, vel dederit, de nece etiam virorum illustrium, qui consiliis & consistorio nostro interfuerunt, senatorum etiam (nam & ipsi pars corporis nostri sunt) vel cujuslibet postremo, qui nobis militat, cogitaverit, (eadem enim severitate voluntatem sceleris, qua feriatur, bonis ejus omnibus fisco nostro addictis, effectum puniri jura voluerunt) ipse quidem, utpote majestatis reus, gladio*

Carmen malum conscribere] Lex 12. Tabular. ita concepta est. SI QUIS CARMEN OCCENTASSIT. ACTITASSIT. CONDIDISSIT. QUOD. ALTERI FLAGITIUM. FAXIT. CAPITAL. ESTO. Cicero apud Augustin. de civitate Dei lib. 2. cap. 9. *Nostra XII. Tabulæ cum perpaucas res capite sanxissent, in his hanc quoque sanciendam putaverunt, si quis actitavisset, sive carmen conderet, flagitiumve alteri.* Cap. 12. *Romani sicut in illa de Reipub. disputatione gloriatur Scipio probris & injuriis poëtarum subjectam vitam, famamque habere noluerunt, capite etiam punientes, tale carmen condere si quis auderet.* Lex 10. Cod. Theodos. de famos. libell. *Universi, qui famosis libellis inimicis suis velut venenatum quoddam telum injecerint: hi etiam, qui famosam seriem scriptionis impudenti agnitæ lectione non ilico discerpserint, vel flammis exusserint, vel lectorem cognitum prodiderint.*

Sed potius tantummodo licere voluistis] Prudent. περὶ στεφάνων. pag. 212.

Dicis licere

Tecum dicari, quodque deſcribunt, colunt.
Tu cur piaculum tam libenter lectitas,
Cur in theatris, te vidente, applauditur?

Auguſtinus de civit. Dei lib. 2. cap. 9. Theodoretus de Diis Angelis & dæmonibus, orat. 3. contra Græcos pag. 51,

Quid hiſtriones] Tertullianus Apologet. cap. xv. *Sed & hiſtrionum literæ omnem fœditatem eorum deſignant. Luget ſol filium jactatum de cœlo, lætantibus vobis, & Cybele paſtorem ſuſpirat faſtidioſum, non erubeſcentibus vobis. Et ſuſtinetis Iovis elogia cantari, & Iunonem, Venerem, Minervam à paſtore judicari.*

Caſtæ virgines, perpetui nutrices & ſervatrices ignis] Firmicus de errore profan. relligion. *Veſta quid ſit diſcite, ne putetis antiquum aliquid, aut cum ſummo terrore inventum. Ignis eſt domeſticus, qui in focis quotidianis uſibus ſervit. Quapropter coquos habeat, non miſeras virgines ſacerdotes, quæ contemnentes ignis ipſius favillas, aut proſtituto corpore peccate coguntur, aut in virginitate perſeverantes, perdunt honeſtam glorioſi nominis dignitatem.* Ovidius lib. 3. & 6. Faſtorum. Lactantius lib. 1. cap. xi. Iſidorus lib. 9. Origin. cap. xi.

Amans ſaltatur Venus] Auguſtinus de civitate Dei lib. 7. cap. xxvi.

Sacris compta cum infulis] Gloſſæ; *Infula*, Στέμματα. Virgilius lib. 1. Æneid. pag. 601.

Infula cui ſacra redimebat tempora vitta.

Servius: *Infula, faſcia in modum diadematis, à qua vittæ ab utraque parte dependent.* Feſtus, *Infula.*

Illa proles Iovis à Sophocle in Trachineis Hercules, peſtiferi tegminis circumretitus indagine] Cicer. lib. 2. Tuſcul. Quæſtion. *Sed videamus Herculem ipſum, qui cum dolore frangebatur, quum immortalitatem ipſa morte quærebat. Quas hic voces apud Sophoclem in Trachineis edit? cui quum Deianira ſanguine Centauri tinctam tunicam induiſſet, inhæſiſſetque ea viſceribus, ait ille:*

O multa dictu gravia, perpeſſu aſpera
Quæ corpore exanclavi, atque animo pertuli, &c.

Circumretitus] Lib. v. pag. 100. *Quod in adulterio dicimus Martem & Venerem Vulcani eſſe circumretitos arte.* Cicero in Verrem: *Circumretitum frequentia populi Romani.* Lucretius lib. v. pag. 184.

Circumretit enim vis atque injuria quemque.

Indagine] Florus lib. 3. cap. 6. *Quidquid piratarum fuit quadam indagine*

dagine incluſum, & oppreſſum fuit. Lib. 4. cap. 2. Pompeianorum arte cilicum actis ſub mare funibus captæ quaſi per indaginem.

PA. 152 Subditivi corporis] Gloſſæ: ſubditivus, Τ'ποβολιμαῖος, lib. v. pag. 106. Subditivis intelliguntur omnia illa ſecretis. Suetonius Nerone cap. 7. Britannicum fratrem, quod ſe poſt adoptionem Ænobarbum ex conſuetudine ſalutaſſet, ut ſubditivum apud patrem arguere conatus eſt. Plaut. Amphitruon. Actu 1. Scena. Bene proſpereque, &c. Amphitruo ſubditivus eccum exit foras.

Iocularibus feriuntur cavillationibus] Lib. 2. Facetiis jocularibus lancinare. --- jocularibus facetiis proſequaris. Cicero lib. 1. de LL. pag. 433. Ioculare iſtud quidem & à multis ſæpe deriſum. de Fato pag. 415. O licentiam jocularem!.

Exoletis atque irriſoribus numinum dona inſtituuntur] Lactantius lib. v. cap. xx. Num pejus quam iidem ipſi? qui cum Deos colere ſe dicant, tamen eos publice turpiter que deridenti de quibus etiam mimos agere cum riſu & voluptate patiuntur. Qualis hæc religio, aut quanta majeſtas putanda eſt, quæ adoratur in templis, illuditur in theatris? Et qui hæc fecerint non pœnas violati numinis pendunt, ſed honorati etiam laudatique diſcedunt.

Vacatio cum coronis] Theodoretus de provident. ſermone 9. pag. 205. Καὶ παγκράτιον μὲν καὶ κωμῳδίας ἀπονενεμημένην ἔχουσιν εἰς ὃ βλέπουσιν τὸν πύργον μείζονα, καὶ τῇ τῶν στεφάνων ἐλπίδι τῶν πόνων ἀνέχονται. Inſcriptio vetus pag. 331.

M. ULPIUS. AUG. LIB. APOLAUTUS. MAXIMUS. PANTOMIMORUM. CORONATUS. ADVERSUS. HISTRIONES. ET OMNES. SCÆNICOS. ARTIFICES.

Maledictionis elogia] Papias: Elogium titulus cujuſlibet rei. Arnobius lib. v. Eleuſinorum veſtrorum notas & origines produnt urbes, & antiquarum elogia litterarum. Tertull. Apologet. cap. 2. Vt de veſtris elogiis loquar. Cap. XV. Et ſuſtinetis Iovis elogia cantari. Calpurnius Flacus Declamat. 17. Inferam te majorum ſepulchris, & elogio quod optaſti, nomen inſcribam. Suetonius Caligula cap. 27. Vulcatius Gallicanus in Avidio Caſſio pag. 66. Spartianus in Severo pag. 95. Cato apud Gellium lib. 3. cap. 7.

Dies vobis poſcatis dari] Lib. v. pag. 98. Eſſe illam in diebus & à vobis in commentariis relatam. Lib. 7. pag. 127. Quanta vix explicari queant, decem millibus vel annalium vel dierum. Euſebius lib. 1. Ec-

Ordinem ſupradictæ generationis *partim memoriter, partim ex dierum libris, in quantum* erat *poſſibile*, perdocebat. Hieronym. contra hæreſes Iovinian. lib. 2. cap. 3. *Manaſſem impiiſſimum regem poſt captivitatem Babylonicam in priſtinam dignitatem liber dierum reſtitutum refert.*

Diſſolvere theatra hæc potius, in quibus infamiæ numinum propudioſis quotidie publicantur in fabulis] Auguſtin. de civit. Dei lib. 7. cap. 26. *Quid ſunt* ad hoc malum Mercurii *furta, Veneris laſcivia, ſtupra & turpitudines cæterorum, quæ proferremus de libris, niſi quotidie cantarentur, & ſaltarentur in theatris.*

Conventicula] *Conventicula* loca ſunt, ubi Chriſtiani congregati orare conſueverunt. Auguſtin. tom. 2. Epiſtol. 64. ad Aurelium vocat *domus orationum.* Maximian. Imperat. apud Euſebium lib. 8. Eccleſ. hiſtor. cap. 14. pag. 91. Καὶ ἐπειδὴ τῶν πολλῶν τῇ αὐτῇ δοξοίᾳ ἀφωσιώντων ἑαυτοὺς μήτε τοῖς θεοῖς τοῖς ἐπιχωρίοις τὴν ὀφειλομένην θρησκείαν προσάγειν αὐτοὺς, μήτε τῷ τῶν χριστιανῶν προσέχειν, ἀφορῶντες εἰς τὴν ἡμετέραν φιλανθρωπίαν τὴν ἀπανεχῆ σωτηρίαν, δι' ἣν εἰώθαμεν ἅπασιν ἀνθρώποις συγγνώμην νέμειν, προθυμότατα καὶ ἐν τούτῳ τὴν συγχώρησιν τὴν ἡμετέραν ἐπιτείνειν δεῖν ἐνομίσαμεν. ἵνα αὖθις ὦσι χριστιανοὶ, καὶ τοὺς οἴκους ἐν οἷς συνήγοντο συνθῶσιν, ὅπως μηδὲν ἐναντίον τῆς ἐπιτρεπούσης ἡμῶν πράξωσιν. Vertit Rufinus: *Et quoniam multos adhuc in eodem animi judicio durare pervidimus, ita ut nec diis cœleſtibus honorem debitum redderent, nec ſuæ religioni ſatisfacere viderentur: reſpicientes ad ſolitam manſuetudinem clementiæ noſtræ, qua conſuevimus omnibus hominibus dare veniam, libenter etiam erga hos indulgentiam noſtram credidimus porrigendam, ut rurſum ſint Chriſtiani, & conventicula, in quibus orare conſueverunt, exſtruant, & reædificent, ita tamen ut nihil contra diſciplinam publicam gerant.* Oroſius lib. 7. cap. XII. *Tranquillus Plinii Secundi, qui inter cæteros judices perſecutor datus fuerat, relatu admonitus, Chriſtianos præter confeſſionem Chriſti, honeſtaque conventicula nihil contrarium Romanis legibus facere.*

Summus Deus] Auguſtinus de civitate Dei lib. v. cap. 21. *Deus itaque ſummus & verus cum verbo ſuo & ſpiritu ſancto, quæ tria unum ſunt, Deus unus, omnipotens, creator & factor omnis animæ, atque omnis corporis.*

In quibus ſummus oratur Deus, pax cunctis & venia poſtulatur magiſtratibus, exercitibus, regibus, familiaribus, inimicis adhuc vitam degentibus] Tertullian. Apologet. 39. *Coimus in cœtum & congregationem, ut ad Deum, quaſi manu facta precationibus ambiamus orantes. Hæc vis*

vis Deo grata est. *Oramus etiam pro imperatoribus, pro ministris eorum & potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete, pro mora finis.* Cap. 30. *Pro salute Imperatorum Deum invocamus æternum, Deum verum, Deum vivum.* Cap. 31. *Inspice litteras nostras, quas plerique casus ad extraneos transferunt. Scito ex illis præceptum esse nobis, ad redundantiam benignitatis, etiam pro inimicis Deum orare, & persecutoribus nostris bona precari. Qui magis inimici & persecutores Christianorum, quam de quorum Majestate convenimur in crimen? sed etiam nominatim atque manifeste: Orate, inquit, pro regibus & pro principibus, & potestatibus, ut omnia tranquilla sint. Vobiscum enim concutitur imperium, concussis etiam cæteris membris ejus utique, & nos (licet extranei à turbis æstimemur) in aliquo loco casus invenimur.* Martyrologium MS. in S. Sebastiano. *Ego te,* (verba Diocletiani sunt) *inter primos in meo palatio semper habui; & contra salutem meam in Deorum injuriis hactenus latuisti. Sebastianus respondit: Pro salute tua semper Christum colui, & pro statu orbis Imperii Romani, illum, qui in cœlis est, semper adoravi.* Cyprianus ad Demetrianum pag. 257. *Pro arcendis hostibus, & imbribus impetrandis, & vel auferendis vel temperandis adversis, rogamus semper & preces fundimus, & pro pace ac salute vestra propitiantes Deum diebus ac noctibus jugiter atque instanter oramus.* Cæsarius Episcopus Arelatens. homil. XXIX. pag. 208. *Nec solum pro amicis, sed etiam inimicis Dei misericordiam deprecemur.* Athenagoras pro Christianis pag. 44. Τίνες γὰρ καὶ δικαιότεροι ὧν μᾶλλον ἀξιωτέοι τῆς ἀρχῆς τῆς ὑμετέρας ἐγχώμεθα, ἵνα πᾶς ἢ καὶ θείδοιτο, ἢ ἡ ἀρχὴ ὑμῶν πάντων ἐπιχωριέων γινομένων λαμβάνοι ἢ πάντα τὰ κεκαλδυσμένα πεφύκαμεν ὑπηρετεῖμεν. Augustinus tom. X. Serm. X. de S. Stephano pag. 257. *Pro bonis oramus, ut semper ad meliora conscendant, pro malis, ut citò ad emendationem vitæ per pœnitentiæ medicamenta confugiant.*

Resolutis corporum vinctione] Augustin. Tom. 4. ad octo Dulcitii quæstiones pag. 153. *Universa pro defunctis Ecclesia supplicare consuevit. De cura pro mortuis cap. 1. In precibus sacerdotis, quæ Domino Deo ad altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum.* Clemens constit. Apostol. lib. 6. cap. XXIX. Ἀπεφαίνετο συναθροίζεσθαι ἐν τοῖς κοιμητηρίοις, τὴν ἀνάγνωσιν τῶν ἱερῶν βιβλίων

πάντων τῶν κεκοιμημένων μαρτύρων. ὃ πάντων τῶν

Epiphanius contra Hæreſes lib. 3. pag. 387. Ἔτι τε δὲ καὶ ἕτερόν τι λέγω τῶν πλειόνων, τί ἂν εἴη τοῦτο περισσότερον, τὸ τοῦτο θαυμασιώτερον, πιστεύειν μὲν τοὺς παρόντας, ὅτι οἱ ἀπελθόντες ζῶσι, καὶ οὐκ ἀπώλοντο, ἀλλὰ εἰσὶ καὶ ζῶσι παρὰ τῷ δεσπότῃ, καὶ ὅπως ἂν τὸ συμφέρον κήρυγμα διηχήσοιτο, ὡς ἐλπὶς ἔστιν ὑπὲρ ἀδελφῶν ἀχορέστοις, ὡς ἐν ἀποδημίᾳ τυγχανόντων. ὠφελεῖ δὲ καὶ ἡ ὑπὲρ αὐτῶν μνημόνευσις εὐχή, εἰ καὶ τὰ ὅλα τῶν αἰτιαμάτων μὴ ἀποκόπτοι. Hoc eſt, Cornario vertente: *Poſtea verò de eo, quod proferantur nomina vita defunctorum, quid hoc magis fuerit utile, quid hoc commodius & magis admiratione dignum, quod credunt præſentes, quod hi, qui deceſſerunt, vivunt, & non ſunt nulli, ſed ſunt & vivunt apud Dominum: & ut pientiſſimam prædicationem recenſeam, quod ſpes eſt orantibus pro fratribus, velint qui in peregrinatione ſunt. Proſunt autem & preces pro ipſis fientes, etiamſi totam culpam non abſcindant.* Demiror viros ſanctos tantopere inculcaſſe preces pro mortuis fundendas, cum hujus rei neque in veteri, neque in novo inſtrumento, ullum exet, vel exemplum vel mandatum. Epiphanius tom. 3. contra Hæreſes pag. 386. & Auguſtin. de Cura pro mortuis cap. 1. ingenuè fatentur, hujuſmodi pro mortuis conceptas preces ſola majorum traditione niti, nec ſacris litteris firmari. Hieronymus hoc commentum non videtur probaſſe. Patet id ex ejus verbis, quæ leguntur in Epiſtola ad Galat. cap. 6. & in Corp. Canon. cauſa 13. quæſt. 2. cap. 20. *In præſenti*, inquit, *ſæculo ſcimus, ſive orationibus ſive conſiliis invicem poſſe nos coadjuvari: Cum autem ante tribunal Chriſti venerimus, non Iob, non Daniel, nec Noë rogare poſſe pro quoquam, ſed unumquemque portare onus ſuum.*

Niſi quod humanos faciat, niſi quod mites, verecundos, pudicos, caſtos] Auguſtin. de Civitate Dei lib. 2. cap. xxix. *Populi confluunt ad Eccleſias caſta celebritate, honeſta utriuſque ſexus diſcretione: ubi audiant quam bene hic ad tempus vivere debeant, ut poſt hanc, beate ſemperque vivere mereantur: ubi ſancta ſcriptura juſtitiæque doctrina de ſuperiore loco in conſpectu omnium perſonante, ut qui faciunt, audiant ad præmium, & qui non faciunt, audiant ad judicium.* Quo etſi veniunt quidam talium præceptorum irriſores, omnis eorum petulantia aut repentina immutatione deponitur, aut timore vel pudore comprimitur. Nihil enim eis turpe ac flagitioſum ſpectandum, imitandumque proponitur, ubi veri Dei aut præcepta inſinuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudantur, aut beneficia poſtulantur. Plinius lib. x. Epiſtol. ad Trajan. Epiſt. xcvii. Ter-

Tertullian. Apologet. cap. XXXIX. Euſeb. lib. 3. Eccleſ. hiſtor. cap. 31. Juſtin. Martyr. Apolog. pro Chriſtian. 2. pag. 77.

Familiares communicatores rei] Auguſtinus de civit. Dei lib. 5. cap. 18. *Omnes Chriſtiani divitias ſuas excellentiore propoſito communes faciunt.* Tom. x. ſerm. XXVI. de verbis Domini pag. 83. *Legimus in libro, qui Apoſtolorum actibus adſcribitur, ita populi Chriſtiani floruiſſe primitias, ut poſt acceptam fidem nemo domum propriam ſibi defenderet, & nemo ſuum aliquid vindicaret, ſed jure fraternitatis eſſent illis cuncta communia, ſcilicet, ut qui eodem conſortio relligionis tenebantur, eodem conſortio fruerentur & vitæ: hoc eſt, ut quibus erat una fides, eſſet una ſubſtantia, & quibus erat communis Chriſtus, communis eſſet & ſumptus. Nefas enim putabant religioſi viri, eum ſibi participem non adſciſcere in ſubſtantia, qui particeps erat in gratia: atque ideo in charitate fraternitatis omnibus communiter utebantur.*

PA. 153 *Quos ſolidet germanitatis neceſſitudine copulatio*] Arnobius in Pſalm. CXXXIII. *Modo dicite mihi, quid conveniſtis omnes in unum vos, qui fratres nominamini? aut unde eſtis omnes fratres oſtendite? De uno, inquit, patre Chriſto, & de una matre Eccleſia.* Tertullian. Apologet. cap. 39. Minutius Felix Octavio. Athenagoras Apologia pag. 41. Philo de charitate. Ambroſius de Abraham Patriarcha lib. 2. cap. 6. de Noë & Arca cap. 26. Hieronym. erudite docet, quatuor modis in ſacris literis fratres dici. Vide illum Tom. 2. adverſus errores Helvidii cap. 8. pag. 336. & 337.

OBSER-

OBSERVATIONES AD ARNOBII AFRI LIB. V. ADVERSUS GENTES.

NATIATIS] Hujus meminerunt Livius lib. 3. pag. 96. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. XIII. PA. 154

Egeriæ monitu] Vid. Plutarchus in Numa pag. 70. Ovid. lib. 3. Faſtor. pag. 46.

Mero vino] *Vinum merum* dicitur, cui nihil admixtum eſt. Id Plautus Amphitruon. Scen. 1. Actu 1. appellat *vinum, ut à matre natum fuit.* Varro apud Nonium in *merum. Tu non inſanis, qui vino corpus corrumpis mero.* Auguſtinus de moribus Manichæorum cap. 13. *Sitimque irriget propter indigentiam valetudinis, duabus aut tribus vini meracis potionibus.* Plautus Stichо Act. 2. Scena; *Famem fuiſſe ſuſpicor, &c.*

Ne iſte adepol vinum poculo paux illulo
Sepe exantlavit ſubmerum ſcitiſſume.

Sed cum liquoribus odoratis offendiſſent fragrantia pocula] Ovidius lib. 3. Faſtorum. PA. 155

Plenaque odorati diſponit pocula Bacchi,
Cumque ſuis antro conditus ipſe latet.
Ad ſolitos veniunt ſylveſtria numina fontes,
Et relevant multo pectora ſicca mero.

Fragrantia pocula] Papias: *Fragrare, olere, odorem dare, ſpirare.*

Obdormiviſſe factos graves] Ovidius;

Vina quies ſequitur.

Quibus ad terras modis Iupiter poſſet ſacrificiis elici] Ovidius;

Eliciunt te cœlo Iupiter, unde minores
Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant.

In Aventino] Ovidius lib. 3. Faſtorum pag. 47.

Conſtat Aventina tremuiſſe cacumina ſylva:
Terraque ſubſedit pondere preſſa Iovis.
Corda micant regis: totoque è corpore ſanguis
Fugit: & hirſuta dirigere coma.

Vtq; animus rediit, da certa piamina, dixit,
Fulminis altorum rexque paterque Deum:
Si tua contigimus manibus donaria puris:
Hoc quoque quod petitur, si pia linguaria.
Annuit oranti: sed verum ambage remota
Abdidit: & dubio terruit ore virum.
Cade caput dixit. Cui rex, Parebimus, inquit:
Cadenda est hortis erutа cepa meis.
Addidit hic homines: sumes, ait ille, capillos;
Postulat hic animam: cui Numa, piscis, ait.
Risit: & his, inquit, facito mea tela procures,
O vir colloquio non abigende Deum.

Subjecisse Pompilium piscis] Salisberiensis Policrat. lib. 1. cap. 26. *Numam Romanorum Imperatorem fere innocentissimum præter Titum, si placet, attende. Dum invitaretur ad homicidium, petito capite ad sacrificia, censuit cepam esse cædendam, reflectens ad innocentiam etiam perversi numinis voluntatem. At cum hominis adjiceretur à numine, capillos se pollicitus est oblaturum: cum vero spiritus immundus sitiret & sanguinem, piscem immolandum esse respondit.* Ovidius lib. III. Fastorum.

Postulat hic animam, cui Numa, piscis, ait.

Fulgurita] Festus; *Fulguritum id, quod est fulmine ictum.* Nonius & Papias; in *Fulguritum.*

Tandem se poculis ingurgitavisse fallacibus] Plautus Curculion. Actu 1. Scena: *Flos veteris vini, &c. Hoc vide ut ingurgitat impura in merum avariter: faucibus plenis.*

Vinctos somno] Lucretius lib. 4. pag. 122.

Denique cum suavi devinxit membra sopore
Somnus.

Somno devincti, credant extollere vestem.

PA. 156 *Quæ per fulminis jactum in humanis fieri constituerit rebus*] Vi sonius de Formulis lib. 1. pag. 127.

In verruculæ collis] Cato apud Gellium lib. 3. cap. 7. *censeo, inquit, si rem servare vis, faciundum, ut quadringen milites ad verrucam illam (sic enim M. Cato locum editum appellat) ire jubeas, eamque uti occupent imperes, horterisqu lib. 2. Dicas esse auream terram, quod in verruculæ ex exiguamicule, quibus nascitur colliquefactis aurum.*

Denunciationibus] *Denunciatio* proprie eſt interpellatio, qua quis per officiales magiſtratus in judicium provocatur. Paulus IC. lib. v. Sentent. Tit. v. Briſſon. de verbor. ſignificat. lib. IV. pag. 173.

Siſtere] Uſus eſt vocabulo forenſi. Cicero pro Quintio: *Ita diſceditur ut Idibus Septemb. P. Quintium ſiſti Alphenus promitteret.* Et lib. 3. Officiorum. *Vas factus eſt alter ejus ſiſtendi.* Ulpianus L. 1. Digeſt. *De eo per quem, &c.* Plautus Curculion. Actu I. Scena *Placide egredere, &c.*

Significavere] Proprie. Arnob. lib. 2. *Antequam Tages Thuſcis oras contingeret luminis, quiſquam hominum ſciebat, aut eſſe noſcendum, condiſcendumque curabat in fulminum caſibus, aut exterum quid ſignificaretur in venis.*

Verbenarum ſuffitio] Servius in 12. Æneid. pag. 673. *Verbena herba ſacra, ros marinus, ut multi volunt, id eſt,* λιβανωτὶς. Donatus in Terentii Andriam. Actu IV. Scena 3. Papias in *Verbena.*

Themis] Themidis meminit Diodorus Siculus lib. v. pag. 335. Pa. 158 Pauſanias Atticis pag. 19. Eliacis. pag. 162. Corinthiacis pag. 74. Strabo lib. 9. pag. 300. Claudian. lib. 1. de raptu Proſerpinæ. pag. 25. Ovidius lib. 1. Metamorph. Dionyſius Halicarnaſ. Antiqui. Rom. lib. 1. & 2. Lactant. lib. 1. cap. XI.

Sicut Themis mandaverat pracinens] Placidus Lactantius in Statii Thebaid. lib. 3. pag. 109. *Iupiter cum videret humanum genus relicta innocentia vitiis ſe dediſſe, emendaturus publicam mortalitatis peſtem, etiam periculo naturæ, effuſione imbrium terras operuit atque ita univerſum genus hominum delevit communi ruina. Habuit reverentiam pietas. Deucalion namque & Pyrrha fratres, idemque conjuges, cum illibata ſanctitate meruiſſent numinum miſericordiam, navicula vecti Delphos impoſiti ſunt: ibique Themidis, quæ oraculo præerat, audierunt reſponſa, ita poſſe reparari humanum genus, ſi oſſa matris poſt terga jactarent. Obſcurata veritas errore fuit, uſque dum prudentia melior oraculo fieret. Intellexerunt enim matrem terram ſignificare, quippe rerum omnium genetricem, oſſa vero lapides ejus.* Errat Scholiaſtes vetus Horatii dum Ode 2. lib. 1. Apollinis oraculum; & Hyginus Fabul. CLII 1. qui Iovem conſultum ſcribit.

Furialis libido, & ex utroque ſexu] Pauſanias Achaicis pag. 223. Δία ζαγωμένον ἀφιέναι σπέρμα ἐς γῆν, τὴν δὲ ἀνὰ χρόνον αἰτεῖν ἀλφιτον ἀπλᾶ ἔχειν τὰ αἰδοῖα, τὸ μὲν ἀνδρὸς, τὸ δὲ αὖτις γυναικός. ἄνομα δὲ Ἀγδίστιν αὖτις πίθεν τινι. Voluptа-

Voluptatem] *Voluptas*, pro effectu libidinis. Higinus poëtico Astronom. pag. 197. *Ferunt cæpisse ei vim afferre: & cum plenus cupiditatis ad eam ut complexui se applicaret ferretur, repulsu effudit in terram voluptatem.*

Discidio partium] Glossæ: *Discidium*, Διαχωρισμὸς. Cyprianus de unitate Ecclesiæ pag. 237. *Scindi unitas non potest, nec corpus unum discidio compaginis separari.* Lucretius lib. 1. pag. 8.

--- quod nunquam sine perniciali
Discidio potis est sejungi

*

Nulla vi foret usus ei, quæ partibus ejus
Discidium parere, & nexus exsolvere posset.

Lib. 3. pag. 83. *— non inquam sine anima*
Discidium possunt artus perferre relicti.

Regis Sangarii fluminis filia] Pausanias: Θεοὶ δὲ Κύβηβιν δύπτουσι, τὰ αἰδοῖα οἱ τὰ ἀνδρὸς δοτηνόπιχοιν. οὗς δὲ δοτὸ αὐτῶν ἀναφῦναι ἀμυγδαλῆ εἶχεν αἰγεῖον τὸν καρπὸν ἐυγατέρα δὲ Σαγγαρίου ποταμοῦ λαβεῖν φασὶ αὐτήκα, αὐτὴ δὲ ἐκείνου, τεκοῦσης δὲ, πάντα τὸν παῖδα ἐκκαίδεκα.

Enititur parvulum] Servius in 1. Æneid. pag. 211. *Deæ enim vel Nymphæ enituntur circa fluvios vel nemora.* Plautus Amphitruon. --- *geminos Alcmena enititur.*

Per vinum] Plautus Mil. Glorioso. Actu 3. Scena *Cohibete & Neque per vinum unquam ex me oritur discidium.* Hygin. Fabul. 95. Q *Anchises inter sodales per vinum est elocutus.*

Scitules] Ovidius lib. 4. Fastorum pag. 65.

Phryx puer in silvis facie spectabilis altis
Turrigeram casto junxit amore deam.
Hunc sibi servari voluit: sua templa tueri:
Et dixit: semper fac puer esse velis.
Ille fidem jussis dedit; & si mentiar, inquit,
Fallit: & in Nympha Sagaritide desinit esse
Quod fuit; hinc pœnas exigit ira Deæ.

Quod esse turritum ratione ab hac cepit] Virgilius 6.:

Invehitur curru Phrygias turrita per urbes.
Acdesis scatens ira convulsi à se pueri] Pausanias:

ἐκθήλυνε καὶ ἄνανδρος οἱ μετὰ τῶν πλείω ἡ ἐν τῷ αὐτῷ ἀνθρώπῳ, ἐνταῦθα δὲ παιδὸς ἔρως ἔσχεν Ἀγδίστιν. ἀνεζητήσατο δὲ Ἄττιδα ὁσημέραι ἐν Πεσσινοῦντι οἱ θεσπίζοντες σωφρονίσοντα τῇ βασιλίσσῃ θυγατρί. ὑμέναιος ἦν ἤδετο, καὶ Ἀγδίστις ἀφίκετο, ἐπὶ τὰ αὐτοῦ αἰτήσοντα μανεὶς ὁ Ἄττης. αἰτήσατο δὲ ἐν τῶν θυγατέρων αὐτῇ δοθῆς. Ἀγδίστιν δὲ μετανοίᾳ ἔσχεν οἷα Ἄττιδα ἰδοῦσαν. καὶ οἱ ἐν Δίῃ ὄρει, μήτε σπείρῃ τὴν Ἄττιδι τῷ σώματος, μήτε πιόσθαι.

Rapit Atys teſtulam] *Teſtulam* ſaxum acutum dicit Ovidius lib. 4. Faſtorum.

Ille etiam ſaxo corpus laniavit acuto :
Longaque in immundo pulvere tracta coma eſt.
Vox fuit, hoc merui: meritas do ſanguine pœnas:
Ah pereant partes, quæ nocuere mihi.
Ah pereant, dicebat adhuc, onus inguinis auferte,
Nullaque ſunt ſubito ſigna relicta viri.

PA. 160

Veſte prius tecti atque involuti defuncti] Defunctorum cadavera obvoluta veſtibus. Hieronymus in vita Pauli Eremitæ Tom. 1. pag. 108. *Obvoluto & prolato foras corpore, hymnos quoque & pſalmos* de Chriſtiana traditione decantans. Apuleius Floridis ; *Item pallio cadavera operiri, & philoſophos amiciri.* Eccleſiaſt. 38. *Fili in mortuum produc lachrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare, & ſecundum judicium, contege corpus illius.* Lactant. lib. 2. cap. 4. *Defunctorum corpora odoribus, ac preciosis veſtibus illita, & convoluta humi condunt.*

Sacras velarier, & coronarier pinos] Vid. Servius in Eclog. 7. pag. 37. & 9. Æneid. pag. 539.

Nomine ſpoliaverat ſe viri] Sup. *Suis ipſe ſe viribus privat.*

Pauſata circum arboris robur] Quid ſit *pauſata arbor*, ingenue fateor me ignorare. Magnas equidem gratias illi habebo, qui me id docuerit. Quæ enim hactenus Arnobii commentatores ad hunc locum adnotarunt, gerræ ſunt & nugæ meræ.

Puteſcat] Lib. 7. *Exigui* temporis contracta interjectione puteſcant.

Intendiſſet animum] Inf. *Intendit animum perditam toto in orbe conquirere.* PA. 161

Etiamne in matrem cupiditatis infandæ ſpem Iupiter cepit] Auguſtinus de civit. Dei. lib. 2. cap. 4. *Habet etiam quiddam erga parentes humana verecundia, quod nec ipſa nequitia poſſit auferre.*

Pauſam facere] Lucilius lib. 1. Satyr.

Hacubi dicta dedit, pauſam facit ore loquendi.

Plau-

Plautus Rudente Act. v. Scena vi. Apuleius lib. ix. M
pag 365. Nonius in *Pauſæ*.

PA. 162 *Animalibus quoque nonnullis*] Varro de re ruſtica li
Cum equus matrem ut ſaliret, adduci non poſſet & eum capit
riga adduxiſſet, & coëgiſſet matrem inire: cum deſcende
dempſiſſet ab oculis, ille impetum fecit in eum, ac mordicu

Palpabat res intimas] Res, pro membro genitali
Scaliger in Catalect. Sup. *Res flagitii operis* Lib. 3. C
res illas. Lib. v. *Artificii curas tum rebus adhibuiſſe per*
niculane deinde imperaviſſe captivæ ut agnoſceret quid ſibi
verſione Orphei carminum:

Objecitque oculis formatas inguinibus res.

Properus ſubreptionis] Sup. *Obrepere conquieſcentis pu*
prianus de Lapſis pag. 222. *Sacrificantibus nobis laten*
cero Epiſt. 21. lib. 16. ad Familiares; *Sæpe inſcientibus*
tibus obrepit.

Gerere illa morem] Plautus Mil. Glorioſ. Act. 2.
enarrandum, &c. Amanti ſuo hoſpiti morem gerit. Et M
Iampridem, &c. Nihilo ego, quam nunctu amata ſum,
geſſi morem.

PA. 163 *Feminei moris difficultate connixos*] Arnobius lib.
gravidas, Deas fœtas gliſcentibus per dies alvis inteſtini pon
cunctari, parturire alias tractu longo, & manus obſtetrici

Seminis illud nocentiſſimum virus] Tertull. de Anim
In illo ipſo voluptatis ultimæ æſtu, quo genitale virus expe
Eunuchus. *Horum quidam coëunt & virus emittunt.*

Fiant languidioris audaciæ] In ea opinione eſt D
loſtratum de vita Apollon. lib. 1. cap. 21. Ω Δαί
πρὸς ἑμαυτὸν ἐξόπου ποτὲ οἱ βάρβαροι τοὺς εὐνούχους σω
ἢ παιδί δῆλον. ἐπειδὴ γὰρ ἡ τομὴ τὸ ἀφροδισιάζειν ἀφαι
τὸ δὲ ἱερῶν, εἶπεν, ἢ τὸ ζυγκαθεύδειν τοῖς γ
ἄμφω, ἔφη. εἰ γὰρ σβεσθείη τὸ μόθλον, ὑφ' ὃ διυσρεῖται
mecum cogitabam qua de cauſa Barbari Eunuchos modeſ
ad mulieres cuſtodiendas ipſis utuntur. Ego hoc, inquit,

illis abstulit, permittitur illis mulierum custodia, & cum mulieribus dormire sinunt. Amare etiam & cum mulieribus concumbere, inquit Apollonius, ablatum illis censes? utrumque ablatum, inquit, arbitror Damis; si enim extinguatur aut auferatur pars ea, à qua corpus ad Venerem incitatur, ne amandi quidem illi libido fuerit. Contrarium asserit Apollonius: Ὁ δὲ Βραχὺ ὑπολαβών, ἄθλιον, ἔφη, ὦ Δάμι, μάθοις ἂν ὅτι καὶ δίψῶντες ἐρῶσι, καὶ τὸ ὑπομιμνῆσκον, ὅταν εἰσόμενοι τὴν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν, ἐκ τοῦ προσιέναι σφᾶς, ἀλλὰ μένον θερμόν τι, καὶ ζωπυρον. δῆλον γάρ τι ἀπεσβεσμένον, ὃ τὸν σὺν ἐλέγχῳ λόγον. εἰ δὲ καὶ τέχνη τις ἐστὶν ἀνθρωπεία, τῷ ἐρῶντι τε, καὶ δυνατῷ τὸ παῦσαι ἐξωθεῖν τῆς γνώμης, ἢν ἀν μοι δοκῶ σὺ μὴ δυνήσεσθαι πρὸς τὸ τῶν σωφρονούντων ἤθη μεταχειρίσαι, καταναγκασθεὶς τὴν σωφροσύνην, καὶ βιαίᾳ τέχνῃ ἐς τὸ μὴ ἐθέλειν ἡμᾶς. Σωφροσύνη γὰρ τὸν ἐρῶντα μέν τι, καὶ ὁρῶντα, μὴ ἡττᾶσθαι λέγουσιν, ἀπέχεσθαι, καὶ πρόσω φαίνεσθαι τῆς λύπης ταύτης. Id est: *Tum tacite moratus parumper Apollonius, cras disces, inquit, ô Damis, Eunuchos amare, & cupiditatem quæ per oculos inducitur, in illis non extingui, sed calidam & vigentem in ipsis permanere: aliquid enim evenit quo facile ratio tua confutabitur: quod si humana quæpiam ars est domina, potensque cupiditates ejusmodi ex animo depellere, non recte mihi videtur eunuchos temperantium numero adscribere, quia coacti & violentia quadam compulsi, amore penitus carere putantur. Temperantia enim munus est cupientem quidem & appetentem à Venereis non superari, sed ab illis abstinere, nec ab illarabie vinci, quam cupita rei desiderium inducit.* Cap. 23.

Τοιοῦτον ἀλαλολυιτῶν πρὸς ἀλλήλους κεχυμένῳ τῶν βασιλείων ἐξεφοίτησεν ἐνύχιον, καὶ γυναικῶν ἅμα. ἐλήφθη δέ τις εὐνοῦχος τῶν ἐπὶ μιᾷ τῶν βασιλίδων παλλακῶν ξυγκαθειμένος τε, καὶ ὁπόσοι οἱ μοιχοὶ πεφύκασιν. ἦγον οὖν ἀμφὶ τὸν γυναικωνίτην, θηρασάντες τῆς κόμης, ὃν δὴ ἔμπροσθεν ἦν εὐνοῦχον, ἐρωντα τέως εἰ βασιλίδος δ' ἦλος. Ἐπεὶ δὲ πρεσβύτατος τῶν εὐνούχων, ἐρώμενον οἱ μὲν ἀφρενίτην μὲν αὐτὸν τῆς γυναικὸς πάλαι ἠθῆσθαι ἔφη, καὶ πρὸς μὲν ταῦτα μόνα λέγεσθαι αὐτῷ, μὴ δὲ ἅπτεσθαι, δέος ἡ χειρὸς, μηδὲ κοσμεῖν ἀνδριζόμενον θηλυ τῷ ἔνδυτι, ναὶ δὴ καὶ ξυγκαθειμένῳ εὑρηκέναι, καὶ ἐπιστομίζειν τὸν θόρυβον τῶν εὐνούχων, ἐφ' ὧν ἦν γυναῖκα. Id est: *Dum ipsi inter se talia confabulantur, ingens clamor in regia auditur, ab eunuchis regis mulieribusque exortus, fuerat autem deprehensus Eunuchus cum una ex regiis pellicibus cubans, & sicut mœchi facere solent, venerea exercens: hunc cæteri eunuchi coma trahentes circa mulierum claustrum deducebant. Illo enim pacto regni servi trabisolent. Inde cum eunuchorum senior diceret, se jamdudum animadvertisse hunc eunuchum ejus mulieris amore teneri, ac propterea monuisse ne eam alloqueretur, neve collum aut manum omnino tangeret, atque ab ea sola*

ſola exornanda ſe abſtineret. **Nunc tamen cum ea jacentem, & viri agentem eſſe deprehenſum.**

Majoris petulantiæ fieri] **Verum** id quidem, ſed prolem tam extundere nequeunt. Papias; **Eunuchorum quidam coëunt, & etiam rus emittunt, ſed ad gignendum vanum & invalidum.** Firmicu ſtron. lib. III. cap. 7. **Facit eunuchos, abſciſſos, archigallos, aut maphroditos, & qui ſemper hæc non agunt, ſed patiuntur, quæ mul pati conſueverunt, præpoſteris libidinum ardoribus vulvæ tentigine con ri.** Cap. XI. **Facit eunuchos, vel viros ſine ſemine, & qui coire non ſunt, infames, impudicos, cinædos.** Auguſt. Tom. VI. de ſancta ginitate cap XXIV. **Illi, quibus virile membrum debilitatur, gene non poſſunt, ſicut eunuchi divitum & regum.** Terentius Eunuch. A IV. Scen. III. Ph. **Inſanis: quid iſte facere eunuchus potuit. P. ego il neſcio qui fuerit, hoc quod fecit res ipſa indicat.** Ph. **At pol ego amat mulierum eſſe audieram eos maximos, ſed nihil poteſſe.** Juvenalis Sa 6. verſ. 364.

Sunt quas **Eunuchi imbelles, ac mollia ſemper**
Oſcula delectent, & **deſperatio barbæ,**
Et quod abortivo **non eſt opus.**

Scholiaſtes vetus: **Eunuchi inutiles ad concubitum,**

—& ſi quando ad prælia ventum eſt,
Vt quondam ſtipulis magnus nam viribus ignis
Incaſſum furit.

Peniculamenta decurtantem cantheriorum] **Peniculamentum** pro c da ponit, ut obſervat Scaliger in Catalect. pag. 162.

PA. 164 *Etiamne fluore de ſanguinis*] Sup. *Fluore de ſanguinis viola flos* ſcitur. Arnobius lib. I. **Cujus ex levi tactu ſtabant profluvia ſanguinis, immoderatos cohibebant fluores.** Autor carminis de paſſione Dom apud Lactantium.

— cerne inde fluorem ſanguineum.

Vis illa] **Vis** pro parte inhoneſta. Inf. **Tunc ſancta & ferventia v mina vim vomuiſſe Lucili.** Lucillius apud Varronem lib. IV. de L **Vis eſt vita vides, quæ vis facere omnia** cogit.

Balauſtiis] Dioſcorides lib. I. cap. CLV. βαλαύστιον ἐϛὶ ἄνθος ἀγρ ſoiac. Plinius Natural. hiſtor. lib. XIII. cap. XIX. lib. 23. cap.

In puncti ſpatio] Lucretius lib. 2.

Omnia poſtremo quæ puncto temporis cernis
Diffugere.

—rebus item ſimili ratione neceſſe eſt

Te

Temporis in puncto rerum ſimulacra ferantur.

*

Immemorabile per ſpacium tranſcurrere poſſe
Temporis in puncto.

Surgant] Id eſt, oriantur. Servius ad 1. Æneid. pag. 209.

Quod non illum fœtor vitabilem reddidit, fugiendumque caprinus] Fœtorem **caprinum** hircum appellat. Horatius Epod. XII.

——ſagacius unus odoror
Polypus, an gravis hirſutis cubet hircus in alis.

Scholiaſtes: *Hircus, odor maxillarum, inſtar hircorum fœtens, qui putor in libidinoſis ex ſudore pilis alarum inhærente, gravis percipitur.* Firmicus Aſtronom. lib. VI. cap. XXXI. *Facit tales, quos uxores ſua omnibus convitiorum generibus execrentur, & quorum corpora hircini odoris triſtem illuviem, deſudatis gravibus humoribus evaporent.* —— *odoris hircini fatalem & tetram tergis illuviem.*

Qui uxore adoleſcentulum vinciebat] Apuleius lib. VI. Metamorph. pag. 279. *Luxuria puerilis nuptialibus pedicis alliganda.*

Virilia veretra] Gloſſæ: *Veretrum αἰδοῖον.* Lib. VI. *Veretrorum magnitudines publicatæ.* Papias: *Veretrum.* Sueton. Tiberio cap. 62.

Deſecta] Sup. *Sub pini arbore genitalia ſibi deſecat.* PA. 166

Inſtrumenta] *Inſtrumentum* pro nota virili. Petronius: *Illud unum memento, non me, ſed inſtrumenta peccaſſe.*

Lavit utique balſamis atque unxit] Ennius.

Tarquini corpus bona fœmina lavit, & unxit.

Aut infantibus credulis avocamenta] Baſil. Mag. de fame & ſiccitate p. 179. Μή μι νομίσητε ὥσπερ μητέρες λυκὰ ἢ τροφὸν ψευδῆ τοῖς μορμολύκεσι παίδων, εἰώθασιν, ὅταν θηρίον, ὥσπερ ἐκεῖνα ποιεῖν φίλι τὰς νηπίους τῶν παίδων διηγημάτων χρηζούσας. θελωῦσιν ἔτυχε & ἀπέφηνα, δ' Ἀτυς ὁ παῖς ἀσθῆ, ut Atys rogatus ab Acceſti, ut Atys reviviſceret, non finie = *quod tamen fieri per fatum poſſet, ſine ulla difficultate condonat, ne corpus puteſcat, creſcant ut comæ ſemper, digitorum ut minimiſſimus vivat, & perpetuo ſolus agitetur motu.*

Minimiſſimus digitorum] Sup. *Iupiter rogatus ab Acceſti, ut Atys re-*

Pilum in mortuo creſcere] Hoc tamen affirmant medicorum alumni, & ipſa experientia teſtatur id fieri in ſuſpenſis. Vid. Tertullian. de anima cap. 51. PA. 167

Pinus, quam ſemper ſtatis diebus, in Deum matris intromittitis ſanctuario] Servius lib. IX. Æneid. pag. 539. *Attis puer ſpecioſus cum matris vim Magna præeſſet ſacris à rege civitatis ſua adamatus eſt, ſed cum intelligeret*

vim sibi à rege instare, *quasdam in sylvas profugit: cum ergo inventu*
sibi videret inferri, verenda *stupratoris abscidit*, *qui moriens eandem i*
partem corporis puero abscidit: *quem semianimem sub pinu latentem*
invenissent antistites Matris *magnæ*, *perlatum in templum deæ frustr*
nati reficere, defunctum *sepelierunt*. *Cujus ut perpetua maneret mem*
Mater magna instituit, *ut quotannis in sacris suis plangeretur*: *pinu*
arborem sub qua jacuerat, *tutelæ suæ adscripsit*, & *effecit ut cultor*
viriles sibi partes amputarent, *qui Archigalli appellantur*. Firmicus
rore profan. relig. pag. 9.

Passis cum crinibus Galli] Ovidius lib. IV, Fastorum.

Venit in exemplum furor hic: *mollesque ministri*
Cadunt jactatis vilia membra comis.

Lucanus lib. I.

--- cinemque rotantes
Sanguineum populis ululârunt tristia Galli.

Servius lib. III. Æneid. pag. 271. Lib. X. Æneid. pag. 586
tius lib. X. Thebaid. pag. 345.

Quid temperatus ab alimonio panis, cui rei dedistis nomen castus
ronymus lib. 2. cap. 4. adverſ. errores Ioviniani; De *ciborı*
placent abstinentia, *quasi non superstitio gentilium castum matris De*
servet & Isidis. Tertullianus de Ieiunio adverſ. Physicos cap
Sed bene quod in nostris xerophagiis blasphemias ingerens, casto I
Cybelis eas adequas. Cap. XI. *Xerophagias vero novum affectati o*
men, & *proximum ethnicæ superstitioni, quales castimoniæ, Api*
dem, & *magnam Matrem certorum eduliorum exceptione purificar*
Theodor. Canterus variar. lection. lib. 2 cap. 21. Scali
Conjectaneis ad Varronem.

PA. 168 *Evirati isti mollesque*] Hieronymus Tom. V. in Oſæam c
pag. 45. *Archigallos*, *truncatos & effeminatos* appellat. Valeri
cus lib. VII. Argonautic. pag. 188. *exectos*. Arnobius lib.
scissos. Prudentius περὶ στεφάνων pag. 243. *Semiviros imberbı*
ctantius lib. I. cap. 21. *deglabratos*. Arnobius inf. *Evirator*
semiviros, effeminatos.

More lugentium cædunt cum pectoribus lacertos] Lactantius
cap. 21. *Sacerdotes ejus deglabrato corpore sua pectora tundunt*
tantur *sicut ipsa.*

Quibus initiis nomen] Suidas: Μυσταγωγία. πλατεῖ. μυσταγω

vius lib. 39. pag. 1029. *Initia erant, quæ primo paucis tradita sunt, deinde vulgari cepta per viros, mulieresque.*

Faunam igitur Fatuam Bona quæ dicitur Dea] Lactantius lib. 1. cap. 22. *Ante Pompilium Faunus in Latio, qui & Saturno avo nefaria sacra constituit: & Picum patrem inter Deos honoravit, & sororem suam Fatuam Faunam, eamque conjugem consecravit: quam C. Bassus Fatuam nominatam tradit, quod mulieribus fata canere consuevisset, ut Faunus viris. Eandem Varro scribit tanta pudicitiæ fuisse, ut nemo eam, quoad vixerit, præter virum suum mas viderit, nec nomen ejus audierit. Iccirco illi mulieres in operto sacrificant, & Bonam Deam nominant. Et Sex. Clodius in eo libro quem Græce scripsit, refert, Fauni hanc uxorem fuisse, quæ quia contra morem, decusque regium clam vini ollam ebiberat, & ebria facta erat, virgis myrteis à viro usque ad mortem cæsa: postea vero cum eum facti sui pœniteret, & desiderium ejus ferre non posset, divinum illi honorem detulisse. Iccirco in sacris ejus obvolutam vini amphoram poni.*

Sicut suis scribit in causalibus Butas] Scripserunt αἴτια apud Græcos Plutarchus, Butas, Callimachus. Vid. Plutarchus Romul. pag. 31. Servius in VIII. Æneid. pag. 483.

Tanaquil Etruriæ disciplinarum perita] Historiam hanc ita narrat Dionysius Halicarnas. lib. 4. Antiq. Roman. pag. 207. Ἀπὸ τῆς ἐσίας τῶν βασιλέων, ἐφ' ἧς ἅπαντα σωτελοῦσι Ῥωμαῖοι ἱερεῖα, καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν δείπνων ἀπαρχὰς ἀφίζουσιν, ἔστε δ' πυρὸς ἀναφθέν λείψανον αἱ δοῖαι ἀνδρες. τοῦτο θαῤῥοῦσαι τινὲς Οἰκεσίαν πρώτην φέρουσαι σὺν εἰωθότας πιλάνους ἐπὶ τὸ πῦρ, ἐ αὐτίκα πρὸς τοῦ βασιλέως ἐληθοῦσαι αἰτεῖν. τὸν μὲν οὖν Ταρκύνιον ἀφύοντά τε ἐ μετὰ ταῦτα ἰδόντα τὸ πεῖρ, ἐκ θαύμαλι ἡγεῖσθαι. τὴν δ' Ταναχυλίδα πάνυ ἄλλα σοφὴν ὄσαν, καὶ δὴ καὶ τοῦτο μανικὰ ἰδεῖν χεῖρον Τυῤῥηνῶν θεσπεσίων, εἰ πᾶν πρὸς αὐτὸν ὅτι γένοιτο ἐκ τῆς ἐσίας τῆς βασιλέων πέπεωται γλυέσθαι γυναικός. τὸ δ' αὐτὸ καὶ θρασυτέραν φύσιν, ἐκ τῆς μιχθείσης τῷ Φαύστυλῳ γυναικὸς τῶν βασιλέων, ἢ πρώτην ἐτῶν ἄλλων περιποιήσασαν δόξαν τῷ Φαύστυλῳ. καὶ μὴν τοῦτο τὸν γυναῖκα Φάνη τὸ πῖρος, εἰς ὁμιλίαν αὐτῇ συνελθοῦσι. καὶ μὴν τοῦτο τὸν γυναῖκα κατακλιθεῖσαν ὡς ἔθος ἐστὶ κοιμᾶσθαι τοὺς γαμουμένους ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῇ θεῶν ἡ μόνῳ εἰς τὸν οἶκον ἐν ᾧ τὸ πῖρος ἄφθη. μιχθέντος δ' τοῦ θεοῦ καὶ δαιμόνιον, καὶ μετὰ τοῦτ' μεῖξιν ἀφανισθέντος, εἶπε Ἡ Φαίστυ, καθάπερ εἰώθασι, εἶπε δ κατ' οἰκίαν ἅπας, ἐγκύμονα γεγένθαι, καὶ πικεῖν τὸν τόκον ἐν τῷ καθήκουσι χρόνοις. Vertit interpres: *E foco regio ubi à Romanis cum alia sacra solent fieri, tum canarum lisari primitia, supra flammas exstitisse virilis membri speciem: id primam conspicatam Ocrisiam, quæ ex more*

ex more liba eo tulerat, ſtatim regibus indicaſſe. Ibi cum Tarquinius dito primum, deinde etiam viſo prodigio in admirationem veniſſet, T quilem uxorem, & alioqui ſapientem, & divinandi ſcientiæ nulli Etr rum ſecundam, dixiſſe ſolam, ſoli fatale eſſe, ut è foco regio major ho proles naſceretur, ex ea fœmina quæ cum ſpectro illo concumberet. id confirmaſſent alii quoque prodigiorum interpretes, placuiſſe regi, cam ſpectro coire, cui prima apparuiſſet: ac mox mulierem nuptiali ornatu cultam in eadem illamet in qua portentum apparuerat, incluſam fuiſſe ſola congreſſamque cum quopiam Deo vel genio: ſive is Vulcanus fuit, ut v gario eſt opinio, ſive familiaris Lar: poſtquam is diſparuit, gravidam ctam legitimis menſibus exactis peperiſſe hunc Tullium.

Quibus nomen Omophagiis græcum eſt] De Omophagiis notant lii ex Clementis protreptico.

Circumplicatis vos anguibus] De ſerpentibus quas ſibi circumd bant in ſacris Bacchi videndus Euripides in Bacchis. Plutarchi Alexandro. Horatius lib. II. Ode XIX. & inibi ejus Scholiaſte Clemens Protreptico.

Caprorum reclamantium viſcera cruentis oribus diſſipatis] Lactantiu in Statii Thebaid. lib. V. pag. 170. *In ſacris Liberi conſuetudo talis eſt ut occiſo capro omnes ſacrati ſanguinem ejus bibant.* Prudentius lib. I contra Symmachum.

Cypriæ Veneris abſtruſa illa initia] Firmicus de errore profan. Rel ligion. pag. 34. *Audio Cinyram Cyprium templum amicæ meretrici do naſſe: ei erat Venus nomen. Initiaſſe etiam Cypriæ Veneri plurimos, & va ſecreto Veneris ſibi tradito, aſſem in manum mercedis nomine Deæ daret. Quod ſecretum quale ſit omnes taciti intelligere debemus, quia hoc ipſum propter turpitudinem manifeſtius explicare non poſſumus.*

Frater trucidatus à fratribus ſacris Corybantiis parricidium colitur] Firmicus de errore profan. Relig. *In eſt Et ne quod indicium necem fraternæ mortis aperiret, ſub radicibus Olym pi montis à parricidis fratribus conſecratur.*

PA. 170 *Agit inceſtus res ſuas*] Martialis lib. V. Epigram. 63.

Rex uxoris agit, res nullas criſpulus iſte.
Res non uxoris, res agit ipſe tuas.

Virilitate] Quintilianus lib. V. cap. XII. *Mancipiorum negotiato res forma puerorum virilitate exciſa, lenocinantur.* Plinius lib. XXIII.

Taurus draconem genuit, & taurum draco] Firmicus de errore profan. Relig. *Sequitur aliud Symbolum, id pro magnifico miserorum hominum credulis auribus traditur:* Ταῦρος δράκοντος, καὶ δράκων ταῦρος πατήρ. Clemens protreptico.

Quibus Sebadiis nomen est] Firmicus: *Sebazium colentes Iovem, anguem cum initiantur per sinum ducunt.* PA. 171

SR. METIUS. ZETUS	IOVI. SEBAZ.
IOVI. SEBAZIO	Q. NUNNIUS.
D. L. D.	ALEXANDER.
	V. S. L. M.

Luteamque personam] Id est, vilissimam, & nullius precii. Plautus Truculento Act. IV. *Blitea & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in vino ad rem suam.* Idem Pœnulo Act. IV. Scena. *Satis spectatum, &c.*

— neque pejor alter usquam est gentium,
Quam herus meus est, neque tam luteus, neq; tam cœno collitus.

Cicero lib. IV. in Verrem, pag. 228. *Luteum negotium.* Prudentius ὀξὺ πρόσωπον. *Luteum pectus.*

Catamitus puer] Glossæ: *Catamitus*, Γανυμήδης. Festus; *Catamitus pro Ganymede dixerunt, qui fuit Iovis concubinus.* PA. 172

Criminum seges] Plautus Aulular. Act. I. Scena; *Exi inquam, &c.* St. *Nam qua me nunc causa extrusisti ex ædibus.* EV. *Tibi ego rationem reddam stimulorum seges.*

Æternam rerum atque hominum potestatem] Docte Servius ad lib. X. Æneid. pag. 573.

Ruminantem pallentes herbas] Virgilius Eclog. VI. pag. 32.

Ille latus niveum molli fultus hyacintho
Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas.

Servius: *Ruminat, revomit & denuo consumit, atque iterum passo pascitur ante cibo.*

Thesmophoria] Glossæ; Θεσμοφόρια, ἑορτὴ Δήμητρος. Cerealia. PA. 173 Pausanias Phociacis pag. 352. Δήμητρος ὃ θεσμοφόρου Δημαίοις ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον, καὶ σέβεται μάλιστα λίθου παραίτιον, ᾗ αὐτὴ Θεσμοφόρια ἑορτὴν ἀπέχουσιν ἐπέτειον. Plinius lib. XXIV. cap. IX. Iulius Pollux lib. I. cap. XXXII. Diodorus Siculus Biblioth. lib. V. pag. 336. Theodoretus contra Græcos serm. I. de Fide pag. 7. orat. 3. pag. 104. Hyginus Fabula 147.

Quibus sancta, illa, pervigilia consecrata sunt & pannychia] Glossæ; Pervigilium, Παννυχισμὸς, καὶ ἡ ὅλη νυκτὸς ἀγρυπνία. Heraclius in Epi-

Epiſtola ad Hermodorum : Κόρλω βία Δημητρίου καὶ Φιλωτέρας χάριν. Dionyſius Halicarnaſ. lib. 11. antiquit. Rom. pag. : παννυχισμοὺς ἐν ἱεροῖς ἀνδρῶν σὺν γυναιξίν. Cicero lib. 2. bus pag. 444. *Novos vero Deos & in his colendis nocturnas pervi* ſic Ariſtophanes facetiſſimus poëta veteris comœdiæ vexat. Plaut log. Aulular. *Qui illam ſtupravit noctu Cereris vigiliis.* Arbit *iam dormire vobis in mente, cum ſciatis Priapi genio Pervigilium de*

Nigrare] Amobius lib. 1. *Si non eſt moleſtum, non grave.*

Athenas humanitatis artibus, ſtudiisque pollentes] Propert. Elegia VI.

At mihi ſit tanti doctas cognoſcere Athenas.

Lib. 3. Eleg 21.

Magnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas.

Valerius Maximus. lib. 4. cap. 3. *Licet Athenæ doctrinæ ſua rientur.*

In Sicilia pratulis] Vid. Firmicus de errore profan. relig. mens Protrept. pag. v. Apollodorus Biblioth. lib. 1. *pag. 12.* ginus Fabula CXLVI. Diodorus Siculus Bibliothec, lib. v. pag. 2 Ovidius lib. 4. Faſtorum.

Virago] Inf. *In nemore Ennenſi quondam flores Proſerpina virago ſtitabat. — Quid accidit quaſo, ut in aliud ſubito converteretur hiſtor ſemen Proſerpina diceretur, ut quæ virago jamdudum florum in lectionil habebatur.*

Pa. 174 *Sumit faces geminas flammis comprehenſas Ætneis*] Diodorus Sicu lus lib. v. Biblioth. pag. 288. Μετὰ δὲ τῶν τῆς κόρης ἁρπαγὴν μυθο λογοῦσι τὴν Δήμητρα, μετὰ δᾳδῶν ἀναπτομένων δίχα τὴν οἰκουμένην ἐκ τῶν κατὰ τὴν Αἴτνην πεφυτευμένων δένδρων, ἐπειδὴ ὅτι πολὺ μέρ

Alta jacet vaſti ſuper ora Typhoëos Ætna:
Cujus anhelatis ignibus ardet humus:
Illic accendit geminas pro lampade pinus:
Hinc Cereris ſacris nunc quoque teda datur.
Eſt ſpecus exceſſi ſtructura pumicis aſper,
Non homini facilis, non adeunda fera.
Quo ſimulac venit, frenatos curribus angues
Junxit, & æquoreas ficca pererrat aquas.

Minutius Felix Octavio. Prudentius περὶ στεφάνων in Romano Martyre. Lactantius lib. 1. cap. 17. Apollodorus lib. 1. Biblioth. pag. 11.

Veiſſimios etiam pervehitur fines] Diodorus Siculus lib. v. Bibliotheh. pag. 336. Apollodorus Biblioth. lib. 1. pag. 12.

Pagi iſtud nomen, regione in Attica conſtituti] Pauſanias Atticis pag. 36. Firmicus de errore profan. Relig.

Aqueo & gens effluit Eumolpidarum] Suidas: Εὐμολπίδαι γένος ἀπὸ τῆ θεᾶς. ὅς καὶ τῶν μύσεων εὗρεν, ἢ ἀπὸ τῆ μυσταγωγίας τῆ. ὃς ἦν ἀπὸ τῆ δευτέρα πέμπτος. ἐπεφώνησε δὲ αὐτῷ εὐμολπίδαι καὶ κήρυκες, ἢ αὐτὸς εἶπε μὲν τὸ περὶ ἀδύτων γένη. τὰ σεμνὰ εὐμολπιδῶν καὶ κηρύκων καὶ τῶν ἄλλων ἱερῶν πόντων καὶ θεοφιλῶν διήρησεν ὁ δὲ θήλεια σοφίαν περιλάμβανε. Diodorus Siculus lib. 1. Biblioth. pag. 25.

etiam gaudentem significant Græci: qualem Xerxem describit Herodotus Musa VIII. Idem Musa II. Pheronem ait Ægyptiorum Regem, ἀπαθαλίῃ χρησάμενον jaculum in Nilum arva inundantem torquere ausum, & idcirco luminibus captum. *Immanis Xerxes* igitur ἀπάθαλος, & præ nimia ἀπαθαλίᾳ Deorum & hominum contemtor, resque aggressus immanes & plusquam humanas. Sic igitur in Xerxe significare voluit Arnobius vesaniam & vecordiam plusquam humanam, πάθος θηριῶδες, quo nomine appellantur vitia ἄγεια & inusitata: quemadmodum contra magnæ virtutes, & exempla communia supergressæ θεῖαι appellatæ sunt; quod in Nicomacheis observat Aristoteles: Quare hæc opponit Plutarchus in Aristide: τὸν ἐν δυνάμει, inquit, ἢ τύχῃ, ἢ δεινῇ βίου ἢ μετὰ δικαιοσύνης ποιεῖ θεῖον· ἢ δ' ἀδικία θηριώδη. Sapienter de ferali hoc morbo sapientissimus scriptor Polybius lib. II. ubi ait, non solum corporis ulcera, nisi medicæ manus cito admoveantur, exacerbari καὶ ἀποθηριοῦσθαι: sed & ipsos animi morbos; ita ut homines naturam humanam prorsus exuant, & in feras ac beluas migrent. Temperare mihi nequeo quin elegantissimum locum scribam. διόπερ εἰς ταῦτα βλέπων, inquit, οὐκ ἄνευ λόγου εἰπεῖν ὀκνήσειεν, ὡς οὐ μόνον τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων, καίπερ ὄντα τῶν ἐν αὐτοῖς γινομένων ἑλκῶν καὶ φυμάτων ἀποθηριοῦσθαι συμβαίνει, καὶ πολλοῦ δεῖν ἐπιδέχεσθαι γίγνεσθαι, πολὺ δὲ μᾶλλον τὰς ψυχάς. ὅτι τε δὲ τῶν ἑλκῶν, ἐὰν μὴ θεραπείας τοῖς πάθεσι προσφέρηται, τοῦ αὐτοῦ ἐνίοτε παντὸς ἱερεῖ δόμενα βέλτιον ποιεῖσθαι τὴν νομήν. ἐὰν δὲ πάλιν ἀφῇ καθ' ἑαυτὸν ἐξ αὐτῶν φύσιν φθείροντα τὸ συνεχὲς, οὐκ ἔχει παῦλαν ἕως ἂν ἀφανίσῃ τὸ ὑποκείμενον. ταῖς τε ψυχαῖς παθήσεως ποικίλης ἐμφύονται μελαγχολίαι καὶ σηπεδόνες, ὥς τε μηδὲν ἀστεβέστερον ἀνθρώπου, μηδὲ ὠμότερον ἀποτελεῖσθαι τῶν ζώων. &c.

Pag. 6. *Et non fastu, & supercilio luminis.*] Hanc lectionem adfirmat etiam cod. Regius; quare nolim eam temere mutare. *supercilium luminis* fortasse appellat Arnobius arrogantiam, qua se credit aliquis esse ceteris perspicaciorem, καὶ ὀξυδερκέστατον.

6. *Miseranda mortalitas.*] Mortalitatem dicit Arnobius, *ut humanitatem* Minutius humanum genus. Sic infra: *Nam deus omnipotens mente una omnium, & communi mortalitatis assensu, neque genitus scitur*, &c. & lib. IV. *Et audetis post ista mirari, unde oriantur hæc mala, quibus inundatur, & premitur sine ulla intermissione mortalitas.*

6. *Præsens atque in manibus posita disceptatio.*] Infra lib. VII. *Et quoniam nobis in manibus historiarum sermo versatur.*

6. *Si facto & argumentis insignibus rei veritas explicatur.*] Iacob. Cujacius Iurisc. coryphæus legebat, *si faxo ut argumentis insignibus rei veritas explicetur.*

6. *Modo secundæ res affluunt.* Pindarus:

Ῥοαὶ δ' ἄπλοι' ἄπλαι
Εὐθυμιᾶν τε μέζω ἐ
Πόνων εἰς ἄνδρας ἔβαν.

6. *Suis continet incitationibus involutas.*] Gelenius edidit: *Suis continet rotationibus involutas.* Debebat saltem, *in rotationibus.* Malim tamen conjecturam sequi CL. & amicissimi Canteri, *suis in rationibus involutas.* Nam & *rationes* Lucretiano modo ita usurpare amat Arnobius, ut alibi pluribus ostendimus.

Pag. 7. *Malis reciprocantibus prospera.*] Proprie. Id est, quasi fluctibus fluctus recipientibus ac remittentibus. Ennius Andromeda apud Nonium: *Rursus prorsus reciprocat fluctus feram.* Sic enim hic locus procul dubio legendus est. Ibidem ex alio scriptore: *Reciproca animum, inquam, odiose*, Scribi oportuit, *animam.* Proprie enim omnino reciprocare spiritum. ut infra hoc libro.

7. *Plato ille sublimis.*] Hanc celeberrimam Platonis sententiam usurparunt postea plurimi, & observatione dignam existimarunt. Origenes lib. IIII. contra Celsum: ἴσως ἡ μὲν ἐλλείψεως καθαρμῷ, ἡ πυρὶ τῷ γῇ καὶ περιόδῳ καθαιρομένων, ὡς καὶ Πλάτων που φησὶ λέγει. At Origenes diluviorum & conflagrationum causam ait esse hominum κακίαν, quam modo isto purgari necesse est. Sic ille eodem libro ubi Celsi vanitatem confutat, historiam de diluvio à Mose è Græcorum de Deucalione historiis sumtam scribentis: ἀλλὰ μᾶλλον, inquit, τούτων ἕτεροι καθαιρόμενοι, τοιαύτῃσι, καὶ ἀπειραλείπτως τοῖς ἰδίοις ποιοῖς, ἐ τοῖς συμβεβηκόσιν αὐτοῖς ἀναστήσεμεν: ἀλλὰ τῷ τούτων αἰτίαν φαμὲν εἶναι κακίαν ὅτι πλέον χρόμενοι, καὶ καθαιρομένων κατακλυσμῷ, ἢ ἐκπυρώσει. Scribit eodem libro vitia non manere semper in eodem statu, quia purgantur vel diluviis in mundum illatis, vel conflagrationibus excidium, quo mundus in fine dierum conflagrabit, πῦρ καθάρσιον σον πῦρ, καὶ τὸν ἐ κόσμου φθορὲν, ὅτι καθαίρει τ κακίας, καὶ ἀναγκαιόν

Digitized by Google

καὶ ἓξ πυρός. Non negamus, inquit, *ignem purgatorium, & mundi interitum, ut malitia tollatur, & omnia renoventur.* Sed hac de opinione alibi plura.

7. *Et in juventutem hic quandam.*] Ajunt esse in MS. quo usus est Franciscus Modius, *etenim juventutem &c.* Quod si verum est, quin sit ista lectio vera dubitandum non est. Repræsentavimus autem lectionem principis editionis.

7. *Quid, si sole aliquis torrere se suetus.*] Diximus hac de re ad Martialem. Seneca de brevitate vitæ: *Persequi singulos longum est, quorum aut latrunculi, aut pila, aut excoquendis in sole corporis cura consumsere vitam.*

Pag. 8. *Cujus explicare', dissolvere neque originem v.*] *Dissolvere* quod adjectum est, est è MS. Reg. Amat autem Arnobius plura verba idem significantia coacervare: unde factum ut glossemata plura in his libris esse quidam existimaverint. Sic postea *constringere*, & *sustinere* adjecta ex eodem libro.

8. *Ovilibus insidiatur lupus.*] Virgilius:

Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili.

Habet à Virgilio multa Arnobius.

8. *Maledicam si primordiis verum.*] Proculdubio scriptum fuerat *sc.* pro *scilicet*, quod edidit Gelenius. Nam quod alii adferunt *ilicet*, quæso, quid erat isto acumine opus?

8. *Cum ea quæ fiunt, non pariliter fiant.*] Legendum *partiliter*, quod in Adversariis nostris observabamus; quodque est ab aliis etiam observatum. Occurrit vox ista apud Iul. Firmicum locis infinitis. Pro *sensus* autem, quod sequitur, placet profecto *census*.

8. *Christianorum, inquiunt, causa mala omnia Dii ferunt.*] Scriptum erat *mala omnia adierunt*. Verissimam lectionem reposuimus è MS. Reg.

Pag. 9. *Non calumniari vos improbe in apertis conspicitis; manifestisque mendaciis?*] Calumniari improbe dicit, id est, impudentissime: ut qui rapit propalam dicitur *fur improbior* Iurisc. Res nota est. Vetus Persii interpres ad hæc verba; *Nec enim mihi cornea fibra est. σκυτοδοχικῶς*, inquit, *id est, corneum pectus. Metaphoricῶς duram quoque, & adamantinam dicimus frontem, improbam. Fibra autem pars est jecoris, Synecdochicῶς pro toto jecore accipi debet.* Sic enim totus hic locus constituendus est, qui est in vulgatis exemplaribus depravatissi-

vatiſſimus. *Improbe* igitur ait, *in apertis manifeſtiſque mendaciis.* Heic enim extrema impudentia eſt: quod cum mendacium promtum ſit & manifeſtum; calumnia tamen obſtinate & impudenter inculcatur, ac defenditur. Eſt enim pars ἀναισχυντίας, τὸ τὰ φανερὰ ἀρνεῖσθαι, inquit Ariſtoteles in Rhetoricis. Plautus in Menæchmis:

Nihil hoc confidentius, qui quæ videt, ea pernegat.

Quare in Ariſtophanis Equitibus, ubi Cleon & ἀλλαντοπώλης de impudentiæ laude contendunt, ibi pro ſumma impudentia ponitur, furtum manifeſtum negare. Cleon igitur, ut ſe hominum omnium confidentiſſimum probet, ait omni pudore conculcato furta ſua confiteri ſe, nec ullam inde infamiam reformidare. At Agoracritus adjicit, non ſolum furari ſe: ſed etiam aperta manifeſtaque furta pernegare, & perjurio caput obligare ſe.

Κλ. ὁμολογῶ κλέπτειν. σὺ δ' ἐχί;
Αλ. νὴ τὸν Ἑρμῆν τὸν ἀγοραῖον.
Κἀπορκῶ γε βλεπόντων.

9. *Trecenti ſunt anni ferme*] Hunc locum illuſtramus in Prolegomenis. Ennium autem imitatus eſt Arnobius:

Septingenti ſunt, paullo plus aut minus anni.

9. *Et ſine ullis, ut dicitur feriis.*] Id eſt, ſine ulla bonorum intermixtione. Idcirco Philo ait Deum ſolum vere feriari; quia ſolus vero gaudio fruitur, & pace ſincera, nec ullo belli ſimulachro interrupta. Verba ejus ſunt commentario de Caïn; μόνῳ ὁ θεὸς ἀψευδῶς ἑορτάζει. καὶ γὰρ μόνῳ χαίρει, καὶ μόνῳ διαπαίζει, καὶ μόνῳ τῶν ἀμιγῆ πολέμου συμβέβηκεν εἰρήνην ἄγειν.

9. *Nunquam omnino reſpirasſe mortalia.*] Dionyſius Alexandrinus: βραχυτάτης ἡμῖν καὶ αὐτῶν τυχόντων ἀναπνοῆς, ὅπως ἀνακτήσηται ἡ νίκη αὖθις.

9. *Et commercia ſtuperent univerſa pretiorum auctoritate proſtrata.*] Nihil poterat dici expreſſius. ſtupere igitur commercia dicuntur, id eſt, ſtupore quodam & torpore obſeſſa ſtare: quomodo λιθοῦσθαι Græci dicunt eos qui ſtupore aliquo perculſi ſtant attoniti. Unde nata de Gorgus capite fabula. Emendabimus in hanc ſententiam corruptiſſimum Hedyli epigramma ab Athenæo propoſitum lib. VIII.

Ὀψοφαγῶ κλαίω καταμυόμενος ἡδονήν
Σὺν βοτάνῃ καὶ δρεπτὸς ἔην ὁ νόστος ἅπας.

ἡσυχὴν

θεσμὸν ὃν ἡ ζώνλω, ἢ ἐνώπιον, ἤπ πιεῖν
σύσημον, τὸ δ' ὁρᾶν μὴ μόνον ἃ λέγομεν.
ἡμετέρη σὺ Μέδουσα. λιθούμεθ' ἅπαντα παλαι πα,
ἃ γοργοῦς, κόγχαι δ' οἱ μέλεοι λοιπόν.

In penultimo verſu reſtituit præſtantiſſimus Caſaubonus, λιθούμεθα ὡς τὸ πάλαι πα. Cetera quæ ſunt depravatiſſima, ita emendamus:

Ὀψοφάγαι Κλειώ, καταμύομεν· ἢν δ' ἑλκύσης
Ἔνθα μόνη, δρεπτμὴς ἔσιν ὁ κόγχος ἅπας.
Θὲς μόνον ἡ ζώνλω, ἢ ἐνώπιον, ἤλι πιεῖν
Σύσημον, τὸ δ' ὁρᾶν μὴ μόνον ἃ λέγομεν.

Videntur eſſe verba quorundam ſalſamentariorum à quibus Clio mulier ὀψοφαγιστὴ congros emebat: quos quum ibi vorare vellet, ſalſamentarii oculos claudunt, ne nimia mulieris voracitate in ſtuporem dentur. Dicunt igitur, ὀψοφάγαι Κλειώ, καταμύομεν. &c. *Iam Clio, devora ſis congros tuos: oculos clauſimus. Quod ſi etiam tibi lubentia eſt, eos ſolitaria apud te comedito: drachma tibi conſtabunt. Depone hoc modo, & relinque nobis pignus aliquod, cingulum ſcilicet vel inaures, vel quid ejuſmodi. Videre te autem,* τὸ δ' ὁρᾶν, *ne pronuntiare quidem audemus. Tu enim Meduſa noſtra es: In lapides jam diu mutamur: non quidem Gorgus capite; ſed congri patina.* Omnia, opinor, aperta jam ſunt. Tanta autem erat mulieris ὀψομανία, ut in ipſo foro piſcatio, ſive in ipſis ſalariorum tabernis opſonia ſua voraret; quod à ſordidiſſimis quibuſque, & ὀψοφαγιστοῖς factitatum. Quare eodem modo accipio Antiphanis iſta apud eundem Athenæum:

Φοινικίδης ἢ παυρέας θ' ὁ Φίλτατος
Ἄνδρες παλαιοὶ, ὀψοφάγοι τοῖοί τινες
Οἷοι καθέρχεσθίζιν ἐν ἀγορᾷ τὰ ταμάχη,

σύσημον honeſte dicunt pignus, quaſi debiti ſignum aliquod. Nam ita σύσημον ſignum commune; & ſæpe, ſignum quo alicujus rei commonemur. Ita Diodorus Siculus mortis ſignum appellat, quod apud Æthiopas mitrebatur ad eos, qui triſti ſententia damnati erant. Sic ille lib. III. Ἔθος δ' αὐτοῖς ἐστι μηδένα τῶν ὑποτεταγμένων θανάτῳ, θεραπεύειν, μηδ' ἂν καταδικασθεὶς ὑπὸ θανάτου τὸν φανερὰν τιμωρίαν ἄξιον· ἀλλὰ πέμπειν τῶν ὑπηρετῶν τινὰ σημεῖον ἔχοντα θανάτου πρὸς τὸν ἀναιρησόμενον. ὅταν δ' ἰδὼν τὸ σύσημον, ἢ καθεχθῆναι εἰς τὴν ἰδίαν οἰκίαν ἀπελθὼν, ἑαυτὸν ἐκ βίου μεθίησιν. Atque hæc obiter.

Pag.

9. *Et victoriis postmodum, successibusque correcta.*] Iul. Firmicus lib. IV. cap. XIV. *Tunc enim infortunia, graveſque caſus proſperis rurſum actibus corriguntur.* κατορθωμάτων.

9. *Irati & difficiles non ſint.*] Contra *faciles* & propitii. *Difficiles* dicuntur δύσκολοι & δυσκέλαδες, morosi, quorum eſt delicatum iracundiæ genus, ut ait Seneca. Mamertinus Panegyrico Iuliano dicto. *Id uſu venire animadvertimus, ut qui remotam a voluptatibus vitam ſectantur difficiles & morosi ſint; ſibi parum lætis, ſed aliis moeſtiores, &c.* *Difficiles* igitur qui ad aliorum mores non facile ſeſe accommodant; ſed ſtatim iraſcuntur, ſi quid ingenio, ſive potius morbo ſuo minus concinere videtur, quos idcirco δυσχέρεις etiam eleganter Græci dicunt. Contra *faciles* & commodi homines. M. Tullius lib. 1. de officiis. *In liberis vero populis, & in juris æquabilitate, exercenda etiam eſt facilitas, & altitudo animi quædicitur; ne ſi iraſcamur aut intempeſtive accedentibus, aut imprudenter rogantibus, in moroſitatem inutilem, & odioſam incidamus.*

9. *Si Alamannos.*] Proba lectio: Nam Alamannorum appellationem iis temporibus fuiſſe uſitatam ſeculorum eorum monumenta abunde fidem faciunt. Poſtea autem pro tum *Aquitanos*. De his autem calamitatibus, quas perſtringit Arnobius, d imus in Prolegomenis.

Pag. 10. *Nec adverſus ſpes bonas mali ominis obſcœnitate trad* Cod. Reg. *nec in adverſus*. Unde legendum exiſtimo, nec in mnia. *Bonæ ſpes* oppoſitæ malo omini; quemadmodum bo pe quia obſcœna omnia & fœda, antiquis viſa triſtia & pellat Accius δύσφημα: *obſcœnos canes*, Virgilius, & obſ *obſcœnitate traduco?* Propria autem h verbis male ominatis. *Obſcœnitas* præterea ominis propric ut contra pura purgataque, læta & felicia. Hinc *obſcœn cres* eodem modo.

10. *Ita non advertitis, non videtis affectus quam turpes.*] diſputatio de ira divina videtur eſſe parum ſana. Neg detur ſimpliciter, iram in Deum cadere: quæ fuer ſententia. Epicurei autem ita exiſtimabant, Deum humanarum cura remota ſecurum agere ævum; habere ipſum, nec alteri exhibere, nec bene prom que ira tangi: At Stoici benignam & beneficar

tribuebant; eum posse irasci negabant; atque iis ipsis argumentis utebantur, quibus utitur Arnobius: quæ cum apud alios scriptores occurrunt, tum apud Lactantium libro de ira Dei, ubi hoc argumentum accurate tractat, & vanitatem hujus sententiæ ita confutat, ut videatur aliquando ipsa præceptoris sui verba perstringere. Quod autem in ea disputatione iram Dei passionem appellat, etsi explicatione aliqua molliri potest, ita tamen ab eo tractatur, ut non satis commode inde se expediat. Recte Origenes lib. IV. contra Celsum, ubi Celso respondet iram Dei, de qua passim scriptura, traducenti, & hoc nomine sacram scripturam suggillanti: ὀργὴν μὲν οὖν ὀνομάζομεν θεοῦ, inquit, ἡ παθητὸν μέν τινα τῶν ἐν ἡμῖν φαμὲν· ἀλλὰ τὴν παραλαμβανόμενον εἰς τὸν ἀεὶ συνθεωπτικὸν ἀγωγῶν παίδευσιν πρὸς τὸ πονηρὸν, καὶ παιδευτικὴν ἡμερωτικόν, &c.

10. *Hoc ergo Dii magni norunt.*] Utitur hoc verbo Arnobius ad hoc exemplum & alibi, quod infra pluribus docebimus. Sic etiam *scire* verbis proxime sequentibus.

10. *Quod levitatis in homine.*] Lactantius ex Stoicorum sententia: *Quod si hominem quoque, qui modo sit sapiens & gravis, ira non deceat (siquidem, quum in animum cujusdam incidit, velut sæva tempestas tantos excitet fluctus, ut statum mentis immutet, ardescant oculi, os tremat, lingua titubet, dentes concrepent. Alternis vultum maculet nunc suffusus rubor, nunc pallor albescens) quanto magis Deum non deceat tam fœda mutatio?*

Pag. 11. *Nisi ut ex eorum luminibus scintillæ emicent.*] Describit habitum hominis ira perciti. Lucretius lib. III.

Est etiam calor ille animo, quem sumit in ira,
Quum fervescit, & ex oculis micat acrius ardor.

Virgilius Æneide XII.

His agitur furiis, totoque ardentis ab ore
Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis.

Lucretium imitatus est Virgilius; quare scripserat is fortasse, *acribus*. Hæc autem omnia in furiosis eadem; ut ostendit Seneca in libris de ira. Quare Menæchmus insanire ostenditur apud Plautum hac etiam nota: *ut oculi scintillant vide.*

11. *Anhelum pectus spiritum faciat ex ore.*] Hic est *spiritus coactus, ac stridens*, quem inter iracundiæ notas ponit Seneca libro de ira primo; ubi easdem notas docet & furori convenire. *Aliter in textu nostro.*

11. *Et ex verbis ardentibus labiorum siccitas inalbescat.*] Ita spumam,

mam, quæ labiis furentium & irascentium Φαντασίαν, describit. A. Gellius lib. 1. cap. ult. *Quid autem*, inquit, *verbis, nunc ego tibi iratus videor? Ex vultune meo, an ex voce, an ex colore, an etiam ex verbis corruptum esse me ira intelligis? Mihi quidem neque oculi, opinor, truces sunt, neque os turbidum: neque immaniter clamo, neque in spumam ruboremve efferveſco*, &c.

11. *Vt inteſtinis vulneribus concitati.*] Id est propriùs, ὀξύθυμοι καὶ ἰδιόκοι. Vox est Lucretiana. lib. 11.

..... Sed ne res ipſa neceſſum
Inteſtinum habeat cunctis in rebus agendis.

Et sæpius. Arnobius paulo post: *inteſtinas exerant*, experiantur*que virtutes*. Et infra: *Viri materfamilias Troici, atque inteſtini decoris publicatrix*. lib. 11. *Fierique vos Deos veſtro fiditis inteſtineque conatu*, & passim.

11. *Qui propulſare, defendere ſuas valeant contumelias.*] Defendere hic est arcere, atque etiam ulciſci. Tertullianus Apologetic*Si vero facta, cur de ſolo nomine puniunt facta, quæ in aliis de admiſſo, de nomine probata defendunt?* & sæpius. Unde *defenſa* apud eum pro ultione.

11. *Ergo humana patrocinia Dii quærunt.*] Quasi non sint p*ta* in Deum punienda ab hominibus, sed ejus judicio reſer*in ſacrilegio, ipſi de Deorum poteſtate diffidunt. Cur enim illis p*non relinquant ulciſcendi ſui locum, ſi eos poſſe aliquid arbitrant*dem argumentatur Arnobius, Gentes de Deorum suor*te & poteſtate diffidere, quum injurias iis irrogatas ul*Nam si Christianos oderuut dii, inquit, quare eos i*patiuntur; aut aliorum opera exterminari malunt, qu*poteſtate? Non est tamen proba argumentatio: vul*tatem & ab hominibus ipsis puniri Deus; etsi aliter*ſophi existimarunt iisdem rationibus subnixi. Quas*juros pœnæ nullæ jure civili conſtitutæ, si per Dec*contra, si per Imperatores, pœnæ promtæ & pa*C. de rebus creditis. Neque enim aliter lex inte*igitur perjurii ultorem exiſtimabant; & eos id*randi religionem violaverant, Dei judicio re*bant; *Deorum enim injurias diis curæ*, ait Tibe*

quas sibi, si sciens falleret, imprecabatur is qui jusjurandum concipiebat. Hanc igitur pœnam, & generaliter pœnam à Deo per juris dictam sufficere existimabant; nec aliam insuper adjiciendam. Quod & Græcorum legibus observatum. Legimus enim apud Demosthenem contra Aristocratem, eum, qui homicidii accusabat aliquem apud Areopagitas, tactis sacris suovetaurilibus, πάντα ὅσα τῶν τεμένων κάπεστι καὶ τερῶν καὶ τοίχων, sanctissimum jusjurandum concipere solitum, sibi, liberis, totique familiæ exitium imprecantem si sciens falleret, καὶ ἐξωλείας αὐτὸν, καὶ γένους, καὶ οἰκίας: nec ei pœnam inflictam, si pejeraret, sed eum divino judicio remissum, καὶ ἐπιορκίαν ἐπενεγκάμενον τοῖς ἑαυτοῦ παισὶ, καὶ τῷ γένει. Hinc igitur M. Tullius in legibus, *Perjurii pœna divina, exitium; humana, dedecus.* Atqui per Imperatoris venerationem pejeraverat pœnis præsentibus castigabatur. l. XIII. § ult. D. de jurejurando. Quia quemadmodum Deus contemti nominis sui ultor, & vindex est: dignisque pœnis etsi nobis non semper cognitis eos figit qui nominis sui religionem violarunt; ita & Imperator eos qui per nomen suum pejerarant suo modo mulctabat, id est pœnis præsentibus & humanis. Hinc Minutius Felix: *Sic eorum numen invocant, ad imagines supplicant, Genium, id est, Dæmonem ejus imprecant, & est eis tutius per Jovis Genium pejerare, quam Regis.* Quæ igitur contra disputantur ad legem propositam, falsa sunt, & nullius momenti. Ut autem ad institutum revertamur, eadem ratione probat Lactantius lib. v. cap. XXI. eos, qui Deorum religionem contemnunt, non esse ab hominibus puniendos. *Quasi vero*, inquit, *si Dii essent, indigerent hominum auxilio adversus contemtores suos. Quid ergo nobis irascuntur, si illi nihil possunt? Nisi, quod ipsi Deos suos destruunt, quorum potestati diffidant, magis irreligiosi, quam qui omnino non colunt.* Cicero in suis legibus, *quum caste ad sacrificia præciperet accedere: pietatem, inquit, adhibento, opes amovento: qui secus faxit, Deus ipse vindex erit. Recte hoc quidem. Neque enim fas est desperare de Deo, quem ideo colas, quia potentem putes, &c.* Atque hæc vera sunt κατὰ μὲν non κατὰ δόξαν: Nullam enim impietatis speciem humanis legibus esse coërcendam, hoc vero falsum est, & divinis sanctionibus plane ἀντίξοον.

Pag. 12. *Emittant aliquod judicationis signum.*] Placet Gelenii conjectura, *indignationis.* Scriptum fuerat *indignationis.*

12. *Et sub ipsis potu labris.*] Hæc est vetus lectio. Gelenius restituit, *potum.* *Aliter in edit. nostra.*

ctores reperimus. *corrumpunt ingenia bona confabulationes peſſimæ.* Talia apud ſcriptores illos infinita.

12. *Si ſe ſibi aliquis adulatoria humilitate ſubmittat*] Sic enim ſolent adulatores, & qui magnam abjectionem teſtari volunt. Ariſtophanes in Equitibus:

Ὁ βυρσοπαφλαγὼν ὑποπτεύει τὸν δεσπότην
Ἥκειν, ἰδιωτικὸν, ἰκρολάκων', ἐξηπατημένον.

Arnobius lib. VII. *Tum deinde ſalutet acclinis, ancillæ aut ſervuli pavibundas trepidationes imitatus.* Hoc eleganter appellat Tertullianus *decreſcere*, libro de Pœnitentia, cap. XI. *Ad omnem occurſum majoris cujuſque perſona decreſcentes.* ταπεινοῦσθαι Græci hoc dicunt, ὑποπίπτειν, & ὑποπίπτειν: quibus opponit Diodorus Siculus ὑπερίχειν. ὅτε δὲ μαλθάττοις μὲν ὑπερίχοι, μετὰ δὲ ὑποπίπτειν δόξοις, κερδαίνων ἕξεις βίον παρὰ ἀπάσας τὰς πολιτείας. Adulatoris autem hujus generis imaginem habes in Stephano, cujus ψευδομαρτυρίας pulſavit Demoſthenes. Sic enim de eo Orator accuſatione prima. ὅτῳ δὲ μάλιστα συνέβαινεν ἀντιχεῖν Ἀλκιβιάδῃ τῷ τοιαῦτ' ἐξῆν, ἵνα βαίνων ἐξαίφνης ὑποπτεύοιμι ἐκείνῳ. *Hic enim quum res Ariſtolochi trapezitæ floreret, cum aſſectabatur, & continuis atque æquis paſſibus comitabatur, ei ſeſe demittens & ſubjiciens.* Sic enim explicandus hic locus. Talem etiam deſcribebat Niciam Phrynichus:

Ἥ' γὰρ πολίτης ἀγαθὸς οὗτος, ὦ' γαθέ, λέγω,
Κοὐχ ὑποπτεύει ἐξαίφνης, ὥσπερ Νικίας.

Apud Plutarchum in Nicia.

12. *Quos jamdudum experientia doctorum demonas appellat & heroas.*] Hanc eſſe veriſſimam lectionem certo certius eſt. Nam quod alii *errones* nobis obtrudere volunt, errant ſane largiſſime. *Non noſſe cæleſtia*, quod ſequitur, eſt pro *noſſe non cæleſtia*. Sic negationem alieno loco collocat Arnobius non ſemel: quod etiam ſcriptoribus Græcis quandoque factitatum. Polycrates apud Euſeb. lib. V. hiſt. Eccleſ. cap. XXV. εἰδὼς ὅτι οὐκ πολλὰς σὺν λώγοις. pro σὺν οὐκ πολλὰς λώγοις. *Noſſe* autem apud Arnobium jam antea obſervabamus ad hoc exemplum. *Hos ergo Dii magni norunt, perpe-*

perperiuntur & sentiunt, quod fere, quod belua &c. Et, *Quod levitatis in homine; quod terreno in animante culpabile est, præstans illa natura, & in perpetua virtutis firmitate consistens, scire asseveratur à vobis.* Usurpat heic *scire* eodem modo. Servius ad VII. Æneid. de cedro: *Quod lignum non facile consumitur vetustate. Hoc genus ligni tineam nescit, corruptionemque ex antiquitate non sentit.*

Pag 13. *Aruspices has fabulas, arioli.*] Tertullianus Apolog. cap. XLIII. *Nam si qui vere de sterilitate Christianorum conqueri possint, primi erunt lenones, perductores, aquarioli; Tum ficarii, venenarii, magi: Item arioli, aruspices, mathematici. his infructuosos esse magnus fructus est.*

13. *Negliguntur* Dii clamitant, *atque in templis jam raritas summa est.*] Hæc erat verissima lectio, quæ Rom. ed. ducebat, & quam adfirmat cod. Reg. In templis autem raritatem summam esse querebantur: quia in iis præcipue locis consultoribus stipes excutiebant. Firmicus lib. III. Mathes. cap. XIII. *Faciet ex sacrificiis, aut feriatis actibus vitæ habere substantiam. Erunt autem hi tales, ut futura prædicant, & qui semper conversentur in templis.* Eosdem graphice describit cap. VII. ejusd. libri. *In nono loco Luna ab horoscopo constituta, in diurna genitura faciet eum, qui sic habuerit, assidua cujusdam dæmonis interpellatione pulsari. Faciet etiam in templis manere sordide, & sic semper incedere, & qui nunquam tondeant comam: & qui aliquid velint quasi à Diis dictum hominibus nuntiare: quales solent esse in templis qui vaticinari consueverunt.* Hinc igitur *fanatici* appellati. Et recte in glossis: *Fanaticus, ἐνθουσιαστὴς, ληρολόγος.* Eos autem sordidulos describit & alibi idem Firmicus. *Faciet eum qui sic Lunam habuerit in templis sordide manere, & qui aliquid velint quasi à Diis dictum hominibus nunciare.* Ut autem à fanis *fanatici*, sic ab *aris* arioli; nempe, *qui aris inhalantes numen de nidore concipiunt*, ait Tertullianus Apolog. cap. XXIII. De iis enim hic locus intelligendus est. In glossis *Hariolus, βωμοσκόπος, φοιβίτης. βωμοσκόπος* non est *ariolus*. sed *aruspex* potius. De ariolis vidit aliquid quasi per nubem Isidorus. In templis igitur proprie versati ejusmodi homines, quasi Diis sacrati: & quia præterea in iis superstitionis locis magna planis illis & æruscatoribus messis. Mathematici, Genethliaci, & ceteri circulatores in aliis locis publicis, ut in circo, quem idcirco *fallacem* appellat Satiricus, foro, & celebrioribus plateis stabant. B. Augustinus de Mathematicis, tractat. VIII. in Ioannem: *Verumtamen seducti seducunt, & proponunt fallacias hominibus. Tendunt ad capiendos*

piendos homines, & hoc in plateis. Nam qui tendunt ad capien
vel in sylvis, vel in solitudine id agunt. Quam infeliciter vani
nei, quibus capiendis in foro tenditur. Ac de Ægyptiis circu
phantasmata sua in foro ludentibus Origenes libro c
sum primo: καὶ πρὸς τὰ ὑπὸ τῶν μαθόντων ὑπὸ Αἰγυπτίων ἐ
ἐν μέσαις ἀγοραῖς, ὀλίγων ὀβολῶν ἀποδομένων. Celsus ap
libro III. (ubi Christianos cum ejusmodi planis & ag
dentissime comparat, mulierculas, inquit, & impe
homines aggredientes, nunquam cum eruditis & po
bus congredientes) ἀλλ' ὁρῶμεν δήπου καὶ σὲ ἐν ταῖς ἀγο
ταῖς πλατείαις ἐκκυμβώτους ἐξ ἀγειρόντας, εἰς μὲν φρονίμων ἀνδ
ἄν ποτε παρελθόντας, δεδ' ἐν τύποις τὰ ἑαυτῶν καπηλ
δεικνύειν: ἵνθα δ' ἂν ὀχλώδεις μειρακίια, καὶ οἰκετείων ὄχ
ἀνθρώπων ὅμιλον, ἐνταῦθα ὠθισμένους τε καὶ καλωπιζομ
Celsus πλάττοντα vanitates illas, quas Ægyptii circ
tabant & venditabant. Hesychius & Suidas πλάττη
tur πλάσμα, αἰσχρὸν, καταγνώσεως ἄξιον. Sic Ori
πλάττοντας ἁμαρτήματα conjungit lib. I. & eod
Celsi quædam profert, quibus Christi discipulos
labat. δίκαιόν φησιν ἢ ἕνδεκά τινας ἐξαρτησάμενον τὸν Ἰη
ῥητὰς ἀνθρώπους, πλανώντας, καὶ ναύτας σὺν πονηροπάτραις,
πᾶσι αὐτὸν δεδοξασκέναι. πλάττεται γὰρ καὶ ἐνταῦθα ἀπὸ τῆς
ῥητὰς ad vanitates magorum & maleficia referu
lib. I. Odyss. ἐν γοητικῷ ῥητορικῷ λεξικῷ καὶ στοιχείου
θελγῖνες, γοητες, Φαρμακοί. πλάττειν ἀφὸ τοῦ θέλγ
γοητας. Atque hæc obiter. scimus enim voce
cognitam. Ad agyrtas igitur ut revertamur,
locis publicis, templis, foris, plateis; ad po
denique loca celebriora. Quare Pyrrhus L
sibi interpretanti dicit apud Plutarchum, ὅλε
καὶ ὀχλαγωγίαι.

13. *Ac ne stipes exiguas consultoribus excutiant*
Milesia II. *Chaldæus quidam hospes miris totam*
bulentas, & arcana fatorum stipibus emerendis in

μόντεων, ὃς δὴ πρίκτας τε ἃ χόντας, ἢ βωμολόχους καλοῦσιν οἱ σιμυο-πεωσοπωῖπς ἃ τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακότης. Appellat πρίκτας, non ὃσοὶ τὸ πρηϊκτεῖσθαι, quæ videtur esse Eustathij sententia: sed ὃσοὶ ἃ πρήσσεσθαι: quod non est protensa manu dare, quæ est vulgaria interpretatio: sed protensa manu stipem rogare. Unde Archilochus in scholiis Aristophaneis: πρήϊνον χεῖρα ἢ πρήσσομαι. Et in iisdem scholiis ἐξοὶ interpretantur nonnulli δωρεὰν λαβεῖν: quam lectionem cum interpretamento suo retulit in congeriem suam Suidas. A πρήσσεσθαι igitur πρήξ dicitur, δῶρον: & πρήκτης mendicus. Atque Latina verba *precari*, & *procare* indidem orta existimo. Est enim *precari*, quasi porrecta manu procare, & postulare aliquid. Accommodate ad hanc notationem Hierocles in hæc Pythagoreorum verba.

---- Α'ρχὴ ἐπ' ἔργον
Θεοῖσιν ἐπάξιμόν ἃ πλοῦτον.

ait, id quod molimur manui esse simile ad accipienda bona porrectæ: quod autem à Deo confertur, fonti esse simile, unde bonorum largitio fluit; precationem autem quasi limitem medium stare inter petitionem & largitionem divinam. Verba Hieroclis sunt: ἔοικε τὸ παρ' ἡμῶν σπουδαζόμενον ἐκτεινομένῃ χειρὶ πρὸς λῆψιν τῶν καλῶν. τὸ δὲ ἀπὸ θεοῦ σπουδαζόμενον, χορηγία εἶναι καὶ πηγὴ τῶν δόσεων τῶν ἀγαθῶν. καὶ τὸ μὲν ἐξαιτεῖσθαι προφυλάττει τὸ καλὸν: τὸ δὲ ἐπαφαίνειν τῷ ζητουμένῳ ὀρθῶς. ἡ δὲ δίκη μεσότης εἶναι τοῦ παρ' ἡμῶν ζητήσεως, καὶ τοῦ ἀπὸ θεοῦ δόσεως.

13. *Ne stipes exiguus consultoribus excutiant jam raris.*] Horum agyrtarum φιλαργυρεία à scriptoribus passim notata est. Sophocles in Antigone:

Τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον φύος.

Quare & Odipus apud eundem de Tiresia:

Τ'φεὶς μάγον τόνδε μηχάνορ ὀρθόφορ,
Δόλιον, ἀγύρτην, ὅς πις ἐν τοῖς κέρδεσι
Μόνος δίδορκε; τὴν τέχνην δ' ἴφυ τυφλός.

13. *Audent asseverare furiosi.*] Diecbamus antea vates & divinos furere existimatos. Sed arioli & fanatici præcipue furere credidit: & re vera furorem quantum poterant, simulabant. Jul. Firmicus lib. VI. Mathes. cap. XXXI. *Faciet homines templorum obsequiis deputatos: qui latenti divinitatis instinctu, mutato mentis ordine, & instantiæ religionis potestate possessi, potentibus hominibus futura prædicant, & sic*

Nam qui tendunt ad capienda ina-
nunt. Quam infeliciter vana sunt hu-
tur. Ac de Ægyptiis circulatoribus
ntibus Origenes libro contra Ce-
μαζόντων ἀπὸ Αἰγυπτίων Βακιδῶν
, ἀποδωμῶν. Celsius apud eundem
m ejusmodi planis & agyrtis impo-
ulas, inquit, & imperitos tantum
uam cum eruditis & politis homini-
, δύνα τε ἀπὸ τῶν ἀγοραίων ἀνθρώπων
, εἰς μὲν Φρονίμων ἀνδρῶν σύστημα
ύπους τε ἑαυτῶν καταγελᾶσθαι ἔχλοι, ἐ
ρεῖται, ἢ αἰσχυνεῖσθαι ζημίας. Appellat
μίας τὸ ἢ καλλωπιζομένας. Appellat
, quas Ægyptii circulatores ostentant
hius & Suidas βακίδας interpretan-
ίστας ἄξεσι. Sic Origenes λέγειν
ingit lib. I. & eodem libro retu-
Christi discipulos βακιδεύτας appel-
ἐξαιτεῖσθαι τὸν ἀναπόφευκτον, ἢ τοῦτον τὸν
Eusebius lib. IX. hist. Eccles. cap.
ἐκ τοῦ παρηκολουθηκότας. Et propter
ρεῖς ἀναπόφευκτον πεποίηκε. Et propter
& malefica refertur. Eustathius
λεξικῶν ἢ συνηθῶν περιόδων, χρῆται
ἢ τῶν ἄλλων τὸ ἐπιλέγειν, ἐξ ἔτους ἐπ
cimus enim vocem istam minime
ut revertamur, erant illi sparsi
, plateis; ad portas etiam, & circa
uare Pyrrhus Lysimacho scribit
plutarchum, ὅτι ἐν τοῖς μὴ ἐν ταῖς
πολεμίοις. Huc enim pertinet illa
τοῖς ἐπιλεγομένοις ἐπὶ τοῖς ἐπιλεγομένοις

Horibus excutiant jam raris.] Apolo
*spes miris sortem civitatem repleti e-
nus emerendis inducit in vulgus. Ita
pellabant eos.* Attenvidecat sy-
ἐπιλεγόμενοι ἐπὶ τοῖς ἐπιλεγομένοις

sic illis ex ista conversatione quotidianæ vitæ alimenta quærant furiosos eodem appellat libro III. cap. XI. *Faciunt mendi nudos, aut templorum servos.* Appellat *templorum servos* Ergo θεολήπτους existimabant eos, &, ut loquitur Terr *Deo pati.* Idcirco & caput rotabant, & capillos, quos eo gerebant, dissipabant, τῷ κόμῃ ἄνεμον ἔχειν, inqui dri plani historia Lucianus: & seipsos etiam insputab eodem plano observat Lucianus. Περιβλεπόμενοι π μαινόμεθα πεποιήμεθα & ἐνίοτε, καὶ ἀφρὸν ὑπομιμνα μα. Hinc igitur *Fanaticus error*, pro plusquam furios arreptitii, ac plusquam furiosi.

13. *Sanguinem illos sitire nostrum.*] Lactantius *Qui autem magni æstimaverint fidem, cultoresque se De rint, in eos vero toto cærnificinæ suæ viribus, veluti sang cumbunt.* Phrasis scriptoribus Gratis usitatissim. tione ad Cajum: ἀνδροφόνων καὶ δημοκοίνων θιασω καλὰς ὑπερεσίας Φονῶντι & διψῶντι ἀνθρωπίνου αἵματος & διψᾶν hoc pro σφόδρα θυμοῦσθαι, ut docet Ath hujus significationis exemplaria proferens ait, & ἵφι, ἴσχε καλὸν χεῖρας διψῶσαν φόνου. Nempe, ci verba ista non meminerat Athenæus quum ist nec auctoris verba ipsa proferebat. Est autem Ajace, vulgatis exemplaribus ita conceptus:

Καὶ πῶς ἐπέσχε χεῖρας μαιμῶσαν φόνου;

Ubi Scholiastes observat pro μαιμῶσαν repe busdam exemplaribus, διψῶσαν. Athenæus ig net quod scribit Artemidorus lib. I. cap. LX quis existimet prosperum esse aquam invenire se, qua sitim hoc enim somnio significari optata non succ μίαν πρόξενον σημαίνει, inquit, τὸ μὲν διψᾶν ἀ caput totius disputationis. De impietate a pta dicemus paulo post.

13. *Quid promere temerariæ vocis desperati* fecto elevans: quem tamen vitiare volue

tione notant *disparatione* vel *disceptatione*. Falluntur egregie. Infra lib. VI. *Tamquam impias geramus, & sceleroſas mentes, aut aliquem ſumſerimus temeraria in Deos deſperatione contemtum.* Vide ſis quæ obſervamus in eum locum.

13. *Obſequio venerabili invocare in rebus feſſis.*] Infra: *Caput rerum, & columen venerabilibus adimus obſequiis.* Et libro III. *Quod adorari convenit adoramus: quod obſequium venerationis expoſcit, venerationibus promeremur.* Proprie igitur his in rebus *obſequium.* B. Auguſtinus lib. IV. de civitate Dei, cap. III. *Quos etiam per turpium ludorum obſequia, & per turpium hominum miniſteria ſe honeſte coluiſſe contendunt.*

13. *In rebus feſſis.*] Infra libro III. *Inexorata beneficia præbere feſſis atque invalidis rebus.* Habet à Virgilio:

Quem feſſis finem rebus ferat: unde laborum
Tentare auxilium jubeat.

13. *Execrabilis religio eſt, & infauſta.*] Hac de re dicemus infra.

Pag. 14. *Audax illud facinus & immane*] Vide ſis quę notamus lib. VII. ad hæc verba, *Vellent de audacibus & tranſgreſſoribus vindicare.*

14. *Exuitis nos bonis.*] Cyprianus: *Innoxios, juſtos, Deo charos domo privas; patrimonio ſpolias; catenis premis: carcere includis, beſtiis, gladio, ignibus punis.*

14. *Torquetis dilaceratis, exuritis.*] Hæc pertinent ad tormenta, quibus non eruebant confeſſionem, ſed negationem extorquere conabantur, perverſa quærendi ratione, ut docet Tertullianus in Apologetico.

14. *Dilaceratis.*] Nempe flagellis, & ungulis. Ac flagellis quidem in quæſtionibus uſi antiquiſſimis temporibus. Q. Curtius libro VI. *Ac primo quanquam hincignis, illinc verbera jam non ad quæſtionem, ſed ad pœnam ingerebantur,* &c. Ac de ungulis, quibus derafa & ſulcata Chriſtianorum latera paſſiva obſervatio eſt. Erant autem uſitatæ in Martyrum agonibus αἱ διέξοδοι τῶν μαστίγων, inter cetera tormentorum genera, quibus eorum conſtantiam labefactare conabantur. In his etiam lacerationibus numerare poſſumus ἰαχυθμὸς ἀνείων. Nam ſanctos CHRISTI teſtes beſtiis quandoque admordendos & diſtrahendos dabant, ut vel hac ratione ſummum iis terrorem incuterent. Quare inter cetera tormentorum genera, quibus ad negationem Chriſtiani adigebantur, & hoc numerandum. Cujus rei mentio in Lugdunenſium & Viennenſium epiſtola apud Euſeb. in Sancti & Maturi martyrio: ἐπεὶ δὲ φέρον πάλιν τοὺς

τὰς διεξόδους τῶν μασίγων τὰς ἐκεῖσε εἰθισμένας, καὶ οὐ δοκ
ἐλευθμὸς. Hinc postea eadem epistola in Blandinæ mar
μὴ τοὺς μάστιγας, μὴ τὰ θηρία, μὴ τὸ τήγανον, τέλειον ἐς γ
θεῖσα ταύτῃ παρεβλήθη. Ait, μὴ τὰ θηρία, id est, μὴ οὐ
ἐλευθμός.

14. *Exuritis.*] Refero hoc non ad vivicomburium
Christi milites ἐπλειώθησαν; sed ad cruces, & tormen
tremam πλείωσιν præcedebant. Torquebantur enim
lacerabantur, exurebantur, id est, igni, & laminis ig
admotis tentabantur; ad extremum & ultimum mor
bantur. Ac de igni ad veritatem eruendam admote
res est; quod vel locus ille, quem è Q. Curtio mo
mus, abunde docuerit. Philo contra Flaccum; ἐ
μὴ τὸ πληγαῖς αἰκίσασθαι ἐν μέσῳ τῷ θεάτρῳ, καὶ πυρὶ, ὃ
σαι. Seneca in Oedipode:

Huc aliquis ignem; flamma jam excutiet fidem,
Per tam cruentas vera quærenti vias.

Et sæpius hujus tormenti mentio occurrit. Rec
decenter ab Arnobio collocatur loco ultimo:
sæpius ultimus βασανισμός. Seneca lib. III. de Ir
rat per omnia, *quæ in rerum natura tristissima sunt*, fi
eculeo, igni, *vultu suo*. Apuleius Milesia. x. *Nec r
Græcorum tormentis ejus apparata jam deerant. Sed
sumtione, nullis verberibus, ac ne ipso quidem succubu*
in martyrio Vincentii.

Tum deinde cunctatus diu
Decernit extrema omnium
Igni, grabato, & laminis
Exerceatur quæstio.

Ibidem postea agit de grabato igneo, beatissi
mum agona strato: & eum ait præludio istc
tastam alibi dicit, ut in martyrio Laurentii
Catasta, eculeum, genus pœnæ. Et, *catasta, lectus*
δρας, *Ferreæ cathedræ*, , & laminarum, χαλκ
ci scriptores Græci passim meminere. Cer
corum constantia contunderetur, & frar
diebus diversis tormentorum veneribus

ultimo demum die iisdem iterum cruciabantur: & in confessione CHRISTI perseverantes morte tandem multabantur. Graphice hac de re tota in epistola Lugdunensium & Viennensium apud Eusebium lib. v. histor. Eccles. cap. 1. & in Martyrologiis.

14. *Ad extremum nos feris, & belluarum laniatibus objectatis.*] Nota *ad extremum*. Præmissa ergo ante extremum agonem. Hinc Prudentius hymno primo περὶ στεφάνων:

Seu fortis prabenda cervix ad bipennem publicam,
Verberum post vim crepantum, post cataftas igneas,
Sive pardis offerendum pectus, aut leonibus.

Bestiis autem objectabantur quum venationes darentur: alias enim non licebat. Hinc quum Polycarpum ad leonem postularent, respondit Proconsul fieri hoc non posse, quia venationes peractæ erant. In epistola Smyrnensis Ecclesiæ apud Eusseb. lib. IV. histor. Eccles. cap. XV. Τοῦτο λέγοντες, ἐπεβόων, καὶ ἠρώτων τὸν Ἀσιάρχην Φίλιππον, ἵνα ἐπαφῇ τῷ Πολυκάρπῳ λέοντα. ὁ δὲ ἔφη, μὴ εἶναι ἐξὸν αὐτῷ ἀπειδὴ ἐπεπλήρωκει τὰ κυνηγέσια. Quare vivus concrematus est constantissimus & floridissimus Martyr. Hinc Lugdunenses & Viennenses scribunt venationes studio datas, ut Maturus, Sanctus, Blandina, & Attalus bestiis objicerentur. ὁ μὲν οὖν Μάτυρος, καὶ ὁ Σάγκτος, καὶ ἡ Βλανδῖνα, καὶ ὁ Ἄτταλος ἤγοντο ἐπὶ τὰ θηρία εἰς τὸ δημόσιον, καὶ εἰς θεωρὸν τῶν ἐθνῶν τὴν ἀπανθρωπίας θέαμα, ἐπὶτε δὲ τῶν θηριομαχούντων ἡμέρας λαμπρὰν ἡμέραν διδομένης.

14. *Is haud nomine appellandus est hominis.*] Totus hic locus vitio laborat. Verisimilis est lectio quam ad oram libri sui adnotavit eruditiss. Mercerus, *Is aut nomine appellandus est hominis, quamvis ille videatur sibi; aut Deus esse credendus est, quamvis ipse se esse similem profiteatur in vatibus!* De hoc autem loco plura notamus in Prolegomenis.

14. *Profanus nos impios.*] Hæc est lectio principis editionis; unde doctissimus Pithæus efficiebat *Trophonius nos impios &c.* Sane felicissime.

14. *Didymæus, Philesius.*] Didymæi Apollinis meminit Suetonius. Solinus cap. LII. *Ob cujus gloriæ insigne, dedit nomini suo, ut altaria ibi strueret Apollini Didymæo.* Origenes lib. I. contra Celsum: ὁ τιμώμενος παρ' Ἕλλησιν εἶναι θεὸς ὁ Πύθιος, καὶ Διδυμεύς. Philesius autem Φιλήσιος.

14. *Vel auribus potuit scire, vel ipsius vocis sono.*] Id est, *& ipsius &c.* Nam

Nam particulæ iſtæ diſiunctivæ ponuntur ſæpe pro co
Arnobio, ut etiam ab Iulio Firmico locis infinitis. C
tione Ful. Urſini notata ſunt ad hunc locum, ſunt pl

14. *Diſcipulos cur ejus inimicos habeant.*] Ita enim ap
Chriſtiani, ut Actor. cap. VI. & cap. IX. & paſſim.
Chriſtum, & ejus Apoſtolos ſectabantur, eos audieb
doctrinam ab iis percipiebant.

14. *Nihil ſumus aliud Chriſtiani, niſi magiſtro Chriſto.*
bius Chriſtianos à Chriſto magiſtro appellatos, ut
nominabantur Platonis ſectatores καὶ γνώμῃ, &
philoſophorum ſectis: ſed addendum erat inſuper
STUS non ſolum magiſter noſter eſt, ſed etiam ſer
cui cum Patre & Spiritu ſancto ſit honos & gloria.

Pag. 15. *Aut amet ſubſterni tot millium veneratione*
mutandum exiſtimo. Sic *preces ſternere* dixit Tertulli
tic. cap. XLIII. *Quantos habetis, non dico jam qui de*
cutiant; non dico jam, qui pro vobis quoque vero Deo pre

15. *Quid divini interpretes juris?*] Hæc eſt certi
antiqua, *quid divini interpretes viri?* Non eſt
aſſertione noſtra relata.

15. *Ajaceos, Boëtios, Lubentinos.*] Hæc eſt lect
Gelenius, *Ajos Locutios*: quo Catone contenti er
15. *Qui fatuas.*] Hanc veriſſimam lectione
hominibus in mentem venerat adfirmavit cod.
15. *Civitatumque Genios.*] De locorum Geniis
dentius libro contra Symmachum poſteriore:

Cum portis, domibus, thermis, ſtabulis ſoleatis
Aſſignare ſuos Genios; perque omnia membra
Vrbis, perque locos Geniorum millia multa
Fingere: ne propria vacet angulus ullus ab um

Sed eos exiſtimabant ſpecialiter ſingulis civita
tributos, quorum cura & providentia ſingu
rentur. Symmachus relatione de reſtituendo
tu. *Suus enim cuique mos: ſuus cuique ritus eſt.*
bibus, & cultus mens divina diſtribuit. Vt animæ
fatales Genii dividuntur. Quæ omnia expreſſ

καὶ ἥρωσι τῆς κατοίκου τῆδε πόλεως, τῆδε χώρας τῶν Ἀθηναίων. Hinc GENIUS POPULI ROMANI passim in veteribus nummis, qui καὶ ὁ δῆμος à Dione dicitur: & *Genius publicus* apud Ammianum Marcellinum.

15. *Crucem mereatur extremam.*] quo supplicio scilicet nullum erat terrius, nec abjectius; nullum detestabilius. Nam etsi summum supplicium, ἰσχάτη δίκη, ἡ ἀνωτάτω δίκη, ἡ ἀνωτάτω τιμωρία, dicitur pœna ἡ θανάσιμος simpliciter: aliquando tamen extremam θανασίμου ζημίας sortem significat. Salvianus lib. 11. de Ecclesia Catholica: *Qui quum, ut Apostolus ait, in forma Dei esset, humiliavit semetipsum usque ad mortem: mortem autem crucis: non contentus scilicet simplicem pro nobis subire mortem, nisi ipsam voluntariæ necis susceptionem summorum suppliciorum susceptione cumulasset.*

15. *Nullus tumor indignationis in Diis est.*] Hæc erat verissima lectio, quam in editione Gelenii operæ, opinor, unica litterula mutata depravaverant. Minutius Felix: *Nam indignationis ejus tumorem effusæ orationis impetus relaxaverat* Virgil.

Tumor omnis, & ira Concessere Deûm. Hinc *ira sufflatum*, dicit Zeno Veronensis sermone VI. de tribus pueris: *Ipsum contempserunt Regē, qui ira sufflatus solito septies amplius caminum fussit incendi.* Ergo, *nullus tumor indignationis in Diis est*, id est, nullas inde causas indignationis Dii contrahunt: non idcirco tument, nec in fermento sunt, ut loquitur ille apud Plautum.

15. *Templa felibus, scarabeis, & buculis sublimibus sunt elata fastigiis.*] Perstringit Ægyptiorum superstitionem. Quod autem de scarabeis dicit, id Eusebio & aliis notum est. Ceterum quæ constituebant animalibus illis templa, ea superba erant, & magnifica; quare *sublimibus elata fastigiis* dicit Arnobius. Quod & Celsus Epicureus apud Origenem significat, Christianorum fidem Ægyptiorum superstitioni comparans: apud quos ait templa splendida & magnifica, cultusque relogiosos admodum, & mysteriorum religione augustos magnum aliquid portendere videri: in interiora autem progressis feles ibi statutos conspici, aut simias, aut crocodilos, aut hircos, aut canes, &c. Illius verba sunt apud Originem lib. III. Παρεβάλλειν δὲ τὰ τῶν πίστεως ἡμῶν πρὸς τὰ τῶν Αἰγυπτίων ἱερὰ πεφήμασι. παρ' οἷς περιστὸν μὲν ἐν λαμπρῷ τιμᾶσθαι, καὶ ἄλσεσι, καὶ προπυλαίοις μεγίστοις καὶ καλοῖς, καὶ νεὼ ἐπιφανεῖ. καὶ σκιὰ παρελθεῖν ἐπιφάσει, καὶ θησαυροὺς μάλα δεισιδαίμονας καὶ μυστικωτάτους. ἔνθα δὲ εἰσιόντι, καὶ

καὶ ἐνδοπίπτωμένῳ. Θεωρεῖται περικεφάλαιος ἀνὴρ, ἢ περικεφάλαιος, ἢ πάγος, ἢ κύων.

15. *Silent irrisæ numinum poteſtates.*] Monebamus in prore Iambos reperiri quandoque integros. Exemp habes.

Pag. 16. *Sortiti eſſe ſentiunt.*] Non male fortaſſe, ac plum, *Senſit medios delapſus in hoſtes.* Etſi aliud dicere vi nobius. Alii igitur: *à quo ipſam deitatem* (*ut ita dicam*) ſe *ſentiunt*, &c. Nolim tamen quidquam temere mutare

16. *Et humani in generis audientia collocare.*] Hæc ctio, pro qua Gelenius edidit *collocari*. An quidpiam dere hinc poſſint, viderint acutiores.

16. *Quod caput rerum & columen.*] Sic ſcriptum pud Arnobium *columen*, pro quo nonnulli *culmen* luere; ſane inutiliter. Nam *columen*, hoc ſenſu notu quis ſcriptoribus. Gloſſ. *columen*, Θριγύλιον. Serviu neid. *Sicut columnæ mortuis nobilibus ſuperponuntur ad rum columen.* Zeno Veronenſis Suſannam *columen* pellat ſermone de pudicitia: quomodo Platonem nobius ſupra *ſublimem apicem philoſophiæ, & columi*

16. *Venerabilibus adimus obſequiis.*] Proprie. M. *adeunto caſte.* Ovidius III. Amorum, eleg. VI.

A tenera quiſquam ſic ſurgit mane puella,
Protinus ut ſanctos poſſit adire Deos?

Lactantius lib. IV. cap. III. *Siquidem alii ſunt pro quos ad Deos non aditur.* Sic & *adire templa* dixer ſtol. VII. lib. III. *Virgilii ante omnes, cujus nat ſolebat.* Dictum autem *adire Deos*, quia Dec nerationis obſequiis adibant. Lucretius lib

Nec delubra Deûm placido cum pectore adil

Tibullus:

Num feror inceſtus ſedes adiiſſe Deorum,
Sertaque de ſanctis deripuiſſe focis?

Heic *inceſtus*, id eſt, non caſte. *Sedes De Deos.* ſupplicum more ſcilicet. Dicuntur

Ergo eadem ſupplex venio.

Et lib. XI.

Primus ego, inviſum quem tu tibi fingis (& eſſe
Nil moror) en ſupplex venio: miſerere laborum.

Ovidius:

Iuppiter ad veteres ſupplex heroïdas ibat.

Statius lib. I. Thebaïdos:

Non miſſus Tymbræe tuos, ſupplexve penates
Advenio.

Q. Curtius lib. IV. *Tamen, ſi veneris ſupplex, & matrem, & conjugem, & liberos ſine pretio recepturum te eſſe promitto.* Dicit autem heic Arnobius, non, *adire Deum* ſimpliciter: ſed *adire Deum venerabilibus obſequiis*: quomodo *adire precibus* dicit Seneca in Hippolyto:

Nec adire caſtis precibus, aut ritu pio
Adjudicatam præſidem terræ Deam.

16. *Infauſti & athei nuncupamur.*] *Infauſtos* habitos & appellatos Chriſtianos docebimus poſt. *Athei* autem vulgo dicebantur, quod inveteratos Deorum cultus abolerent, ipſoſque adeo Deos deſtruerent. Atque de hoc convicio paſſim in veterum Patrum monumentis. Vide ſis reſcriptum Pii Imperatoris apud Iuſtinum Martyrem. Hinc ſolemnis illa exclamatio in amphitheatris, αἶρε τοὺς ἀθέους: quam etiam pronuntiare jubebantur, qui Chriſtum, & pietatem Chriſtianam abnegabant. Sic in epiſtola Smyrnenſis Eccleſiæ apud Euſebium, Proconſul Polycarpum ad negandum hortatur: ὄμοσον τὴν Καίσαρος τύχην. μετανόησον. εἶπον, αἶρε τοὺς ἀθέους. quod quidem exclamavit fortiſſimus martyr, ſed ſententia plane contraria.

16. *Et quis magis rectius.*] De hoc pleonaſmo dicemus aliquid infra.

Pag. 17. *Solem Deum cum eſſe credatis.*] Ita, ut θεὸς ſine ulla adjectione Sol dicatur Græcis non raro: & ἀνατέλλων καὶ δυόμενος θεός, Sol Oriens & Occidens. Themiſtius Euphrades Orat. XI. οἱ σφόδρα θηλυμελῶντες τῇ ὁμοιώσει ἀπιδεῖν εἰς τὸν θεὸν, πρῶτον μὲν ἐν τοῖς ὕδασι μελετάσι, καὶ διαπτοουμένων τῶν ὀφθαλμῶν πρὸς τὸ φάσμα αὖτις καρτερεῖν, καὶ ἀτρεμίζουσι.

17. *Quis ſeminum frugiferas poteſtates rationum proprietate diſtinxerit.*] Lucretius *rationem* accipit ſæpe pro modo, ac natura quadam peculiari. Sic & Arnobius locis compluribus. Mox: Æſculapius, Her-

Hercules, aut Diana rationem imbrium tempestatumque
χρῆμα τῶν ὄμβρων.

17. *O ipse invisus, & nullis unquam comprehense nat*
poscere videtur, *ô ipse invise*: sed sunt hujus generis
hos scriptores plurimæ. Ait autem, *nullis unquam co*
turis, id est, incomprehensibilis, quam vocem signi
quam pronuntiare. Tertullianus: *Invisibilis est, etsi v*
prehensibilis, etsi per gratiam repræsentetur.

17. *De quo nihil dici & exprimi mortalium potis*
verborum.] Legebatur *potest*. At in MS. Reg. scriptu
lectionem expressimus. Sic alibi sæpissime pro *po*
mus *potis est*, ex eodem MS. Ita loquebantur vete
potissum pro *possum*. Lucretius:

Nec potis est cerni, quia cassum lumine fertur.

Pag. 18. *Tam est enim periculosum.*] Ita scriptum
in editione Romana, *Ita est enim* &c. quam lecti
tari volueramus: sed quam ad oram libri nostri è
ea in contextum relata est. Copulat quandoc
Lucretius *ita quam*, pro *tam quam*. lib. II.

---Ita hæc species miranda fuisset,
Quàm tibi jam nemo fessus satiate videndi
Suspicere in cœli dignatur lucida templa.

18. *Qui non cum istius principis notione.*] Pro
plicant sequentia: id est, qui non istius principi
tionem secum è matris genitalibus attulerit.

18. *Ipsa denique hiscere si animantia muta pot*
dum existimant *potissent*. Nihil temere muta
temporum ἐναλλαγή apud hos scriptores freq
infra.

18. *Imo si arbores, glebæ, saxa sensu animata*
est, muta animantia. quibus vitæ causa e
stabat eos, qui hanc lectionem mutare, &
nobis obtrudere voluerunt?

Pag. 19. *Sed frustra, inquit, nos falso.*] Et h
lunt, *inquitis*. Male. Vide supra.

Et Capitolia *constituerimus immania,*

nos constabat: frugi religio, & pauperes ritus, & nulla capitolia certantia cœlo. Dicit autem *immania* imitatione Virgil.

----- *posuitque immania templa.*

19. *Nunc nuper in utero matris suæ formatus.*] Id est, χθὲς καὶ πρώην, quod ajunt Græci pro *irruisse* autem referibunt *irruit se.* Commode. P. 20. *Quid ut ominis pessimi nostri nominis inhorrescitis mentione?*] Hac igitur de causa Christiani *infausti* habiti, ut pluribus docebimus post.

20. *Sed quod hominem natum (& quod personis infame est vilibus) crucis supplicio interemptum.*] Lactantius lib. IV. cap. XVI. *Venio nunc ad passionem, qua velut opprobrium nobis objectari solet; quod & hominem, & ab hominibus insigni supplicio affectum, & excruciatum colamus.*

20. *Et quod personis infame est vilibus.*] Lactantius: *Dicat enim fortasse aliquis; Cur, si Deus fuit, & mori voluit, non saltem honesto aliquo mortis genere affectus est? Cur potissimum cruce? Cur infami genere supplicii? Quod etiam homine libero, quamvis nocente, videatur indignum.*

20. *Et quotidianis supplicationibus adoratis.*] Id est, oratis, & invocatis, venerabilibus obsequiis aditis. Est enim *adorare*, orare ad, precari ad; quemadmodum adire ad Deos dictum. Tertull. de Oratione: *Docuerat & Ioannes discipulos suos adorare.* Et passim apud istum scriptorem. Ita *precari ad.* Livius lib. XXXVIII. *Deos demum ipsos convulsos ex sedibus suis ablatos esse. Quos adorent, ad quos precentur & supplicent, Ambrachiensibus non superesse.* Verba ista *ablatos esse* sapiunt glossema: quo vitii genere contaminata locis prope innumeris Livii exemplaria observavimus. Hinc autem *adprecari.* Apulejus Milesvi. *Tunc genu nixa, & manibus aram tepentem amplexa, deterso ante lacrymis, sic adprecatur.* προσεύχεται. Ergo *adorare*, προσεύχεσθαι: & plenius heic, *supplicationibus adorare*, ut *precibus adorare* apud alios. Ovidius:

Hac prece adoravi superos ego: Pluribus uxor,
Singulum medios impediente sonos.

Ergo *adorare* significatione primigenia orare, προσεύχεσθαι. Vanum igitur ille est, qui quod verbum istud non intelligeret, mira philosophatur in hunc Tertulliani locum? *Tota die* (inquit gravissimus scriptor lib. de Idolol. cap. VII.) *ad hanc partem zelus fidei perorabit, ingemens Christianum ab idolis in Ecclesiam venire; de adversaria officina in domum Dei venire, attollere ad Deum patrem manus matres idolorum: his manibus adorare quæ foris adversus Deum adorantur, eas manus admovere corpori domini, quæ dæmoniis corpora conferunt.* Heic,

RAID. ANIMAD.

imbrium tempestatumque fuerunt.

in unquam comprehense naturæ.] Ratio sed sunt hujus generis ἐσαίσχυνα; quid autem, *nullis unquam comprehensa* vilis, quam vocem significare malint, tianus: *Invisibilis est, etsi videatur, non* *intelligatur.*

exprimi mortalium potis est figuratum

Ar in MS. Reg. scriptum *potis est quam* alibi sæpissime pro *potest*, repeti-

Ita loquebantur veteres, apud quos

s:

ssum lumine fertur.

ctosum.] Ita scriptum in cod. Reg. t *enim* &c. quam lectionem reprehen- d oram libri nostri è MS. notaverunt.

Copulat quandoque has particulas

ram. lib. II.

rranda fuisset,

Sua satiare videndi

lucida templa.

cipis notione.] Proba lectio, quamvis non istius principis & summi Dei- alibus attulerit.

immania mutare potuissent.] Reprehe- hil temere mutari velim. Nam ut s scriptores frequens est, ut docerem

xa sensu animata vitali.] Elegantes, si s vitæ causa est anima sentiens, & . Quæ igitur corrigendi libido istis em mutare, & nescio quas quisquilis

os falso.] Et heic pro inquit, scribi- ipra.

mus immania.] Tertull. Apologet. *... aus simulachris ea divina quæ fur-*

adorare manibus, est orare expansis manibus. Pro *adorantur* non improbem *adornantur*. Nisi quod *adorare* pro adornare fendunt apud Minutium Felicem : qua de re in eum locum iis autem quæ dicta sunt, constat falsas esse alias verbi istiusmodi tiones, quas Grammatici proponunt: alienam quoque a hominis de hoc verbo observationem ab omnibus pæne

20. *Sed in vini melior & laudabilior potu.*] Hæc lectio Reg. Edit. Rom. habebat, *sed vino meliori & laudabiliori*

20. *Indigetes illi flumen repunt.*] Inscriptum heroo: Θ ΘΕΟΤ ΧΘΟΝΙΟΤ ΟC ΠΟΤΑΜΟΥ ΡΕΥΜΑ

20. *Dionea Venus proles.*] Hæc est lectio principis In ms. Reg. *Loncia*. Unde, qui sunt ingenio pertinaces dent tandem ridiculum quid.

20. *Et crudo inexsuperabilis cestu.*] lib. VII. *amicitiam* contundere se alios, & crudis mutilare se cestibus. Virgilius

----- *Et crudo decertet Græcia cestu.*

Pausanias in Arcadicis: οἱ δὲ ἐν Βοείαις ὠμῆς ἱμάντας λε ἀχαϊκὸν πεπληγμένοι δι' ἀπηλίων ἦσαν αἱ μειλίχαι.

20. *Tisianes & Bucures Mauri.*] Heic ingenii vir alii. Nos consultius existimamus tacere, quam frus

20. *Vulneratis accipiunt auribus.*] Quæcunque in cunda auribus accidunt, eas dicuntur offendere, & *vulnerare*. Virgil. VIII. Æneid.

----- *Gravior ne nuntius aures*
Vulneret.

Lactantius lib. VII. cap 1. *Vulnerant aures eorum præ* Hinc scribebat Artemidorus nuntium significa quando quis aures sibi verberari somniat. Ma inquit, κακὰς ἀγγελίας ἀκούσεσθαι πρὸς σημαίνει. lib tus in Aululari a:

----- *Mihi misero cerebrum excutiunt*
Tua dicta, soror; lapides loqueris.

20. *Nonne istud livoris, atque avaritiæ genus est,* Non potuit vocem Græcam Latina una & prop circo pluribus dictionibus usus est.

20. *Non obtrectatio quædam sordens.*] Propri

Obtrectatio autem est ea, quam intelligi zelotypiam volo, ægritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ille ipse concupiverit. Iterum: *Obtrectare vero alteri, aut illa ipsa vitiosa æmulatione, quæ rivalitati similis est, æmulari, quid habet utilitatis, cum sit æmulantis, angi alieno bono, quod id etiam alius habeat?*

Pag. 21. *Aliorum res premi, & in contempta humilitate calcari.*] Virgil. XI. Æneid.

Ne cessa turbare metu, atque extollere vires
Gentis bis victæ: contra premere arma Latini.

His autem verbis *in contempta humilitate calcari*, exprimit verbum Græcum τετριφθῆναι. Nam τετριφὸς quasi πατητός. Sic *contemtim conterere* dicit Plautus in Pœnulo:

Sed tamen quomodocunque, quanquam sumus paupercúli,
Est domi quod edimus, ne nos tam contemtim conteras.

21. *Sed concedamus interdum, manum vestris opinationibus dantes.*] Sæpe *interdum* pro *interim* apud hos scriptores; ut etiam *interim* pro *interdum*. Quod autem ait *manum dare* est pro *manus dare*, quod est usitatius. Nata loquutio ab iis, qui victos fatentur se, & victoribus manus vinciendas præbent. Quare manus protendere hominum est victos se fatentium, & mortem deprecantium. Zosimus lib. II. πᾶσι δ' ζωγρίαν ἰλαὸν, τὸ φιλάνθρωπον πλῆθος χεῖρας ἀντεῖναν ἐδέξατο. Præterea supplices omnes manus protendere solini: quare & ii ipsi qui victorum clementiam implorabant, manus tendebant. Virgilius:

Ille humilis, supplexque, oculos dextramque precantem
Protendens, Equidem merui, nec deprecor, inquit.

Sic igitur *manum dare* dicit Arnobius, ut Virgilius *dextrã protendere*.

21. *Divorum retuliſtis in cœtum.*] MS. Reg. habet *in censum*. fortasse melius. Infra lib. XV. *An ita aut assolet, dicis causa, ex eo, quod optamus & volumus bona ista nobis contingere, superorum retuleritis in censum.* & alibi.

Pag. 22. *Et nullius aliquando cognatione præsumptum materia illius.*] Hæc est lectio vetus, quam ita correxit Gelenius, & *nullius aliquando cognitione præsumptam materiam illius.*

22. *Cur Luna semper in motu: idem ne quis creditur animalibus causis.*] Hæc est vetus lectio, pro qua substituerat Gelenius quod existimaverat convenientissimum. Ejus autem conjectura ea est, ut nemini probare se facile possit. Ingeniose Meursius, *idcis novi creditur.* aliter in edit. nostra.

dutur. Sed melius, opinor, Ursinus, sive quicunque tandem hujus conjecturæ auctor est, quam is adnotavit, *idemne orbis redditurus*. Verum hac de re amplius deliberandum censeo.

22. *Qui arrogantiam constringit nostram.*] Hæc est lectio principis editionis, quam mutavit Gelenius, ediditque *constrinxit*.

22. *Qui elatas supercilio cervices modum fecit sua infirmitatis agnoscere.*] Hic locus bene habet, nec erat interpolandus. Zeno Veronensis sermone de præcepto Attende tibi. *Intuere namque mihi ambitiosum quempiam, & ingenti supercilio honestatis elatum imaginem quamdam sobrietatis habitu exteriore gestantem.* De supercilio notabamus olim ad Martialem. *Elatæ cervices* autem, sunt hominum arrogantium, & nimia superbia sublevatorum. Themistius Euphrades Orat. I. ἡ δὲ τῇ ἐξουσίᾳ ὑψηλὸν ἐπαίρει αὐτὸν, φρονήματι σεμνῷ ἐμπεπλαμένον. Plutarchus: ὥσπερ οὖν τοὺς ἐν τῇ βλεπάτῃ ἐπαιρομένους ἡ ὑψαυχενοῦντας ἀνοήτους ἡγούμεθα ἢ κενούς. Contra qui de se modeste sentiunt dicuntur *plani*, & *planos se facere*. Lactantius lib. v. cap. XXIII. *Idem nihil tumoris atque insolentiæ gerens, non extollit se altius, nec erigit superbum caput; sed placidus & concors, & comis, & planus est, quia conditionem suam novit. Cujus præcepti salubritas docet, quod qui se apud homines planum fecerit, humilemque præbuerit, hic apud Deum præcellens*, &c. Sic tamen & quicunque liberos spiritus gerunt dicuntur caput erigere: quare vitium est ἐν τῷ τρόπῳ. Eleganter Arrianus lib. III. dissertat. Epicteti, cap. ultimo: ταῦτα γάρ ἐστι μόνα τὰ τοῦ ἐλευθέρως πεποιῆσθαι, τὰ τοῦ ἀκωλύτως, τὰ τὸν παράλογον ἐπαίροντα τῶν πταπεινωμένων, τὰ λίου flagitii sibi conscii sunt, & exerto capite incedere; aut tales videri volunt, solent erecto scientia lancinat, caput operiunt, ac demittunt, nisi frontem prorsus perdiderint. B. Hieronymus, de custodia virginitatis: Videas- que pleraſque viduas antequam nuptas infelicem conscientiam mentitam tantum, erecta cervice, & ludentibus pedibus incedunt. *Aliæ vero sterilitatem* prabent; & necdum nati hominis homicidium faciunt. In cod — us. quem vidimus, scriptum erat, *sterilitatem pretendunt*.

22. *Qui animalia monstravit informia nos esse.*] Id est — imperfecta, & deformia, ne decore suo glorientur. Quare ni — nil mutandum existimo.

22. *Qui*

Ursinus, sive quicunque tandem is quam is adnotavit, *idemne* olim redire deliberandum censeo.

fringat nostram.] Hæc est lectio prior: Gelenius, ediditque *confirmavit*.

rvices modum fecit *sua infirmitas* quet, nec erat interpolandus. Zeno ito Attende tibi. *Intuere* namque ni *enti supercilio honestatis* elatum magni *riore gestantem.* De supercilio notabi *ta cervices* autem, sunt hominum a sublevatorum. Themistius Euphu ξυνίας ὑψηλὸν ἐπαίρειν αὐχένα, Ορσπρευς: ὥσπερ οὖν ἔστιν ἐν τῇ αἰδοῖ ἐπαίρεσθαι ἡμᾶς ἢ νεῦρ. Contra qui *ur plani, & planos se facere.* Lactantius *tumoris atque insolentiæ gerens, non caput, sed placidus & concors, & com, ans morit.* & cap. XVI. ejusdem libri *nod qui se apud homines planum fecit,* l *Deum præcellens*, &c. Sic tamen *unt* dicuntur caput erigere: quare ter Arrianus lib. III. dissertat. Ε ἐπ μέν τι τὸν ἀλαζόνες καὶ ἀπαίρονται τῶν πεπαιδευμένων, ἐμοὶ φαίνονται ἐν πλησίον. Et qui sibi tales videri volunt, solent etiam contra, quos alicujus flagitii con t, ac demittunt, nisi frontem pre ss, de custodia virginitatis Fulg *tas infelicem conscientiam mentitus or uteri, & infantum prodidere ve dibus incedunt. Alia vero feminæ miculum faciunt.* In cod. MS. quem *m pretendunt.*

formia nos esse.] Id est, imperfectos. Quare nihil ergo *glorientur.* Quare

22. *Qui ab signis inertibus.*] Infra lib. II. *Idcirco animas misit, ne immemores veritatis effectæ, & quidnam esset Deus oblitæ, simulachris inertibus supplicarent.* Zeno Veronensis *stupida simulachra* appellat Sermone de Iona: *Statimque actus veteris vitæ damnantes pro salute redimendæ non solito more ad stupida simulachra concurrunt.*

22. *Atque orationum colloquia miscere.*] Infra lib. VI. *Sed ut eos possimus coram, & cominus contueri, affari de proximo, & cum præsentibus quodammodo venerationum colloquia miscere.*

22. *In incudibus Deos.*] Abundat sæpissime hæc particula apud Arnobium. Quare mutandum nihil est.

22. *Et ex malleis fabricatos.*] Neque heic mutandum quidquam est. Abutitur enim hac præpositione Arnobius, nec sine veterum, quos plurimum imitatur, exemplo. Lucretius lib. III.

Quem cohibere nequit conquassatum ex aliqua re.

Et lib. V.

Et majoribus, & solidis magis ossibus intus
Fundatum, & validis aptum per viscera nervis;
Nec facile ex æstu, nec frigore quod caperetur.

Plautus in Mercatore:

Ex summis opibus, viribus usque experire, nitere,
Herus ut minor opera tua servetur.

In Pseudolo:

Expressam in cera ex anulo sua am imaginem.

In Sticho:

Nunc Microtrogus nomine ex vero loquor.

Arnobii autem ævo tam frequens erat hujus particulæ abusus iste, ut & Græci ad hoc exemplum abuterentur sua quandoque. Eusseb. de Præparat. Euangel. lib. V. ὡς ἂν ἐκ τῶν οἰκείων βελῶν ἢ πεξάμάτων βαλόμενοι καταχρώμενον τοῖς ἐκ τοῖς οἰκείοις βέλεσι ἢ πεξάμασιν. Alludit proverbium, τὸ ἐκ τοῖς οἰκείοις πλεροῖς βάλλεσθαι.

22. *Veternosis in arboribus taniæ.*] Arbores dicit, in quibus spolia suspensa erant, & Diis consecrata. Nam in ipsis donariis & anathemasi tæniæ, & aliquid inibi depictum. Plutarchus in Timoleonte: ἐκ δὲ τῶν κρεμαμένων ἀναθημάτων τὴν νίκην τις ἀποβλέπουσα, ἐ Φερσεφόνη στέφανος ἔχουσα, ἐ νίκας μετ' ἐπινικίμους, περιέπιπτε τῇ κεφαλῇ ἐ πτολίεθρος. Ex autem arboribus religiosa observatione à prætereuntibus colebantur; & inviolatæ durabant annos plurimos: quare veternosas appellat eas Arnobius. Hæc docet elegantissime Lucanus libro primo:

Qualis frugifero **quercus** *ſublimis in agro*
Exuvias veteres **populi**, *ſacrataque geſtans*
Dona ducum: **nec jam** *validis radicibus hærens*
Pondere fixa ſuo eſt: **nudoſque per æra ramos**
Effundens, **trunco**, **non** *frondibus efficit umbram:*
Sed quamvis **primo** *nutet caſura ſub* **Euro**,
Tot circum **ſylvæ** *firmo ſe* **robore** *tollant,*
Sola tamen **colitur**.

De cultu autem & veneratione harum arborum teſtimonia exſtant cum alibi prope infinita, tum apud Apuleium verbis ſignificantiſſimis Florida prima.

22. *Si quando conſpexeram lubricatum lapidem, & ex olivi unguine ordinatum.*] Unguine delibutum dicit Apuleius Florida prima: λιπαρὸν λίθον dicunt Græci, quod ab aliis obſervatum jam eſt. Verba autem iſta, *ex olivi unguine ordinatum*, quæ tot ingenia torſerunt ita legenda eſſe deprehenderunt eruditiſſ. homines, *ex olivi unguine ſordidatum*.

Pag. 23. *Pythagoras Samius ſuſpicione dominationis injuſta vivus concrematus in fano eſt.*] De Pythagoræ morte diverſæ erant opiniones: alii enim ſcribunt eum in Milonis domo concrematum: alii autem in Muſarum fano periiſſe inedia. Vide Laërtium. Utramque opinionem confundit Arnobius. Falluntur ergo qui legi heic volunt, *in Samo*. Themiſtius Euphrades Orat. 11. de Pythagoræ obitu: ἔνδοθί ἐ ἐπλάδησαν ἐν τῷ πρυτανείῳ τῶν Μουσῶν, πεπλασμένοντες, ὡς φασιν, ἡμιεργὸς Φερεκύδου σίτῳ.

23. *Vt Aquilius.*] Scribendum *Aquilium*. De Manio Aquilio Oppii legato à Mithridate crudeliſſime interemto agere Arnobium recte obſervavit doctiſſimus Caſaubonus, magnum literarum lumen, & ſingularis pietatis ac probitatis exemplum. Aquilio igitur capto miris modis illuſit Mithridates, tandemque διὰ μακροῦ αὐτοῦ κατακέαντος χρυσίον, ait Appianus in Mithridaticis: aurum in os infudit, ait Plinius lib. xxxiii. cap. iii. Ejusdem memidum cenſeo.

23. *Sed cruciatoris perpetitur ſævitatem.*] Legendum ſævitate, quod alii etiam obſervaverunt.

Pag. 24. *Fanorum conſecratione maſtatis.*] Hæc editio è MS. Reg. legebatur antea. *Fanorum conſecratione* [illegible] *aptatis.* Infra:

fra: *Et quos odiis acrioribus conveniebat à vobis carpi, pulvinaribus, aris, templis, atque alio mactatis cultu.*

24. *Nonne ipsum Herculem magnum.*] Herculem *magnum* appellat proprio epitheto. Virgil VIII. Æneid.

Forte die solemnem illo rex Arcas honorem
Amphitryoniada magno, divisque ferebat.

24. *Sacrificiis, hostiis, & ture invitatis incenso.*] Notant, *indigitatis.* Quid est autem, si hoc libros perdere non est? Sacrificiis igitur Deos invitabant, eosque etiam in ipso opere vocabant, *Adeste.* &c. Virgil.

Te libans Lenæe vocat.

Ture autem scriptum in exemplaribus, quomodo ævo illo scribebant. Servius ad lib. 1. Georg. *Sane tus modo sine aspiratione dicimus. Nam antiqui thus dicebant* Σοῦς θύειν, *quod diu placuit* (legendum, *quod displicuit*) *Tura enim à tundendo dicta esse voluerunt, à glebis tunsis, cum quibus dicitur fluens de arboribus coalescere.*

24. *Quem ipsi vos fertis vivum arsisse post pœnas.*] Videntur hæc verba *post pœnas* è præcedenti periodo huc in locum translata. *Nonne Æsculapium medicaminum repertorem post pœnas, & supplicia fulminis,* &c. Quæ sequuntur *in funestibus busticetis* etsi sunt aperte depravata, defensores tamen invenire possunt. addita particula *bus* è dictione proxime sequenti. erat igitur *in funestis busticetis.*

24. *Abscissum & spoliatum viro.*] Harum dictionum acceptiones notæ sunt pueris, ut de iis plura notare velle hominis sit nimis otiosi, & chartæ egregie illudentis.

24. *Et Quirinum esse Martium dicitis.*] *Martium* esse glossema facile crediderim. Et sane, aut valde fallor, ita res est. Nam etsi plura vocabula copulare amat Arnobius, exemplum tamen videtur heic minus idoneum. Solita autem mortuis consecratis nomina immutari, ne quis eos putaret homines fuisse, quod observat Lactantius, notum hodie omnibus est.

24. *Quæ ab eo profecta in nobis sunt.*] Proba lectio, quam asserimus lib. II.

24. *Et sine ullius rei dubitationis ambiguo.*] Vacat *rei.* Quare legerim, *& sine ullius redubitationis ambiguo.* Redubitatio, ut reprobatum, & similia.

Pag. 25. *Magus fuit, clandestinis artibus.*] Nam quia miracula à Christo edita, & tot testimoniis asserta & comprobata negare non

non poterant, eo confugiebant, ut ea dicerent magica poteſtate fuiſſe ab eo factitata; quod expreſſe objiciebat Celſus Epicureus qua de re Origenes libro primo: κατηγορεῖ δ' ἐν τοῖς ἑξῆς ἑ ξ σωπῆρος, ὡς γοητείᾳ δωνηθέντος ἀ ἔδοξε θεοδόξα πεπιηκέναι. &c.

25. *Ægyptiorum ex adytis.*] Horrendæ ſunt blaſphemiæ quas adverſus Chriſtum temeraria vocis deſperatione vomebant. Quoniam igitur Chriſtum legerant tranſlatum in Ægyptum ob Herodis furorem, eum dicebant in Ægypto maleficis artibus operatum; atque iis inſtructum in Iudæam remeaſſe ad populares, ibique Dei nomen ſibi arrogaſſe. Hoc ait impuratiſſimus Celſus apud Origenem: καὶ ὅτι ἔτος Δεῦρο πενία εἰς Αἴγυπτον μισθαρνήσας, κἀκεῖ δωαμεών τινων πεθεχθείς, ἐφ' οἷς Αἰγύπτιοι σεμνιώντω, ἐπαοιδῆθεν, ἐν ταῖς δωάμεσι μέγα Φρονῶν, ἢ δι' αὐτὰς θεὸν αὐτὸν ἀνηγόρδσεν.

25. *Angelorum potentium nomina. & remotas furatus eſt diſciplinas.*] *Nomina* dicit, quia in ſuis incantationibus barbara & horrenda Angelorum ac poteſtatum nomina proferebant, quorum vi & virtute res illas magnas & θεοδόξας fieri exiſtimabant. Et eo ſceleroſa impietas progreſſa erat, ut Deum Abrahami, Iſaaci, & Iacobi ſuis maleficiis immiſcerent: quod cum arte ſimul ad hodiernos maleficos tranſmiſſum. Origenes lib. I. contra Celſum: ἀλλὰ ἢ πολλοὶ τῶν ἐπᾳδόντων δαίμονας, χρῶντω ἐν τοῖς λόγοις αὐτῶν τῷ, ὁ θεὸς Ἀβρααμ. Plenius lib. IV. ubi innuit inſuper accepiſſe hoc gentium Magos ab Iudæorum exorciſtis: σαφὲς δή ὅτι ἑ χρεα-λογοῦντω Ἰδδαῖοι ἀπὸ τῶν τελῶν παπέρων, ἧ Ἀβρααμ, ἑ ἧ Ἰσαάκ, καὶ ἧ Ἰακώβ, ὧν τοσοῦτον δωάτω τὰ ὀνόματα σωαπόμπμα τῇ ἧ θεῦ θεοσημείᾳ, ὡς ἐ μόνον σοὶ ἀπὸ ἧ ἴθνως χρῆσθω ἐν τοῖς πρὸς θεὸν ἀἰχαῖς, καὶ ἐν τῷ καππάδειν δαίμονας, τῷ, ὁ θεὸς Ἀβρααμ, ὁ θεὸς Ἰσαάκ, ἑ ὁ θεὸς Ἰακώβ: ἀλλὰ ἧ πρὸ χρεδὸν ἑ πάντας τοὺς τὰ τῶν ἐπᾳδῶν ἢ μαγγάνων πραγματευομένους.

25. *Clandeſtinis artibus omnia illa perfecit.*] Quas heic dicit clandeſtinas artes, & *remotas diſciplinas*, appellat alibi ſecretas artes libro II. *Quid illi ſibi volunt ſecretarum artium ritus, quibus animi neſcio quas poteſtates?* Iul. Firmicus lib. III. cap. VIII. *Si vero in hoc loco in matutino ortu fuerit inventus, ſecretarum quarundam artium magiſtros* reddet. & lib. IV. cap. II. *Facit obſcuros, abſconſos, tacitos, & ſecretarum atque illicitarum litterarum conſcios.* Idem *ſecretas ac magicas* dicit ejuſdem libri capite XII. *Faciet quibuſdam religionibus & ſecretarum ac magicarum artium ſcientes.* capite VIII. lib. III. *abſconſas artes*

ates appellat; & cap. IX. *abſconſas & illicitas.*

25. *Angelorum potentium.*] Proprie. Salvianus lib. V. *Nam ſuſcipiuntur advenæ; fiunt præjudicio habitationis indigenæ, exemplo quodam illius maleficæ potentis, quæ intra fundos divitum recipiuntur, quaſi Circei poculi transfiguratione mutantur.* Ibi *maleficam potentem* appellat Circen. Sic *poteſtas* infra.

23. *Quid dicitis, ô parvuli.*] ὦ νήπιοι.

25. *Quid dicitis, ô parvuli, incomperta vobis & neſcia temeraria vocis loquacitate garrientes?*] Hæc omnia breviter apud Origenem, ubi eandem calumniam purgat. ἄνλιξις ὦ, καὶ δοκῇ ἀπλῶς εἶναι τὸ ὠδί ἔ Ἰησοῦ, πῶς πεῦξαι ἰσμῆσι, σαφὲς, ὅτι χρίσιανοὶ ἰδίωμα μελέτης ἐπῳδῶν κεκώμμοι, ἐντυχάνειν· ἀπὸ τοῦ ὀνόματος ἔ Ἰησοῦ ἓν ἀνθρώπου πτοεῖ δαίμονας καὶ τὴν θείαν γραφήν.

25. *Magicarum artium ludi.*] Proprie. Tertullianus Apologet. cap. XXIII. *Si multa miracula circulatoriis præſtigiis ludunt.* Sic Magorũ παίγνια Græci dicunt. Irenæus apud Epiphanium, Hæreſi XXXIV. Τὰ δὲ Ἀναξιλάου παίγνια τῆς τῶν λεγομένων μάγων πανηγύρεως συμμίξας, δι' αὐτῶν φανταζων τὴν μαγδῶν, εἰς ἔκπληξιν τὰς ἑαυτοῦ τε καὶ πεθομένους αὐτῷ ἐξέβαλεν. Vertit Irenæi vetus interpres: *Anaxilai enim ludicra cum nequitia eorum qui dicuntur magi commiſcens, per hæc virtutes perficere putatur apud eos, qui ſenſum non habent, & à mente ſua exceſſerunt.* Ergo Magorum *ludi* proprie. Q. Curtius lib. VII. *Erat in eo convivio Cobares natione Medus; ſed magicæ artis (ſi modo ars eſt, non vaniſſimi cujuſque ludibrium) magis profeſſione, quam ſcientia celeber.* Sapienter Q. Curtius: *& hanc ob cauſſam* Magorum παίγνια dicta, & ludi, & μαγικὴ κυβεία = *ipſi etiam Magi* vulgari appellatione vani appellati. Sic enim *recte* apud Capitolinum in M. Antonini Imperatoris & Philoſophi vita: *Et vano cuidam, qui diripienda urbis occaſionem cum quibuſdam conſciis requirens, de caprifici arbore in campo Martio concionabundus, ignem lapſurum finemque mundi affore diceret, &c.* Circulatores igitur *omnes vanos vulgo* appellabant. Apulejus Apologia prima: *Sine vero more vulgari, cum iſti proprie Magum exiſtimant, qui communione locandi cum Diis immortalibus, ad omnia quæ velit incredibilia quadam vi cantaminum polleat.*

25. *Sine ulla vi carminum.*] Apulejus Apologia prima: *Sin vero ſine ulla aliqua obſervatione ſollicita ſacrorum.*] Nam ſacra quædam à Magis curioſiſſime obſervari ſolita, clara res eſt. Hoſtiæ

enim cæsæ, mascula tura incensa, & similia factitata, de quibus scriptores passim. Proprie autem Arnobius, *sine ulla aliqua observatione* &c. Nam *observatio* in hisce rebus vox propria. Infra: *Sine ullius ritus observatione.* Denique vox ista significat cautam illam circumspectionem, quam in sacris adhibere debemus, ne qua in re titubemus & numen offendamus. Infra lib. VI. *Sequitur ut de signis aliquid, simulachrisque dicamus: quæ multa arte componitis, & religiosa observatione curatis.* & lib. VII. *Aut (ut fieri moris est) observationis alicujus, & religionis metu, ille caprina abstinet se carne, porcinum alius execratur attactum.* Iul. Firmicus lib. VIII. Mathes. cap. VI. *Et omni benevolarum stellarum testimonio destitutus plecti faciet malos, aut ad aram metuendæ religionis observationibus immolari.*

25. *Libaminum.*] Optime. Apulejus Milesi. III. *Tunc decantatis spirantibus fibris, litat vario latice. Nunc rore fontano; nunc lacte vaccino, nunc melle montano. Libat & mulsa*, &c.

25. *Aut sine clavibus reserare quæ clausa sunt.*] Hi sunt quotidiani circulatorum & vanorum istorum ludi. Origenes libro contra Celsum secundo: ἢ γάητές τινες ἐπῳδαῖς δεσμὰς λύουσι, ἢ θύρας ἀνοίγουσιν.

25. *Aut in curriculis equos debilitare.*] Extat exemplum hujus potestatis apud Hieronymum in Hilarione.

Aliter in edit. nostrâ. 25. *Aut uxoribus, & liberis alienis inconcessi amoris flammas, & furiales immittere cupiditates.*] Φίλτρα intelligit & amatoria: quæ ἀγώγιμα quoque fuisse appellata non omnibus fortasse tironibus notum est. Irenæus lib. I. cap. XX. *Exorcismis & incantationibus accumpompi, & quæcumque sunt alia parerga apud eos studiose exercentur. Amatoria quoque & agogima, & qui dicuntur Paredri, & Oniropompi.* Epiphanius in Carpocratis hæresi: ἐπῳδάς τε ἀφόρους πρὸς πάσαν μηχανὴν ἀφίνεσαν τὸ πρὸς φίλτρα, ἢ ἀγώγιμα. Extat vox ista & alibi apud eundem scriptorem: item apud Theodoritum in hæresi Simonis, & alibi. *Charitesia* quoque dicit Irenæi interpres, quæ Epiphanius ἀγώγιμα. Sic enim in Carpocratis hæresi: *Artes etiam magicas operantur & ipsi, & incantationes: philtra quoque, & charitesia, Paredros, Oniropompos, & reliquas malignationes.*

25. *Sed eorum, quos invocant, potestate.*] Tertull. Apologet. cap. XXIII. *Si multa miracula circulatoriis præstigiis ludunt: & somnia immittunt habentes semel invitatorum Angelorum, & Dæmonum assistentem sibi potestatem.* Quem in locum plura, si Deus vo- igitur hæc *potestas.* Denique proprie *potestas magica,* quod antea dice-

dicebamus. Apulejus Milesia III. *Tunc protinus inexpugnabili Magicæ disciplinæ potestate, & cæca numinum coactorum violentia, illa corpora, quorum fumabant stridentes capilli, spiritum mutuantur humanum.* & Apologia prima: *Nunc, si videtur, credamus Æmiliano, solere pisces etiam ad Magicas potestates adjuvare.* Origenes contra Celsum libro primo: βαρβάρων ἢ ἄλλης τινὸς τῶν τοιούτων ἐξ ἱστοριῶν δυνάμεων ἐφαρμοσθησομένων.

25. *Sine ullius ritus observatione, vel lege.*] Propria heic quoq; vox lex. Apulejus: *Nam si, quod apud plurimos lego, Persarũ lingua Magus est, qui nostra sacerdos; quod tandem est crimen, sacerdotem esse, & rite nosse, atque scire, atque callere, leges cærimoniarum, fas sacrorum, jus religionũ?*

25. *Sed auxiliaribus plenum nobis.*] Hæc est vetus lectio. Sed non immerito suspicati sunt scriptum fuisse *bonis.*

Pag. 26. *Popularibus & quotidianis verbis missam.*] Hoc ait propter magorum susurramina vocibus exoticis & barbaris, imo & horrendis concepta: quæ concitata lingua ab iis pronuntiabantur, ita ut auditorum aures sæpius ferirent tantum, nihil autem iis insinuarent. Lucianus mortuorum dialogis: ῥῆσίν τινα μακρὸν ἐπιλέγων, ἧς ἐγὼ οὐδὲν κατήκουον· ὥσπερ γὰρ οἱ φαῦλοι τῶν ἐν τοῖς ἀγῶσι κηρύκων, ἅπαξ ἐφθέγξατο, πλὴν ἀσαφὲς καὶ ἀσύνετον (legendum ἀσαφές) ἐφθέγξατο, πολλὰ ἐμοῦντος, ἀλλ' ἴσως γέ τινας ἐπαλείφεσθαι δαίμονας. μὴ γοῦν τῷ ἱππιδίῳ τοῖς ἀντιπάλοις ἐπὶ μιᾶς πρὸς τὰ πέρατα τοῦ ἱππικοῦ &c. Addit postea, βαρβαρικὰ ὄντα, καὶ ἄσημα ὀνόματα, καὶ πολυσύλλαβα. Idcirco scribit Clemens Alexandrinus preces eas existimatas efficaciores, quæ verbis barbaris conciperentur. Clementis verba sunt Stromate primo: αἱ ἢ πρώτη καὶ γνωστὴ Ἑλλήνων, βάρβαροι μὲν, φασὶ δὲ τὰ ὀνόματα ἴσχυον. ἐπεὶ καὶ τοὺς δικαίους ὁμολογοῦσιν οἱ ἄνθρωποι δυνατωτέρους εἶναι τοὺς βαρβάρῳ φωνῇ λεγομένους.

26. *Popularibus & quotidianis verbis.*] Apulejus communia verba appellat Milesia prima: *Saga, incantare, & divinipotens cælum deponere, terram suspendere, fontes durare, montes diluere, manes sublimare, Deos infimare, sidera extinguere, Tartarum ipsum illuminare.* Ore te, inquam, aulæum Tragicum dimoveto, & *sipparium scenicum complicato, & cedo verbis communibus.* Hoc etiam dicebant humane loqui, ἀνθρωπίνως λαλεῖν, quod ad Martialem observabamus: id est, loqui verbis communibus, & quotidianis: quibus contraria sunt verba omnia ἀσύνετα καὶ ἀσαφῆ: item elata & ampulla ta, qualia Tragicorum. II. Hieronymus libro primo contra Iovinianum: *Non est contentus nostro,*

ERALD. ANIMAD.
scensa, & similia facultate, de quibus
cem Arnobius, *sine* ulla aliqua obs-
hisce rebus vox propria. Infra: ne
ne vox ista significat cautam illa
caeris adhibere debemus, nequin
amus. Infra lib. VI. *Sequuntur*
nus: quæ multa arte componis, &c.
. VII. *Aut (ut fieri moris est) obsta-*
, illic caprina abstinet se carne, porcum
Firmicus lib. VIII. Mathesi capi.
monio destituetur plecti facies malos
vationibus immolari.
Apulejus Milesi. III. *Tunc decantas*
. *Nunc rore fontano; nunc lacte vacun-*
ulsa, &c.
re clausa sunt.] Hi sunt quotidiani cir-
n ludi. Origenes libro contra Cel-
δαῖς δυνάμεις λύειν, ἢ δεσμοὺς ἀνιέναι.
debilitare.] Exstat exemplum hujus
in Hilarione.
alienis inconcessi amoris flammas, &c.
ta intelligit & amatoria: quæ ipse
non omnibus fortasse tironibus no-
x. *Exorcismis & incantationibus mu-*
, & qui dicuntur Paredri, & Curso-
rga apud eos studiose exercentur. Epi-
si: ἐπῳδὰς τε ἀφροδίτης σὺν ἐπιτρο-
τροπὰ, ἢ ἀγώγιμα. Exstat vox ista &
: item apud Theodoritum in hæresi
quoque dicit Irenæi interpres, quæ
m in Carpocratis hæresi: *Ante omnia*
untationes: philtra quoque, & chemias,
ia malignationes.
, potestate.] Tertull. Apologet. cap.
latorius prastigiis ludunt: si & spiri-
rum Angelorum, & Demonum effec-
ocum plura, si Deus volet. Propre
mprie potestas magica, quod artes
ærc-

id est, humano *more loqui*: *altius quiddam aggreditur. Parturiunt montes: nascetur ridiculus mus.* Cicero libro II. de Divinatione: *ut si quis medicus ægroto imperet, ut sumat, Terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine caffam, potius quam hominum more, cochleam.* Sic omnia contra aut præter pervagatam rerum naturam, ut fabulæ, miracula opponūtur τοῖς ἀνθρωπινοις λόγοις. Aristophanes in Vespis:

Μὴ μοίγε μύθους, ἀλλὰ τῶν ἀνθρωπίνων
Οἵους λέγομεν μάλιστα τὰς καθ' εἰκίαν.

26. *Membrorum possessione cedebat.*] Nam *possessi* & *obsessi* dicuntur οἱ ἐνεργούμενοι.

26. *Et concordiam colorum commaculatis visceribus relinquebant.*] *Viscera* accipit pro toto corpore. Solinus cap. XXII. *Esse illic & Panotiorum gentem, quorum aures adeo in effusam magnitudinem dilatentur, ut viscerum illis reliqua contegant; nec amiculum aliud sit, quam ut membra membranis aurium vestiant.* & cap. XXV. *Regionem partim timent barbari, quibus per artifices plagarum figuras jam inde à pueris variæ animalium effigies incorporantur, inscriptisque visceribus, hominis incremento pigmenti notæ crescunt.*

26. *Unus fuit è nobis, cujus ex levi tactu stabant profluvia sanguinis.*] Heic quoque *ex* mutare volunt in *&*. Sed observare debuerant, quod observabamus antea, particulam istam sæpe παρενάζειν. Sic autem apud Iul. Firmicum frequentissime. Ut lib. III. Mathes. cap. V. *Et qui ex ferro vulnera frequenter accipiant*, iterum: *Sed ex ferro vulnera frequenter infligit.*

26. *Et immoderatos cohibebant fluores.*] Vocem istam frequentare amat Arnobius. Solinus cap. XXXII. *Idque qui percunctari velit, requebris, inesse fluori illi æternam facem credat.* & cap. XXXV. *Ferunt alii, quod ventorum flatibus repercussus, cum fluorem solidæ velocitatis non queat promovere, aquis in arto luctantibus intumescat.* & passim.

26. *Cujus manus intercutes veternosæ fugiebant undæ.*] Glossæ, *Veternus*, ὕδρωψ.

26. *Centum, aut hoc amplius semel una intercessione sanabat.*] Infra lib. II. *Aut inhærentem spinulam callo una interdictione sanare.*

26. *Calcabat ponti terga undis ipsis stupentibus.*] Zeno Veronensis sermone de Iona: *Hoc igitur è profundo clamans similiter Petrus impetravit à Domino, ut profundi maris lubricos sinus, insubditaque humanis gressibus liquidi æquoris terga, quibus viator trepidus absorbebatur, & perambularet pariter & evaderet.*

26. Pol-

26. *Pollinctorum voluminibus explicari.*] Hæc est legio cod. Reg. optima. *Volumina* appellat, quæ alibi *volucra*, εἰλήματα.

Pag. 27. *Cujus nomen auditum fugat noxios spiritus, silentium imponit vatibus.*] Tertull. Apologet. cap. XXIII. *Atquin omnis hæc nostra in illos dominatio & potestas de nominatione Christi valet, & de commemoratione eorum, quæ sibi a Deo per arbitrum Christum imminentia expectant.* Origenes contra Celsum libro primo: ᾗ ὀνόματι δὲ Ἰησοῦ, ἓν τὸ ὄνομα μυρίοις ἤδη ἐνεργῶς ἐωφέλησε δαίμοσιν ἐξελαθεῖσι ψυχῶν καὶ σωμάτων ἐνεργοῦσιν εἰς ἐκείνους, ἀφ' ὧν ἀπηλάθησαν. Quin ait idem Origenes tantam fuisse hujus nominis vim, ut ejus virtute vitiosi homines quandoque dæmonia ejecerint, secundum Christi prædictionem. Verba Origenis sunt eodem libro: πεσεῖται μὲν γὰρ δυνάμει τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ καὶ τῶν δαιμόνων, ὡς ἐφ' ἅπαξ φαύλων ἐνεργούμενον ἀνοίαν, ὅπερ διδάσκων Ἰησοῦς ἔλεγε· πολλοὶ ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, τῷ ὀνόματί σου δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ δυνάμεις ἐποιήσαμεν. Nempe his verbis ostendit Origenes exorcistarum fidem non fuisse necessario justificantem. Sed observat Augustinus ipsos plerosque & circulatores hoc nomine in suis incantationibus usos esse. Sic enim ille Tract. VII. in Ioannem. *Fingunt enim spiritus malis umbras quasdam bonoris sibimetipsis, ut sic decipiunt eos qui sequuntur Christum. Usque adeo fratres mei, ut illi ipsi qui seducunt per ligaturas, per percantationes, per machinamenta inimici misceant percantationibus suis nomen Christi.*

27. *Arrogantium magorum.*] Id est, ἀλαζόνων, qui ea promittunt & spondent, quæ implere nequeunt. Nam quos Græci appellant ἀλαζόνας, eos Latini *arrogantes* sæpissime verterunt.

27. *Sed majoris licentia potestatis.*] id est, νὶ δυνάμει καὶ ἐξουσίᾳ. Sic enim ἐξουσίαν videntur expressisse. Paulo post: *Ergo illud humanum fuit; aut ex ore flercoribus innutrito tale potuit jus dari, talis licentia profici?* Et lib. II. *Ut enim Dii certi certas apud vos habent tutelas, licentias, potestates; neque eorum ab aliquo id quod ejus non sit potestatis ac licentiæ postulatis.* B. Augustinus lib. III. de Civitate Dei, cap. XIII. *Aut fortassis Alecto illa infernalis furia, jam tis favente Iunone, plus in illos habuit licentia, quam quum ejus precibus contra Æneam fuerat excitata.* Iul. Firmicus lib. II. Mat. II. cap. IV. *Sunt autem infinitæ potestatis, & licentiæ; & qui fata hominum potestatis suæ auctoritate designent.* & lib. IV. cap. I. *Ac furiosas mentes, & Perditi furoris indignationibus irritatas orationis suæ possunt licentia mitigare.* Et apud eundem

dem eodem cap. *licentia poteſtatis*, ut heic apud Arnobium. *Magnos, potentes, terribiles, efficaceſque faciat, & qui maximas civitates poteſtatis alicujus licentia ſubjugent.*

27. *Vel exilitatis cujus reperientur & ludi.*] Hæc eſt lectio principis editionis, quam adfirmat Ms. Reg. *Ludus* autem eleganter de re facili, & quam ſine labore ullo peragimus. T. Livius lib. XXVIII. *Nec tibi P. Corneli, quum ex alto Africam conſpexeris, ludus & jocus fuiſſe Hiſpaniæ tuæ videbuntur.* Sic παιδιὰν Græci dicunt; & pro re facili ac levi, præ graviori & moleſtiori ægritudine. Æſchylus Prometheo:

------ ὅς τε σοι τὸν νιῶ χόλον
παρόντα μόχθων παιδιὰν εἶναι δοκεῖν.

Pag. 28. *Sole ipſo eſt clarius.*] Eleganter Lactantius lib. VII. cap. 1. *Qui vero ambitione inflati, aut amore potentiæ inflammati omne ſtudium ſuum ad honores acquirendos contulerunt, nec ſi Solem quidem ipſum geſtemus in manibus, fidem commodabunt ei doctrinæ, quæ &c.*

28. *Quæ humana corpora ſuſtinere neſcio quæ voluit importuna crudelitas.*] Blaſphemum hoc. Quaſi vero mala non proficiſcantur à Deo. Mala pœnæ dico, quibus Deus ſuos ut benigniſſimus pater caſtigat; impios ut juſtiſſimus judex punit. Sed hoc de errore ad lib. II.

28. *Nonnullis adtribuere medicinam.*] Hæc lectio eſt è cod. Reg.

28. *Aut cibum aliquem juſſerunt capi.*] Ita eſt: Dii, quorum imperio ægri incubabant, certa remedia per ſacerdotes ſuos præſcribebant, ἢ σωτήρια. Hæc enim προστάγματα à Diis, id eſt, à Dæmonibus profecta, proprie σωτηρίαι. Hac de re loquitur M. Antoninus Imperator & Philoſophus libro de vita ſua primo: ὁποῖόν ἐστι τὸ λεγόμενον, ὅτι σωτήριον ὁ Ἀσκληπιὸς τούτῳ ἱππασίαν, ἢ ψυχρολουσίαν ἢ ἀνυποδησίαν.

28. *Quod eſſe non magnum, nec admirationis alicujus ſtupore condignum.*] Infra lib. II. *Interea, ô iſti, qui admiramini, qui ſtupetis doctorum & philoſophiæ ſcita.* Martialis:

Admiror, ſtupeo: nihil eſt te doctius uno.

Stupor eſt ἔκπληξις, ἢ θάμβος.

Pag. 29. *Quum per omnia ſupplices irent templa.*] Quod factum in magna aliqua calamitate publica & privata. Sic enim fore eſtimabant, ut tandem Deorum aliquem propitium invenirent. Polybius lib. IX. αἱ δὲ γυναῖκες περιπορδόμεναι τοὺς ναούς. &c. Sed hunc ſolum mox proferemus, & ſanabimus.

29. *Quum*

29. *Quum Deorum ante ora prostrati.*] Infra lib. VI. *Quæque templa in omnibus prostrati atque humiles adoratis.* Nam procumbebant quandoque humi, & hoc schemate ἱκέτευον. Lucret. lib. V.

Nec pietas ulla est velatum sæpe videri
Vertier ad lapidem, atque omnes accedere ad aras:
Nec procumbere humi prostratum, & pandere palmas
Ante Deum delubra.

Cæsar libro II. de bello civili: *Facile erat ex castris C. Trebonii, atque ex omnibus locis superioribus prospicere in urbem, ut omnis juventus, quæ in oppido remanserat, omnesque superioris ætatis cum liberis atque uxoribus, publicisque custodiis, aut ex muro ad cælum manus tenderent, aut templa Deorum immortalium adirent, & ante simulacra projecti victoriam ab Diis exposcerent.* Æschylus in Thebaide:

Πόποι δῆτ' ἐγὼ πορ
Πίτνω βρέτη δαιμόνων;
Γᾶ μάκαιρα δέδροι,
Λιμάζω βροτείων ἔχεσθαι.

29. *Limina ipsa converrerent osculis.*] Nempe in ejusmodi θεωρίαις statim quum templa ingrederentur, conspectis Deorum simulachris in ipso limine ad terram sese profundebant; & sic ipsi quandoque limini osculum dabant. Lucanus lib. II.

----- *Cultus matrona priores*
Deposuit: mœstaque tenent delubra caterva.
Hæ lacrymis sparsere Deos: hæ pectora duro
Affixere solo: lacerasque in limine sacro
Attonita fudere comas.

Hoc est, quod ait Artemidorus ille lib. II. cap. XXXIII. ἐκμοῦσαι δὲ λείψει, ἢ σαρῶσαι τὸ πρὸ τῶν νεῶν, σαροῦν τὸ πρὸ τῶν νεῶν. Sic enim ἢ θεῶν αἰγάλματος, ἢ καθαίρειν, ἢ ἀπὸ τὸ πρὸ τῶν αἰγαλμάτων, ἡμαρτηκέναι π εἰς αὐτὰς ἐκείνας τὰς θεὰς σημαίνει. οἶδα δ' ἐγώ ἔνα τινὰ τοῦτο τῷ ἑαυτῷ ἡμαρτηκότα εἰς τὴν θεὸν ἀδόντα τὸ ἄγαλμα καθαίρειν. Dicit & simulacra prostrati adorabant, & supplicabant; quod docebamus modo. Quod quidem mulieribus quasi proprie assignatum. Hæ enim prostratæ ante simulacra crinibus passis solum verrebant. Claudianus in laude Serenæ:

Numinibus, votisque vacas, & supplice crine
Verris humum.

Polybius lib. IX. διόπερ οἱ μὲν ἄνδρες τὸ τεῖχος περιλάμβανον, ἢ τὰς πρό-

ris, ut heic apud Arnobium. Ib.
que faciat, & qui maximas civium

ientur & ludi.] Hæc est lectio ma-
nat MS. Reg. Ludus autem deorum
bore ullo peragimus. T. Livius lib.
, quum ex alto Africam conspexi, ubi
untur. Sic πανδαισία Græci dicunt, ut
ori & molestiori ægritudine. Æschy-

πέλαν
εἶναι δοκεῖν.

] Eleganter Lactantius lib. VII. cap.
ant amore potentiæ inflammati mul-
los contulerunt, nec si Solem quidem ipse
mandabant ei doctrinæ, quæ &c.
inere nescio quæ volunt imperitos mul-
i vero mala non proficiscantur Dei
eus suos ut benignissimus pater affi-
lex punit. Sed hoc de errore ad lib. II.
elicinam.] Hæc lectio est è cod. Reg.
sserunt tapi.] Ita est: Dii, quorum in
remedia per sacerdotes suos præscri-
nim προστάγματα à Diis, id est, à Dæ-
σωτῆρα. Hac de re loquitur M. An-
sophus libro de vita sua primo: ἐπεὶ
Λίσκληπιὸς τότῳ ὑπαγορεύει, ἐνίοτε

, nec admirationis alicujus fuisse con-
a, ô isti, qui admiramini, qui super-
arrialis:
ſi te doctus uno.

.
s supplices irent templa.] Quod factum
ublica & privata. Sic enim ubique ex-
orum aliquem propitium invenimus
τὰς θεοπροδόκους ἐπὶ τοὺς ναοὺς. &c. Ita
nabimus.

τὰ πλείους διηρθρωμένους τόπους: καὶ ἡ γυναῖκες περιπορφύρωμαι τὰς ταύτ, ἐκείτθουν οὖν θεὰς πλυίνουσαι ταῖς κόμαις τὰ τῶν ἱερῶν ἰδάφη. τὸ πῦ αὐτῆς ἔθος ἐστὶ ποιεῖν, ὅταν τις ὁλοσχερὴς πλὴ πατρίδα καταλαμβάνῃ κίνδυνος. Neque legendum τοῦτο δὲ αὐταῖς ἔθος, quod vult eruditissimus vir. Hęc enim pertinent ad priorem partem, διόπερ οἱ μὲν ἄνδρες. Sed, aut fallor, aut hic locus graviori aliquo vulnere deformatus est. Nec enim satis video, quid sit πλυίειν ταῖς κόμαις τὰ ἰδάφη. Locum igitur imperfectum existimo, eumque ita concipiendum puto. ἐκείτθουν οὖν θεὰς πλυίνουσαι ..... ταῖς κόμαις τὰ ἰδάφη. Et tale quid suspicor scripsisse Polybium, πλυίνουσαι τὰ τούτων ἀχάλματα, καὶ ἐρεῖσαι ταῖς κόμαις τὰ ἰδάφη. Nempe πλυίνουσαι τὰ τούτων ἀχάλματα, ut apud Lucanum loco antea citato, *Hæ lacrymis sparsere Deos.* Apulejus Milesia VI. *Tunc Psyche pedes ejus advoluta, & uberi fletu rigans Dea vestigia, humumque verrens crinibus suis.* Nempe in omnibus angustiis adoraturæ crines solvebant: quare humi procumbentes postea, humum crinibus verrebant. Ovid. III. Fastorum:

Si qua tamen gravida est, resoluto crine precetur,
Ut solvat partus molliter ipsa suos.

Et lib. IV.

Summissoque genu vultus in imagine Divæ
Fixit; & hos edit voce jacente sonos.

Et eleg. III. lib. I. Trist.

Illa etiam ante Lares sparsis prostrata capillis,
Contigit exstructos ore tremente focos.

Quod etiam legimus à Christianis mulieribus in litaniis & processionibus factitatum. Gregorius Turonensis lib. III. cap. XXIX. *At illi in tanta humilitate ad Deum conversi sunt, ut induti ciliciis, abstinentes à cibis & poculis, cum tunica B. Vincentii martyris, muros civitatis psallendo circuirent: Mulieres quoque amictæ nigris palliis, dissoluta cæsarie, superposito cinere, ut eas putares virorum funeribus deservire, plangendo sequebantur.* Neque tamen solis in rebus artis crines solvebant adoraturæ mulieres (ne quem observatio nostra in fraudem impellat) sed aliquando etiam in re læta, & solemni atque accurata religione. Tibullus:

Et mea votivas persolvens Delia noctes,
Ante sacras lino tecta fores sedeat.
Bisque die resoluta comas tibi dicere laudes
Insignis turba debeat in Pharia.

Limina

29. *Limina ipsa converrerent osculis.*] Quod etsi paulo abjectius videtur, & parum generosum, factum tamen à Romanis in magnis rerum difficultatibus. Observat hoc Polybius lib. III. ubi describit statum Romanæ civitatis, pugnæ Cannensis eventum exspectantis. πάντα δ' ἰῶ τὰ περ' αὐτοῖς λόγια πᾶσι τόν ἀξ σώματος σημείων ἢ ἐ περάτων πᾶσι μὴ ἰερεῖν, πᾶσιν δ' ἰῶ οἰκία πλήρης. ἐξ ὧν δ' χαὶ ἐ θυσίαι, ἢ χῶν ἱκτηρίαι, ἢ δεήσεις ἀπεῖχον τὴν πίλιν. δεινοὶ γὰ ἐν ταῖς περιστάσεσιν οἱ Ῥωμαῖοι, ἢ χὺς ἐξιλάσασθαι ἢ ἀνθρώπους, ἢ μηδὲν ἀπεπὲς, μηδ' ἀχθὲς ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς νομίζοντες τῶν θεῶν ἐ θέσθαι συμπλημμελῶν.

Tanta adeo quum res trepidæ reverentia Divum
Nascitur, & raræ fumant felicibus aræ.

ait Silius Italicus.

29. *Et invitarent miserrimis votis.*] Nempe quando vires humanæ deficiunt, nec est ulla spes salutis, tunc ad vota confugiunt homines. Hinc M. Tullius lib. v. Tuscul. quæst. *Sin autem virtus subjecta sub varios, incertosque casus famula Fortunæ est: nec tantarum virium est, ut se ipsa tueatur, vereor, ne non tam virtutis fiducia nitendum nobis ad spem bene vivendi, quam vota facienda videatur.*

29. *Et pietatis expectatione triverunt.*] Id est, pietatem ac misericordiam Deorum expectantes. Sic enim *pietas* non solum apud inferioris ævi scriptores; sed etiam apud alios. Hinc Antoninus Imperator *Pius* appellatus, quod natura clementissimus esset, inquit Spartianus. Atque hæc appellatio ad alios postea Imperatores derivata. Quare Themistius Euphrades Orat. Augustos ait appellatos εὐσεβεῖς, id est, φιλανθρώπους. Sic Pii appellationem expressit. Illius scriptoris verba sunt: ἡ γάρ ἐσι χειρὸς ἔργον φιλανθρωπία: ἀλλὰ μόνης τ' γνώμης τὴν ὄρεξιν ἀφεῖναι κελεύει. καὶ ἡ μὲν Πλάτων πᾶσ', ὡς ἔοικε, λόγῳ μόνον ἀπαιτεῖ τὸν βασιλέα, ἡμεῖς δ' τὰς πράξεις; ἀλλὰ περιλαβοῦσα ἡ Ῥωμαίων Φωνὴ, καὶ ὁ δῆμος τ' πολιτείας τὴν ἑκατέρου πεῖραν ἔλαβεν τ' ἔργου. τὰς δ' ἐπιλήσιμον ἐποιήσατο, ὑμᾶς μὲν εὐσεβεῖς ἢ φιλανθρώπους ἀρετὴν προσαγορεύουσα, τοῖς δὲ πρᾳοπαθοῦσιν ἢ ἐξ ἀνδρίας μόνης τὰς ἐπωνυμίας νομοθετήσασα. *Pius* igitur, clemens: & pietas, clementia, etiam apud politos scriptores. Claudianus Panegyri de IV. Consul. Honorii:

---- *Mitis precibus, pietatis abundans:*
Pœnæ parcus erat.

Et:

Sis pius in primis: Nam cum vincamur in omni
Munere: sola Deos æquat clementia nobis.

29. *Cum naturalis infirmitas peccatorem hominem faciat non voluntatis, sed judicationis electio.*] Hoc ait Arnobius; Nos infirmitate humana peccare; nec voluntatis, sed judicationis electione; quia re vera nolumus malum nec eligimus; sed id bonum judicamus naturali cæcitate, quod tamen reapse malum est: quæ fuit nonnullorum sententia, quam confutat Aristoteles libro Nicomacheorum tertio. Et falsissimum sane est, nos peccare non voluntatis electione, sed solâ judicii cæcitate: quam sententiam è Platonicorum schola hauserat Arnobius in Christiana doctrina nondum satis tritus. Lactantius lib. v. cap. XIV. *Itaque dicunt eos, qui mali videantur, non sua sponte peccare: nec mala potius eligere, sed bonorum specie lapsos incidere in mala, dum bonorum ac malorum discrimen ignorant.* Hanc autem sententiam defendit acerrime Arrianus Dissert. Epicteti locis compluribus: & præcipue lib. I. cap. XVII. Totum enim caput in hoc argumento occupatur.

29. *Hoc est in medio ponere, & dubitabile quod asserat facere.*] Id est, ad discutiendum proponere tanquam nondum satis certum, & deliberatum. Atque hoc loquendi genus è Græcorum myto-
ὑμῖν δοκῶ, τίθημι τὸ πρᾶγμα εἰς μέσον, γνώμην ποιοῦμαι τὸν βου-
λόμενον ἀποφαίνεσθαι. Sic *in medio relinquere* est indefinitum relin-
quere. B. Augustinus lib. III. de Civit. Dei, cap. IV. *Sed utrum potuerit Venus ex concubitu Anchisæ Æneam parere, vel Mars ex Sylvia concubitu filiæ Numitoris Romulum gignere in medio relinquamus. Nam pene talis quæstio etiam de scripturis nostris oritur: quæ quæritur, utrum prævaricatores Angeli cum filiabus hominum concubuerint.* Capitolinus in vita Veri sub finem: *Quod nos non in medio relinquimus; sed totum purgatum, confutatumque respuimus.*

29. *Non meriti causa.*] Nihil mutandum est. Nam *meritum* ita usurpat Arnobius frequentissime pro eo quod vulgo dicimus *de-meritum*. Et sane *mereri* medium verbum est. Infra: *Quodnam (quæso) ob meritum? dicite. Cujus ob peccati culpam? Quid ab eo commissum est?* Et suprà: *Si enim nos sumus in causa, & in nostri criminis meritum excogitatæ sunt hæ pestes.* Solinus cap. I. *Valerium denique Soranum, quod contra interdictum eloqui id ausus foret, ob meritum profanæ vocis neci datum.* Cyprianus ad Demetrianum: *Vtique quando*

ea

ta fiunt, quæ iram Dei indignantis ostendunt, non propter nos fiunt, à quibus Deus colitur; sed delictis, & meritis vestris irrogantur, à quibus Deus omnino nec quæritur, nec timetur. Lactantius lib. VI. cap. XX. Nam hominem, quamvis ob merita damnatum in conspectu suo jugulari pro voluptate computat.

Pag. 30. *Facere sui nominis cum affectione permisit.*] Si quid mutandum est, legerim, *cum adjectione*. *permisit* autem, id est, potestatem ac facultatem attribuit. Sic supra hoc verbo usus est: *Qui profundas ejus atque inenarrabiles altitudines (quantum nostra quivit mediocritas capere,) & intelligere permisit & docuit.* Infra: *Permittant uni ex populo in officium sermonis dandi ora coarticulare mutorum.* & alibi.

30. *Divinique operis arrogatores.*] Hæc est lectio vetus: nec displicet quod inde efficiunt *arogatores*, pro *abrogatores*, more antiquo.

30. *Sub eorum portantes & illi se casibus.*] Vulnus heic altum est & impressum, quod saltem ex parte curabo. legendum igitur credo pro portantes, *rotantes*. Verbum est hac in re proprium: ut apud Minutium Felicem, & alios. Pro *casibus* autem quid substituendum sit, non scio liquido. Et fortasse nihil mutandum est: potestque vulgata lectio explicari. Si quid tamen mutare oporteret, scriberem *incursibus*. Est enim dictio ad hanc rem accommodata. Lactant. lib IV. cap XXVII. Denique si constituatur in medio & is, quem constat incursum Dæmonis perpeti.

30. *Sanitati & constantiæ reddiderunt.*] Proprie omnino. Nam furiosi & possessi de statu suo dejiciuntur, & diversis incursibus rotantur. Constantia igitur quando in statu nostro permanemus. Glossæ, Constans, σταθερός, εὐσταθής. Lactantius libro IV. cap. XXVIII. Hominumque mentes motas, & in malis incursibus furiatas, in sensus pristinos reponebat.

30. *Et recusantia perpeti sanitatem.*] Id est, desperata, ἀπεγνωσμένα. Sic enim verbum Græcum exprimere voluit.

30. *Continuato frenavit à pastu.*] Quare scribit Artemidorus, morbum videri bestiam, propter hæc morborum genera scil. à quibus humana corpora depascuntur. lib. II. Oneirocrit. cap XII. ὅταν δὲ ἀπειλῇ ἢ ἀχειαίνηται ὁ λέων, φέβονται ἐπέχει, ἡγοῦν μαινόμενος. ἔοικε γὰρ ἡ νόσος θηρίῳ.

30. *Circumscriptis evaginationibus coegerunt.*] Hæc lectio est è ms. Reg. sane optima. Est enim ad Formam antiquam, ut optime notavit antea Meursius.

30. *In-*

30. *Interemptos revocavit ad vitam.*] Non occisos, & vi alienâ confectos; sed simpliciter è medio sublatos. Nam hoc interimere, è rebus humanis aliquem omnino tollere. *Emere* enim olim auferre, & nota vis particulæ *inter* in his compositionibus, notata ab accuratiss. Grammatico Ælio Donato. *Interemti* igitur, qui sæpius *exemti* simpliciter. Solinus cap. xvi. *Contraversum læta sunt funera, adeo ut exemptos gaudiis prosequantur.*

30. *Et ab tumulis remeare defunctos exequiarum conversione.*] Zeno Veronensis sermone de spe, fide, & charitate: *Mortuosque sæpe ipsos à sepulchris cum suis sibi exequiis reverti jusserunt: ut omnes mirarentur fieri lachrymas gaudii, quæ nunc fuerant orbitatis.*

Pag. 31. *Sed ut pullulare dubiam papulam.*] Hæc est lectio vetus, unde fecerunt, *sed ut pusulam, reduviam, papulam.*

31. *Tale potuit jus dari.*] Ius pro potentia & licentia apud Arnobium. Infra: *Atqui utinam cuncta referri in scripta potuissent, vel quæ ab ipso gesta sunt, vel quæ ab ejus præconibus pari jure & potentia terminata.* Sic apud Iurisconsultos.

31. *Vt poteris esset una, & ipsius qui operaretur, qualitas.*] Hæc est lectio vetus, pro qua ediderat Gelenius, *ut potens esset una.* Melius alii in editione Ful. Ursini, *ut operis esset una.*

31. *Age nunc veniat quis super igneam Zonam Magus interiore ab orbe Zoroastres.*] Totus hic locus vitio laborat. Nam hæc verba quid sibi volunt? *super igneam zonam*, interpretamenti vice adjecta istorum, *interiore ab orbe*: nihilominus tamen ex antiqua lectione eruta. Existimo enim Azonacis factam esse mentionem, quem Zoroastris fuisse præceptorem Hermippus tradidit, ut docet Plinius. Sic igitur conceperim hunc locum: *Age nunc veniat quis Azonaces Magus interiore ab orbe; Hermippo ut assentiamur auctori Bactrianus & ille conveniat*, &c. De Azonace loqui Arnobium sane dubium nihi nullum est. Plinius libro xxx. cap. 1. *Hermippus qui de tota ea re diligentissime scripsit, & vicies centum millia versuum à Zoroastre condita, indicibus quoque voluminum ejus positis explanavit, præceptorem, à quo institutum diceret, tradidit Azonacem.* Per Bactrianum autem, Zoroastrem intelligit: unde fortasse notaverat ad oram libri sui aliquis *Zoroastres*; quæ lectio postea texui inserta, sed alieno loco. *Quis Azonaces* autem phrasi Arnobiana, de qua dicimus alibi. Sic *Socrates aliquis* apud Tertullianum: & similia.

31. *Armenius Zostriani nepos.*] Hæc est lectio non solum veteris editio-

editionis: sed etiam Ms. Reg. Placet tamen quod substituunt, Ostanis.

31. *Apollonius, Damigero, & Dardanus.*] De his Tertullianus de anima, & Apulejus in Apologia.

31. *Velus, Iulianus.* De his habeo quod dicam nihil. Eruditiss. Mercerus acerrimi judicii vir legendum existimat, *Nilus, Vulcanus*, de quibus Diogenes Laërtius in operis proœmio. Αἰγυπτίων μὲν γὰρ Νέλω γεγόνθαι παῖδα Θαλῆν, ὃν ἄρξαι φιλοσοφίας.

31. *In officium sermonis dandi*] Sermonem dare dicit Arnobius loquutione rara: sed non impropria. Nam *dare* simpliciter pro sermonem dare. Non opus ergo est rescribere, *in officium sermocinandi.*

Pag. 32. *Quidquid virium continet fremor ille verborum, atque adjunctæ carminum necessitates.*] *Fremorem verborum* appellat proprie Arnobius, quod *murmur magicum*, & *susurrum magicum* alii. *Stridorem magicum* dicit Tibullus:

Iam ciet infernas magico stridore catervas.

Nempe quia magica illa carmina brevius & concitatius proferebantur, summisque tantum labris. Hinc Apuleius: *Igitur & occulta non minus, quam tetra & horribilis, plerumque noctibus vigilata, & tenebris abstrusa, & arbitris solitaria, & carminibus murmurata.* inde & Græci ψιθύρους ac ψιθυρισμοὺς dicunt. Quare Theophilus hæc ita convertit; Instit. de Iudic. pub. §. v. *Eadem lege & venefici capite damnantur, qui artibus odiosis, tam venenis, quam susurris magicis homines occiderint.* Vertit, μετὰ μαγικοῖς ψιθυρισμοῖς ἤτοι ἐπῳδαῖς. Heliodorus lib. IV. in expiationem morbi magica καὶ τὰ τε λιβανωτὸν ἰθυμίων, καί ἅμα δήθεν ψιθύροις πρὸς κρύβδην καὶ δυσέκλυτοις. Quare Iamblicus carmina illa & susurramina appellat μελισμάτων ἄνευ λέξεως. Sic enim ille lib. I. de vita Pythagoræ, cap. XXV. ubi docuit Pythagoram, & ejus sectatores Musicam existimasse μεγάλα συμβάλλεσθαι πρὸς ὑγείαν, addit tandem sub finem capitis: ἔστι δὲ ὅτε ἄνευ λέξεως μελισμάτων ὅπως τὲ καὶ πόθεν, ἐπῳδοντες ὡς ἀληθῶς καὶ εἰκὸς ἐπισθένειν ποτὲ τὰ νοσήματα τῶν εἰς μέσον παρελημμένα τῆς ἐπῳδῆς. Id est: *Aliquando etiam absque dictione, modulorum quorundam cantillatione passiones & morbos quosdam sanabant, re vera incantantes. Et verisimile est nomen hoc* ἐπῳδή *inde usitari cœpisse.* Sic enim explicandus hic locus, & legendum, ἔστι δὲ ὅτε ἄνευ λέξεως μελισμάτων ἐπῳδῆς, ὅπως πόθεν, καὶ &c.

RALD. ANIMAD.

(vitam.] Non occisos, & vi interdicto sublatos. Nam hoc interimere, immo tollere. Emere enim olim apud in his compositionibus, notandum o Donato. Interemit igitur, quia ius cap. XVI. Contraversum locum pro sequantur.

Sanctos exequiarum conversione.] Cum de, & charitate: Mortuosque sepulcris reverti jusserunt: ut omnes manes cervant orbitatis.

am papulam.] Hæc est lectio vera, diuviam, papulam.

pro potentia & licentia apud Amodata referre in scripta potuissent, neque praconibus pars jure & potentia tam-

sius qui operarentur, qualiter.] Hæc est Gelenius, ut potens esset una. Melius esset una.

*ignearn Zonam Magus interim de*rritio laborat. Nam hæc verba quod interpretamenti vice adjecta subjus tamen ex antiqua lectione erudam esse mentionem, quem Zorrmippus tradidit, ut docet Plinius. cum: *Age nunc veniat qua Zoroastres* ut assentiamur auctori *Eudoxum & loqui* Arnobium sane dubium mi. cx. cap. I. *Hermippus qui de mille ver* on milia versuum à Zoroastre *condita*, positis explanavit, præponens ei qua em. Per Bactrianum autem Zoille notaverat ad oram libri hi illi ea texui inserta, sed aliena loca obiana, de qua dicimus alibi. Sic n: & similia.

Hæc est lectio non solum veteris edit-

31. *Non interdicimus, colligant.*] Nimis pro imperio, *interdicimus*. Malim igitur *intercedimus*, id est prohibemus: quo verbo utitur Arnobius & alibi non semel. Translatum à Tribunorum, & aliorum intercessionibus, quorum intercedentium vox erat, *Veto*, aut, *Prohibeo*. Tit. Livius lib. VI. *Iamque frustra sæpe concilio advocato, quum pro antiquatis rogationes essent: Bene habet, inquit Sextius: quandoquidem tantum intercessionem pollere placet. Isto ipso telo tutabimur plebem. Agite dum, Comitia indicite, Patres, tribunis militum creandis. Faxo ne juvet vox ista, Veto, quæ nunc concinentes collegas nostros tam læti auditis.*

32. *Nihil fraudis delituit in Christo, derideatis licet.*] Hæc est lectio verissima, quam suppeditavit MS. Reg.

32. *Et merito exutus à corpore.*] Hæc non satis plana. Neque absurda Stewechii conjectura, *at emerito exutus à corpore*, id est, vita functo. Legi etiam posset, *donec isto exutus à corpore.*

Pag. 33. *Nunquam rebus ejusmodi credulitatis suæ commodarent assensum.*] Afri utuntur sæpissime præterito imperfecto, pro plusquam perfecto, ut loquuntur Grammatici. Extat hæc ἐναλλαγὴ apud Arnobium & Tertullianum locis compluribus: quin & apud antiquos scriptores, ut apud Plautum non raro. Hinc igitur Augustini celebre dictum illud: *Non crederem Euangelio, nisi me Ecclesiæ commoveret auctoritas.* Id est, non credidissem, tum quum eram Manichæus. Sic hoc loco *commodarent* pro *commodassent*.

33. *Usq; adeo fuisse vanos, mendaces.*] Hæc eadē copulat Virgilius:

Nec si miserum Fortuna Sinonem
Finxit: vanum etiam mendacemque improba finget.

Vani autem quinam proprie dicantur docet A. Gellius lib. XVIII. cap. IV. *Nos autem postea ex Apollinari didicimus, Vanos proprie dici, non ut vulgus diceret, desipientes aut hebetes, aut ineptos; sed, ut veterum doctissimi dixissent, mendaces & infidos, & levia inaniaque pro gravibus & vera astutissime componentes.* Neque satis plane Gellius: Vani enim sæpius, qui morbo quodam, & *ingenita mentiendi voluptate* (ut ait Tertull. Apologet. cap. VII.) mentiuntur; quam qui mendacia astute componunt: etsi neque his omnino ars sua deest. Sed quia fine proposito mentiuntur, sunt sæpius *vani*, leves, inconsiderati, ac simplices. Salustius in conjuratione Catilinæ, ubi Q. Curii ἦθος describit: *Huic homini non minor vanitas, quam audacia inerat; neque vericere quæ audierat; neque suamet ipse scelera occultare; prorsus neque dicere, neque facere quidquam pensi habebat.* Vani denique sunt, qui

qui Græcis dicuntur μάντεις quia μάτην, & Genio suo tantum morem gerentes mentiuntur. Aristoteles IV. Nicomach. cap. VII. ὁ δὲ μείζων τῶν ὑπαρχόντων περαιτέρω καὶ μᾶλλον ἕνεκα, φαύλῳ δὲ οὐδὲν. ὅτι δὲ ἂν ἥκαμε τῷ ψεύδει. μάτην δὲ φαίνεται μᾶλλον ἢ κακῶς. Atque hi profecto tales sunt, quales heic ait Arnobius fore rerum à Christo gestarum testes, si res ab iis narratæ falsæ essent. Tales etiam describit φιλοψεύδεις suos Lucianus. Quibus scilicet mendacium ὄψον: quomodo eleganter ait Pindarus κακαγορίαν ὄψον εἶναι κακαγόρεις. Tales sunt etiam plani quidam, qui nullius lucri causa, sed ut stolidæ credulitati imponant modo, mendacia comminiscuntur; quod observabat Celsus Epicureus, contra quem scripsit Origenes; vere quidem θελκτικῶς: sed sceleratissime ἀπαθεστάτους. πόσοι δ' ἄλλοι παιδιᾶς περιένεκεν, σπουδῆς ἕνεκα τῶν ἀψευδεστάτων ἐπιστολῶν ἀνεφελκύσαντο τῇ πλάνῃ.

33. *Vt puerili assertione firmarent.*] legendum *aut puerili* &c. quę lectio ab aliis notatur.

33. *Et in pericula capitis immittere se sponte temeraria desperatione voluerunt.*] Temerariam desperationem appellat hic ἀπόνοιαν: qua quis se in præsentia pericula immittit. Sic ἀπονενοημένον describit auctor orationum contra Aristogitonem: ὁ δὲ ἀπονενοημένος καὶ ἅπας αὐτὸν μὲν περιορᾷ, τὴν πλὼ δὲ λογισμῷ σωτηρίαν: ἐν ᾗ τῷ πλεόντι, καὶ ὃ πλοίαρχος, ἐὰν δέῃ σωθῆναι, σώζεται. De temeraria desperatione plura ad librum VI.

33. *Et execrabili haberentur in nomine.*] Nonnulli legendum existimant, *in omine*: nempe quia infausti habiti Christiani. Sed hæc ipsa de causa vulgata lectio retinenda erat: ut significetur scilicet ipsum nomen Christianum infaustum fuisse, & execrabile. Supra: *Quid ut omnis pessimi nostri nominis in horrescitis mentione?* Hoc autem *execrabile nomen*. Gloss. *Execramur*, καταρώμεθα, ἀποτροπιάζομεθα, βδελυττόμεθα. Item: *Execrat*: ἀπαγορεύει, ἀφιλπίζει, αἰτιᾶται, καταρᾶται. Quid sit ἀφιλπίζει, nemo, opinor, divinaverit. Sane legendum ἀφιερίζει. Execrabiles igitur erant, quos arcebant sacris, tanquam impios, pollutos, & magno aliquo scelere impiatos: quos si restituebant, *resecrare* eos dicebantur. Æmilius Probus in Alcibiade: *Iidemque illi Eumolpida ac Ceryces rursus resacrare sunt ausi, qui eum devoverant; pileique illa*, in quibus devotio fuerat scripta, *in mare præcipitatæ*. Execrabiles igitur erant quicunque à sacris arcebantur, quales ἐναγεῖς apud Græcos, qui ἄγεννοι χειρίζουσι, πονηροὶ δαίμονες,

484

ISRAEL. ANIMIS.

gant.] Nimis pro impetu, violentia.
d est prohibemus: quo verbo uzum ha-
Translatum à Tribunorum, & eorum
intercedentium voce erat, Veto, Pu-
nisse frustra sæpe contra alios, nunc pro
Bene habet, inquit Sextius: quandoquidem
placet. Isto ipso telo tribunos feriam. Age-
es, tribunis militum creandis. Eam ne jove
entes collegas nostros tam leni animo,
n Christo, deridetis licet.] Hæc tibi lectio
it ms. Reg.
orpore.] Hæc non satis plana. Neque
ura, at emerito exutus à corpore, id est, ex-
t, donec ipso exutus à corpore.
ejusmodi credulitati suæ commodare a-
lime præterito imperfecto, pro ple-
tur Grammatici. Erat hæc locutio
anum locis complurib. quin & apud
Plautum non raro. Hinc igitur Ar-
Non crederem Evangelio, nisi me Deus
non credidissem, tum quum erat
modarent pro commodassent.
ces.] Hæc eadē copulat Virgilius
una Simonem
que improba fingat.
lican ait docet A. Gellius lib. XVII.
Apollinari dulcissimo, Vana pro-
aut be beres, aut inepte, sed, si rectum
fides, leria mentiaque prognata;
eque ea plane Gellius: Vana esse
, & ingeniosè ac mentiendi voluptati in-
) mentiuntur; quam qui neglexe-
e his omnibus ars sua deest. Seligas
unt sæpius ea, leves, inconsiderate
njuratione Catilinæ, ubi Q. Curi
on minor vanitas, quam audaciæ
que sumet ipse fictas audaciæ, pro
em pensi habebat. Vani denique ac-
ge

δῶν, κεφαίων, ἀγορᾶς, ut alibi pluribus oſtendimus: & qui d
publice devovebantur, κατάρατοι: quales Chriſtiani habiti. N
κατάρατοι quonam haberentur in numero, quibuſque imp
cationibus defigerentur docet quicunque auctor eſt oration
contra Ariſtogitonem: ὁ πᾶσι κατάρατος, ὁ κοινὸς ἐχθρὸς, ὁ πᾶσι
μῶν, ὅτῳ μήτε γῆ καρπὸν φέροι, μήτ' ὀσφραίνοιτο δίκαιτο. S
Chriſtiani hoſtes publici, κοινοὶ ἐχθροὶ, καὶ πᾶσι δυσμενῶς habiti
idcirco exterminatione condigni exiſtimati. Quod ait, μήτ' ὀ
θανόντα δίκαιλο, imprecationis ſumma eſt. Neque enim vivus
lum omnibus devotus: ſed & vita functus. Tales Chriſtiani: q
de requie ſepulturæ, de aſylo quodam mortis jam alios, nec totos avelleb
diſſipabant, diſtrahebant, ait Tertullianus Apologet.cap.xxxvii.

33. *Beneficia patris munerandis animis, hominibuſque portaba*
Hic locus eſt egregie depravatus. Edidit Gelenius, & *munera*
hominibuſque portabant. Carrio: & *munera ſanandis animis, hom*
buſque portabant. Alii: *munerandis feminis hominibuſque*. Adjice
beneficia patris, munera mundi terminos aduſque portabant.

Pag.34. *Sed ab indoctis hominibus & rudibus.*] Fuit hæc ſcript
criminatio à Gentibus paſſim inculcata, atque eodem mod
Chriſtianis ſcriptoribus repulſa: ut à Clemente Alexandrin
Protreptico: à Lactantio lib. III. cap.I. & ab aliis.

Pag.35. *Nunquam enim veritas ſectata eſt fucum.*] Clemens A
xandrinus: γεγραφαὶ δὲ αἱ θῆται, καὶ πολιτεῖαι σώφρονες, σωτόμοι σω
ρίαι ἀδοὶ: γυμναὶ κομμωτικῆς, ἢ τὸ ἐντὸς καλλιφωνίας, καὶ σωμυλίας,
κολακείας ἐκκαίρχουσαι.

35. *Quibus capi conſueti ſunt audientes.*] ἐιώθασιν.

appellat μικρόψυχον, & veluti μικρολόγον. Sic *anguſtus animus* μι
num ſpecie: *Anguſtus animus, & parum putans eſſe quod naſcitur, ci*
abundantiæ deeſſe aliquid computans: tum deinde inhumanum propoſi
impartiendi cuiquam cauſam nullam idoneam putans.

35. *Qui voluptatum deliniamenta quærentes.*] pro, *delinime*
Sed hæc erat lectio vetus. Probo poſtea, *omne ſuum ſtudium*, p
omnes unum ſtudium.

Pag. 36. *Trivialem ſtudio humilitatem ſequutos.*] Id eſt, conſu
Solinus cap.xxxv. *Hi delphines crocodilos ſtudio eliciunt ad natand*
demerſique æſtu fraudulento tenera ventrium ſubternatantes ſecant,
interimunt.

36.

36. *Ne corrumperent scilicet gravitatis rigorem.*] Clemens Alexandrinus Stromate primo: εὐπλῆ γὰρ ἡ μόνον διαλέξαι, αἰδεῖσθαι τὸν λόγον ἀπέσεσθαι, ἢ ἀπειρίᾳ τῷ τὰ ἀληθῆ βίον ἐπανηρημένῳ, εἶτε πλὴν πυθέσθαι ὡς δοκεῖ τι καὶ ἄσωτον ἀθυμίᾳ θεῖν. &c. Plura vide sis ibidem *in hanc* sententiam. Tractat autem hoc argumentum ex professo Seneca quibusdam epistolis.

36. *Et sophistica se potius ostentatione jactarent.*] Sophistas appellabant eo ævo cos præcipue, qui literas humaniores tractabant, & in rhetoricis, ac poeticis, denique in sermonis cura, & flosculis elegantiæ colligendis studium suum occupabant; quæ erant Rhetorum & Grammaticorum præcipuæ partes. Clemens Alexandrinus Stromate primo: κυρίως δὲ μόνον ἐπιγινώσκει τοὺς ἀληθολογοῦντας τῶν σοφῶν, ὅτι εἰσὶ μάταιοι. σοφὸς δήπου σὺν σοφιστὴς τὸν αὐτὸν ἐκεῖ τοὺς λέξεις, ἢ τοὺς πέχνας ἐξεπίτης καλοῦσι τὸ γεγραφῆς. οὗτοι οἱ ἔλληνες καὶ αὐτοὶ τοὺς ἐκεῖ ὁπωῦν πλυπεάγμονας, σοφὸς ἅμα ἐ σοφιστὰς ὁμωνύμως κεκλήκασι.

36. *Et tamen, ô isti, qui pollutas res nostras vitiorum criminamini faditate.*] Hic locus erat antea imperfectus. addita quæ deerat vox è MS. Reg.

36. *Nonne aliud hæc utria, aliud dicitis hos utres?*] Veriſſima eſt doctiſſimi Lipſii conjectura, *nonne aliubi hæc utria, aliubi* &c.

36. *Fretus & fretum.*] Hac de re plura proferuntur exempla à Nonio. Sed quod ibi è Lucilio proponitur, *cæli nomine, & ſali fretus*, legerim, *cæli lumen, & ſali fretus.* Ita ſignificabat Lucilius dici eleganter *cæli lumen*, pro cœlo, & *ſali fretus* pro ſalo.

36. *Hoc pane, & hic panis.*] Plautus in Curculione: *Hæc ſunt ventris ſtabilimenta, pane, & aſſa bubula.* Vide Nonium.

36. *Et candelaber.*] Vide ſis Nonium.

Pag. 37. *Quamvis Epicandeos omnes.* Hæc eſt lectio vetus, pro Epicados, ut eſt è Suetonio notum. Cetera Grammaticorum nomina ex A. Gellio, Priſciano & aliis nota ſunt. Eleganter autem numero plurali utitur. Sic Timocles apud Athenæum libro ſexto, ubi Tragœdiæ dotes commendat:

Ὀφθαλμῷ λιὲς εἰσὶ Φινεΐδαι τ' Φλοξ.

Phinidem dicit pro Phineo, ut Scipiades dicitur pro Scipione: & Φινεΐδαι pro Φινείδης. quare in hac lectione nihil di Hicultratis eſt.

37. *Quod oculorum ſuſciperet injectum.*] τὸν ὀφθαλμὸν ἐμβαλεῖν. Namvocem Græcam exprimere voluit Arnobius. Ex iis autem quæ hic propo-

proponit, manifestum est mysterium τῆς ἐνσαρκώσεως καὶ πάθους nondum fuisse satis cognitum. Præcipuam enim caussam omi nempe oportuisse ut verus homo pro hominibus satisfaceret.

37. *Latenter, involutæ, &c.*] Scripserat Arnobius, *latentes, i luta* &c. Hæc enim ita disjungere amat.

37. *Et prius te formares ad non credendi frontem.*] Ad obstin nem pæne impudentem. Dixisset tamen clarius, *& prius tua mares ad non credendum frontem.* Ac potius etiam *firmares*, c formares: ut dicimus *frontem durare.*

Pag. 38. *Si quo tempore Sibylla præsaga, oracula.*] Mutavit vet lectionem Ful. Ursinus, *si quo tempore Sibyllæ præsagia, oracu* Atqui quin hæc sit verissima lectio nullus dubito. Iam enim servavimus sæpius plura ab Arnobio synonyma copulari a exemplum. Quas autem adfert hoc loco similitudines Arn exæ profecto periculosæ sunt. Nam natura δαιμονιώδης, q bylla afflata promebat oracula, erat natura separata, & con bat plane aliud ὑφισάμενον. At Christi persona naturam hum ita assumsit, ut unione quadam plane mirabili facta sit una ζις: ἀδιαιρέτῳ τῶν φύσεων ἀφ' οἵας ἀνυπερβλήτου, ἀφὲ τῇ ἑνώσει μένης δ' μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, καὶ εἰς ἓν πρόσωπον, ὑπόστασιν συμπεπλεγμένης, ut definit Chalcedonense Concilium viniras tamen passa non est, nec mortua: sed Deus passu acquisivit sibi Ecclesiam sanguine suo. 1. Corinth. cap. 11. xx. vers. 28. quod dicitur propter artissimam naturarū un

38. *Assumpsit igitur hominis formam.*] Causas τῆς ἐνσαρκώσεο quæ quidem ignoratio Arnobio adscribenda est, non se trinæ. Optime igitur Origenes contra Celsum, corpus tum ait à Christo assumptum, ut in terris versaretur, & pro nostra redemptione pateretur, ac verus homo pro genere justitiæ divinæ satisfaceret: ἀλλ' ἡμᾶς σῶμα αὐτὸν λέ ληφέναι ὡς ὄντα ἀληθείας, τῷ βίῳ ἐπιδημήσαντα, ἀνθρώπινον νάπου ἀνθρώπου διαλεγόν. &c. lib. 1.

38. *Si vates, si Helenus Marcius.*] Liber Reg. habet, *si* de CL. & ingeniosissimus Mercerus facit, *si Bacis.* Sane Hujus vatis mentionem facit Aristophanes locis complu jus Scholiastes ad Equites: περὶ Βάκιδος ἐχρήσαντο. ἔστι μ ἡ μάντις. ὁ δὲ λοιπὸς. ὁ δὲ Βοιωτός. Corrige ex Alexandrino

te, & Suida, ὁ ἢ Λοκρός. Idem Scholiastes ad Pa-
tem: Βάκιδες ἢ πεῖ πεισθέντας ἐξ Ἑλεῶν & τὴν Βοιωΐαν; ὁ ἢ δὲ-
πρὸς ἕλληνός. πε φησὶ, ὡς Ἐκύδας ἐκαλεῖτο ἡ ἀλήτης. Eadem
repetit ad Aves igitur, qui virum eruditiss. P. Victo-
rium reprehen quod unum tantum agnoverit, reprehenden-
dus ipse est, dos agnoverit tantum: quamquam apud Sui-
dam aliqui vidit quasi per nubem.

38. Helenus, Marcius.] Distinguendum, Helenus, Marcius. Hic autem Marcius celeberrimæ famæ vates, & veterum historiis ce-
lebras.

Vias rerum postulantibus explicabant.] Lycophron:

----- διοίχνει δυσφάτους αἰνιγμάτων
οἴμους τυλίσσων.

38. *Mors illa quam dicitis, assumptio hominis fuit, non ipsius g.*] Pro-
bo eorum conjecturam qui scribunt *assumpti hominis fuit*. Sic au-
tem distinguendum: *Mors illa quam dicitis, assumpti hominis fuit, non ipsius: gestaminis, non gestantis.* Recte quoque scribebat Gelenius in sequentibus, *succubuisset.*

38. *Et in abditos recessus thesauri interioris inducere.*] Hesychius: Μυσαρές, εἰς ἀγαλμάτων, ἢ ἱερῶν ἀποθήκην εἰκῶ. Recte. Significat igitur Arnobius adytum, ἢ τὸ ἀπόκρυφον μέρος τῶν ἱερῶν, ipsius sacrarii penetralia quæ dicit Apulejus, ubi imago, & cete-ra, quæ mystis ostendebantur quum consecrarentur, custodieban-tur. De imagine autem quæ in thesauro asservabatur, graphice Themistius Euphrades orat. 11. Locum idcirco adscribam. ὥστε ὁμῶς ἄρα πρόσωπον τῆς ἀθύτου, φέλκης τε ἐνεπίμπλατο ἡ ἱλίγξις, ἀδη-μονίας τε εἶχετο ἡ ἀπειρία συμπάσης, ἀδὲ ἴχνος λαβεῖν αὐτὸς ἦν, ἔτι ἀρχῆς ἡσυχαστῶν ἀπορρήτου εἴσω Φερέσης. ὁπότε ἢ ὁ σοφὸς ἐκεῖνος ἀναπετάσας τὰ πρόπυλαια & νεὼ, ἢ τὰς χιτῶνας φλεγέθων, ἐπεδείκνυ τῷ μυουμένῳ πᾶσι, καθιώσας τε αὖτὸ & ἀποσμήξας πᾶν ἐλαχόθεν, ἵπερ ἐμίχλη ἐκείνη, μαιμαώσατον ἤδη, & αὐγῆ καθαλαμπόμενον ἀπεστείλε, ἢτε ἐμίχλη ἐκείνη, γῆς ἀνάπλεως & ἀγλαΐας, ἀντὶ & πρόπεον σκότε.

38. *Thesauri interioris.*] Quare apud Philosopho s alii dicuntur ἐξωτερικοὶ λόγοι, alii ἐσωτερικοί. Atque illi sunt qui traduntur τοῖς ἔξω, iis quibus nondum patet thesaurus interior: isti, qui com-mittuntur τοῖς μεμυημένοις, iis qui legitime initiati sunt, & consi-gnati. Sic in Pythagoræ familia quidam erant ἀκούσμα: aliis phi-

losophiæ mysteria in interiori thesauro aperiebantur. Origen libro contra Celsum primo. τὸ δ' εἶναί τινα οἷον μὴ τοῖς ἐξωτερικοῖς εἰς σοῦ πολλοὺς φθόνον τοῦ δὲ μόνον ἴδιον ἦ χριστιανῶν λόγου, ἀλλὰ καὶ τῆς φιλοσόφων. περὶ οὗ μὲν οὖν ἔστιν ἐξωτερικοὶ λόγοι, ἕτεροι δ' ἐσωτερικοί· τινες μὲν ἀκούοντες Πυθαγόρα ὡς, αὐτὸς ἔφα. ἄλλοι δ' ἐν δοτρήτῳ δ' σκέμψοι τὸ μὲν ἄξιοι φθόνειν εἰς ἀνθρ βεβήλους, καὶ μηδέπω κεκα μμένους.

38. *Is motus caligare membrorum.*] Aperte pro *colligare*, quod jam reſcripſere.

Pag. 39. *Cum enim de animarum periculis multa.*] Hic locus fere deturpatus eſt, nec eum purgare poſſum. Certe videtur quid deeſſe: Nam quæ ſequuntur, cum præcedentibus non hærent ſatis.

39. *Donaria ſpoliant, populanturque templorum.*] Proprie. *inſpoliatum templum* appellat Salluſtius inviolatum, ἄσυλον, & *plorum ſpoliatores* ἱεροσύλους appellat Iul. Firmicus locis infinitis

39. *Qui matronarum pudorem ac virginum vi ſubruunt licen* Socrates lib. 1. hiſt. Eccleſ. cap. 11. inter tyrannica Maxentii fa ra flagitioſam iſtam licentiam numerat. Μαξέντιος ἦ κακῶς τι μαίως ἐπέτριβε, πυρφαννικῷ μᾶλλον ἢ βασιλικῷ τρόπῳ χρώμενος κ τῶν, μοιχείων ἀναιδέως τὰς τῶν ἐλευθέρων γυναῖκας, ἔ πολὺς ἀνακ πιῶν τὰ τέκνα ἀνέλυθρε.

39. *Appellatis indigetes atque divos.*] ἥρωας. Dio lib. LI.] λιον appellatum, id eſt, *Divum Iulium*. Deos autem quandoc cebant, non divos: & Græci *Divos* θεοὺς verterunt ſæpius. nus in Longævis: Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Περγαμηνὸς ῥήτως θεοῦ ος Στεφανῆ διδάσκαλος.

39. *Pulvinaribus, aris, templis.*] Prudentius:

Hunc morem veterum docili jam ætate ſequuta
Poſteritas, menſe, atque adytis, & flamine, & aris
Strata ad pulvinar jacuit.

Hic igitur honos Iulio primum impertitus: Auguſto dei ceteris deinceps.

39. *Atque alio mactatis cultu.*] Herodianus ait, conſ conſecratione, ἐξ ἐκείνου τὸν ἀποθεωθέντα μὴ τῶν λοιπῶν

39. Ludorum & celebritate natalium.] Iul. Cæsaris τὸ φιλότεκνον μάγχασον: qui honos ad ceteros postea

propagatus. Dio

39. Qui luxu

Telupe

Postea, pro

39. Q

dogmata

39.

Iuma

tial

Bibliothecarum reponitis in arcanis.] Nec libros eorum so-

ed imagines etiam ac statuas, quod observabamus ad Mar-

ag. 40. Quadrigis & statuis muneramini.] Nempe statuis cu-

ibus: quæ non solum magnis heroibus, & bellica laude floren-

tibus excitatæ: sed inertibus etiam quandoque hominibus, &

plane ἀσωλπίγκτοις, ut caudicis.

Æmilio dabitur quantum petet, Et melius nos

Egimus. Hujus enim stat currus æneus: alti

Quadrijuges in vestibulis: atque ipse feroci

Bellatore sedens curvatum hastile minatur

Eminus; & statuæ meditatur prælia luscæ.

40. Solum Christum compellare, dilacerare potestis. Si Deum vul-

tis.] Locus hic depravatus est. Pro compellere edidit Gelenius con-

vellere. Sic libro II. Verecundiam convellitis & dilaceratis nostram.

Sequentia ita legit Ios. Mercerus, dilacerare potestis, si deturi vultis

imo solum, si liceat, belluarum agrestium ritu &c.

40. Cruentis oribus mandere.] Proprium verbum. Lucretius lib. IV.

Et quasi pantheræ morsu, sævique leonis

Mandantur magnis clamoribus omnia complent.

Ennius:

Vulturis in sylvis miserum mandebat hemonem,

40. Committeretis vos tamen.] Propria loquutio. Infra lib. II.

Ægritudines corporum medicorum committitis manibus. A. Gellius lib. I.

cap. XV. Itaque auditis, non auscultatis, tanquam pharmacopolam. Nam

ejus verba audiuntur, Verum ei se nemo committit, si æger est.

40. Nuntiatorem muneris & portitorem tanti.] Ergo portitor jam

eo ævo ad hoc exemplum. Sic tabellarios, portitores litterarum ap-

pellat B. Hieronymus: quos alibi *bajulos* dicit. *Sæpe scripsi, sed* *ligentia bajulorum fuit.* Papias: *Bajulus, portitor, gerulus, nutritor.*

Pag. 41. *Pro ludicris ea vaticinationibus computate.*] Hæc le est è ms. Reg.

DESIDERII HERALDI AD ARNOBII Librum II,

Animadversiones, & castigationes.

SUMMA LIBRI.

QUOD B. Hieronymus de Arnobi nuntiavit, nimium & inæqualem e se, & absque operis partitione con id esse verissimum cum ex aliis huj ptoris libris, tum ex hoc secundo sa stare arbitror. Regreditur initio lib quod agitabat antea sub finem libr de causis odii Nationum erga Chr Christianos. Agit igitur de Christi doctrina, & religion in seculum inducta, cujus veritatem probat vel ex eo, qu illo tempore tanta Christianorum & fidelium vis in orb rum adoleviſſet, spretis & conculcatis pristinis opinioni quia vulgo respondebant ad hoc argumentum, stolidos credulos esse Christianos, indoctos præterea & obtuso mirum non esse, si stolidæ doctrinæ credulitatem suam commodarent; agit hac de ipsa re, & Christianos cum G comparat; atque obiter Gentium sapientiam & scient

& lancinat. Postea agit de Christianorum fide & credulitate, quæ à Nationibus vulgo debatur. Proponit deinde quædam Christianorum dogmata quæ philosophis etiam aliquomodo cognita ostendit. Agit ig de resurrectione: de creatione animarum: de malorum de aliis quibusdam doctrinæ capitibus, in quibus imma tum delitat. Tandem sub libri finem diluit ea quæ vulg antur de Christianæ religionis ætate: & ostendit antiqui on esse certam veræ religionis notam.

42. *Si nullam esse ducitis contumeliam respondere aliquid interrogare.* Salvianus epist. III. *Parentes charissimi; Parentes reverendissimi, interrogari vos quæsumus, liceat.* Superbi præterea arrogari non respondent facile. Hanno Carthaginiensis apud T. Livium lib. XXIII. *Nunc interroganti Senatori, pœniteatne me adhuc suscepti adversus Romanos belli, si reticeam, aut superbus, aut obnoxius videar.* & Martius Cos. apud eundem lib. XLII. *Ad hanc interrogationem tuam & non respondere vereor, ne superbum sit; & vera responsa ne nimis acerbum audienti tibi videatur.* Cicero I. Tuscul. *M. Quid? Si te rogavero aliquid, nonne respondebis? A. Superbi id quidem est. Sed, nisi quid necesse erit, malo ne roges.* Æschylus in Prometheo:

μή τι κλυδὴν δοκεῖν, μήτ' αὐθαδίζε-
σεσ. Σιγᾶν με. σωφρονοῦντι δ' ἐστὶ πυστόμῳ κέαρ.
Ὁρᾶν ὁμαυτὸν ὧδε πυστιλούμενον.

] Id est, meministis, memoria tenetis. Infra hoc libro: *Quia formicem Lucilianum, & Marsyam Pomponii obsignatum memoria continetis.* & lib. VII. *Honorantur, inquit, hic Dii; & si quas ab hominibus continent offensionum memorias illas, abjiciunt &c.* Sic κατέχειν apud Græcos. Lycophron: δῆνον τοιοῦτον κατέχω δεδορκὼς.

42. *Numquid arrogantiæ supercilio tumidus injurias passim.*] Causa ὕβρεως est arrogantia & superbia. Nam certe ita est; Potentes & opibus subnixi homines, nisi pietate & probitate mores emendaverint ac constituerint ad aliorum injuriam opibus suis abutuntur. Arbitrantur enim, ut sapienter advertit M. Tullius pro Quinctio, *sine injuria potentiam levem, atque inopem esse.* Quapropter colligit Peripateticorum Princeps in aureis Rhetoricorum libris, juvenes & divites esse plerunque lascivos & petulantes, quia hac ratione alios

alios sibi subjectos arbitrantur. διὸ καὶ οἱ νέοι (inquit lib. II. cap. I καὶ οἱ πλούσιοι ὑβρίζεσθαί. ὑπερέχειν γὰρ οἴονται ὑβρίζοντες. Seneca C mentario, quo disputat in sapientem non cadere injuriam, cap *Preterea cum magnam partem contumeliarum superbi, insolentesque ciant, & male felicitatem ferentes* &c.

42. *Injurias & contumelias.*] Seneca quoque injuriam à co melia distinguit; vultque injuriam nocentiorem esse & intol biliorem. *Quisquis volet* (inquit epist. LXXII.) *tibi contumelia cere, faciat & injuriam.* Rem totam disertim explicat idem Sto libro, quo disputat in sapientem non cadere injuriam, cap. IV. *videmus, si tibi videtur, Serene, injuriam à contumelia. Prior illa na gravior est; Hæc levior; Tamen delicatis gravis: qui non læduntur, sed o duntur. Tanta est tamen animorum dissolutio & vanitas, ut quidan bil acerbius putent. Sic invenies servum qui flagellis quam colaphis cadi lit: & qui mortem ac verbera tolerabiliora credat, quam contume verba.*

42. *Passim.*] Sic à petulantibus juvenibus contumeliæ ol passim ingeruntur, sine ullo personarum discrimine: Nec ulla hujus lasciviæ causa est, quam voluptas, quam inde percipi & quia se hoc modo existimant ἄλλων ὑπερέχειν, ut antea oster bamus. Hoc docet Aristoteles disputatione jam laudata: ἴσως δέλεις, inquit, τὸ βλάπτειν, καὶ λυπεῖν, ἐφ' οἷς αἰσχύνη ἐστὶ τῷ πάσχοντι ἵνα μὴ χάριν αὐτῷ ἄπῃ, ἢ ὃ, τι ἠδέλφει, ἀλλ' ὅπως ἡσθῇ. οἱ γὰρ ἀνίπτοι πρὸς ἀλλήλους οὐχ ὑβρίζουσιν, ἀλλὰ μωροποιοῦσιν. Exemplum insigne hujus l viæ in Alcibiade, qui Hipponico viro & genere, & opibus pol ti colaphum impegit, οὐκ ἐπ' ὀργῆς, ἢ διαφορᾶς τινος προσκρούσας, ἀλλὰ μεθύων καὶ παίζων πρὸς τοὺς ἐτύγχανε, ait Plutarchus in Alci dis vita.

42. *Passim, sine ullius personæ discriminibus.*] His postremis bis exponit quod dixerat *passim.* Sic, *passim, sine delectu* conjunc l. 1. D. de postul. l. palam. XLIII. D. de ritu nupt.

42. *Sine ullius personæ discriminibus.*] Nam pro ratione pers rum injuriæ atrociores aut leviores existimantur, ut docent risconsulti, De injuriis. Salvianus lib. VI. *Semper enim per dign tem injuriam perferentis crescit culpa facientis: quia necesse est, qu major est persona, quæ contumeliam patitur, tanto major sit noxia qui facit.*

43. *Quòd vias vobis ad cœlum, & vota immortalitatis optaret.*]

ſcura hæc ſunt, &, opinor, corrupta. Legendum exiſtimo, & por-
tas immortalitatis aperuit. Sic paulo poſt: Qui hominibus cæcis, & re
tua in impietate de[illegible]bus pietatis aperuit januas. Sic autem apertare
ut aperiat apud [illegible]

43. Vtrum in[illegible] lumen prætenderit vitæ.] Hæc tranſtulimus è
libro ſecund[illegible]rebantur loco alieno. Et mihi perſuadeo
tranſpoſitio [illegible] in prima editione erat, eſſe nunc non dete-
&am ſolu[illegible]m, ſed etiam fortaſſe meliori loco ſitam. Hic igitur, ut
non in cu[illegible]lumen prætenderit vitæ, eſt, ut hoc demus, beneficia iſta,
quæ ſe[illegible]ntur, non fuiſſe ab eo collata.

Qui veram in orbe religionem induxit.] Proba lectio. Nam qui
em ſcribendum putant, falluntur. Sic enim loquebantur eo
D. Supra lib. 1. Et tam liberalibus donis, quæ ab eo profecta in nobis
nt, Deus dicti, appellarique deberet. Zeno Veronenſis ſermone de
Suſanna: Tunc in puero ſancto Daniele Spiritus ſanctus ingreſſus. Quare
& Græci ita loquebantur uſurpantes ἐν pro εἰς. Euſebius lib. IV.
hiſtor. Eccleſ. cap. XXVI. Ἐπὶ πλεῖ τῶν λεγομένων ἐγκρατητῶν αἱρέσεων,
ᾗ τότε Φύσιν ἐκάλουν, ξένῃ τις καὶ Φθορεμαίᾳ ψεδοδοξίᾳ ἐναι-
γμένη ἐν τῷ βίῳ. Et paſſim apud inferioris ævi ſcriptores.

43. Da verum judicium.] Hæc non ſunt ſatis pura. Tale quid
legendum, Da naturæ judicium: vel, da verum animæ judicium. De
teſtimonio animæ ſcripſit Tertullianus librum ſingularem: & aliis
locis hoc argumentum tractavit, quod eſt à cæteris ſcriptoribus
Eccleſiaſticis, qui contra Gentes ſcripſerunt, frequentatum.

43. Et quaſi noscernat faciem ſublevamus ad cælum.] Tertull. Apo-
loget. cap. XVII. Denique pronuntians hæc, non ad Capitolium, ſed ad
cælum reſpicit. Novit enim ſedem Dei vivi: ab illo, & inde deſcendit.

43. Quod ſi non mentis elatio, & typhus qui appellatur à Græcis.] Re-
cte elatio. Heſychius: τῦφος, ἀλαζονεία, ὑπερηφανία, κενοδοξία. & τῦφω-
θείς, ὑπερηφανεύσας. ὑπερφαδίας.

43. Quod aut quare prohibuerit fieri.] Obſervavimus jam antea
apud hos ſcriptores reperiri ſæpiſſime particulas disjunctivas pro
copulativis.

Pag. 44. Cum imminentia & nondum paſſa.] Recte nondum caſſa.
Infra: ſi quod dicitur imminere, caſſum fiat. Quod autem præſtantiſſi-
mus Cujacius paſſa interpretari volebat, præterita, ſanc ingenio ſuo
indulgebat.

44. Caſſum fiat & vacuum.] Id eſt, vanum, κενόν: quomodo

sæpe apud Tertullianum, & alios scriptores Ecclesiasticos.

44. *Nonne vel hæc saltem fidem vobis faciunt argumenta creden*
Etsi solet Arnobius plura quandoque copulare rem unam & e
dem significantia, mihi tamen persuadere nequeo hæc esse
ecta. *argumenta credendi*. Et profecto ita est: scripserat aliqui
oram libri sui, *argumenta credendi*. Hic enim proponuntur ab
nobio argumenta, quibus fides Christiana affirmari potest.

44. *Quod nulla jam natio est tam barbari moris, & mansuetu*
nescions.] Origenes lib. I. contra Celsum: ἢ γνώμῳ τοιούτων
ἀγωνιῶν ἰχνεύσῃ, ὅτι πλεῖον ἢ τὰ βαρβάρων ἐνεγίνοτο, ἢ μετ
εἰ μυρίας ὅσας ψυχὰς ὅτι τῷ καθ' αὐτὸν θεοσέβειαν.

Pag. 45. *Et salutaris militiæ sacramenta deponere.*] Nam
Christianam religionem amplectimur, quasi sacramento dic
& nos nostraque Christo consecramus: quemadmodum C
milites patrem & matrem ejerabant & omnem proximum.
tull. de Corona militis: *Credimusne humanum sacramentum*
superduci licere, & in alium dominum respondere post Christum, &
patrem ac matrem, & omnem proximum, quos & lex honorari,
Deum diligi præcipit? Sed hac de re ad Minutium plura, si Deus

45. *An numquid hæc fieri passim & inaniter creditis.*] Id est, t
& fortuito. Lactantius lib. III. cap. IX. *Anaxagoras, quu*
quæreretur, cujus rei causa natus esset; respondit, Solis ac cœli viven
vocem admirantur omnes, ac philosopho dignam judicant. At
puto non inventurum quid responderet, effudisse hoc passim, ne tac

45. *Vi cum carnifices, unci.*] Hi unci, quorum meminit
co Arnobius, sunt non unci veterum, quibus damnatorum
pora trahebantur: sed ungulæ, de quibus antea dicebamu
que ita passim in Martyrologiis.

45. *Vos soli sapientiæ conditi atque intelligentiæ vi mera.*] Ni
tandum existimo. Appellat conditos sapientiæ atque int
tiæ vi mera, qui non solum sapientia atque intelligent
sunt, sed sapientiæ atque intelligentiæ meraco immersi. S
Dicite, ô festivi, & meraco sapientiæ tincti, & saturi potu.

45. *Aut incomptus cum fuerit scire.*] Legi malim, *aut i*
cum fuerit. Nam *incondita* proprie opponuntur numerosi
ro lib. III. de Oratore: *Idque princeps Isocrates instituisse fertu*
conditam antiquorum dicendi consuetudinem, delectationis atq
causa, numeris adstringeret.

45. *Quia formicem Lucilianum, & Marsyam Pomponii.*] De his argumentis quod di… tum de ignoranti… tium Felicem.

45. Quid… imperfecte

Pag. 46

Re…

46. …

…m, certum & liquidum habeo nihil. Cete-
…ristianis objecta dicemus, *ουχ ἡμῶν*, ad Minu-

…species.] Hæc sunt è MS. Reg. sed ab operis
…scribendum enim, *quid sit genus, quid species.*
…naturalia pergitis reserare secreta.] Phrasis Lucretiana;
animos vinclis exolvere pergo.

Suspiciones suas pro probatis & comprehensis.] Supplevimus
sitionem quæ deerat, *pro.* Ejusmodi autem correctiunculis,
vel stupidis in mentem venire possunt, gloriari, næ puerile
…as est, & putidum.

46. *Et in opinionem scientiæ sub inflati pectoris opinione tollamur.*]
Nihil mutandum existimo. Utitur enim sæpe Arnobius particu-
la sub ad hoc exemplum: ut ostendimus infra.

46. *Utrumne illum tellus uliginis alicujus conversa putore,*] Plato:
ἢ ἐκ γῆς τὸ ζῷον συνεφέστηκε; &c.

46. *Atque ortu acceperint formam.*] Proba lectio. Est enim hæc
τὸν δὲ τὰ ζῷα συντέθεικε; &c.
numeri enallage antiquis scriptoribus Græcis & Latinis usitatissi-
ma. Vide Priscianum lib. XVII. Terentius:

Hoccine credibile est, aut memorabile,
Tanta vecordia innata cuiquam ut siet,
Ut malis gaudeant, atque ex incommodis
Alterius suam comparent commoda?

Sed Arnobii ævo frequentatæ eædem ἐναλλαγαί. Iul. Firmicus lib.
III. cap. XV. *Faciet eum, qui sic Lunam habuerit, in templis sordide ma-*
nere: & qui aliquid velint quasi à Dis dictum hominibus nuntiare. &
sæpius.

46. *Insomnium quum videre nos dicimus.*] Propria loquutio, in-
somnium *videre*, ἐνύπνιον ἰδεῖν Græcis.

46. *Et nostris in pupulis fidant.*] Lucretius:

Ut lacerato oculo circum, si pupula mansit
Incolumis, stat cernendi vivata potestas.

Pag. 47. *Neque omnes pariter.*] ἀθρόως.

47. *Sed in suam naturam impenetrabile semper perspicue colligatur.*]
Legendum puto, *sed in sua natura impenetrabile semper perspicuum col-*
ligatur. Id est, sua natura. Nam in sæpissime πλεονάζει apud hunc
scriptorem.

47. *Ipſe denique animus, qui immortalis à vobis & Deus eſſe na*
tur.] Cicero 1. Tuſcul. *Ergo animus, qui, ut dico, divinus: ut Eu*
des audet dicere, Deus eſt.

47. *Cur in ægris æger ſit.*] Lucretius lib. III.

Quinetiam morbis in corporis avius errat
Sæpe animus: dementit enim, deliraque fatur.

47. *In infantibus ſtolidus.*] Lucretius:

Nam velut infirmo pueri, teneroque vagantur
Corpore: ſic animi ſequitur ſententia tenuis.
Inde, ubi robuſtis adolevit viribus ætas,
Conſilium quoque majus, & auctior eſt animi vis.

47. *In ſenectute defeſſus.*] Lucretius:

Poſt, ubi jam validis eſt quaſſatum viribus ævi
Corpus, & obtuſis ceciderunt viribus artus;
Claudicat ingenium: delirat linguaque, menſque:
Omnia deficiunt, atque uno tempore deſunt.

47. *Delira & fatua & inſana.*] Exiſtimant aliquid hic d
Et ſane perturbata atque interrupta videtur oratio. Pendet t
à ſuperioribus: *quos ita cæcos, & ſuperbos neſcio quæ res protulit,* c
cinavit invidia, ut cum nihil ſciamus omnino, fallamus nos tamen
opinionem ſcientiæ ſub inflati pectoris tumore tollamur. Recte dein
quebatur: *delira, & fatua, & inſana quorum infirmitas* &c. Se
lo longius hyperbaton interceſſit ad præcedentium probatic

47. *Et quoniam videre noſtram fidem conſueſtis.*] Chriſtian
fidem facetiis jocularibus Pagani lancinabant, quaſi afferet
ſine ulla diligentiori inquiſitione credendũ eſſe. Qua de re
nes contra Celſum lib. 1. Φησὶ δέ ἵνας μὴ βλαμμένως διδόναι, ἢ λα
λόγον αἰτῶν πιστεύσαι, χρῆσθαι τῷ, μὴ ἐξέτασις, ἁπλᾶ πιστεύσαι. &c
calumniam ita diluit Origenes. Primum igitur docet fidei
Chriſtianis ſumma diligentia diſcuſſa: ſed idiotas, qui à Pag
ad Chriſtianiſmũ; à vita corrupta & depravata ad vitam in
& innocentem, qualem Chriſtus fidelibus præſcripſit, revo
tur, juſſos ſalutaribus Chriſti præceptis fidem arbitrari, &
te emendateque vivere, dum in religionis doctrina pleni
tuerentur. Addit deinde, eos qui propter ingenii tardita
dei rationes omnes capere non poſſent, id eſt, omnia qua
pietatem Chriſtianam à ſophiſtis objici poterant, retunde
ſos credere etiam abſque rationibus, id eſt, etiamſi non ſat

vita negotiosum aliquod atque actuosum genus] argumentis & exemplis Celsum oppugnat hac

Tractarunt hoc argumentum & alii, in

Eusebius libro primo de præparat- Euangelica, eadem

inductione.

Negotiosum aliquod atque actuosum genus.] Eusebius:

47. *An terris peregrinamini, navigatis*] Eusebius:

apud Arnobium, *an temere peregrinamini* &c. Quæ sequuntur exem-

pla cetera ab Eusebio eodem modo proposita sunt. Breviter O-

rigenes;

47. *Conjugalia copulatis consortia.*] Optime. Est enim uxor ma-

riti plane consors ac socia, bonorum ac malorum particeps. Unde

dicitur ἑταιρία. Eusebius lib 1. de Præparat. Euangel.

Cornelius Tacitus de moribus Germanorum: *Ipsis incipientis ma-*

trimonii auspiciis admonetur, venire se laborum, periculorumque sociam,

idem in pace, idem in prælio, passuram, auxuramque.

Pag. 48. *Qui quintum elementum principalibus applicat causis.*] Flu-

xit hæc opinio à Ciceronis errore ad posteros propagato. Mirum

tam facilis eos fuisse credulitatis, nec ipsum Aristotelem confu-

luisse potius. Sed Aristotelis ἐνδοξότερον non magis poterant in-

telligere, quam ipse eloquentiæ pater.

48. *Nonne apud ea quæ dicunt.*] Hæc est lectio vetus, pro qua

Gelenius edidit, *ipsa ea.*

In nostra edit. 112. 48. *Pythagoras numeros scire.*] Hinc efficiebam *nu* quam conjecturam aliis quoque in mentem veniſſe editione Ful. Urſini.

48. *Aut illi, qui autumant nihil poſſe omnino comprehen rum quod dicunt, ſciunt.*] Lucretius lib. IV.

Denique nil ſciri ſi quis putat, id quoque neſcit
An ſciri poſſit, quam ſe nil ſcire fatetur.
Hunc igitur contra mittam contendere cauſam,
Qui capite ipſe ſuo inſtituit veſtigia retro.

Sic iiſdem Academicis Cicero, Lactantius, & alii adieru

48. *Sed efficiant hæc, nihilque impediant.*] Hæc eſt ve pro qua Gelenius hanc ſuppoſuit, *ſed faceſſant hæc, nih diant.* Male. Legerim autem; *Sed efficiant hæc nihil, pediant plurimum quominus*, &c. Sic *prohibere* & *efficere* Lucretius lib. I.

Nam ſive eſt aliquid quod prohibeat, efficiatque
Quominus quo miſſum eſt veniat, ſinique locet ſe.

Ubi pro *efficiat* quod erat in libris, male ſubſtituerunt *off* ram autem exiſtimamus quam propoſuimus in Arnol ſtionem: niſi quod *plurimum*, etſi tolerari poteſt, ſuſp men non caret. Et certe videtur eſſe gloſſema imperfect verat fortaſſe ad oram libri ſui aliquis inſignem loqu quæ proxime ſequitur, *plurimum habere*: unde remanſit & textui tandem adjectum eſt. Et eſt ſane notabilis *plurimum* aut *minus habere*, & è Græcorum elegantiis tran cunt enim hi πλεῖον ἔχειν: & μεῖον ἔχειν, ſive ἔλαττον ἔχε nus lib. II. Diſſert. Epicteti, cap. VI. μηδ' ἀγαναχτῆς, ε πλεῖόν ϵ̓ν ἔχουσιν ἐν ἐκείνοις. Dicit autem *plurimum habere* non *plus*, cum dixerit *minus habere*; quia delectatur, qu dum diximus, hoc genus ἐναλλαγῆς. Idem libro primo: *minime fieri teſtificentur res ipſe, neque minus ad nos quidquam vos plurimum redundare vitalibus ex beneficiis conſtet.*

Pag. 49. *Vos Platoni, vos Crotonio, vos Numenio.*] Pr legit Fulvius Urſinus *Cronio*: & pro *Platoni, Plotino.* opt not. Fit enim mentio hoc loco non veterum philoſo ſed recentiorum. Hi autem in recentioribus famæ fuc berrimæ.

49. *Ut cum utriſque auctoribus tempus, ſitque nobis.*] Ac

fuus, ut cum utrique auctoribus ſtemus.

Pag. 50. *Quibus ne*[illegible] *ario debeat rebus de obſcuriſſimis credi.*] Id eſt, oporteat. Supra li[illegible] 1. *Qui cæcis reſtituerat lumina, id efficere, ſi*

debeat, non poterat [illegible] Ubi male reſcribi volebant, *liberet.*

50. Sed qui, [illegible] *cetur, divinorum operum proſequitur ſponſione.*] Nihil mutand[illegible] Nam quod ſubſtituunt, *reſponſione*, falſum eſt. Sic [illegible] *pat* verbis præcedentibus. *Numquid en-*

thymemata [illegible] *, reſque alia ſimiles ſcire illos veritatem ſpondent?*

Infra: Ne[illegible] *Magi ſpondent, commendatitias habere ſe preces* &c. Sic

promittit [illegible] e mox: *Quis acquieſceret? quis audiret? quis cum promitteret*

[illegible] *liquid judicare?* Ubi falluntur, qui hanc lectionem mutare

[illegible] Iuvenalis:

Dura per pectora ſeta
——— promittunt atrocem animum.

50. *Quamvis eſſet imprudens, & facilitatis ſolidæ, ſequeretur.*] Hæc *eſt lectio principis* editionis. *facilitatem ſolidam* appellat igitur Ar-*nobius*, plenam credulitatem, & quæ tanta eſt, ut ei adjici poſſit *nihil.* At Gelenius edidit, *facilitatis ſtolidæ.* Ita *faciles* appellantur *homines ſimplices*, & credulos nimis: quos ſtolidos, & rerum im-peritos plurimum eſſe contingit. Neque enim facile imponitur iis, qui longo rerum uſu, prudentiam aliquam, & rerum humana-rum cognitionem conſequuti ſunt. Sic igitur *ſtolida facilitas*, ut *ſtulta credulitas* Ovidio III. Amorum.

Et *liceat ſtulta credulitate frui.*

Hinc & Martialis:

Et *ſtolidus Galla crudelitate fruar.*

50. *Ea ſubdidit.*] Gelenius edidit, *eas ſubdidit.* Sed veterem le-ctionem temere mutare nolim. Nam ſæpe παρέλκει eleganter hoc pronomen apud iſtos ſcriptores.

50. *In qua cum homines Numæ regis artibus, atque antiquis ſuperſti-tionibus occupati.*] Legendum exiſtimo, *Numæ regis ritibus.* Quæ correctio & aliis in mentem venit. Sequentia quoque ita legen-da puto, *non diſſimulerunt tamen ritus patrios linquere:* non, *res patrias.*

50. *Viderant enim curſum Simonis Magi.*] Hæc fabula ab ſcripto-ribus Eccleſiaſticis paſſim inculcatur.

Pag. 51. *Quantum fieri potis eſt.*] Hæc lectio eſt è ms. Reg. Hoc autem verbum antea aſſeruimus.

51. *Senes, canos, decrepitos, & quum anni cœperint accedere longio-res.*]

tes. Plato: ἡ τῶν μὲν πρεσβυτέρων αἱ λοιπαὶ τείχεις ἡμελη
δ' ἂν ἡμιώντων αἱ παρδαὶ λειαινόμεναι, πάλιν ὅπῃ τὼ παρελ
ἑκάστην καθίστασαν. τῶν τε ἡβώντων τὰ σώματα λειαινόμενα, ὡ
καθ' ἡμέραν ἑκάστην τῇ νύκτα χειρόμενα, πάλιν εἰς τὼ ἕ νεο
φύσιν ἀπῆγε, κατά τε τὼ ψυχεὼ, ὃ ἕξ τὸ σῶμα ἀφομοιόμε

51. *Audetis videre nos, quod mortuorum dicamus resurre turam, quam quidem nos dicere confitemur; sed à vobis aliter mus, audiri.*] Hoc idcirco dicere videtur, quod existima dem corpora resurgere, quæ fuit aliorum nonnullor tia, ut Origenis, quam ipse explicat libro contra Celsi Sed profecto major aliquis error latere hic videtur: N de resurrectione, ut de animorum immortalitate tantu re videatur. Monuimus jam Marcionis hæreseos qu quædam his in libris deprehendi posse: quod non eo di si Arnobium Marcionis sectatorem fuisse existimemus: servet lector Arnobii errores esse errores hominis in stiana nondum satis instituti, & naturali ratione, pe πάμαλιχῃ doctrina subnixi; quod erat Marcionis hæt damentum, ut pluribus alibi disputamus. Et hic vide bius ad Marcionis insaniam corporum resurrectionem aliquomodo accedere: vel certe nihil certi nec consti ctrina ista adhuc habere. Varias autem veterum de re ne opiniones vide apud Athenagoram, Tertullianum, &

Pag. 52. *Quid enim sunt homines, nisi animæ.*] Hinc videtur posse prædicta de Arnobii opinione observat Marcion, & ceteri hæretici qui corporis resurrection bant, quum scripturæ testimoniis, quibus hominem resi ficitur, revincerentur, hominem distinguebant in inter exteriorem; atque interiorem hominem, id est, anima hominem proprie esse dicebant; contra quos disputat nus lib. de Resurrectione carnis, cap. XL. *Nacta denique l quit, duos homines ab Apostolo editos, interiorem, id est anima riorem, id est carnem; salutem quidem animæ, id est interiori hom tium vero carni, id est exteriori adjudicaverunt; quia scriptum thiis: Nam etsi homo noster exterior corrumpitur; sed interior de die, & die. Porro nec anima per semetipsam homo, quæ figu homini appellato postea inserta est; nec caro sine anima homo, qu lium animæ cadaver inscribitur, &c.*

52. *Quibus* affamini *nescio* quas potestates, ut vobis sint placida, neque ad sedes remeantibus patrias.] Infra: Neque quod Magi spondent, commendatitias habere se preces, quibus emollitæ nescio quæ potestates vias faciles præbeant ad cœlum contendentibus subvolare.

52. *Obstacula* impeditionis opponant.] Existimabant enim dæmonas, sive Genios singulis hominibus in hanc lucem prodeuntibus quasi custodes & totius vitæ moderatores dari; eosdemque custodias suas, quando hinc abeunt, in judicium rapere; atque eorum testimonio ferri à judice sententiam. Hæc erat Platonis sententia, quam in Phædone proponit, & quam explicat Apulejus dissertatione de Deo Socratis: *Ex hac ergo sublimiore Dæmonum copia, Plato autumat singulis hominibus in vita agenda testes & custodes singulos additos; qui nemini conspicui semper adsint, omnium non modo actorum testes; verum etiam cogitatorum. Ac ubi vita edita remeandum est, eundem illum qui nobis præditus fuit, raptare ilico & trahere veluti custodiam suam ad judicium: atque illic in causa dicenda assistere; si qua commentiatur, redarguere; si qua vera dicat, asseverare.* Prorsus illius testimonio ferri sententiam. Vide B. Augustin. lib. x. de civit. Dei, cap. ix. Servius ad hæc vi. Æn. *Quisque suos patimur manes. Quum nascimur*, inquit, *duos Genios sortimur. Unus est, qui hortatur ad bona: alter qui depravat ad mala. Quibus assistentibus post mortem, aut asserimur in meliorem vitam; aut condemnamur in deteriorem: per quos aut vacationem meremur, aut reditum in corpora.* Ergo manes Genios dicit, *quos cum vita sortimur.*

52. *Reminenodabilem suscipit, ut cum animas dicat immortales.*] Animas igitur existimat, si sint materiæ expertes, passioni & doloribus corporalibus subjici non posse: quæ est ipsius quoque Tertulliani, & aliorum sententia. Apologet. cap. xlviii. *Certe quia ratio restitutionis destinatio judicii est, eo quod omnino de judicio Dei pati debent, necessario idem ipse qui fuerat exhibebitur, ut boni seu contrarii meriti judicium à Deo referatur. Ideoque repræsentabuntur & corpora; quia neque pati quid quam potest anima sine stabili materia, id est, carne; & quod omnino de judicio Dei pati debent animæ, non sine carne meruerunt, intra quam omnia egerunt.* Quare corporales animas existimavit cum Tertulliano Arnobius, quia eas arbitratus est pati. *Et doloribus afficiat sensum.*] Scribendum sensum: ut alii monuerunt jam.

52. *Sunt enim res media qualitatis (sicut Christo auctore compertum est) &*

& interire quæ possent.] Ergo existimavit impiorum anim
scriptura perperam intellecta: nec statim exstingui arbi
sed longissimi temporis cruciatibus & doloribus consum
Et nisi vos applicatis Dei principis notioni, à corporalibus vincul
expectat mors sæva, non repentinam efferens extinctionem: sed p
temporis cruciabilis pœnæ acerbitate consumens. Hanc Valen
opinionem docet Tertullianus. Fons autem & caput er
nobio. quod de morte æterna Scriptura tradit. Melius i
nobii discipulus Lactantius lib. II. cap. XIII. *Quæ duo*
gnare in homine præcepit, ut si anima superaverit, quæ ex Dei
immortalis & in perpetua luce versetur: si autem corpus viceri
ditionique subjecerit, sit in tenebris sempiternis, & in morte. C
vus est, ut injustas animas extinguat omnino: sed ut puniat in
Eam pœnam secundam mortem nominamus, quæ est & ipsa perpe
& immortalitas. Primam sic definimus: Mors est naturæ anima
solutio. Vel ita: Mors est corporis, animæque seductio. Secunda
Mors est æterni doloris perpessio. Vel ita: Mors est animarum
ad æterna supplicia damnatio.

Aliter in edit. nostrâ.

52. *Si ad ejus semina, atque indulgentias applicarint.*] H
ctio vetus, pro qua Gelenius, *se minas*, alii, *se misericordias*
cor scriptum, *si ad ejus se munia.* Id est, munificentiam,
πτεπὶ Φιλανθρωπίαν.

Pag 53. *Quod à nobis quibusdam dicitur viris, & immo*
opinione sublatis.] Hæc est lectio vetus, pro qua Geleniu
novis quibusdam dicitur viris, & immoderata sui opinione subl
pro *à nobis*, scribunt *à bonis.* Postrema ita legenda exis
immoderata sub opinione sublatis. Sic utitur aliquando hac
tione. Supra: *& in opinionem scientiæ sub inflati pectoris opin*
mur. Appellat autem *immoderatam* eorum opinionem
existimat animæ dignitatem extendere quam par erat lo

53. *Virtutum servamus atque integramus tenorem.*] Te
Apologetico: *Quid adeo simile philosophus & Christianus? G*
pulus, & cæli? Famæ negotiator & vitæ? verborum & factorum
rerum ædificator, & destructor? amicus & inimicus erroris? V
terpolator & integrator? Furator ejus, & custos?

Aliter in edit. nostra.

53. *Vultis homines institutum superciliumque deponere?*] I
variis rationibus interpolatur. Mutandum tamen nihil.
enim appellat Arnobius, αὐθάδειαν, sive obstinationem

Sic Iul. Firmicus lib. VIII. Mathes. cap. VI. *Hoc sidere quicunque nati fuerint, aliud ex fronte pollicentur: aliud latenter in moribus celant. Sunt enim austera facie, prolixa barba, obstinata fronte, ita ut Catonis prorsus instit ut sum imitari videantur.*

Pag. 54. *Animantia nos esse, ut consimilia cetera, ut non.*] Pro *ut* legendum *aut* utroque loco. Sed quod Gelenius *cetera* quoque mutavit, & edidit *ceteris*, non ita mihi probatur. Stare enim potest & explicari lectio vetus; ut dicat Arnobius, animantia nos esse similia ceteris, aut animalia cetera nobis esse consimilia.

54. *Ex ossibus illis fundata sunt corpora.*] Phrasis Lucretiana. lib. v.

Et majoribus, & solidis magis ossibus intus
Fundatum.

54. *Et corporalibus conciliis procreant.*] Usurpat vocem Lucretianam, more suo.

54. *In pecudes atque alias beluas ire animas improborum.*] Hanc sententiam proponit Plato cum alibi, tum in Phædone: ibique eam pluribus explicat. De eadem Tertull. libro de Anima, XXXI. XXXII. & sequentibus capitibus.

Pag. 56. *Et ad unum exitum temporibus plurimis coëmendata perduxit.*] Hæc est verissima lectio è MS. Reg. deprompta.

56. *Typho & arrogantia sublevati.*] Iul. Firmicus lib. III. Mathes. cap. III. *Faciet quoque inflatos, ac superbiæ spiritu sublevatos.* & lib. VI. cap. XVII. *Ipsi quoque erecto superbiæ spiritu sublevantur.*

56. *Et terrarum continentias metiamur.*] *Continentiam* dicit heic Arnobius ἕξιν, ut interpretatur Philoxenus: quomodo *retinentiam* dicit Lucretius κατοχὴν. lib. III.

Interrupta semel cum sit retinentia nostri.

56. *Neque divinas eruditas advolasse huc animas.*] Hæc est lectio vetus, pro qua Gelenius, *neque divinitus eruditas.* Sed veterem lectionem retineri malo. Nam quum orsus est disputationem istam, dixit ex aliorum sententia, animas esse *immortales, divinas, sapientes, doctas.* Hæc igitur brevius repetit.

56. *Neque discere omnes possunt, ut sint in his plurima acuminis obtusioris.*] Hæc est lectio vetus, pro qua Gelenius: *neque discere omnes possint, & sint* &c Mutavit igitur *possunt* in *possint*. Temere, opinor. Neque enim copulæ istæ copulant semper eosdem modos apud hos scriptores, quod observavimus alibi. Optatus Milevitanus lib. I. *Quamvis & illi non negant, & omnibus notum sit quod nos odio habeant,*

habeant, & execrentur, & nolunt se dici fratres nostros. Pr
fuit idem Gelenius &c. Nec fortasse male. Sed vocular
rarioris significationis imperitis librariis esse depravat
cor, legendumque, *cur sint in his.* Id est, quod sint in l
cur aliquando, pro quia. Vide Priscianum. Sidonius A
epist. 1. lib. 1. *Propter quod illum ceteri quique Frontinianor
consectaneum æmulati, cur veternosum dicendi genus imitare
rum simiam nuncupaverunt.*

Pag 57. *Manifestum & promptum est.*] Salvianus ad
Catholicam libro secundo: *Cum itaque Apostolus in deliciis
tem esse memoraverit, promptum est quod ad vitæ æternæ fructu
versa distribui, qui non vult ad mortis usum aliquid reservari*
etiam è Lucretii penu. lib. 11.

Namque hoc in promptu, manifestumque esse videmus.

57. *Non fervoris nimium in calore.*] Hæc est lectio vet
recedebat Gelenius paulo longius. Placet clariss. Cant
ctura, *non fervoris nimius in calore.*

57. *Sed nothum aliquid fiat.*] Habet à Lucretio. lib. v.

Lunaque sive notho fertur loca lumine lustrans,
Sive suam proprio jactat de corpore lucem.

Atque hanc elegantiam Catullus quoque usurpavit.
Pag. 58. *Nec in sermone alicujus ora & labra diducat.*] H
ctio vetus, pro qua Gelenius, *nec in sermonem aliquem ora*
nec in sermones aliquos, Adjice si lubet, *nec in sermocinatio*
labra diducat.

58. *Ex cinere caldo glandes.*] Id est, cinere calido tostæ
mam Græcorum. Homerus:

χλῶῐ μοι ἐπ' οἴνον εἶναι πυρὸν ἠδ' ὕδωρ
ἐξ ὕδατος.

58. *Neque appetitio corrigetur ulterius.*] Recte porriget
annotant.

58. *Etsi verum est, illum esse principalis substantiæ portione;*
Hæc est lectio vetus, pro qua Gelenius, *portionem, &*
male.

58. *Ligno, saxo obtusior.*] Plautus, in Milite:

Herus meus elephanti corio contectus est, non suo:
Neque habet plus sapientiæ quam lapis.

Lapis igitur convicium est Græcis & Latinis commune,

pidos, & obtusi ingenii homines feriunt. Aristophanes in Nubibus: λῆροι, ἀεργοὶ, πρέσβαται.

Pag. 59. *Succinium.*] Ita appellat dictione valde propria quod sudarium, & sudariolum alii dixere, quod olim observaverat præstantissimus Turnebus.

59. *Calautica.*] Hæc lectio est è MS. Reg. scripserunt tamen nonnulli *calantica.* Nam hæc lectio non solum apud Nonium: sed etiam apud Servium ad IX. Æneid. *Pilea virorum sunt; mitræ feminarum, quas calanticas dicunt.* Et nonne belluli sunt qui calanticas referunt hic ad feminas, ut sint *feminæ calantica.*

59. *Colubrum, siliquastrum.*] *Colubrum* pro *polubrum* referibunt. Quod autem pro *siliquastrum* scribi volunt *seliquastrum*, falluntur. Scriptum enim *seliquastrum*, & *siliquastrum* promiscue, solemni harum vocalium *e* & *i* commutatione. Sic *speculator* pro *spiculatore*, & similia, de quibus diximus in Adversariis.

59. *Arquata sellula.*] In arcus similitudinem formata, quales sunt sellæ semirotundæ. *Arquus* scribebant pro *arcus.* Unde libro primo, *Arquitenentes Diana & Apollo.* Quippe hæ literæ crebro commutabantur. Sic contra *licet* pro *liquet* apud Plautum, & Tertullianum. *Locuntur* apud hunc eundem Afrum, Sic *animacus* pro *animaquus.* Gloss. *Animecum*, ἰσόψυχον. Corrige in iisdem glossis, *oblitium*, λοξὸν, πλάγιον. Scriptum fuerat *oblicum*, pro *obliquum.*

59. *Bovis ritu, aut asini, porci, aut si ullum est animal tardius.*] νωθέστερον. Sic enim Græci hanc vocem usurpant de hominibus ingenii tardioris, ab animantibus istis epitheto translato. Nam hoc est asini epithetum quasi proprium, ὡς ἐπιπαμφάου ζῴου. Homerus:

ὡς δ' ὅτ' ὄνος παρ' ἄρουραν ἰὼν ἐδιήσατο παῖδας
νωθὴς, ὅς ῥ' δὴ πολὺ μᾶλλον ἐέλδεται ῥόπαλ' ἀμφὶς ἰάχειν.

Ad homines transtulit Æschylus in Prometheo:

----- ἵνα
μάθῃ σοφιστὴς ὢν Διὸς νωθέστερος.

Pag. 60. *Quid sit dibus aut dynamus.*] Scribendum *dynamis*, quod ab aliis recte observatum. *Dibum* autem eruditis hominibus, qui hunc locum interpolare voluerunt, fuisse incognitum mirum fane est. *Aliter in edit. nostra.*

60. *Demoretur iners, valeat in ære.*] Hæc est lectio vetus, pro qua Gelenius, *demoretur iners*, veluti puer. Audacter. Hic autem acumen suum exerant alii. *Aliter in edit. nostra.*

Pag. 61.

Pag.61. *Columba manu missa revocare ad dominicas sedes.* lectio principis editionis, pro qua Gelenius *revolare.* fortalle Arnobius, *revolgare.* Nam *volgare* ἁπλῶς F Lucretius:

Tempore, quo Solis pervolgant fulgura cœlum.

Pacuvius:

Halcyonis ritu litus pervolgans feror.

. 61. *Et nomina prorsus expromere.*] Ms. Reg. habet e interpretantur nonnulli, quasi ἀπὸ τῆς καρδίας. Alii inc *corvus.*

61. *Et oppositu corporis amittit repetentiam priorum.*] V cretiana *repetentia*, ἀνάμνησις. Infra: *Quod enim rebus ingr repetentiam detrahit, & intra se gesta irrecordabili debet oblit perdere.* Sic *retinentia* quoque apud Lucretium: qua rer ritarum fugientem memoriam retinemus scil. & retrahi

Omnium ut actarum exciderit retinentia rerum.

Pag.62. *Omnis enim passio lethi atque interitus janua e Rursus vero si animæ lethi adeunt januas.* Imitatur Lucretiu

Haud igitur lethi præclusa est janua cœlo.

62. *Vsu illis est vita, non mancipio tradita.*] Lucretius:

Vitaque mancupio nulli datur; omnibus usu.

Atque hæc sententia ab aliis postea verbis iisdem freque

62. *Ac ne tamen instructi non plenius abeamus, ne videamu*

Hæc est lectio vetus. Corrigebat Gelenius, *audiamus à v*

62. *Et proprie insensibiles eorum permixtione perfecta.*] Pro Nam qui corrigere volunt *effecta*, falluntur. Sic *perficer* bant. Iul. Firmicus lib. VI. Mathes. cap. XVI. *Mulieres sterilesque perficient.* & sæpius.

Pag.63. *Desinite res parvas, atque exigui nominis imman æstimare.*] Etsi vulgata lectio tolerari potest, malim *ea* aliis, *exigui mominis.* Hanc enim vocem usurpare amat A Est autem ea è Lucretii penu.

63. *Desinite hominem proletari cum sit classicus & caput ce sibus, & capite cum censeatur, adscribere ordinibus primis:* cu &c. Non male. Verum superest adhuc difficultatis *aliqu* enim capite censi deterior & humilior conditio sit, qua tarii: qua tandem ratione proletarium ad classes, capite

ad primos ordines refert? Distinxerim igitur, *Desinite hominem proletarium cum, sit, classibus, & capite censeatur, adscribere: ordinibus primis, cum sit inops, pauper lare* &c. Hoc igitur ait, absurdum esse, imo ἀλαζονείᾳ proximum, & rebus exiguis, & parvi momenti ponere pretia immania; & quasi proletarios, & capite censos, qui quod nihil quo censerentur præter caput haberent, in infimam classem detrudebantur, classibus adscribere: & homines pauperes, inopiaque ac generis vilitate humiles primis Reip. ordinibus attribuere. Sic autem videtur quasi negare, proletarios, & capite censos in classes relatos fuisse: quoniam scil. infima illa classis quasi pro nulla habebatur. Quare Arnobius infra quinque tantum classes nominat. *Numquid enim quinque in classes habetis populum distributum, vestri olim ut habuere majores?* Et *classici* appellabantur, non qui erant in aliqua classe generaliter; sed qui in melioribus classibus erant.

63. *Quamvis ille sit indolis infamiam semper atque ignominiosa fugientis.*] Philosophice. Nam abstinent à peccatis nonnulli pœnarum formidine: alii vitia ipsa execrantur, & detestantur; alii denique infamiam metuunt & siniſtros de se rumores: atque idcirco rebus flagitiosis abstinent. Hi sunt teneræ frontis homines, θηλυκῆς καὶ ἀιδήμονες, quos improbi δειλοὺς atque inertes arbitrantur, quemadmodum contra σὺν ἀναιδείᾳ τοὺς, constantes & ἀνδρείους. His igitur verbis describit Arnobius hominem ἀιδήμονα. Est enim ἀιδήμων qui metuit τὰ εἰς ἀδοξίαν φαινόμενα φέρειν, ut definit Aristoteles, id est, qui infamiam atque ignominiosa fugit, ut loquitur Arnobius. Nam fuga est metus effectus: Quare φόβος Græcis φυγὴ significat significatione primigenia, & φέβεσθαι est proprie φεύγειν. Hi ergo quia metuunt infamiam habentur ab improbis δειλοί, ut observabamus: quemadmodum contra improbi & impudentes existimantur ἀνδρεῖοι. Observat hoc Aristoteles libro Nicomacheorum tertio, disputatione de Fortitudine: ἔνια γάρ, inquit, καὶ δεῖ φοβεῖσθαι, καὶ καλόν. τὸ δὲ μὴ αἰσχρόν, οἷον ἀδοξίαν. ὁ μὲν γὰρ φοβούμενος θηλυκὸς, καὶ αἰδήμων. ὁ δὲ μὴ φοβούμενος, ἀναίσχυντος. λέγεται δὲ κατά τινων ἀνδρεῖος, καὶ μεταφορᾷ. ἔχει γὰρ ὁμοιόν τι τῷ ἀνδρείῳ. ἄφοβος γάρ πως καὶ ὁ ἀνδρεῖος. Eleganter hac de re Plutarchus in Alcibiade, ubi describit Hyperbolum: quem ait, quum in theatris passim caperetur Comicorum jocis, dictisque lancinaretur, nihil tamen commotum: sed constantem absque ulla perturbatione,

ne, doloreve ullo in eodem ſtatu permanere ſolitum: c
num de ſe opinionem contemneret; quod nonnulli, ait
ni & conſtantiæ tribuunt, cum ſit extremæ impudenti
Verba Plutarchi ſunt: τοῖς κωμικοῖς ὁμῶ λι πᾶσι λέγεσθαι
μεν@ ἐν πίσ ϑείτοις παρεῖχεν. ἄπεπ@ ὃ πρὸς τὸ κακῶς ε
ἀπαϑὴς ὢν, ὀλιγωρίᾳ δοξης (ἰῶ ἀναισχυντίαν ἑ ὀπόνοιαν ὃσ
μίαν ἔνιοι ϗ ἀνδρείαν καλοῦσι) ὐδενὶ μᾶλ ἤρεσκεν. Hæc ὀλιγω
quam ait Plutarchus, eſt plane contraria indoli iſti, quæ
ignominioſaque fugit: & eſt impudentiæ deſcriptio.
tes igitur ἀνδρεῖοι habiti; & impudentia ἀνδρεία ϗ θρ
audacia Latinis dicitur, ſed ſemper in malam partem:
confidentia. Nos quoque confidentes homines, gravitei
tes appellamus quandoque *hardis*, appellatione homo
conſtantes Latini uſurpant ὁμωνύμως. Proprie enim *conſt*
ut officio fungantur ſuo, imperitorum ſermones negligu
ipſam quam vanam hominum opinionem ſpectant, atc
poſito ſuo fixo gradu ſtant, & immoti: ſed quia impud
que hominum ſermonibus & opinionibus neglectis
ſuo pertinaciter perſeverant, hinc factum eſt ut *conſt*
dam impudentiæ loco habuerint; & impudentiam ali
nomine mollire voluerint. Hinc Tertullianus adverſ
genem cap. 1. *Qui loquacitatem facundiam exiſtimet; & i*
conſtantiam deputet. Nempe conſtantia & impudentia
aliquomodo conveniunt: utrique enim attribuitur ἀ
forma differunt. Conſtans enim eſt ἀπαϑὴς in iis rebus
oportet eſſe ἀπαϑὴ, & eo, quo decet, modo: Impud
eſt ἀπαϑὴς in iis rebus, quibus moveri oporterer, & ἀ
deterreri. Hinc fit igitur, ut, quia genus habent com
communem materiam, confundantur aliquando: *quem*
ſæpe vitia virtutum ſpecie fallunt; & virtutes pro vitiis
Conſtans igitur aliquando exiſtimatur inverecundus.
Capitolinus de M. Antonino Imperatore & Philoſo
quamvis eſſet conſtans, erat etiam verecundus. Et *conſtanter* ap
ronymum pro impudenter, in cap. 11. Epiſtol. ad Galat
Et quomodo, cum etiam de minimis fratribus hoc faciendum ſa
eſt Apoſtolorum maximum in publica facie, tam procaciter, ta
arguere? Contra *verecundiæ inconſtantiam* dicit Iul. Fi
operis initio: *Olim tibi hos libellos, Mavorti decus noſtru*

rum esse prorsus iscram: verum sæpius inconstantiæ verecundia retardavit. Ut igitur impudentes habentur quandoque constantes: sic contra verecundi existimantur inconstantes, & mutabiles, atque etiam quandoque timidi & ignavi, ut impudentes ἀνδρεῖοι, quod probabamus modo. Hinc de M. Antonino Imperatorum sapientissimo Capitolinus: *Quum frugi esset sine contumacia, verecundus sine ignaviæ sine tristitia gravis.* Cetera quum ostendit Arnobius, infamiæ & ignominiæ metu quosdam in officio contineri; contra innuit, eo fræno excusso homines per omnia flagitiorum & turpitudinem genera libere bacchari. Nam, quemadmodum observat in Rhetoricis Aristoteles, ἀναισχυντία per omnia vitia dissipatur: siquidem est neglectio & contemptio infamiæ & ignominiæ, qua vitia atque flagitia inuruntur: καταφρόνησις δόξης, ut describit Theophrastus: ὀλιγωρία ἧς ἡ ἀπάθεια περὶ τὰ εἰς ἀδοξίαν φαινόμενα φέρειν, ut definit Aristoteles: quæ pestis si cui incumbit, eum plane perdit, & ἀπονενοημένον statuit. Talis Pomponii desperatus ille. *Ego rumorem parvi facio dum sit qui rumen impleam.* Talis Athenienſis sordidulus, de quo Horatius:

-- -- Vt quidam memoratur Athenis
Sordidus ac dives, populi contemnere voces
Sic solitus: Populus me sibilat; at mihi plaudo
Ipse domi; quoties nummos contemplor in arca.

Heic, *populi contemnere voces*, est, καταφρονεῖν τῆς δόξης, quod est hominis plane dissoluti, ait M. Tullius. Sed observa obiter hominis impudentiam. Turpitudinem suam & infamiam dicacitate, & salibus eludere conatur: quod est sordidulis istis quasi solemne. *Populus me sibilat*, inquit, *at mihi plaudo* &c. Sic ille apud Iuvenalem, Sat. XIV.

Sed qui sermones? quam fœda buccina famæ?
Quid nocet hoc? inquit. Tunicam mihi malo lupini,
Quam si me toto laudet vicinia pago
Exigui ruris paucissima farra secantem.

Sed de Vespasiano graphice Suetonius: Et *maxime tamen dicacitatem*, inquit, *in deformibus lucris* affectabat, *ut invidiam aliqua cavillatione dilueret, transferretque ad sales.* Hinc intellige cordatum sapientissimi vatis præceptum, od. I. Pythion. ad Hieronem: μὴ δολωθῇς φίλε κέρδεσιν ἀπρεπέσιν ἀπρεπέλοις. Nempe κέρδη ἀπρεπέλα appellat Pindarus, deformia lucra, quorum invidiam cavillatione, & facetiis

cetiis diluere conantur homines sordidi: sicque turpitudinem suam bene abscondi existimant. Attu vide, inquit summus vates, ô Hiero, ne tibi hisce artibus blandiaris, teque ipsum decipias. Quæ scribit in hunc locum Scholiastes, aliena sunt. Latent autem apud divinum illum poëtam infinita hoc genus κειμήλια: quæ, nisi alio vocaremur, eruere possemus. Commentarium tamen in eum scriptorem promisimus. Fatemur: Et liberassemus fidem, si fidem suam alii sanctam & inviolatam habere potuissent. Sed ad rem. Proprie & Philosophice quoque loquitur Arnobius, quum ait, *indolis*. Quia verecundia, qua à flagitiis prohibemur, non est proprie laus constantis hominis, & firmis radicibus in virtutis proposito fundati: sed potius juvenis εὐφυὴς, & ingenii ad virtutem propensi: estque magis πάθος, quam ἕξις. Docet hoc Aristoteles lib. IV. Nicomach. cap. ult. ubi disputat, An verecundia sit in virtutibus censenda. Ibi inter cetera: ὅπερ δοκεῖ πάθος μᾶλλον ἢ ἕξεως εἶναι. διὰ παντὸς δ' ἡλικίᾳ τὸ πάθος ἁρμόζει. αἰδοῖ τῇ νέᾳ. οἰόμεθα μαρτύριον, ὅτι τὰ αἰδήμονας εἶναι, διὰ τὸ τῇ πάθη ζῶντας, πολὺ αἰδήμονας. πρεσβύτερον δ' οὐδεὶς ἂν ἐπαινέσειεν, ὃν αἰσχυντηλόν. Lege sis Plutarchum περὶ δυσωπίας.

63. *Non in omnia flagitia præceps se ruat.*] Hæc est lectio vetus, quam non debuerat mutare Gelenius. usurpatur enim hoc verbum sæpissime ἐνεργητικῶς.

Pag. 64. *Aut rotarum volubilium circumactus.*] Iam igitur temporibus illis, quibus fabulas istas fingebant, rota pœnalis in usu erat. Supplicia enim inferorum ad supplicia communia accommodabant. Ac de rota pœnali observaveramus aliquid, quod à præstantissimo Cujacio videmus observatum olim, observationum libro tertio. Nonnihil tamen adjiciemus ab eo prætermissum. Hæc igitur fuerat olim pœna servorum propria: Sed postea ad eruenda crimina in quæstionibus adhibita. Alligabantur autem rotæ, & distendebantur: atque ea contorta flagris cædebantur. Unde τροχᾶσθαι proprie, & *torqueri*. Scholiastes Aristophanis: οἱ δοῦλοι σφαλλόμενοι, ὅτι ἐν τροχῷ δεσμούμενοι καὶ συρόμενοι ἐπίπονον ἀναλίσκουσι βίον. Notata hæc ad Irenam, in hæc verba: Ἐπὶ τῷ τροχῷ ἕλκοιτο μαστιγούμενος. Philo Commentario de Cain: ὅτω καὶ τὸ τύπτεσθαι, τῷ μὴ συμβεβηκέναι πληγῶν ἄξιον ἡδικηκότι φύσιν ἢ ἀλήθειαν διὰ ῥᾳθυμίαν ὅτι τροχῷ κα-

τα-

Exempla paſſim apud Plutarchum, & alios.

64. *Illibatum neceſſe eſt permaneat & intactum, neque ullum ſenſum mortifera paſſionis aſſumere.*] Proba lectio. Nam qui ſcribendum exiſtimant, *aſſumat*, plane falluntur. His modorum mutationibus delectantur Afri ſcriptores. Infra: *Itaque quum nobis intendatis averſionem ex religione priorum, cauſam convenit ut inſpiciatis, non factum: nec quid reliquerimus, opponere: ſed ſequuti quid ſimus, potiſſimum contueri.*

64. *Verum etiam philoſophiæ ipſius cauſam tollit.*] Hæc explicantur ſequenti pagina, his verbis: *Medietas ergo quædam, & animarum anceps, ambiguaque natura, locum philoſophiæ peperit, & cauſam, cur appeteretur, invenit.*

Pag. 65. *Etiamſi verum eſt, purgari has animas.*] Alii, *hac*. Et ſane ita eſt. Philoſophiam exiſtimabant eſſe ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσιν, καὶ πλειόνητος. Vide Platonem in Phædone: & Hieroclem in aurea Pythagoreorum carmina.

65. *Nam ſi communiter obeunt, & in ipſis corporibus ſenſus eis deperit extinguiturque vitalis.*] Legi volunt, *cum ipſis corporibus*. Quæ quidem ſuſpicio falſiſſima eſt. Tangit enim Arnobius argumenta, quibus mortalem eſſe animam efficere conabantur. Atque inter alia, hæc inculcabant præcipue, in ipſo corpore animam minui, corrumpi, & tandem cum eo extingui. Eam enim in ægris ægram; in ætate feſſis feſſam: ac quum interit corpus, ſimul cum ipſis partibus, quæ primo conſopiuntur, extingui, &c. quæ omnia tractantur à Lucretio lib. III. & diluuntur à Lactantio lib. VII. cap. XII.

65. *Senſus eis deperit, extinguiturque vitalis.*] Lucretius:

Denique ſæpe hominem paullatim cernimus ire,
Et membratim vitalem deperdere ſenſum:
In pedibus primum digitos liveſcere, & unguis;
Inde pedes, & crura mori, &c.

65. *Medietas ergo quædam, & animarum anceps, ambiguaque natura, locum philoſophiæ peperit.*] Hæc enim fuit Stoicorum doctrina: quare quæ hic ſcripſit Arnobius de medietate animarum, ea partim è Stoicorum ſchola; partim è ſcriptura perperam intellecta hauſerat. Lactantius libro VII. cap. XX. *Ac fortaſſe dixerit quiſpiam, ſi eſt immortalis anima, quomodo patibilis inducitur, ac pœnæ ſentiens? Si enim ob meritæ punietur, ſentiet utique dolorem, atque ita etiam*

etiam mortem. Si morti non est obnoxia, nec dolori quidem: patibilis igitur non est. Huic quæstioni, sive argumento à Stoicis occurritur: Animas quidem hominum permanere, nec interventu mortis in nihilum resolvi, sed eorum, qui justi fuerunt, puras, & impatibiles, & beatas ad sedem cœlestem, unde illis origo sit, remeare; vel in campos quosdam Fortunatos Vapi, ubi fruantur miris voluptatibus: Impios vero, quoniam se malis cupiditatibus inquinaverunt, mediam quandam gerere inter immortalem, mortalemq; naturam: & habere aliquid imbecillitatis ex contagione carnis,&c.

65. *Ejus enim cognitio fermentum quoddam est vitæ.*] Ex Ioann. cap.xvii.comm.iii. *Hæc est enim vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.*

65. *Tum deinde feritate atque inhumanitate depositis resumant ingenia mitiora.*] His verbis regenerationem per baptismum significat Arnobius; sed ita, ut verba Gentilium ad Christianorum sacramenta accomodet. Factum hoc à veteribus: Nec solum voces gentilium mysteriorum usurpatæ: sed nonnulli quoque mysteriorum ritus in Ecclesiam translati: unde magni errores consequuti sunt. Quod autem de hoc loco pronuntiavimus, verba esse è Gentium initiis translata, id sane certissimum est. Existimabant enim mysteria fuisse inventa, ut homines ex agresti immanique vita ad humanitatem excolerentur & traducerentur: unde *initia* appellata. M. Tull.lib.ii. de Legibus: *Nam mihi cum multa eximia, divinaque videntur Athenæ tuæ peperisse, atque in vitam hominum attulisse, tum nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem, & mitigati sumus; initiaque, ut appellantur, ita re vera principia vitæ cognovimus.* Hæc est Nationum παλιγγενεσία. At baptismus appellatur λουτρὸν ἀναγεννήσεως, *lavacrum regenerationis* ab Apostolo, quia est sacramentum ablutionis peccatorum nostrorum in sanguine Servatoris nostri, & transitus ad novam vitam per renovationem Spiritus sancti. ad Tit iii. comm. v. Hoc autem loco perstringit breviter & obscure Arnobius ea quæ observabantur πρὸ τοῦ βαπτίσματος. Dicit, *si modo illum tentent, ac meditentur agnoscere.* Sic Catechumenorum ordinem subindicat. Catechumeni enim priusquam baptizarentur κατηχοῦντο, & in doctrinæ Christianæ principiis instituebantur, ac Christum cognoscere docebantur, pœnitentiam deinde assumebant, tum jejunebant; ac denique ἐβαπτίζοντο. Graphice Iustinus Martyr Apologia ii. ὅσοι ἂν πείθωσι καὶ πιστεύωσιν ἀληθῆ εἶναι τὰ ὑφ' ἡμῶν δι-

δασκό-

δοκιμάζονται καὶ λεγόμενα εἶναι, ἢ βιοῦν ἔτσι διεξάγειν ἐπιχειροῦντας, δύνασθαι τὴν αἰτουμένην ὑπὸ τοῦ θεοῦ τῶν πεπλημμεληκότων ἄφεσιν δοθῆναι, ὑμῶν σωδιχομένων, καὶ συννηστευόντων αὐτοῖς. ἔπειτα ἄγονται ὑφ' ἡμῶν ἔνθα ὕδωρ ἐστὶ, καὶ τρόπον ἀναγεννήσεως ἣν καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἀνεγεννήθημεν, ἀναγεννῶνται. Et quæ sequuntur. Dicam Latine. *Quicunque persuasum habuerint, & crediderint, esse ea vera quæ à nobis docentur, ac dicuntur; ac vivere se ita posse polliciti fuerint, docentur orare jejunantes, & à Deo anteriorum peccatorum veniam postulare, nobis una cum illis & orantibus & jejunantibus. Deinde eo à nobis ducuntur, ubi aqua est, & eodem regenerationis modo, quo ipsi regenerati sumus, regenerantur.* Ergo docebantur prius: deinde fidem suam profitebantur: postea precibus ac jejuniis operam dabant ac pœnitentiam agebant, feritatem atque inhumanitatem deponentes, ut loquitur Arnobius accommodate ad mysteriorum profanorum institutionem; sed, ut Christiani loquuti sunt, priori vitæ renuntiantes, ac peccatorum veniam postulantes. Nec erat certum aliquod tempus præfixum in antiqua Ecclesia: quod vel ex eo conflat, quod scribit Tertullianus lib. de Pœnitentia, cap. VI. Ubi docet Catechumenos, quos tirones appellat, pœnitentiam quandoque protendere solitos: quia cum existimarent omnia peccata præterita baptismo ablui & deleri, baptismum quantum poterant protelabant, & idcirco pœnitentiam, quam assumebant aliquando jam ad baptismum parantes se, non includebant, ut loquitur Tertullianus, id est, non peragebant, nec finiebant. Verba gravissimi scriptoris sunt: *Quidquid ergo mediocritas nostra ad pœnitentiam semel capessendam, & perpetuo continendam suggerere conata est, omnes quidem deditos Domino spectat, ut omnis salutis in promerendo Deo petitores: sed præcipue novitiolis istis imminet, qui cum maxime incipiunt divinis sermonibus aures rigare, quique Catuli infantiæ adhuc recentis, nec perfectis luminibus incerta reptant; & dicunt quidem pristinis renuntiare: & pœnitentiam assumunt, sed includere eam negligunt. Interpellat enim illos ad desiderandum ex pristinis aliquid, ipse finis desiderandi; velut poma quum jam in acorem, vel amaritudinem senescere incipiunt, ex parte aliqua tamen adhuc ipsi gratiæ suæ adulantur. Omne præterea cunctationis, & tergiversationis erga pœnitentiam vitium, præsumptio intinctionis importat. Certi enim indubitatæ veniæ delictorum, medium tempus interim furantur,* &c. Hunc autem locum descripsi, quia eruditi homines, qui Tertullianum illustrarunt, illius sententiam capere nullomodo

do potuerunt. Nam quod notat vir piæ memoriæ in ista verba, *sed includere eam negligunt*, id utinam eruditiss. homini nunquam in mentem venisset. *Includere* heic est implere, perficere, πληρῶσαι, πλεῖον. Præcedebat igitur pœnitentia; de qua etiam intelligendus hic Clementis Alexandrini locus Stromate II. πῶς ἂν ἴδοι τις ἀπὸ πίστεως μετάνοιαν, δι' ἣν ἄφεσις ἁμαρτιῶν; Heic enim ἀπὸ πίστεως μετάνοια, est hominis infidelis in Ecclesiam se conferentis pœnitentia, qua ante baptismum prioris vitæ veniam consequi conabatur. Et hæc quoque pœnitentia ἐξομολογήσει, & confessione claudebatur. Tertullianus lib. de Baptismo, cap. ultimo. *Ingressuros baptismum, orationibus crebris, jejuniis, & geniculationibus, & pervigiliis orare oportet, & cum confessione omnium retro delictorum, ut exponant etiam baptismum Ioannis. Tinguebantur, inquit, confitentes delicta sua. Nobis gratulandum est, si non publice confitemur iniquitates, aut turpitudines nostras. Simul enim & de pristinis satisfacimus conflictatione carnis & spiritus; & subsecuturis tentationibus munimenta præstruimus.* Sane tollenda negatio ab imperito aliquo textui adjecta his verbis: *Nobis gratulandum est, si non publice confitemur iniquitates.* Legendum dubio procul. *Nobis gratulandum est, si publice confitemur iniquitates.* Nam & quæ sequitur ratio hanc lectionem asserit. Præterea constat ex Iustino Martyre, ubi ritus baptismi describit, fuisse hæc omnia publice peracta. Quod autem ait Tertullianus, *cum confessione omnium retro delictorum*, intelligendum est ἀθρόως & generali complexione. Nam peccatorum suorum quis rationem inire possit? etiam orante psalmista, *ab occultis meis munda me.*

65. *Vt ad illud quod dabitur possint esse parata.*] Proculdubio significat Arnobius Eucharistiam: qua de re loquitur tamen ut Catechumenus, obscure, & trepide. Hoc igitur lavacro præparabantur catechumeni ad communionem corporis Christi: quia sta-tim quum essent baptizati, in conventum deducebantur, atque ibi Eucharistiam participabant. Antea enim, quum sacramentum istud celebraretur, catechumeni ne aderant quidem. Quare ait Iustinus Martyr Apologia II. panem & vinum omnibus qui intererant distributum, ἑκάστῳ τῶν παρόντων. Verissime. Nemo enim aderat præter fideles, & baptismi sacramento consignatos, quibus omnibus communio corporis & sanguinis Christi distribuebatur: quod usitatum in profanis mysteriis, à quibus arcebantur qui iniatiati & sacrati non erant. Dionysius, quicunque tandem ille fuit

(Nos

(Nos enim simpliciter hic loquimur sine ullo contentionis studio, veritatem solam investigantes, quam utinam eadem simplicitate sectarentur ii qui de re maximi mominis, religione disputant, qua venantur eam qui profanam antiquitatem tractant) Dionysius igitur in Ecclesiastica hierarchia ait, peracta sacrorum codicum lectione, cum sacramentum Eucharistiæ celebrandum esset, dimissos catechumenos, possessos, & pœnitentes. ἀ μὲν τοῦτο, ἔξω γίγνεσθαι τῆς ἱερᾶς θεουχῆς εὐχῆς οἱ κατηχούμενοι· ἀ δὲς αὖτις οἱ ἐνεργούμενοι, ἔ οἱ ἐν μετανοίᾳ ὄντες. μένουσι δ' οἱ τῶν θείων ἐπόψιας ἔ ἀκροάσεως ἄξιοι. Hoc observatum, quemadmodum dicebamus, in impiis mysteriis. Profani enim procul esse jubebantur.

----- Procul, ô, procul este profani,
Exclamat vates: totoque absistite luco.

Profani, qui non estis initiati, ut recte interpretatur Servius. Nempe qui non sunt præparati μικροῖς μυστηρίοις, & solemnibus purgationibus ad μακρὰ illa μυστήρια, quæ non licebat ἐποπτεύειν nisi τοῖς μεμυημένοις, id est longi temporis patientia paratis, & initiatis. Tertullianus Apologet. cap. VII. *Cum semper etiam pie initiationes arceant profanos, & arbitros caveant: nisi si impii minus timent.* Sic enim legendum, non autem, *impia initiationes.* Ergo profani ἀμύητοι καὶ βέβηλοι. Nempe *profani,* quia pro fano erant, id est, pro templo, ad ostium templi; quemadmodum βέβηλοι, quia erant ἐν τῷ βηλῷ, in limine, non in ipso templo. Hoc etiam significare videtur hic Orphei versus passim citatus,

Φεύγετε μοι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας δ' ἐπίπαν βέβηλοι
Πάντες ἔστε.

Sic in plerisque libris legitur. Correxerunt, θύρας δ' ἐπίπαν βεβήλους πάντας ἔστε. Suspicor legendum, θύρας δ' ἐπὶ βέβηλοι πάντες ἔστε. Id est, estote ad ostium, procul à sacrario egredimini. Sozomenus lib. VI. histor. Eccles. cap. XXV. ὁμώνυμος ἦ καὶ αὐτὸς γεγραμμένος ἐν ἄσματι. ἅπερ ἦ ἔ λόγῳ ἐφικόμενος ἔ πφάσεως, ὡς ἦθος τοῖς τοιάδε ἐπιτετηδευμένοις λέγειν, οὐ ἀμυήτους δὲ βεβήλους ἐξιέναι θύρας ἐκέλευεν. Hæc erat προῤῥήσεις, qua monebantur profani ne ibi adessent in sacrario cum sacramenta aperirentur. Sequebatur deinde ἐξέλασις, qua expellebantur si qui aderant: quod constat ex Luciano in Alexandri plani historia. Atque hæc obiter. Nam hujus προῤῥήσεως tritissima, Procul, ô procul est profani, genuina sententia nondum erat satis explicata, nec distincte tradita ab iis,

tegros, *incorruptos, bonis etiam ſtudiis atque artibus expolitos, levi quodã & facili lapſu ad Deos, id eſt, ad naturam ſui ſimilem pervolare.* Euripides in ſupplicibus animum ait è corpore egredientem in cœlum, unde lapſus erat, avolare; corpus autem terræ, unde ortum erat reddi.

Ἐτὰδ' ἀπῆλθε, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα·
Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν. οὐ γὰρ ἔκτησ' ἡμέτερα·
Ἦμέτερον αὖτε, πλὴν ἐφ' ὅσον ζῶμεν βίον,
Κἄπειτα τὴν θρέψασαν αὖτὸ δεῖ λαβεῖν.

Pag 67. *Et nullius apud principem nominis.*] Bene quoque reponunt hic, *mominis.*

67. *Nam ſi omnes concedimus unum eſſe rerum patrem.*] Hæc enim fuit veterum Sophorum ſententia, unum eſſe Deum, principem & patrem omnium rerum, ipſorumque adeo Deorum; quæ fuit ſententia Hermæ ter maximi, ut etiam docet B. Auguſtinus lib. VIII. de civit. Dei, cap. XXIII. *Ille autem Ægyptius alios Deos dicit eſſe à ſummo Deo factos; alios ab hominibus* &c. Hanc ſententiam Pythagorei poſtea frequentes ſequuti ſunt. Vide Hieroclem. Hinc igitur Valerius Soranus:

Iuppiter omnipotens Regum Rex ipſe, Deuſque;
Progenitor, genitrixque Deûm: Deus unus & omnis.

67. *Vocaminis.*] Lucretius:

----- *Et Bacchi nomine abuti*
Mavult, quam laticis proprium proferre vocamen.

Occurrit vox iſta paſſim apud Solinum.

67. *Aut eo jubente prolati ſint? Prolati.*] Probo eorum conjecturam, qui ſcribendam arbitrantur, *aut eo jubente prolati. Si prolati* &c. Verba autem iſta Carpocratis hæreſim redolent, ut mox docebimus pluribus.

Pag. 68. *Quo igitur pacto immortalitatem largius eſt donum Dei certam prolatis.*] Hic locus, aut fallor, laborat gloſſemate. Nam verba iſta *donum Dei* videntur è libri margine tranſlata, ubi fortaſſe notarum, *immortalitas donum* Dei. *Aliter in edit. noſtra.*

68. *Non eſſe animas Regis maximi filias.*] Quæ de creatione animarum differit hoc libro Arnobius, ea omnia non ſolum falſiſſima ſunt: ſed etiam impia & blaſphema. Nempe homo in fide Chriſtiana pæne hoſpes, quę veritati maxime conſentanea arbitrabatur; vel quæ ab hæreticis Chriſtianam fidem mentientibus audierat, vera eſſe exiſtimabat. Fuit autem hæc Simonis, & Saturnini

turnini opinio, & post Carpocratis, mundum non a Deo, sed ab Angelis esse conditum; hominem quoque ab ijsdem formatum. Tertull. libro de Præscriptionibus, cap. XLVI. *Hic ausus est* (Simon Magus scil.) *summam se dicere virtutem, id est, summum Deum. Mundum autem ab Angelis suis institutum: à dæmone se oberrante qui esset sapientia descendisse quærendum apud Iudæos: se in phantasmate Dei non passum, sed esse quasi passum.* Hæc de Simone Tertullianus, verbis corruptissimis, quæ ita corrigenda existimo, *ad Ennoiam se ovem errantem, quæ esset sapientia, descendisse quærendum.* Et profecto historia ita narratur ab Irenæo, Epiphanio, & aliis. Irenæus lib. I. cap. XX. *Et hanc* Ennoiam scil. *esse perditam ovem: qua propter & ipsum venisse, ut eam assumeret*, &c. Epiphanius: ἐξ ἀρχῆς τούτων, φησί, καθείδηκα. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ γεγραμμένον ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τὸ πρόβατον πεπλανημένον. De Saturnino autem Tertull. eodem capite: *Sequutus est post hæc & Saturninus, & hic similiter dicens, innascibilem virtutem, id est, Deum, in summis & illis infinitis partibus, & in superioribus manere; longe autem distantes ab hoc Angelos inferiores mundum fecisse; & quia splendor quidam luminis desursum in inferioribus refulsisset, ad similitudinem illius luminis Angelos hominem instituere curasse: hunc super terram jacuisse reptantem; cujus lumen illud, & virtutem illam superiorem propter misericordiam, scintillam salvam esse, cetera hominis perire.* Hic quoque locus non caret vitio: & est fortasse imperfectus, quæ est aliorum suspicio. Bene autem, *ad similitudinem illius luminis.* Male contra apud Irenæum, *ad imaginem & similitudinem nostram.* Neque enim ad similitudinem suam formarunt homines; sed ad similitudinem ἐξ ἀφανοῦς φωτός. Quare simpliciter dixerunt, *faciamus hominem ad imaginem & similitudinem.* Quomodo legendum apud Irenæum. Sed qui hæc non intelligebant, abesse aliquid existimarunt; & ita locum istum male auxerunt. Male igitur & apud Theodoritum, ποιήσωμεν ἄνθρωπον καθ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. Tolle ἡμετέραν. Clare Epiphanius: τοῦτο χάριν εἰρηκέναι φησὶ τὸν ἀγγέλους, δεδημιουργηκὸς ὁ αὐτὸς γόης. ποιήσωμεν ἄνθρωπον καθ' εἰκόνα, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ἀφανοῦς τὸ εἰρημένον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ δὲ θεὸς, τὸ καθ' ἡμετέραν, ἐάσας τὸ ἡμετέραν, ἵνα δείξῃ κόνα ὑπὲρ λέγων ἐν τῷ ποιήσωμεν ἄνθρωπον καθ' εἰκόνα, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. Hunc locum protuli ut eundem emendarem. Existimo igitur verba quædam proprio loco avulsa, & prius membrum ita consti-

ost Carpocratis, mundum non a Deo, fed
m; hominem quoque ab iisdem formam
e descriptionibus, cap. XLVI. Hic ergo est sen-
e dicere virtutem, id est, summum Deum, hu-
mas instituisse; a demone se oberrare quidem
rit. Haec apud Iudaeos: se in phantasmate Deum
ita corrigenda existimo, ad textum sem
rtia, de, cendisse quaerendum. Et probabi-
exo, Epiphanio, & aliis. Irenaeus ita
oiam scil. esse perditam eram; quae prius
imeret, &c. Epiphanius: ἐν τῷ ἀγγελικῷ γένει
ἐν τῷ ψυχικῷ τόπῳ
Saturnino autem Tertull. eodem capite
urninus, & hic similiter dicens, materiam
summis & illa infimis partibus, & superio-
distantes ab hoc Angelos inferiores mundum fe-
dam luminis disfursum in inferioribus constituisse
nis Angelos hominem instituere conati: hunc
ntem; cujus lumen illud, & virtutem illam fu-
diam, scintillam salvam esse, ceteram omnem
non caret vitio: & est fortasse imperfe-
fuspicio. Bene autem, ad similitudinem ejus
ad Irenaeum, ad imaginem & similitudinem
id similitudinem suam formarunt homini-
em δ' ἀγγέλων τῶν Φωτός. Quae simplici-
hominem ad imaginem & similitudinem. Quo-
Irenaeum. Sed qui haec non intelligere-
timarunt; & ita locum istum male exce-
d Theodoritum, πολύσημον ἄδηλον καὶ ἀσαφὲς
σιν. Tolle ἡμετέρων. Clare Epiphanius
ους ἀγγέλους, δεδημιουργηκέναι τὸν γόνον
ονα, ἢ καὶ ἐμοίωσιν, ἀποστατήσαντας δὲ τῶν
ῶν ἡμετέρων, διὰ τὸ ἐμπιεσθῆναι τὸ ἄνω
ντα, ὡς δῆθεν ἄλλων μὲν πνευμάτων, ἄλλων
σώματος ἄνθρωπον καὶ εἰκόνα, ἢ καὶ ἐ-
rtuli ut eundem emendarem existimo
rio loco avulsa, & prius membrum ita
confu-

constituendum arbitror, τῶν χθόνιον ἐρπηκέναι φησὶ τὸν ἀγ
πάντων μέν - κ. τ. λ. καθ' ὁμοίωσιν. διαφωνεῖ ὁ γόης, κ
&c. Ait Tertullianus, hunc super terram jacuisse reptantem: σημεῖ
ἐρπύζοντα. Atque haec obiter. Sed Carpocratis haeresim,
partim è prioribus illis conflata fuit, partim peculiaria sua m
stra habuit. Arnobius praecipue sequutus videtur. Manifest
hoc & promptum ex Tertulliano, capite XLVIII. earund
praescriptionum: *Carpocrates praeterea hanc tulit sectam. Unam*
dicit virtutem in superioribus principalem: ex hac prolatos Angelos, at
virtutes: quos distantes longe à superioribus virtutibus, mundum istum
inferioribus partibus condidisse. Christum non ex virgine Maria natum,
ex semine Joseph, &c. tentata animarum sola salute, nullas corporis r
surrectiones. Vides hic, *ex hac prolatos Angelos*, propriis Carpocra
tianorum verbis, quae antea usurpavit Arnobius, quemadmodun
monuimus. σεσάφηται hac in re usurpabant Carpocratiani, Ba-
silidiani, & hujus farinae ceteri. Deinde quod addit Tertull. Car-
pocratem retinuisse solam animarum salutem (legendum enim
apud Tertull. *retenta animarum sola salute*, non *tentata*, quod bene
observavit Latinius) corporis resurrectionem negasse, hoc vero
confirmat quod antea notabamus, corporis resurrectionem Ar-
nobio parum cognitam videri. Hoc igitur à Carpocratianis, Mar-
cionitis, & aliis istiusmodi haereticis acceperat. Animarum autem
creationem Seleucus quoque & Hermias, ac postea Messaliani
Angelis tribuerunt. Vide Philastrium.

Pag. 69. *Et saccati obscenissimas ferias.*] Vocem istam Lucretio
restituit doctiss. Turnebus.

Pueri sepe lacum propter se, ac dolia curta
Somno devincti credunt extollere vestem,
Totiens humorem saccatum ut corporis fundunt,
Quum Babylonica magnifico splendore rigantur.

Sic igitur appellat urinam.

69. *Et quid homines prosunt mundo, aut ob rei cujus sunt necessarii causam.*] Haec fuit Stoicorum sententia, ἐξ ἧς τὴν λογικὴν φύσιν
σεμνυομένους τὴν σύστασιν πεποιῆσθαι, contra quam dispu-
tare videtur Arnobius, sed ita ut à veritate Christiana aberret.
Nam & à Christianis haec sententia asserta, & iisdem argumentis
à quibusdam profanis scriptoribus impugnata. Origenes lib. IV.

contra

contra Celsum: ὅλῳ πολλῶν δὲ ἐξῆς ἐγκαλεῖ ἡμῖν, ὡς τῷ ἀνθρώπῳ φάσκουσι πάντα πεποιηκέναι τὸν θεόν. Ἐ βούλεται ἐκ τῶν θεῖα τῶν ζώων ἰσρεῖα, ἐ τὰ ἱματιομένης αὐτοῖς ἀγχινοίας δεικνυσίν ὑδὲν μᾶλλον ἀνθρώπων, ἢ τῶν ἀλόγων ζώων ἕνεκεν γεγονέναι τὰ πάντα.

69. *Imperfecta & clauda est universitatis hæc summa.*] Lucretius lib. IV.

At maris ignaris, in portu clauda videntur
Navigia, aplustris fractis, obnitier undis.

69. *Tuba, tibia, calamoque flatantes.*] Festus, *flator, tibicen.* Glossæ Philox. *Flat*, Φυσᾷ. *Flator*, αὐλητής.

Pag. 70. *Grallatores.*] Glossæ Philoxeni, *grallatores*, πινικὰ φορμῶντες. Nempe quia imitabantur Ægipanas; & idcirco perticis insistebant ad similitudinem crurum ejus generis, ut docet Varro.

70. *Funambulos.*] καλοβάτας, in Glossis. Nam κάλοι sunt χοιρεῖα, interprete Hesychio. Origenes libro contra Celsum tertio totam proponit: ἡ βουληθεῖσα ἀνθρωπίνη φύσις ἐπὶ κάλω βαίνειν, καὶ ἓν βάρη, δεδιώκηται τῇ ἀσκήσει καὶ τῇ περοχῇ τὸ τοιοῦτο ποιῆσαι: βεβιωμένης, ἀσφαλῶς ἔχει, κἂν ἡ πρότερον φαυλότερον ἐσχηκυῖα.

70. *Salinatores.*] Id est, salitores. Glossæ Philoxeni, *salitor*, Τάρις. MS. Reg. Glossæ Philoxeni: *Bolona*, μεσημβρίτης, πλιγκάπλες. Isid. in Glossis: *Bolona, cetarii, qui diversa genera piscium emunt.*

70. *Quid fullones, lanarios.*] Glossæ Isidori, *Lanistra, lanarius, fullones, lanarii.* Iul. Firmicus libro III. cap. IX. *Quales sunt confectores coriorum*, Iuvenal. Sat. VII.

——— *Media quod noctis ab hora*
Sedisti, qua nemo faber: qua nemo sederet,
Qui docet obliquo lanam deducere ferro.

Id est, *lanarius*, ut interpretatur vetus Scholiastes.

70. *Panchrestarios.*] Id est, dulciarios. Nam πάγχρηστα ejusmodi scitamenta. Salvianus de Providentia lib. VI. *Infantes quoque omnes fere parvulos contumaces, quos morigeros mina ac ferula non efficiunt, interdum πάγχρηστα, atque blanditiæ ad obedientiam trahunt.* Hæc notavera, quum cognovi eadem fuisse præstantissimo Turnebo observata.

70. *Ratio-*

70. *Ratiōnibus conferre, & constitutionibus.*] Videtur legendu
conferunt.

70. *Nisi ei contentio animalis miseri, & supervacui jungeretur.*
Corrigi volu nt nonnulli *completio.* Sed falluntur. *Contentione*
dicit Arnobius, ut *continentiam* alibi, ἐφοχλεῖ. Sic *obtentionem* d
cit libro I. I. — *Si ergo liquoris obtentio nominis hujus apellatione figna*
tur, nullus Deus est omnino Neptunus.

70. *Corpori tactus, & temeraria circumscriptionis expertes.*] Quid si
temeraria circumscriptio, non est facile divinare. Hinc factum, u
terrena quidam scribendum putaverint. Malim, *elementaria*, u
totus hic locus ita scribatur; *ut quæ fuerant apud se deæ, corporei tactus,*
elementariæ circumscriptionis expertes. Amat enim copulas omittere
Arnobius.

70. *Exsugerent fellitantes mammas.*] Glossæ Isidori, *fellitat, fugit.*

70. *Proluvie linerent & madidarent se sua.*] Gloss. proluvies, κοπίας
ἀκρίτων. Infra lib. VI. *in quascunque se detulerit deonerati proluvies podicis.* Virgilius:

Virgineæ volucrum vultus, fœdissima ventris
Proluvies.

70. *Ut ad silentium pavidi nutricis motibus, & crepitaculis adducerentur auditis.*] Legi volunt nonnulli *vocibus.* Sed vulgata lectio explicari potis est. Ait igitur, nutricis motibus; nempe quæ cunas motitat, ut pueros ad silentium traducat. Expressit autem Lucretii locum Arnobius, de quo infra.

70. *Ut quæ fuerant simplices, & bonitatis nuper innoxiæ.*] Simplicitatem & bonitatem copulat, quippe rem unam & eandem. Simplices igitur & boni ducuntur homines aperti, & in quibus nihil fallaciæ, nec malitiæ quidquam est: ut constat etiam ex oppositis, quæ sigillatim expendemus. Sic M. Tullius libro de Officiis primo: *Ita viros fortes & magnanimos, eosdem bonos & simplices; veritatis amicos, nec inimeque fallaces esse volumus: qua sunt ex media laude ju-*
stitiæ. Et Philo contra Flaccum, ἀπλοῦν, καὶ ἀκόνητον, καὶ κοινωνικόν copulat.

70. *Quæ fuerant simplices, & bonitatis nuper innoxiæ.*] Ita vivebant, & nos ita vivimus, ut ii demum simplices existimentur, qui propter morum facilitatem ceteris prædæ sunt: & idcirco *dicuntur*, ἀκάκους, atque ἀπλοϊκούς, homo minime malus, & ingenii parum acuti. Et *simplicitas* sæpe ἐπὶ μωρίᾳ καὶ ἀνοησίᾳ. ut l. III. §.

ἀπὸ τοῦ ἰέναι ἐπὶ τὰ ἄλλα, ἢ ἐπὶ τὰ ἄλλα τοῦ
ἐστὶ θεός. ἐν βιβλίῳ τῶν περὶ τῶν ἀνομάτων
ἐγκλήσεως δεσποινάδα εἶδον μέσον ἀλφίτων,
γεγενῆσθαι τὸ ὄνομα.

unda est universitatis hæc summa.] Lemma

in portu claudæ videntur
tactus, obsurdescunt undis.
quoque flatus antes.] Festus, *flatus, tibicen. Sab*
Flator, αὐλητής.
] Glossæ Philoxeni, *gallatores, ululatores*
imitabantur Ægipanas; & idcirco *genus*
inem crurum ejus generis, ut docet Sam.
ἀλλόκοτος, in Glossis. Nam καὶ ἐπὶ
o. Origenes libro contra Celsum recto
ἡ βιβλιθήκη αἰτιῶνται Φύσεις ἀπειρίαν,
ἐστὶν ἐν μεγάλῃ, ἢ μὴ ἐν Φύσει τινὶ ἐξ
ἐστὶ, ἀδυνάτως ἔχει, καὶ ἡ ἀσυμφωνία

:st, saltatores. Glossæ Philoxeni, *saltat*

ndum erat, bolonas. Sic autem optime e
xeni: Bolona, μεστὸς ὀφθαλμῶν, πλησίον
tarii, qui diversa genera piscium emunt.
] Glossæ Isidori, *Lanius, lanio*
. cap. IX. Quales sunt confectus carnarii,
. Sat. VII.

l noctis ab hora
er: quanemo sederet,
anu deducere ferro.

etatur vetus Scholiastes.
est, dulciarios. Nam κακοῦς ejusmodi
: Providentia lib. VI. Infantes quoque omnes
os morigeros mire ac ferula nutrimus, nec
ditis ad obedientiam trahunt. Hæc not
dem fuisse præstantissimo Turnebo ob

qui ob segnitiam. D. de suspect. tutor. & alibi sæpius. Quare Seneca lib. II. de Ira, cap. XVI. *Stultis, luxuriosis, nepotibusque hoc nomen imponimus, & omnibus vitiis parum callidis.* Ut autem bonitas & simplicitas sæpe conjunguntur, sic quandoque πρᾳότης & ἀπλότης apud Græcos. Demosthenes περὶ παραπρεσβείας: νυνὶ δὲ διὰ τὴν ἡμετέραν πρᾳότητα καὶ εὐήθειαν, εὐθυμίας πλέως ἐστίν. &c. πρᾶος igitur & inmodum simplices, ita & πρᾶος pronuntiat Christus beatos communem & pervagatam hominum opinionem.

70. *Simulare in hominibus discerent, dissimulare, mentiri.*] Hæc repugnant simplicitati, quæ aperta est, nec ullas latebras habet, recessus nullos; ita ut qui vere simplex est, nihil simulare possit, aut dissimulare. Capitolinus in Vero Imperatore: *Erat enim morum simplicium, & qui ædumbrare nihil posset.* Cornel. Tacit. lib. III. Histor. *Inde graves simultates; quas Antonius simplicius, Mucianus callide, eoque implacabilius nutriebat.*

70. *Circumscribere, fallere.*] Opponitur *simplicitas* mendacio in genere, ut ostendemus; & id. circo omnibus etiam ejus speciebus; ut heic calliditati, malitiæ, fraudibus, &c. Hinc *mala fides* opponitur *simplicitati*, l. v. D. de auct. & consl. tutor. & curat. Et Thucydides εὐήθειαν, quæ nostra simplicitas est, opponit fallaciis, lib. II. ἐς τὸ εὔηθες (ἔστι δὲ τὸ γενναῖον πλεῖον μετὸν) καταγελασθὲν ἐφανίσθη. igitur à simplicitate fraus omnis, & malitia; & in ea aperta omnia, & expositа. Seneca lib. II. de Ira, cap. XVI. *Simplicissimi omnium habentur iracundi. Fraudulentis enim, & versutis comparantur: & simplices videntur, quia expositi sunt; quos quidem non simplices dixerim, sed incautos.*

70. *Adulatoria humilitate captare.*] Diximus omnem mendacii formam simplicitati repugnare. Mendacii autem species est adulatio vel pernicioſissima. Dicit autem *captare*, quia finis adulatoris est, κερδαίνειν. Alias enim molliori nomine censetur; & appellatur ἄρεσκος, quem *blandum* Latine dicere possumus. Aristoteles lib. IV. Nicomach. cap. XIV. ὁ μὲν δὴ ἡδὺς ἔσται συγκαζόμενος, μὴ ἕνεκά τινος χρήματος, ἢ ὅσου ἄρεσκος· ὁ δ' ὅπως ὠφελῇ ἢ τοὺς αὐτοῦ γίγνεται εἰς χρήματα, ἢ ὅσα finem adulatoris ait κερδαίνειν, ἢ χαρίζεσθαι ἕνεκα ἴδιου. & Lucianus dissertatione pro imaginibus ait, τὸν κόλακα ἐπαινεῖν ἕνεκα χρείας ἴσχυρᾶς ἢ ἰδιωτῆ.

70. Adu-

de ſuſpect. tutor. & alibi ſæpiu. Quæ
cap. xvi. Stultus, luxuriosus, negotiorum
unguntur, ſic quandoque
illenes
a & reges pronuntiat Chriſtus beatos
vagatam hominum opinionem.
quæ aperta eſt, nec ullas latebras
vere ſimplex eſt, nihil ſimulare poſſit, ut
nus in Vero Imperatore: Era
nbrare nihil poſſet. Cornel. Tacit.
ultatus; quas Antonius ſimplicem,
s nutriebat.
fallere.] Opponitur *ſimplicitas* mendacio
; & id. irco omnibus etiam
tiæ. fraudibus, &c. Hinc
. de auct. & conſ. tutor. & cura. ſt
oſtra ſimplicitas eſt, opponit
is omnis, & malitia; & in
.11. de Ira, cap. xvi. Simplicior
ulentia enim, & verſutis
i ſunt; quas quidem non
ate captare.] Diximus omnem
gnare. Mendacii autem
Dicit autem *captare*; quia
enim molliori nomine
ium Latine dicere poſſumus.
v.
emiſtius quoque Euphrad
ous ait,

70. Ad

70. *Adeo ſtatoria humilitate captarent.*] Sunt enim adulatores
ſchemate, & animo ipſo ταπεινοί, ac humiles. Ariſtotel. lib.
com. iv. cap. viii. πάντες οἱ κόλακες δημοτικοί, καὶ οἱ ταπεινοί, κόλα
Quare eos eleganter appellat Lucianus μικρὺς τοὺς γνώμας, καὶ
πάντας αὐτόθεν ἀνθρώπους.

70. *Mentem aliud volvere, aliud in facie polliceri.*] Quod faci
homines non ſimplices; ſed παύργους & verſipelles; quos idcir
duplices Latini appellarunt ut Horatius *duplicem Ulyſſem*. Sic
Græcis opponitur τῷ ἁληθοπρεπῶς. Euripides in Rheſo: φιλῶ λί
τοιαῖσδε αἰεὶ, καὶ διπλοῦς πίφυκ' ἀνήρ. & poſtea:

Ταῦθ', ὡς ἂν εἰδῇς ἔνερ' ὄντ' ἐλεύθερον
Καὶ μὴ μεθ' ἁφομαί σε, ξὺν λόγῳ καθ' ἕμμισα σόν.

Ρῆ. πιστόν σ' ἐμοὶ καυτὸν, εὐθείαν λόγων
τέρενσον. κἀλευθ', καὶ διπλοῦς πίφυκ' ἀνήρ.

Quare generoſi & magnanimi habentur ſimplices, quia ſunt ἁληθοπροεῖς, ut docet etiam Ariſtoteles lib. iv. Nicom. capite de Magnitudine animi, & ſunt φανεροφίλοι καὶ φανερόμυθοι. Dicebat igitur Thucydides loco, quem antea protulimus, τὸ εὐήθους τὸ ἡμῶν πλεῖον μετέχειν. Eleganter Plutarchus in Lyſandro: τοῖς δὲ τὸν ἀληθῆ καὶ ἁπλοῦν ἀγαπῶσι τῶν ἡμιμόνων τρόπον, ὁ Λύσανδρος τῷ Καλλικρατίδᾳ παρεβάλετο Σαλαμῶνος ἰδόντι πανοῦργος εἶναι, καὶ σοφιστής, ἀπιστίας τὸ πολὺ Λεωτυχίδου καὶ πλείω, καὶ τὸ δίκαιον ἔτι τῷ λυσιτελοῦντι μιγνύντος. εἰ δὲ μὴ, τῷ συμφέροντι χρώμενος ὡς καλῷ, καὶ τὸ ἁληθὲς ἐφύλαττε, καὶ τὸ ψεῦδος κρῖνον ἠγάπα, ἀλλ' ἑκατέρῳ τῇ χρείᾳ τὴν ἀμοιβὴν ἀπεδίδου, &c.

70. *Decipere dolis atque inſidiis neſcios, per innumeras artes malitiarum venena conquirere.*] Diſtinguendum, *decipere dolis atque inſidiis neſcios per innumeras artes malitiarum: venena conquirere*, &c. Recte autem *malitiarum*. Nam malitia eſt verſura & fallax nocendi ratio, ut eam definit M. Tullius lib. iii. de Nat. Deorum: & ſimplicitati opponitur, l. 1. D. de dolo.

70. *Servitutis opprimerent, & manciparent ſe jugo.*] Sic oſtendit incunabula; imo ipſos ſervitutis natales. Capti bello victoribus mancipabantur. Sic ſervitus poſtea propagata. De cauſis ſervitutis vide Baſilium lib. de Spiritu ſancto, cap. xx.

70. *Naturalium conditione mutata.*] Quia omnes naſcuntur liberi. Quare cum libertas naturalis ſit, ſervitus eſt contra naturam, & eſt conſtitutio juris gentium, lib. iv. D. de ſtat. hom. l. iv. D. de Juſtit.

Ἐγὼ δ' ἐκεῖνῳ πάντα ταῦθ' ὑπηρέτουν.

Apud Ovidium igitur libro quarto Faſtorum *multa profeſſa* ſunt meretrices:

Numina vulgares Veneris celebrate puellæ:
Multa profeſſarum quæſtibus apta Venus.

Pag. 106. *Inteſtini ponderis moroſitate cunctari.*] Inteſtinum hoc pondus Zeno Veronenſis appellat uteri ſarcinam, ſermone III. de Abraham: *Concipit Sarra: portat ſine labore uteri ſarcinam.*

106. *Illas telis gravibus, & dolorum acuminibus fixas ejulare.*] Erudite. Theocritus:

Ω'δίνειν πορεύεσθαι. χαλεπὸν βέλος εἰληθυίης.

Sunt igitur nugæ plusquam tellenæ, ea quæ hic nonnulli vant: nec erant tanti, ut plagiarium invenire deberent.

106. *Et hortari.*] Probo Canteri conjecturam, qua Ar... existimat voce Lucretiana usum, *tortari*.

Aliter in edit. nostra.

106. *Existimare quam credere.*] Corrigunt, *atque credere*...

106. *Et templorum amplissimis collocatis in sedibus.*] Id est, ... plis amplissimis. Lucretius lib. VI.

Postremo cur sancta Deum delubra, suasque
Dissulit infesto præclaras fulmine sedes?

106. *Neque quisquam Iudaicas in hoc loco nobis opponat, & cei generis fabulas.*] Nimis confuse Arnobius, atque etiam loſe. Nam de libris veteris testamenti tanta temeritate lo pium plane & horrendum. Hoc igitur ait, quia Rabinorum scripta infinitis fabulis jam scatebant, cujus rei testis Apostolus ad Titum. Scribit etiam Origènes suo tempore totam Iudæorum doctrinam fuisse fabulosam: διὸ καὶ ἔστιν ἀληθῶς ἰδεῖν, πάντα μεστὰ τὰ Ἰουδαίων τῶν νῦν μύθων καὶ λήρων. ἃ γὰρ ἔχουσι τὸ φῶς τῆς γνώσεως τῶν γεγραφῶν.

Saddu- pericu- qui, im-

Pag. 107. *Aut si sunt creditæ sociæ.*] Locus habet bellissime. Si literæ Iudæorum, inquit, creduntur sociæ, id est, nobis etiam communes; ut quod in iis dicitur, etiam ad nos pertinere videatur. Supervacuæ sunt igitur & inutiles quæ proponuntur hic conjecturæ.

107. *Quærendi sunt vobis altioris intelligentiæ doctores, per quos possitis addiscere, quibus modis conveniat litterarum illas nubes, atque involucra relaxare.*] Summam imperitiam prodit hoc loco Arnobius. Atqui melius Numenius Pythagoreus, qui libro de summo bono primo Iudæos in iis nationibus numeravit, quæ Deum incorporeum existimabant, citatis etiam Prophetarum testimoniis, atque troporum enodatione, si quando contraria sententia videbatur effici posse, adhibita. Hæc ita Origenes libro contra Celsum primo: πόσῳ δὲ Βελτίων Κέλσου, ὁ ἀφ' ἑνὸς δείξας εἶναι ὁμολογούμενος, καὶ πλείονα βασανίσας δόγματα, καὶ ὅσα ἀπὸ πλείονων συναγαγὼν ἀφανῆ τὰ ἐν αὐτοῖς εἶναι ἀληθῆ ὁ Πυθαγόρειος Νουμήνιος; ὅστις ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τἀγαθοῦ λέγων περὶ τῶν ἐθνῶν, ὅσα περὶ θεῶν ὡς ἀσωμάτων διείληφεν, ἐγκατέταξεν αὐτοῖς καὶ Ἰουδαίους, ἐκ δυνάμεως ἐν τῇ συγγραφῇ αὐτοῦ χρήσασθαι καὶ λόγοις προφητικοῖς, καὶ τροπολογίαις αὐτῶν.

107. *Filo atterminatis humano.*] Vox Lucretiana. libro II.

Esse

Esse pari filo, similique adfecta figura.
Terrenorum corporum circumcæsura finitio.] σφαιροῦ. Lucretius.

Extima membrorum circumcæsura tamen se
Incolumem præstat; nec desit corporis hilum.

107. *Aures etiam sequitur ut habeant curvis perterebratas anfractibus.*] *Inæqualibus anfractibus* dicit Zeno Veronensis sermone de Artibus: *Aures vero inæqualibus quibusdam anfractibus adaperta illi aëri tendere tibi: sonum distincta modulatione accipiunt.* Appellat paulo post, *inflexos anfractus*. quemadmodum Arnob. inf. *inflexos tramites.*

107. *Oculorum orbiculos mobiles.*] Oculorum *orbes* & *orbiculi*, ut Græcis κύκλοι. Solinus cap. xxx. *Nunquam cohibet aciem orbium.* Seneca in Oedipode:

Scrutatur avidus manibus uncis lumina:
Radice ab ima funditus vulsos simul
Evolvit orbes.

Dixerat Sophocles in eadem fabula:

Ἄ ἔρως ἵππευσιν ἄρθρα τῶν αὐτοῦ κύκλων.

κύκλους ὀμμάτων dicit in Antigone, ut hic Arnobius, *oculorum orbiculos*. Sic autem ἡλίου κύκλον dicit Aeschylus in Prometheo:

Καὶ τὸν παναίτιον κύκλον ἡλίου καλῶ.

Pag. 108. *Ventriculos, venas.*] Corrigunt, *lienas.*

108. *Ergo esse dicendum est quosdam capitones.*] Glossæ veterum, Capito, κεφαλίων. Et quemadmodum Plautus parasitos facete appellat *duros capitones*, quod aulas paterentur sibi frangi in caput, ita κεφαλίωνας eos reperio ab Antenogene dictos, ut hunc quoque jocum cum multis aliis à Græcis acceperit Comicus togatus. Athenæus lib. IV. εἰ δ' ὑμεῖς ὄντως οἱ φιλόσοφοι τὴν αὐτάρκειαν ἀσπάζεσθε, τί τὰ τῶν δείπνων ὄψα φυγγάνεσθε μηδὲν πληττόμενοι; ἢ γλίχεσθε κεφαλίωνα δοτὸν ἐμαλὶ ὤπτα; καὶ γὰρ ὁ Σοφοκλέης Κηδαλίωνα, ἐπεὶ μαστιγίαι, κέντρωνες, ἀποτεμοφάγοι. Ita videtur Antenogenes diatribam aliquam περὶ φαγητῶν inscripsisse. κέντρωνας autem eosdem appellabat Sophocles, quod pungerentur, & fodicarentur stimulis. Scholiastes Aristophanis κέντρωνα interpretatur in Nubibus, φανερὸν κλέπτην, ὃν βασανιζομένοις αὐτοῖς κέντρα προσφέρουσιν.

108. *Cilunculos.*] Hæc est lectio vetus, quam confirmat MS. Reg. Suppositi alii *filunculos*. Prior autem lectio verissima est.

Nomina-

Nominatis enim capitonibus, convenientius sequuntur quam *sili*, aut *silones*. *Sili* sunt σιμοὶ in glossis Philoxeni. Festum, *qui sunt naso sursum versus repando*, qui etiam Isidoro in glossis: etsi *silones* Nonio Marcello sunt *supercilia eminentibus hominibus*. At *cilones* sunt, *quibus frons est eminentior, sinistraque velut recisa videtur*, inquit Festus. Nempe *cilo*, cui veluti cellit: Nam *cellere*, κίλλειν, ὤγειν κινεῖν: & transitive, ἢ κλίνειν. Unde *excellere*, & *recellere*, quod est, ut recte interpretatur Festus, *reclinare*. Et inde vox nostra *reculer*. Lucretius lib. VI.

Sæpius hanc ob rem minitatur terra ruinas
Quam facit. Inclinatur enim, retroque recellit:
Et recipit prolapsa suas se in pondere sedes.

Ab eadem origine *incilare*, & *vacilare*. (Nam antiqui consonantes, in iisque hanc præcipue, raro geminabant.) Atque illud erat prius *incellere*, id est maledictis impetere, & vexare. Quare est veluti pleonasmus ἐν διαλλήλῳ in hoc Lucretii loco, lib. III.

----- *Necesse est*
Iure (ut opinor) agat: Iure increpet, inciletque.

Cilones igitur, quibus frons quasi cellit, & sursum movetur, ac surgit. *Chilones* autem, improbioribus labris homines, ut veteres Grammatici interpretantur, labeones: Glossæ Philoxeni, *cilo*, μεγακέφαλος.

108. *Nævimos.*] Hæc est lectio vetus. Ediderunt alii *nævios*. Ms. Reg. habet *nævinos*. Hæreo.

108. *Hos dissplosis naribus.*] Id est, apertis & dilatatis. Lucretius:

Nec mirum, cum plena anima vesicula parva
Sæpe ita dat pariter sonitum dissplosa repente.

Et alibi. Sic autem iterum infra lib. VI. *dissplosa ut gestitet nares, quem esse vos facitis, figuratisque nasicam.*

Aliter in edit. nostra.

108. *Aut buccarum cumulatione sacrivoces.*] Hæc est lectio vetus, pro qua Gelenius, *acrivoces*.

108. *Fluidarum vestium superjectione perfusos.*] Expressissimè. Sic igitur appellat vestes longiores, quæ, ne frigus incommodaret, ceteris vestibus superinjiciebantur, quod Græci quoque ἐπενδύειν dicunt. Herodotus: ἐπὶ πάντισι ἢ εἰρίνεα εἵματα λευκὰ ἐπενδεδύκασι Φοίνικες. Hoc etiam ἐπιπθέναι. unde, γεγωνὸς ὁ ἐπιθέτης.

108. *Qui squamne est hominum rationis alicujus sapore contactus.*] Id est leviter illitus, & infectus. Lucretius lib. VI.

Tenuia

Tenuia sputa, minuta, croci contacta colore.

Pag. 109. *Quas enumerare, quas persequi probus audeat nemo.*] Id est, **Pudore** aliquo & verecundia contactus: ut contra *improbus*, πολυπρὸς, καὶ ἀναίσχυντος, ut antea docebamus.

109. *Qua despuitis nos ut rudes.*] Christianis ignorantiam & ἀπαιδευσίαν objiciebant Gentes: nempe quod litteras seculares **pauci inter** eos tractarent, & essent in iis sellularii plurimi opifices καὶ βάναυσοι. Minutius Felix: *Idcirco indignandum omnibus: imo indolescendum est, audere quosdam, & hos studiorum rudes, literarum profanos, expertes; artium etiam sordidarum, certum aliquid de summa rerum ac majestate decernere.* Sic enim hunc locum legendum esse, ad **Minutium**, si Deus volet, docebimus. De hac autem criminatione, Iustinus Martyr, Origenes, & alii passim. Certe Christiani, **quod** ab honoribus & magistratibus semoti privatam vitam viverent, eas literas, quæ ad forensia, aut politica officia cum laude obeunda, præcipue necessariæ sunt, etiam negligebant. Præterea, quia Sophistæ & philosophi erant Christiani nominis hostes præcipui, idcirco vel hoc nomine philosophiam ipsam plerique aversabantur: quem errorem tamen veteres & eruditi Ecclesiæ doctores corrigere conati sunt: & eo nonnulli progressi, ut philosophiæ plus æquo tribuerent, quod vel ex uno Clemente Alexandrino constare potest. At de humanioribus & floridioribus litteris asperiora etiam fuerunt veterum Christianorum judicia. Tragœdias enim & comœdias, aliaque cetera Poëtarum scripta, præcipuam eruditionis partem, quod ea ad solidam doctrinam conferre nihil existimarent, præterea lascivia ac turpitudine scaterent: denique fabulosæ idololatriæ promptuarium esse crederent; aspernabantur & damnabant. Hinc existimat Tertullianus libro de Idololatria, ludimagistros, & ceteros professores litterarum, *affines esse multimodæ idololatriæ; quibus necesse est Deos Nationum prædicare, nomina, genealogias, fabulas, ornamenta honorifica quæque eorum enunciare*, &c. Et Origenes libro contra Celsum tertio, exerte ait, à Christianis magistros eos reprobari, qui comœdias, & lasciva poëmata enarrent, non autem eos, qui seriam philosophiam. Verba Origenis sunt: καὶ οὐκ ἀπὸ τῶν διδασκάλων ἢ τοῦ αὐτὰ φάσκειν, εἰ μὴ ἐδοκιμάζομεν ὅσοι διδασκάλων διδασκόντων τὰ ἄσεμνα καὶ κωμῳδίας, ἢ ὅσοι ἀσχολοῦσι τῶν ἰάμβων, ἢ ὅσα ἄλλα, ἃ μήτε τὸν λέγοντα ὠφελεῖ, μήτε τοὺς ἀκούοντας ὠφελεῖ, ἢ μηδὲ τοὺς φιλοσόφους ἀκούειν ποιημάτων,

μάτων, ἢ ὑπολείπειν ἑκάστοις τὸ σωτείνοντα εἰς ὠφέλειαν τῶν νέων
πιστῶν ἐκφέρεσθαι ὁμολογεῖν τὸ προτρέπομενον. εἰ δ' ἀπὸ
δασκάλως πρὸς Φιλοσοφίαν προπαιδευόντως ἢ ἐν Φιλοσοφίᾳ γε
τας: ἐκ δοκιμάζω μὲν δοτὸ τούτων σοῦ νέως: προσίσομαι δ' προ
μένως αὐτὸς ἐν ἐγκυκλίοις μαθήμασι καὶ Φιλοσοφουμένοις, ἀναβι
τὸ σεμνὸν καὶ ὑψηλὸν τῆς λεληθάσας σοῦ πολλὰς χριστιανῶν μεγαλο
&c. Atque hinc etiam apparet diversas fuisse diversorum
tias: pro ratione studii, quod quisque amplectebatur n
Nam Origenes quod in philosophia præcipue versatus ell
tantum probabat eruditionis partem: eamque ad Theol
studium transferri volebat: quo quidem consilio, quod ipse
tus est, dici nequit, plusne is Ecclesiæ profuerit, an nocueri
raliter tamen de seculari eruditione paulo tristiora erant
suffragia. Tertullianus de Spectaculis: *Sin & doctrinam litteraturæ ut stultitiæ apud Deum deputatam aspernamur, satis præscribitur nobis & de illis speciebus spectaculorum, quæ seculari litteratura lusoriam, vel agonisticam scenam dispungunt; quod sint tragœdiæ & comœdiæ & scelerum & libidinum auctrices, cruentæ & lasciva, impiæ & prodigæ. Nullius rei aut atrocis aut vilis commemoratio melior est; Quod in facto rejicitur, etiam in dicto non est recipiendum.* Ait Tertullianus, *quæ secularibus litteris* res suas ac dramata quasi continuant & formant. Nam *lusoriam vel agonisticam scenam* appellat, Comicam & Tragicam (quod sequentia ostendunt) verbis propriis. Histriones enim ἀγωνισταὶ dicti. Hesychius, ἀγωνισταί, ὑποκριταί. Unde πωλαγωνισταί, δὶ πεφαγωνισταί, πολαγωνισταί. Et Aristoteles lib. III. Rhetor. cap. XII. παγῳδῶν: λέξιν ἀγωνιστικὴν appellat τὴν τῶν κωμῳδῶν καὶ caput illud legenti diligenter & relegenti facile apparebit. Quid igitur *agonisticam scenam* appellet Tertullianus, scimus nunc. At qui scriptorem istum illustrarunt, id ignorarant: unde factum etiam, ut novum caput inchoaretur his verbis; quasi scil. de re nova, agonistica scil. scena. Atqui hæc pertinere ad caput XVIII. nullus dubito. Caput autem XVIII. est de stadio: hicque incipit, *Quod si & stadium* &c. Quod ait ibidem Tertullianus, *Nullius rei aut atrocis aut vilis commemoratio melior est*, ad præcedentia refertur. Non est igitur, *nullius rei sive gravis, sive levis*, quæ est nonnullorum interpretatio: sed *atrocitatem* refert Tertullianus ad tragœdiæ argumentum;

Digitized by Google

tum: *vilitatem*, ad comœdiæ nequitiam. Sic enim proprie *vilitas*. Ergo *secularis* eruditio apud veteres Christianos *periclitata est*: quod inde etiam accidit, quia hæc probra à Gentium sapientibus identidem inculcari audiebant, Christianos idiotas esse, litteratum profanos & expertes; Ecclesiæ doctores rudes & imperitos esse homines, lanarios, sutores, fullones; &c. ἰεκρυγὲς καὶ σκυτεῖς, ἢ κναφεῖς, ἢ ἀπαιδεύτους τὲ καὶ ἀγροικοτάτους, (Hæc enim sunt verba Celsi apud Origenem lib. III.) quia unum Christum eumque crucifixum cognoscere studebant præcipue: Hæc, inquam, quia à Gentibus vulgo exprobrari videbant, idcirco & litteras ipsas, quibus tantopere gloriabantur adversarii, inutiles esse, & ad salutem nihil conferre; imo ipsis seculi sapientibus ad exitium quasi vehiculum esse Christiani contra referebant. Hæ igitur causæ, quare Christianos tanquam litterarum rudes & imperitos despuerent. Hinc dicebat Celsus sapientes à Christianis expelli: solos stolidos admitti. Origenes lib. III. ἐξ ὧν ἐω τοὺς ἐξῆς κατηχεῖν ἢ συσήματος χριστιανῶν λέγει, ὡς πάντα μὲν σοφὸν ἀπελαυνόντων ἀνθρωπαδώδεις καλουώτων. Clamabant quippe Christiani, omnibus ad salutem patere aditum, humilibus, servis, idiotis, rusticis, iis etiam quos stultos mundus existimat: Deum autem confundere sapientes in sapientia ipsorum: sapientiam mundi stultitiam esse apud Deum; Deum revelasse mysteria sua parvulis, sapientibus autem abscondisse, & similia: quæ secularis arrogantia concoquere non poterat. Hinc idem Celsus apud eundem doctorem eodem libro hæc in Christianorum conventibus proclamari dicebat; μηδεὶς σοφὸς παραδεχέσθω: μηδεὶς φρόνιμος (ἢ γὰρ τοιαῦτα νομίζεται παρ' ἡμῖν) ἀλλ' εἴτις ἀμαθὴς: εἴτις ἀνόητος: εἴτις ἰδιώτης ἰκέτω. τοὺς γὰρ ἀξίους ἢ σοφοὺς ἢ τοιούτους ἐν αὐτόθεν ὁμολογοῦντες δῆλοί εἰσιν, ὅτι μόνους τοὺς ἠλιθίους ἢ ἀξιόνους, ἢ ἀναισθήτους, ἢ ἀνδράποδα, καὶ γυναῖα, ἢ παιδάρια, παρ' ἡμῖν ἰφέλκοι τι καὶ δυνάσθαι.

109. *Eademque quod species multo ture accipiant.*] Infra lib. VII. *Et quod Tellus est mater, consimiliter gravida accipienda est scrofis.* quem in locum plura.

109. *Et honoris, & dotis causa.*] Correxerunt *sed honoris & dicis causa.*

109. *Formamentis attribuisse* divinis.] Vox Lucretiana, quam observarunt jam alii.

..... omnia principiorum,
Formamenta queunt in quovis esse nitore.

Pag. 110. *Nisi quod & veterino cum pecore nescio quis auctor voluit esse commune.*] Hanc lectionem non solicitaremus, nisi aliam proponeret MS. Reg. *clurino cum pecore. Clura* est πίθηκος. Videtur autem alludere versum Ennii, *Simia quam similis turpissima bestia nobis.* Hæc autem verba, *nescio quis auctor*, pertinent ad impiam illam de creatione hominis opinionem, de qua dicebamus libro secundo.

110. *Aut ea re prohibemus.*] Hæc est lectio vetus, pro qua, *prohibemur.*

Pag. 111. *Et, quod superat, rusticos?*] Nihil displicet conjectura, *&, quod supererat.*

Pag. 112. *Ceteri enim Dii non sunt, & ventura prædicere insciitia nequeunt atque ignorantia futurorum?*] Nihil mutandum existimo. Nam certe si divini non sunt, id est, si futura prænoscere, & prædicere nequeunt, neque sunt existimandi Dii. Lactantius lib. 1. cap. XI. *Primum in eo imprudentia, non Dei providentia: cui nisi Themis futura dixisset, ipse nesciret. Si autem divinus non sit, ne Deus quidem sit: unde ipsa divinitas nominatur, ut ab homine humanitas.*

112. *Viles sellularii.*] Cicero: *Opificesque omnes in sordida arte versantur;* Nec enim *quidquam ingenuum potest habere officina. Sellularii* autem, τὰς θηριφείους πίχνας ἐρχαζόμενοι.

112. *Sunt in sidereis montibus silvæ.*] Nihil mutandum. Simul autem fortasse alludit opinionem de montibus & sylvis in Lunæ circulo; quam Anaximeni alii; alii Xenophani tribuunt.

Pag. 113. *Id quod alterum colere instituit.*] Reponi volunt, *callere.* Si quid mutandum existimarem, legerem, *docere.* Sed *colere* accipit pro *docere*, & eandem constructionem ei tribuit.

Aliter in edit. nostra.

113. *Dii ergo sunt artifices primi sunt: sive.*] Latet aliquid vitii. Tollendum alterum *sunt*, ut sit expedita sententia.

110. *Cur esse dicatis in aliis præceptionibus gnariores.*] Summus Scaliger corrigit *gnarures*, ad Festum.

113. *Atque ut bene ac feliciter cedant, illorum provisione curari.*] Quorsum hic *cadant*? Quasi vero *cedere* non eodem dicatur modo. Sic *bene ac feliciter cedere*, ut apud Græcos, εὖ ῥεῖν, & εὖ πλεῖν. Sic etiam dicitur res ὁδῷ βαδίζειν, quæ ad finem suum nullis impedimentis tardata, bene feliciterque it. Plutarchus in Pyrrho: καὶ πλοῦ θηθυλλὼ ὁδῷ βαδίζειν οἰόμενος, ἐ κατέσχεν, ἀλλ' ἐπὶ χαλεπὰς ἐξι-

φεις

φεύγε πρὸς τὸν φίλυς. Sic Ovid. 1. Fastorum:

Gaudet; & à pedibus tracto velamine, vota
Ad sua felici ceperat ire via.

Quare & ἱκανὸς, ὁ ὅτι πᾶν ἀποβησόμενον ἱκανῶν, ut tradunt Magistri **Graeci**. Scribit hac de causa Artemidorus lib. 11. cap. 11. **Tutum aliquid** significari, si quando somniamus facile nos domo egredi: **contra**, infelix & difficultatibus plenum, si difficilis videtur **exitus**. πρόϊσιν ἢ δύσπορον ἰδόντι, πολλὰς ἐμποδὼν, καὶ μὴ κωλύεσθαι ὑπὸ τῶν ὁδὸν, μενῖτε ἐναποκλείεσθαι, ἀγαθόν, &c.

113. *Per maria tutissimas præbet Portunus commeantibus navigationes.*] Recte *tutissimas*. Unde & supplicabant ac sacrificabant Ποσειδῶνι ἀσφαλείῳ. Non solum igitur Neptunum, sed & Portunum, aliosque maris Deos navigaturi invocabant. Corrige hic obiter Arrianum lib. 111. Dissertat. Epict. cap. xxi. ἀλλ' ὁπόταν λεπόμενον μὲν ἴδῃς ἀνάγκην μὴ θύσαι τοῖς θεοῖς, ἢ πρόσταλίσαι αὐτὰς βοῦδις. Scribe, ἀλλ' ὁπὸ λιμένα μὲν ἴδῃς &c. Id est, *nec à portu quisquam provehitur, nisi Dius re divina facta, eorumque auxilio invocato.* Interpres hic, ut & infinitis aliis illius scriptoris locis nihil vidit.

113. *Cessatione inimica non curant.*] Proba lectio, quam explicabamus ad librum secundum.

Pag. 114. *Parricidalibus nixibus.*] Tertullianus lib. de Anima, cap. xxv. *Atquin & in ipso adhuc utero infans trucidatur necessaria cruditate, quum in exitu obliquatus denegat partum, matricida nimoturus.*

114. *Ad cinerem patimur flammarum voracitate collabi.*] Proprie. Dicitur enim ignis vorare, tanquam truculenta aliqua bestia. Quare Ægyptii corpora cremare nolebant, quia existimabant ignem θηρίον εἶναι ἔμψυχον. πάντῃ γὰρ αὐτὸ ἐθέλειν, πάσας ἂν λάβῃ, ut scribit Herodotus Musa 111. Pindarus quoque ignem ab Ætna erumpentem ἀγρεῖον appellat eadem prorsus de causa, prima Pythionica. Falluntur enim eum in locum interpretes. κεῖνο δ' Αἰτναῖον κρυνὸς ἀγρεῖον λευκοπίτυος ἀνασείει. Unde in eodem argumento Æschylus in Prometheo:

Κορυφαῖς δ' ἐν ἄκραις ὕμνῳ μυδροκτυπεῖ
Ἥφαιστος, ἔνθεν ἐκλάμψει σιτυὸς πυρὸς
Ποταμοὶ πυρὸς δάπτοντες ἀγρίαις γνάθοις
Τῆς παγκρατοῦς Σικελίας λιπαρεῖς γύας.

Hic nota, δάπεδον αἰγείαις γνάθοις: quod est proprie ἑρπετῶν. Quare & *lambere*, quod serpentibus proprie tribuitur, sæpe dicitur ignis apud optimos scriptores. Virgil. 11. Æneid.

Ecce levis summo de vertice visus Iuli
Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora pasci.

De serpentibus idem vates eodem libro:

Ardentesque oculos suffecti sanguine, & igni
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

Ut *lambere* Virgilius, ita *degustare* dixit eleganter Lucretius lib. 11.

Nec quum subsiliunt ignis ad tecta domorum,
Et celeri flamma degustant tigna, trabesque.

Aliter in edit. nostra.

114. *Et cur obliquata, dubia: cur obscuritatibus submersa caligine dat sæpius submonstratque responsa.*] Distinguendum existimo, *cur obscuritatibus submersa, caligine* &c. Plura enim simul copulare amat Arnobius absque copula, quod observabamus antea. Sic igitur *obliquata, dubia*. Quare nec hæc mutanda. Ut autem *obliquata* dicit Arnobius, sic *flexa* dixerat olim Pacuvius: *Flexa, non falsa autumare dictio Delphis solet*. Unde λοξίας Apollo. Sic omnia Deorum responsa dubia, & obscura: sed tamen, ut existimabant illi, *veras flexa, non falsa*, ait Pacuvius. Sic Virgilius de Sibylla ab Apolline impulsa:

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages, antroque remugit,
Obscuris vera involvens.

114. *Imo sub ipsis fiunt curantium manibus atrociora.*] Ita edidit Ful. Ursinus. At in editione principe erat, *atrociora cure*. Sed postrema ista vox videtur abundare.

114. *Cur unius in officio præfidatus, hos victoria compotes, alios vero perpetitur ignominiosa infirmitate rideri?*] Nota obiter loquutionem. Sic,

------ ἡ μὲν ἔπειτα
Εἰς ἄλα ἄλτο βαθεῖαν ἀπ' αἰγλήεντος Ὀλύμπου,
Ζεὺς δ' ἐὸν ἐς δῶμα.

Et in Tragœdia:

Καὶ μήμ' ἄλιμον ἢ δι' ἀστυγείτονα γᾶς,
ἀλλ' ἐς χθονὸς ἔσω, ἢ κατοικήτων δόμων.

Subintellige, καθῆσθε. Sic intellige hic perficit, ut sit, *hos victoria*

storiæ tempestates perficit. Atque repetendum hoc verbum ἀπὸ κοινοῦ. **Neque in** his quidquam mutandum, *ignominiosa infirmitate* rideri. **Quorsum** enim *infimitate?* Sic igitur ridentur à spectatoribus qui **partes suas** inepte agunt.

Solve senescentem mature sanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, *& ilia ducat.*

Talis fortuna crassi illius & ob nimiam pinguitudinem tardi cursoris, **quem** risum & à spectatoribus fodicatum scribit in Ranis Aristo**phanes.** *Præsidatus* autem vox aliquoties usurpata Arnobio.

114. *Et nisi pecorum sanguine delibutas suas conspexerint aruleas.*] **Atqui** *aruleæ* alias dicuntur ἰχάδες ἀφεφθημέναι, ut docet Scho**liastes** Aristophanis ad Acharnanas. *Foculos* Latini dicunt, **nomine** quidem generali; sed huic rei proprie assignato. Quare **quod** *foculum accensum* dicit Livius in Scævolæ historia, ἰχαδεῖα πῦρ ἔχουσα dicit Plutarchus, in Poplicola: ἰχάδες πῦρ ἔχουσαι Polyænus, Stratagematum libro octavo. Seneca epist. XXIV. in eadem historia: *spectator distillantis in hostili foculo dextræ stetit.* & epistola LXVII. *stetit hostium, flammarumque contemtor; & manum suam in hostili foculo distillantem perspectavit.* Tertullianus Apologetico: *Quem quidem & ipsum proinde examinatorem Christianorum adhiberi ut foculum, ut accerram oportebat.*

114. *Vtroque ab his fluere inexpectata benevolentiæ munera.*] Quo mens eorum abierat, qui *inexpetita* reponi hic volebant? Atqui vulgata lectio optima est, & convenientissima. Nam inexpectata bona à Diis fluere intantum existimabant, ut quæcunque præter spem prospere feliciterque cadebant, ea Diis accepta ferrent. Quare θεόπεμπτα appellabant illa. Artemidorus lib. I. cap. VII. ἀλλὰ θεόπεμπτα, ὡς ἤδη ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ πάντα ἀναγορεύοντες καλῶν. Hanc eandem observationem repetit iterum lib. IV. Eadem κῆ θεῖον accidere dicebant. Aristophanes in Equitibus:

..... ἀλλ' ὁδὶ προσέρχεται
ὥσπερ κῆ θεῖον εἰς ἀγορήν.

Scoliastes: ὅτι τῶν ἐξαίφνης γινομένων, πυθόμενοι δικαίως ἀναφωνοῦσιν, κῆ θεῖον ἔλεγον. Id & κῆ δαίμονα dicebant. Herodotus Musa in τῷ δ' ἄρα κῆ αὐτῷ ἡ γυνὴ ἀπίκετο ἐξ ἄστεος πᾶσαν ἡμέρην, τότε κως κῆ δαίμονα τύπτει, οἰκομένῳ δὲ βυκόλῳ εἰς πόλιν. κῆ δαίμονα, id est, κῆ πύκλῳ, sive ἀπὸ πύκλου: nempe, quia quæ κῆ πύκλῳ accidebant, eadem κῆ θεῖον accidere dicebant. Nihil enim aliud in his loquutionibus πύκλος quam

quam numinis latens & obscura dispositio. Quapropter δαιμόνιον τύχη sæpe legimus apud eundem Herodotum, & alios. Musa 1. αὐτίκα μὲν δοκέω θεῖον τύχη γενομένη, τάδε εἰς χεῖρας ἄγεσθαι. Sic δαιμόνιαι τύχαι appellabant Pythagorei divinas dispositiones:

Ὅσσα δὲ δαιμονίοισι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν &c.

Dæmoni igitur id aliquando tribuunt, quod & Fortunæ & per δαίμονα, perq; τύχην, providentiam divinã si non expressissime, certe significanter satis designant. Plutarchus in Dione innuit, dissolutã in Sicilia Dionysiorum tyrannidem dispositione quadam cæca providentiæ divinæ; missio, fortuita quidẽ καθ' ἄνθρωπον causa, in eam insulam Platone; à quo sacris philosophicis initiatus Dio animum suopte ingenio jam excelsum, & ad magna surgentem, ad veram magnitudinem & libertatis amorem erexit: unde magnum illud facinus postea aggressus est; & rem difficillimam facilitate incredibili confecit. Sed præstat verba ipsa gravissimi scriptoris adscribere: ὧν ἦν δεύτερον ὑψηλὸς τῷ ἤθει, καὶ μεγαλόφρων καὶ ἀνδρώδης, ἔτι μᾶλλον ἐπέδωκε πρὸς ταῦτα, θείᾳ τινὶ τύχῃ Πλάτωνος εἰς Σικελίαν ἀφικομένου, καθ' εἱμαρμένην ἀρχὴν ἐλευθερίας μεγάλης συνεργὸς, καὶ τυραννίδος καταλύσεως μεγαλωνύμου συνεκπεσούσης, ἥν τυραννὶς Συρακουσίοις, ἡ πᾶσιν Ἕλλησι κοινὸν ἐχθρὸν ἐκόμισεν ἐξ Ἰταλίας εἰς Συρακούσας Πλάτωνα. Latini καὶ θεῖον dixerunt *divinitus*, ut Suetonius in D. Claudio. Inexpectata igitur θεόπεμπτα existimabantur, & à Diis missa. Hinc Plautus in Cistellaria:

---- Nam obsecro unde hæc gentium?
Aut quis Deus objecit hanc ante ostium nostrum? quasi
Dedita opera in tempore ipso spes mihi sancta subvenit.

Petronius Arbiter: *Imo potius miratur, quis Deus juvenes tam urbanos in suam regionem detulerit.*

114. *Injustis. servis.*] Ut oppositio servetur, corrigunt, *ingenuis.*

114. *Et multiformi semper asperitate vallatis.*] Ita exprimit Græcorum περίφασιν.

Pag. 115. *Unctionibus, inquitis, supereſt Unxia.*] Et hic scribendum erat, *inquit*, ut in editione principe. Nam *inquitis*, est ex editione Fulvii Ursini. Hac de re monebamus ad librum primum. *Supersese* autem quo hic accipitur modo satis hodie notum est.

115. *Victa & Potua sanctissimæ.*] Bella hæc numina modis tam diversis inveniuntur appellata, ut facile existimes non magnam

fuisse

fuisse nec valde celebrem eorum maiestatem.

115. *Nisi postes virorum adipali unguine oblinerentur à sponsis.*] Servius ad hæc IV. Æneid.

Præterea, fuit in tectis de marmore templum
Conjugis antiqui, miro quod honore colebat,
Velleribus niveis, & festa fronde revinctum.

Ritum, inquit Servius, *veri & venerabilis templi, mariti templum obtinere* **cupiebat**. *Templa enim velamentis religiosa monstrantur, & moris fuerat, ut nubentes puellæ, simul cum venissent ad limen mariti, postes antequam ingrederentur, propter auspicium sanctitatis ornarent laneis vittis: (Vnde ait, velleribus niveis.) & oleo unguerent: unde uxores dictæ sunt quasi* **unxores**.: Paulo post. *Hi qui de nuptiis scripsisse dicuntur, tradunt, quum nova nupta in domum mariti ducitur, solere postes unguine lupino* **oblinire**; *quod hujus fere & unguen & membra multis rebus remedio sunt.* **Alii** *hoc Romuli dicunt temporibus institutum, quod Romulus & Remus lupino lacte nutriti sunt.*

115. *Nisi virginalia vincula jam ferventes dissolverent atque imminentes mariti.*] Optime, *virginalia vincula*. His enim verbis significat novæ nuptæ cingula à marito idcirco solura, ut ita virginitatem, quæ tandiu casta & integra servanda fuerat, solvi significarent: adde, hoc etiam fuisse fœcunditatis auspicium. Pindarus VII. Olympianica. ἀ δ' Φοινδίκειον ζώναν καθθηκαμένα, καλπιδα τ' ἀργυρέαν, λίχμας ἐπὶ κυανέας, πὰρ Θεόφρονα κεῖρον.

115. *Malis gaudentes semper, & humani generis attribuistis vastitatem.*] Corrigunt, *vastitate*, quod probo.

115. *Bellonas, Discordias.*] Virgilius:

---- Tristesque ex æthere Diræ,
Et scissa gaudens vadit Discordia palla:
Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.

115. *Martem ipsum ponemus in medio.*] Sic loquuntur Græci. Arrianus lib. III. Dissertat. Epicteti: ἐλθὲ εἰς τὸ μέσον, καὶ εἰπὲ ἡμῖν, πότε ἀπερροχώτερον ἐκάθδες; νυῦ, ἢ πρὶν γενέσθαι Φίλιππον ἢ Καίσαρα; Plura ad librum quartum.

115. *Et servitutis conditionem imponere.*] Proprie, & è Iurisconsultorum loquendi more. Zeno Veronensis sermone de Avaritia secundo: *Sed hæc non ad vos, Fratres, quorum largitas provinciis omnibus nota est: A vobis multi redempti: multi edictis feralibus liberati: multi conditionibus exuti gratias agunt: vestra domus peregrinis omnibus patent,*

patent, &c. Hinc *conditionales*, qui certis conditionibus operas suas locarunt. Tertullianus de Idololat. cap. XII. *Opera & conditionalis eram.* Falluntur enim, qui legi volunt, *conductionalis.* Quare infra: *Nigidius Penates Deos Neptunum esse atque Apollinem prodidit, qui quondam muris urbem Ilium conditione adjuncta cinxerunt.*

Pag. 116. *Parricidali congressionis horrore.*] *Parricidalis congressionis horrore.*

Aliter in edit. nostra.

116. *Quidquid labis & criminis ab insania proficiscitur, talibus veneris debeat vulneribus imputari.*] Castigant, *proficiscitur tali, Veneris debeat* &c. Ego amplius, *proficiscitur tali, id ut Veneris debeat*, &c.

116. *Sapientes & fortes viri solvunt decreta constantiæ.*] Loquitur verbis Stoïcorum: apud quos fortes appellantur ii potius qui dimant animum, & vitia comprimunt, quam qui bellica laude pollent. Indidem *decreta*, τὰ κεκριμένα: unde efficitur invicta συγκατάθεσις: atque hinc *constantia*, τὸ βέβαιον ἕξις, quando virtus plane consummata est, & firmissimis radicibus fundata.

116. *Quod in genere virtutis unito perfectionis apicem, atque ipsius retinet sapientiæ summitatem.*] Recte *in genere virtutis unito*, id est, in toto & integro virtutum choro; in tota virtutis summa, ita ut virtutis pars nulla desiderari possit. Falluntur igitur qui hæc mutare volunt. Pro *retinet*, edidit Gelenius, *retinent.*

116. *Quantumlibet nos impios, irreligiosos vocetis, aut atheos.*] Infra lib. IV. *Illud nobis propositum est, ut quoniam nos impios & irreligiosos vocatis, vos contra pios & Deorum contenditis esse cultores, demonstrare atque in medio ponere, ab hominibus magis nullis ignominiosius eos tractari, quam à vobis.* Lactantius lib. VII. cap. ult. ad Constantinum: *Nemo jam nobis Dei nomen exprobrat. Nemo irreligiosus ulterius appellatur: qui solimus & verum Deum.* omnium religiosi sumus, quia contemptis imaginibus mortuorum, vivum

Pag. 117. *Dissolventiaque ipsa, sustinere animi compelleretis assensum.*] Scriptum existimo, *dissolventiaque ipsa se, sustinere.* &c.

117. *Quem in cunctis anteponitis precibus, & viam vobis pandere Deorum ad audientiam creditis.*] Ovidius:

Mox ego: Cur, quamvis aliorum numina platem,
Iane, tibi primum thura merumque fero?
Vt possis aditum per me, qui limina servo,
Ad quoscunque voles, inquit, habere Deos.

Servius ad VII. Æneid. *Quidam Ianum Eanum dicunt ab eundo, eumque*

eumque esse Martem; & quod apud Romanos plurimum potest, ideo primum in veneratione nominari. Alii Ianum aërem credunt; & quia vocis genitor habetur, ideo mandari ei preces nostras ad Deos perferendas. Alia observabamus ad Martialem.

117. *Vt quod chronos est, habeatur cronos.*] Iacobus Cujacius monuit hæc, *habeatur* χρόνος, esse è scriptura superposita huic verbo *Chronos*. Scripserat enim aliquis, *habeatur* χρόνος, id est, legatur, unde adjectum tandem, *ut*. legendum igitur, *Græcorum ut interpretes autumant*) *quod chronos est, nullum* &c.

Pag. 118. *Graci nominis præposteritate repetita.*] ἀὴρ, ἥρα.

118. *Nulla Fluvionia.*] *Fluonia* ex Festo. *Fluoniam Iunonem mulieres colebant, quod eam sanguinis fluorem in conceptu retinere putabant.* Pro *Februtis* deinde reposuerunt etiam *Februlis* ex eodem Grammatico. Pro *Pomona* & *Ossipagina*; quod proponunt, *Sororia* & *Opigena*, absurdum non est.

118. *Vt Granius memorat.*] Hujus mentio passim apud Grammaticos.

118. *Pistricum dominus atque mænarum.*] Quum hæc legerem, venit mihi in mentem loci Scholiorum Aristophanis, ubi hujus piscis mentio, quem obiter emendabo. Locus est ad Equites, ubi apuarum genera diversa proponit. ἔστι δὲ χθὺς πλείονα. ἡ μὲν ἀφελὴς λεγομένη, ἥτις οὐ γίνεται ἀπὸ γόνου, ἀλλ' ἐκ δὲ θαλάττης ἀφρὸς ἂν πηδᾷ ἰλιγγιῶντος. ἐπεὶ δ' ἔστιν ἡ λεγομένη κωβιός, ἡ γίνεται ἐκ τῶν μικρῶν καὶ φαύλων τῶν ἐν τῇ ἄμμῳ φερομένων κωβιῶν. ἐξ αὐτῆς δ' ἔπεται οἱ ἐγρασίχολοι καλούμενοι. καὶ ἄλλη ἥτις ἐστὶ χθὺς μαινίδων. Hæc quum legerem, & postrema verba leviter corrupta cognoscerem, Suidam, qui è Scholiis Aristophanis, ut & ex aliis Grammaticorum promptuariis in acervum suum infinita congessit, adire libuit: atque eandem apud eum mendam deprehendi, ut facile intelligas, non esse hodierna, nec hesterna pleraque, quæ in libris circumferuntur, σφάλματα. Atqui Athenæum sequi debuerat, à quo hæc acceperat Aristophanis Scholiastes. Legendum igitur, καὶ ἄλλη ἥτις ἐστὶ γόνος μαινίδων. Ex apuis quædam sunt ἡ ἄγονοι καὶ ἀναυξεῖς, teste Aristotele, quem Plinius, Athenæus, & alii sequuti sunt: Aliæ genitæ sunt, γόνος ἰχθύων, ut ait idem Philosophus: in queis κωβῖτις: hæcque ultima species, quæ est γόνος μαινίδων. Miror igitur male accepta hæc Aristotelis: ἡ δὲ ἄλλη ἀφὴ γόνος ἰχθύων ἐστίν. ἡ μὲν καλυμένη κωβῖτις, κωβιῶν τῶν μικρῶν καὶ φαύλων, οἱ κα-

καταδυόντων εἰς τὴν γῆν. *Quæ enim χωρῖτις appellatur, inquit, è gobiis parvis ad terram subeuntibus naſcitur, οἱ καταδυόντων εἰς τὴν γῆν*: non quod terram penetrent: ſed quod ad terram dejiciant ſe. Latitant enim ſub lapidibus & ſcrupis: inque arena volutantur. Age, quoniam hac in re plus æquo immorati ſumus, inſaniamus amplius; & Suidam, ubi de apuis agit obiter emendemus, quandoquidem hoc ſine magna temporis iactura fieri poteſt. Locum citat Ariſtophanis hoc modo. Εὗρετο παυδύδιον τὰς λιπαρᾶς ἀφύας πυλὺ θελάψας. Hic locus extat in Acharnanibus ita ſcriptus:

Εἰ δὲ ὑμᾶς ἐσπουθῶ πᾶσας λιπαρᾶς καλέσειν Ἀθηναίας,
Εὗρε τὸ πᾶν ἂν ἀφὸ τὰς λιπαρᾶς, ἀφύων τιμὴν θελάψας.

Locum hunc obiter explicabo in gratiam eorum, qui elegantiis iſtis delectantur. Athenienſium vanitatem & χαυνότητα carpit Ariſtophanes: qui blandis appellationibus ſi quando demulcebantur, aures ſtatim arrigebant, bellique ſibi videbantur, ac laudatorem ſuum in oculis ferebant. Inter blandas appellationes, illas exprimit nominatim ἰοστεφάνους, & λιπαρᾶς Ἀθηναίας: quibus uſum dedit ſummus vates Pindarus: quem inepti dithyrambopœi imitati nihil aliud quam riſum expreſſerunt. Quare luſit & Lucianus in Demoſthenis encomio: ἐκ Ἀθηνῶν μὲν αὐτὸς πατρὶς, οἱ λιπαροὶ, καὶ ἰοστέφανοι, καὶ τὰ ἐπάδοντα. Cur autem Athenas λιπαρᾶς appellarent, ſatis notum. nempe, ἀφὸ τὸ εὐδαιμον τῆς πόλεως. Hinc igitur ludendi occaſionem petiit Ariſtophanes. Si quis, inquit, palpo vos demulcens λιπαρᾶς Ἀθηναίας dixerit, omnium ingenioſiſſimus ſtatim exiſtimatur: addit ſcurriliter; nempe quia hoc nomine apuarum mentionem injicit, quæ Athenienſibus in deliciis erant, præcipue autem ἀφείπδες. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Equites: ἐπὶ μὲν γὰρ ἀφειδείας. σφάδρα γὰρ μέχρι νυῦ τοῖς Ἀθηναίοις κατηδάζεται. Largiter igitur peccavit Athenæi Interpres vir eruditus in explicatione horum verborum lib. VII. Χρύσιππος δὲ ὁ φιλόσοφος ἐν τῷ περὶ τῶν δι' αὐτὸ αἱρετῶν, τὴν ἀφύην, φησὶ, τὴν ἐν Ἀθήναις, ἀφὸ ἧς πάλαι ἐσπουδακέναι φασὶ τοὺς Ἀθηναίους, ἐπὶ πλοῦτον ἐληλυθυῖαν εἶναι φασὶν ὄψον. ἐν ἐπέρᾳ δὲ campius: *Chryſippus libro de iis, quæ per ſe optabilia ſunt ſcribit, aphyam ob copiam Athenis vilem eſſe, ac mendicorum obſonium haberi: in aliis vero civitatibus, quanquam deteriorem, in admiratione ſumma eſſe, pretioque maximo.* Male hæc, τὴν ἀφύην τὴν ἐν Ἀθήναις. Sic enim apuam dicit quæ prope Athenas, ἐν τῷ Ἀθηναίων λιμνῇ capiebatur. Ariſtoteles

ſtoteles lib. VI. de hiſtor. Animal. cap. XV. ἐν ᾗ μιᾶς ἀφύης, οἷον τῶν ἐν τῷ Ἀθηναίων λιμνῇ, οἱ ἰγνοσσίχολοι καλούμενοι. Erant apuæ & in aliis Atticæ locis, ut ἐν Φαληρῷ, Atticæ portu: quas contemtas non fuiſſe oſtendit Ariſtophanes in Avibus, ubi apuæ Phalericæ in ſcitamentis Athenienſium cenſentur. Et Archeſtratus his ſolis exceptis, ceteras omnes apuas exerte damnat.

Πλὴν ἀφύης μόνης πάσων, πλὴν τῆς ἐν Ἀθηναίοις
Τὸν γόνον ἐξαυδῶ, τὴν ἀφρὸν καλέουσιν Ἴωνες.
Καὶ λάβε σεσοφάτω αὐτὴν ἐν δικέλλῃσι Φαλήρου
Ἀγκῶσιν ληφθεὶς ἱεροῖς.

Quum ergo audiebant λιπαρὰς Ἀθήνας, apuarum mentio ſtatim inceſſebat, inquit: quæ λιπαραὶ debebant eſſe: quia oleum earum πιμή & condimentum idcirco ait, ἀφύων πιμελὴ σβεσάσης. Scholiaſtes in eum locum: καὶ ἀφύων λιμνὴ τὸ ἅλμιον, ὅπερ ἐν αἰπεῖ ἕψοντες. Atque hæc obiter, & extra ſcopum.

118. *Caduceator ille Cyllenius, in algido fuſus monte.*] Habet à Virgilio.

Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maja
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.

Plenius ſupra libro primo: *Mercurius utero fuſus Maja.* Et infra lib. IV. *Et quid Iovem mirantur ex feminæ effuſum dictare vos alvo?* Lactantius lib. III. cap. XIX. *Non enim aut parietes, aut locus, in quo quiſque eſt fuſus ex utero, conciliat homini ſapientiam.* Simpliciter & Zeno Veronenſis ſermone II. de Chriſti nativitate: *Interea rudis non gemit fœta. Mundum non ut aſſolet infans fuſus ingrediens ſponte vitæ reptantis prævis lacrymis auſpicatur.* Et ſermone de ſpiritu & corpore: *Duæ quoque vitæ à Deo attributæ ſunt nobis: Una, qua neſcientes communi cum pecudibus lege, fundimur à natura.*

Pag. 119. *Terram quidam è vobis, quod cunctis ſufficiat animalibus victum, Matrem eſſe dixerunt magnam.*] Lucretius lib. II.

Pabula cum præbent, quibus omnes corpora paſcunt:
Et dulcem ducunt vitam, prolemque propagant,
Quapropter merito maternum nomen adepta eſt.

119. *Quam Nigidius autumat matrimonium tenuiſſe Saturni.*] Infra lib. IV. *matrimonium magna cujus tenuerit mater.*

119. *Præmittemus hoc loco ſatietatis fuga Vulcanum.*] Id eſt, nimietatis. *Satis* enim pro nimis paſſim apud hos ſcriptores.

119. *Non ſentiens vocabulum poteſtatis.*] Probo, *non ſentientis.* Pote-

Potestas autem passim pro numine. Ac de potestate angelorum, atque Angelis potentibus dicebamus supra: nec tum in mentem venit Irenæi locus, sane emendandus. Turpe enim est locum istum, qui emendari facillime potest, non solum mendose legi in Irenæi exemplaribus: sed & mendose passim citari. Exstat libri primi capite ultimo, ubi Caïnorum & Ophitarum verba recitantur, quibus potestates obtestabantur. *O tu Angele ab. a. te. or. opere tuo fatua illa potestas, perficio tuam operationem.* Fierine potuisse, ut monstrum hoc lectionis ne cognitum fuerit quidem? Atqui legendum erat: *O tu Angele, abutor opere tuo. O tu potestas, perficio tuam operationem.* Vel Irenæum ipsum audi apud Epiphanium: ὁ δεῖνα ἄγγελε καταχρῶμαί σε τὸ ἔργον. ἡ δεῖνα ἐξουσία, πεπάτηκά σε τῷ μεγέθει.

119. *Eraditur Semeleius, Pythius.*] Rescribunt, *Sminthius*: propter ea quæ sequuntur, *Sminthiorum alter pernicies murum.* Sed quemadmodum quæ dicuntur de Baccho non pertinent ad *Semeleium*; ita & quæ hic adduntur, non pertinent fortasse ad Apollinis epithetum, quo *Pythius* dicitur: sed aliam innuit illius appellationem. De hac autem re præter alios Eustathius ad librum primum Iliados.

119. *Alter feculentæ hilaritatis dator.*] Varro apud Nonium: *Qui nihil jucundius quisquam bibit. Hoc ægritudinem ad medendam invenerunt: Hoc hilaritatis dulce seminarium: Hoc continet coagulum convivia.* Vini dotes congerebat heic Varro: de quibus è variis scriptoribus Athenæus lib. 11.

119. *Non indocti apud vos viri, neque quod induxerit libido garrientes.*] Id est non temere, nec linguæ intemperantia ac morbo quotini, quam Græci νόσον: quum naturali & cæco impeti ferimur ad aliquid sine ratione. Garriunt igitur quod induxerit libido homines vani, ac futiles, & qui linguam comprimere nequeunt. Naturalem hanc ac temerariam ad rem quamlibet propensionem Græci νόσον appellant, (Latini *libidinem*) & eam exprimunt illi per verbum φιλεῖν. Sic φιλομύθους dicunt, φιλοψόφους, φιλονείκους, & similia. φιλεῖν enim in his compositionibus non est simpliciter intelligendum. Quare pro eo χαίρειν dixit Epicharmus apud Plutarchum: ὦ φιλάνθρωπος σύ γ' εἶναι, ἔχεις νόσον, χαίρεις λέγων. Ita optime exprimit ἦθος hominis facultates suas non judicio nec certo benefa-

nefaciendi ſtudio, ſed cæca largiendi libidine profundentis. Talem deſcribit Seneca libro primo de Beneficiis: *Numquid enim me dignum judicavit? Morbo ſuo morem geſſit.*

Pag. 120. *In philoſophiæ memorabili ſtudio atque ad ejus columen.*] Corrigunt, *memorabiles*. Bene autem *columen*, ut antea oſtendebamus.

120. *Quorum ſi eſt vera, & fixa certa ſententia.*] Nihil mutandum puto: diſtinguendum tantum, & *fixa, certa ſententia.* Hæc ita copulare amat Arnobius ſine copula.

120. *Neque homines rurſus multitudinis junctionis differentia.*] Corrigunt, *Neque homines rurſus multi disjunctionis differentia conſervata, in unius ſenſus ſimplicitatem conflari.* *Aliter in Edit. noſtra.*

Pag. 121. *Quibus ſitim ſoletis veſtram proluere.*] Virgilius: *Et pleno ſe proluit auro.*

121. *Neque una eſſe in parte naturæ.*] Ἐν μέρει φύσεως μέρος.

121. *Myrtilus.*] Quem *Myrſilum* appellant alii, ut Clemens Protreptico. *Mnaſea* autem meminit Stephanus locis compluribus. Crates autem illuſtris Grammaticus, ſatis notus.

121. *Aut ille primus eradit atque interficit ſex divas Muſas.*] Poſtremam hanc vocem ſuſpicor eſſe gloſſema.

Pag. 122. *Conſenſum accommodans Aelio.*] Hic eſt Aelius Stilo, qui carmen ſaliare explanarat, aliaque ſcripſerat, quorum mentio paſſim apud Grammaticos. Alius Aelius Gallus.

122. *Manilius.*] Hic eſt Manilius vir apprime doctus, ut appellatur à Gellio, paſſim laudatus à Grammaticis.

122. *Nam ſolere Romanos Deos omnes urbium ſuperatarum partim privatim per familias ſpargere.*] Prudentius libro contra Symmachum poſteriore: *Aliter in edit. noſtra.*

Innumeros poſt deinde Deos virtute ſubactis
Vrbibus, ex claris peperit ſibi Roma triumphis,
Inter fumantes templorum armata ruinas
Dextera victoris ſimulachra hoſtilia cepit,
Et captiva domum venerans ceu numina vexit, &c.

Hinc Tertull. Apologet. cap. x. *Nec ego per ſingulos decurram, tot accantos, novos, veteres, Barbaros, Græcos, Romanos, peregrinos, captivos, adoptivos.* Neque enim *captivos Deos* alios accipere debebant interpretes.

122. *Qui rebus in ſubſtantia conſtitutis inaniſſimas ſubdit, & res caſſas.*] Hæc eſt lectio vetus, quæ tolerari & explicari poteſt. Dicebat *Aliter in edit. noſtra.*

cebat enim Varro, Novensiles Deos esse numerum novenna-rium; & ita res inanissimas & cassas (Quid enim numeris inanius?) rebus in substantia constitutis subdebat. Obscuritas autem hujus loci nata est ex trajectione copulæ, pro, *inanissimas subdit res, & cassas.* De hac trajectione dicebamus alibi.

122. *Cornificius balare convincitur.*] Hujus loci variæ proponūtur emendationes, quas omnes habere possumus inutiles. Ovis quoniam animal simplicissimum est, hominibus omnibus parum callidis, & paulo stolidioribus appellatio ista tributa est. Unde & *balare* dicuntur, qui stolide aliquid effutiunt potius, quam loquuntur. Senes simplices & minime malos oves appellant Bacchides Plautinæ, & eos balare dicunt. Sic Græcis πρόβατα & ἀμνοί: unde πρόβατα βίον ζῆν.. Comicus in Nubibus: λῆροι, ἀριθμός, πρόβατα. In Pace:

Ὥς ἐσόμεθ' ἀλλήλοισιν ἀμνοὶ σὺν τρόπῳ:
Καὶ τοῖσι συμμάχοισι πρόπολοι πολύ.

Quare ἀμνοκτόνων eidem in Equitibus, qui πρόβατώδης, & πρόβατογνώμων Aeschylo. Heic autem Cornificium *balare* si dicit Arnobius, nomini simul illudit.

Aliter in edit. nostra. Pag. 123. *Ita cum Novensiles dicimus, si omnes eorum qui ex hominibus meruerunt Dii esse.*] Locus impeditus, quem expedieris & extricaris rejectis vocibus illis, *Si nomen eorum*: hoc modo, *ita cum Novensiles dicimus omnes, qui ex hominibus* &c. Ait autem, *omnes*: quia hac appellatione omnes simul continebantur, ut antea dicebat ex opinione Cincii.

123. *Hos Consentes & complices Etrusci ajunt & nominant, quod una oriantur, & occidant una.*] De his *complicibus Diis* nihil legi. Et existimavi aliquando glossema esse hoc loco: *Consentes* interpretari voluerit complices, quasi scil. ejusdem criminis conscios. Isidorus in Glossis: *Complex, qui in uno peccato, vel crimine alteri est applicatus ad malum: ad bonum vero nunquam dicitur.* Prudentius in agone Romani:

Quid differo, inquit ille, utrosque perdere,
Puerum, ac magistrum complices sectæ impiæ?

Sed quod addit Arnobius, *quod una oriantur, & occidant una*, lectionem confirmare videtur, ut sint scil. *complices*, quasi simul conjuncti, & artissimis nodis colligati. *Consentes* autem dicti potius quod essent summi Iovis consiliarii, quod adjicit: Nempe quia

consere

conſere συμβουλίων. Unde & Deus Conſus. B. Auguſtinus lib. IV. de Civitate Dei: *Quis enim ferat, quod neque inter deos Conſentes, quos dicunt in conſilium Iovis adhiberi; nec inter Deos, quos Selectos vocant, & Felicitas conſtituta eſt?*

123. *Summi Iovis conſiliarios ac principes.*] Id eſt, Senatores, ut eos etiam appellat Martianus Capella de nuptiis Philologiæ libro primo.

123. *Nec defuerunt qui ſcriberent Iovem, Iunonem, ac Minervam deos Penates exiſtere.*] Macrobius lib. III. Saturnal. cap. IV. *Qui ſint autem dii Penates in libro quidem memorato Varro non tradit. Sed qui diligentius eruunt veritatem, Penates eſſe dixerunt, per quos penitus ſpiramus; per quos habemus corpus; per quos rationem animi poſſidemus: Eſſe autem medium æthera Iovem: Iunonem vero imum aëra cum terra: & Minervam ſummum ætheris cacumen, &c.*

Pag. 124. *Quos arbitratur vulgus vicorum atque itinerum deos eſſe.*] Lares exiſtimabant eſſe locorum quaſi proprios Genios; & ſingulis familiis ac domibus proprie aſſignatos: Quare Priſcianus & Philoxenus *Lares* interpretantur, θεοὺς κατοικιδίους: quos τοὺς καθ' οἰκίαν ἥρωας appellat Dionyſ. Halicarnaſſeus lib. IV. Auſonius Technopægnio:

Nec Genium domuum Larunda progenitus Lar.

Quare & vicorum & itinerum eoſdem deos exiſtimabant: unde *viales Lares* apud Plautum in Mercatore. Idcirco & in compitis fixi etiam Lares, & ibidem culti, ac *Compitales* appellati.

124. *Tellorum domuumque cuſtodes.*] Unde *Genii domuum* Auſonio dicti, ut obſervabamus modo. Et quia cuſtodes & quaſi præſides domuum erant, idcirco pellibus caninis velati ſtabant, unaque adſtabat iis canis animal φυλακτικόν: atque ita ſtatuti Lares *Præſtites* dicebantur, quaſi προεστῶτες, ait Plutarchus, melius quam Ovidius:

Cauſſa tamen poſiti fuerat cognominis illis,
Quod præſtent oculis omnia tuta ſuis.

124. *Indigetes Samothracios.*] Macrobius lib. III. cap. IV. *Caſſius Hemina dicit Samothracas deos, eoſdemque Romanorum Penates, proprie dici, θεοὺς μεγάλους, θεοὺς κρυπτοὺς, θεοὺς δυνατούς.* &c. *Aliter in edit. noſtra.*

124. *Quos quinque indicant Graci Idæos dactylos nuncupari.*] Proba lectio: nec ſcio quid ſibi vellent ii, qui pro *quinque* reponi volebant *quoſque*. Iulius Pollux: καὶ τοὺς ἰδαίους, δακτύλους κεκλῆσθαι λέγουσιν.

γουσιν. οἱ μὲν, καὶ τὸν ἀέρα θυμὸν, ὃν πίνει. οἱ δὲ καὶ τὸ τῇ Ρέᾳ πένυ συνεργεῖν. ὅτι δὲ οἱ τῆς χειρὸς δάκτυλοι πεζεῖται π. ἡ πάντων ἐργάται.

Aliter in edit. nostra.

124. *Quasi quosdam genios defunctorū animas mortuorum.*] τὸ *animas* suspicor esse glossema, & interpretamentum τῶν *genios*. Sic δαίμονας Græci dicunt. Hac de re Apulejus lib. de deo Socratis: *ut secundo signata species dæmonium sit, animus humanus exutus & liber stipendiis vitæ corpore suo abjuratis. Hunc vetere Latina lingua reperio Lemurem dictitatum. Ex hisce ergo Lemuribus, qui posterorum suorum curam sortitus, placato & quieto numine domum possidet: Lar dicitur familiaris: Qui vero propter adversa vitæ merita, nullis bonis sedibus in terra vagatione ceu quodam exilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, ceterum noxium malis, hunc plerique Larvam nuncupant.* Hos *animales deos* appellabant. Servius ad 111. Æneid. *Labeo in libris, qui appellantur de Diis, quibus origo animalis est, ait esse quædam sacra, quibus animæ humanæ vertantur in deos, qui appellantur animales, quod de animis fiant.*

124. *Et in numeris cœlitum formam sui generis obtinere.*] Ἐν τοῖς πάγκαι τῶν ἐφεστίων. Vel alludit Hellenismum.

Pag 125. *Etenim si hic atram, ille albam desiderat pellem: Huic capite velato, illi sacrificandum est nudo.*] Atræ enim Diis inferis; albæ superis hostiæ convenientiores erant. Præterea deos salutantes velato erant capite, ne qua hostilis & infausta facies occurreret, & omina turbaret; at Saturno sacrificantes, caput nudabant. &c.

125. *De matrimoniis ille consulitur,*] Etsi matrimoniis sui præsides erant, Apollinem tamen adibant, oraculum ejus scitaturi, ceteroſque vanos Apollinis sequaces consulebant. Porphyrius: ὃν δὲ ἡμεῖς ἐπιτηρέφομεν φιλόσοφον ἀφιξόμενον τῶν ἐκεῖσε, εἰπόντος φαμὲν ὧν δὲ ἕνεκα καὶ μαντεῖα, τούτων ἕκας μεμίλκειν ἀφίστασθαι, μηδὲ μάντεων δεήσεσθαι, μηδὲ σπλάγχνων ζώων, μον καθήσιν, ἵνα σὺν χάριτι τῷ μάντει ἐνοχλήσῃ: ἐπὶ δὲ εἰς χάριν εἰκότως, εἰ σὺν κλοπῆς, ἐς τ' ἄλλης σὺν ἀνθρώπους δοξοκοπίας. Apulejus Milesia 11. *Nam & Corinthi nunc apud nos passim Chaldæus quidam hospes miris totam civitatem responsis turbulentat, & arcana fatorum stipibus emerendis edicit: qui dies copulam nuptialem adfirmet: qui fundamenta mœnium perpetuet,* &c. Docet etiam Aristophanes non nisi consultis avibus contracta matrimonia. Sic enim apud eum Aves:

Ἐμοὶ δ' ὑμῖν Ἄμμων. Δελφοί. Δωδώνη. Φοῖβος Ἀπόλλων.
Ἐλθόντες δὲ πρῶτον ἐπ' ὄρνεις, ἔτω σὺς ἅπαντα πράττεσθε.

Πρὸς

Πρὸς τ' ἐμπορίαν, καὶ πρὸς βίοτε κτῆσιν, καὶ πρὸς γάμον ἀνδρός.

Hinc & M. Tullius libro de divinatione primo: *L. Flaccum flaminem ego audivi quum diceret, Caeciliam Metelli, quum vellet sororis suæ filiam in matrimonium collocare; exisse in quoddam sacellum ominis capiendi causa, quod fieri more veterum solebat.*

125. *Adeste, adestote Dii Penates.*] Servius ad VIII. Æneid. *Sic vocatur in precibus Tyberinus, Adesto Tyberine cum tuis undis.* Unde Dii *præsentes*, & propitii.

125. *Quibus uror, terreor.*] Corrigebat Gifanius, *torreor.*

125. *Aut si Curetas pro Laribus invocaro, quos indigetes Samothracios.*] Gloss. *Indigetes, κήρυκες.* *Aliter in edit. nostra.*

125. *In unius proloquii finibus convenit vos stare.*] Infra lib. v. *Imperfecta adhuc vox est, neque plena proloquii, circumscriptaque sententia.*

Pag. 126. *Trebiani quinimo dii sunt.*] Supra: *Piso deos esse credit novem in Sabinis apud Trebiam constituros.* Nihil igitur mutandum.

DESIDERII HERALDI AD ARNOBII Librum IV,

Animadverſiones, & caſtigationes.

Summa Libri.

DEBIT Arnobius ſuperſtitionem Gentium traducere, ejuſque vanitatem publicare. Agit igitur primum de virtutibus conſecratis, ceteriſque nominibus caſſis, quæ numina cenſebantur, & cultu religioſo adorabantur. Mirum tamen eſt hoc argumentum cum tractaret Arnobius, omiſiſſe cum obſervationem de vitiis ſacratis, & in cenſum deorum relatis: qua quidem re quid poterat dici non modo ſtultius, ſed etiam irreligioſius? Agit autem & de diverſis nominibus, quæ ab eventu aut officio appellata erant, ut de Præſtana, Patella, & ſimilibus. Tranſit deinde ad aliud caput de pluribus ejuſdem nominis numinibus: ut de tribus Iovibus, &c. Agit poſtea de deorum ortu & nativitate: & aliis præterea eorumdem flagitiis quæ non legebantur ſolum, ſed & in theatris recitabantur ac publicabantur: unde colligit contractam inde eſſe Deorum iram potius, quam è Chriſtianorum religione, quæ nihil flagitioſum habeat, nihil impium. Quare adjicit aliquid de iis quæ in conventibus ſuis fideles celebrabant.

Pag. 127. *Ceteraque hujuſmodi nomina, quibus aras videmus.*] Prava lectio. Nam ita appellat caſſa nomina abſque ulla ſubſtantia quod ipſe ſatis oſtendit paulo poſt, his verbis: *Nam ſi verba exiſtimantes hæc caſſa, & nullius ſubſtantiæ nomina.* Falluntur ergo, qui ſcribi volunt, *numina.*

)ESIDERII

R A L D I

AD

R N O B I I

Librum IV,

..berſiones, & caſtigationes.

SUMMA LIBRI.

...ERBIT Arnobius ſuperſtitionem ſe... tium traducere, ejuſque vanitatem pa... care. Agit igitur primum de virtutibus ſe... ſecratis, ceteriſque nominibus cauſſa qu... numina cenſebantur, & cultu religioſa... orabantur. Mirum tamen eſt hoc ag... mentum cum tractaret Arnobius, nec... cum obſervationem de vitiis ſacrorum, ita... irreligioſius? Agit autem & de diverſis... tu aut officio appellata erant, ut de Pud... ous. Tranſit deinde ad aliud caput, ſcil... numinibus: ut de tribus Jovibus, de... a & nativitate: & alius praterea colebat... bantur ſolum, ſed & in theatris recitabant... de collegit contrectabant inde eſſe Jovem... Chriſtianorum religione, quæ nihil... mpium. Quare adjecit aliquid de impi... s celebrabant.

... ſimodi nomina, quibus ea videnda ſ...
pellat caſſa nomina abſque ulla fabula...
: paulo poſt, his verbis: Nam ſi vel ea...
ea ſubſtantia nomina. Fallunturergo qui...

127. *An ita, ut aſſolet, dicis cauſa, ex eo quod optamus & volumus.*] Profecto verba iſta, *dicis cauſa*, heic videntur aliena & incommoda. Quare ſcribendum exiſtimo, *An ita, ut aſſolet dici, ex eo quod* &c. Nam *cauſa* videtur eſſe gloſſema, & horum verborum interpretamentum. *ex eo quod.* Plures autem horum nominum conſecrationis cauſæ à veteribus redditæ ſunt: nec aliena ea quam proponit B. Auguſtinus verbis Gentilium lib. IV. de Civit. Dei: *Quoniam ſciebant, nemini talia niſi aliquo Deo largiente concedi: quorum deorum nomina non inveniebant; earum rerum nominibus appellabant deos, quas ab iis ſentiebant dari*, &c. Videbant præterea pectus hominis quandoque cæca quadam & inuſitata vi concitari: unde motus illos divinos exiſtimabant. Hanc rationem tangit M. Tullius lib. II. de Nat. Deorum: *Tum autem res ipſa, in qua vis ineſt major aliqua ſic appellatur, ut ea ipſa vis nominetur deus, ut Fides, ut mens.* &c. δαίμονας & θεὸς Græci appellant. Sic φιλοπρίαν, καὶτὸν δαιμόνων appellat Euripides: & φιλέσειαν, θεῶν χρησμωτάτην. & ſimilia. *Aliter in edit. noſtra.*

127. *Niſi forte communem nobis eripitis ſenſum.*] Cui plurimum, imo pæne totum tribuebatis, quem plurimum Arnobius imitatur Lucretius: quippe Epicuri ſectator, qui ſenſuum cognitionem exiſtimabat omnium eſſe certiſſimam, & tutiſſimam. Lucretius libro primo:

Corpus enim per ſe communis dedicat eſſe
Senſus: quo niſi prima fides fundata valebit,
Haud erit, occultis de rebus quo referentes
Confirmare animi quidquam ratione queamus.

Pag. 128. *Ignavia pectoris.*] Ignaviam pectoris opponit virtuti: quam dixit appellari à vito, & eſſe viri propriam: quibus quidem verbis declaravit virtutis acceptionem primigeniam, & eam uſurpavit εἰδικῶς: cum tamen non ſola fortitudo, ſed & virtutes ceteræ conſecratæ ſint. Virtutem profecto veteres appellabant animi robur & conſtantiam in periculis bellicis, quod obſervat etiam Plutarchus in Coriolano: Unde Lucanus lib. VI.

Pronus ad omne nefas, & qui neſciret in armis
Quam magnum crimen virtus civilibus eſſet.

Virtutem dicit Lucanus fortitudinem, ἀνδρείαν. Sane *Virtutem* venerabantur Romani hujus rei proprie Deam, quam alias *Bellonam* appellabant. Lactantius libro primo: *Non minoris infamiæ judicanda ſunt publica illa ſacra, quorum alia ſunt Matris Deum, in quibus homines ſuis*

suis ipsi virilibus litant: Amputato enim sexu nec viros se, nec feminas faciunt: alia Virtutis, quam eandem Bellonam vocant: in quibus ipsi sacerdotes non alieno, sed suo cruore sacrificant.

Aliter in edit. nostra.

128. *Vt enim hæc accidunt, hominum quæ sunt posita in actionibus, affectibus fortuitis.*] Legendum, *ut enim hæc accidunt, hominumque sunt posita in actionibus, affectibus fortuitis*, &c. Id est, quemadmodum sunt hæc accidentia, quæ hominibus accidunt, & vel sunt posita & sita in hominum actionibus, ut iniquitas, ignavia pectoris, &c. vel in affectibus fortuitis, & rebus quæ fortuito contingunt; quales res sunt infelicitas, morbus &c. Ita benigniores qualitates, Æquitas. Felicitas &c. homini contingunt; ac postquam receptæ sunt ab eo, has suas proprias appellationes sortiuntur.

128. *Ex rerum ergo proventu, non ex vi naturæ dea ista est prodita.*] Id est, ἐκ συμβεβηκότος τῶν πραγμάτων. Sic *provenire* usurpabat supra libro secundo: *Nec citra ejus nutum quidquam potest in rebus vel provenire, vel cadere.*

128. *Et ipsa esse occæpit.*] Hæc lectio est è ms. Reg. Legebatur antea, *hoc cœpit.*

128. *Et ipsius nominis significantiam traxit.*] Lactantius libro quarto: *Quæcunque enim passus est, non fuerunt insania; sed habuerunt figuram, & significantiam magnam.*

128. *Præfacta & hæc ergo nunquam fuerant numina.*] Ms. Reg. habet *à te facta*, manifeste, pro *ante facta*. Legendum igitur, *Ante facta hæc ergo.*

128. *Pellendorum hostium dea potens Pellonia est.*] Bene *pellendorum*, potius quam depellendorum, quod ait B. Augustinus libro quarto de Civitate Dei. Aliud enim *pellere*; aliud *depellere*. Appellata igitur à pellendis in prœlio hostibus.

Pag. 129. *Aut in gratiam concessura est quorum.*] Id est, quibus gratiam & favorem suum accommodatura? Neque enim aliter explicari debet hæc phrasis. Nam ut *concedere* pro cedere accipiamus, æquum non est: quia de Pellonia heic agitur, non de Cedonia, ut ita ludam. Quare existimavi aliquando legendum, *aut in aciem concessura est quorum?* Nec me istius conjecturæ adhuc pœnitet.

129. *Cum Diomedis campi Romanis cadaveribus aggerati sunt.*] Vide Servium ad hæc VIII. Æneid. *Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem.*

129. D

159. *Dii lævi, & læva sinistrarum tantum regionum sunt præsides.*] Hæc est lectio vetus, pro quo suppositum fuerunt, *Dii lævi & læva*. Existimo *& læva* esse glossema imperfectum. Adnotarat fortasse aliquis *ad oram* libri sui illud Virgilii, *Numina læva sinunt*, &c. Unde textus auctus videtur. *Aliter in edit. nostra.*

129. *Quod quanam istud ratione dicatur.*] Digna phrasis quæ curiosum lectorem advertat. Abundat enim eleganter pronomen *istud*. Sic paulo post: *Quæ tamen hæc ipsa quæ læva appellamus, & dextera alia, in nobis nihil habent perpetuum.* Hellenismus est. B. Lucas Actor. III. ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς παρεδώκατε, καὶ ἠρνήσασθε αὐτόν.

Pag. 130. *Quas esse faustas, & prosperis semper cum ominibus ediderunt.*] Signate. Nam *prospera omina*, ut *bona omina*, ἀγαθὰ σημεῖα. Glossæ Philoxeni, *Prosperum*, αἴσιον. *Prospere*, διὰ τυχῶς, καὶ περαίτερον, αἰσίως, διὰ μέλλοντος, καὶ χαίρων. Et *prosperæ nomina* appellat Plinius, quæ Cicero *bona nomina*. *Cur publicis lustris*, inquit, *etiam nomina victimas ducentium prospera eligimus?* Festus: *Prospera quædam nomina usurpabant antiqui in e declinata, ut occurrerent fascino.* Hinc *prosper dies*, & *bonus dies*. Ovidius:

Prospera lux oritur: linguis animisque favete:
Sunt dicenda bono nunc bona verba die.

Nempe *prosperum* quod spem bonam suggerit, & proponit.

130. *Quid ergo si testa.*] Hæc lectio est è ms. Reg. Crudis autem laterculis caminos sæpius exædificabant, ut etiam ostendit Plinius: quandoque etiam testis, ut non temere hoc objiciat Arnobius. Nam tubulus, quo cingebatur ἡ ὀπή, id est, καπνὴ sive foramen per quod exibat & exhalabatur *fumus*, erat quandoque è testa: unde ὀπαίαν κεφαλίδα Græci appellabant. ἔστι δὲ αὕτη, ἡ πλὴν κάπνιλλον, φασὶν, ἔχουσα, inquit Eustathius. κεφαλὶς igitur sive quod è testa, sive quod è laterculis: Nam reapse parum est discriminis. Hinc igitur interpretor versus Pherecratis, quos profert Athenæus lib. VI.

Ὁ Ζεὺς δ' ὧν οὕτω καπνίᾳ, καὶ τὴ κεφαλῇ βαλανδιοῦ.
Ἀπὸ δὴ τῶν τεγῶν ὀχετὶ βοτρύων μεθ' ἁμετρήτων, καὶ νανίτων πλυτηρίων
Ὀχετδίσουσιν θερμῷ σοὶ ὕσιν.

κέφαλον heic accipio, non pro tegulis, qua tamen significatione frequentissime usurpatur: sed pro tubulo testaceo, ἀντὶ τοῦ ὀπαίας κεφαλί-

κεφαλὸν. Sic enim οἶνον καπνίαν non temere dicit facmicus: vini genus hoc nomine appellatum, & κάπνιον Ldens, qua vineum Iovis imbrem descensurum ajebat.

130. *Non luteis constructa est formis.*] Proprie. Undeparietes, quos describit Plinius.

130. *Per humani generis coquinas currit.*] Nonius: *Culina coquinam dixerunt.* Etsi quæ profert ibi exempla, arguerettur, scriptum ab eo *colinam*, non *coquinam*.

130. *Quibusnam lignorum generibus suis ardor in foculis exc* Plautus in Persa: *Nam jam intus ventris fumant focula.* Atarula: qua de re dicebamus antea.

Pag. 131. *Præguſtatoris fungitur atque experitur officio.*] Atqui proprium hoc officium. Aliàs præguſtatores, προγεῦσται appoſita jam edulia præguſtant; quæ conſuetudo à Perſaru alio poſtea traducta eſt. Heſychius: ἐδέατρον, προγεύσται λίως. Διμελητὴς δείπνου. Obſerva obiter poſtremam hanc pretationem. Ita profecto in hoc Phylarchi loco apud næum lib. IV. ubi de Laconum phiditiis, deque Cleomenis vration. καὶ πρόσταγμα ἀκ ἐγίνετο δι' ἐδεάτρου, τίς εἴσεισι, ἢ καθήσεται πρῶτος. ἀλλ' ὁ πρεσβύτατος ἡγεῖτο ἐπὶ τὰς κλίνας, εἰ μή τις προσκαλέσαιτο. Nam heic interpres errat non mediocquum ἐδιάτορον *vocatorem* interpretatur. Sed eum in errore pulit Artemidorus, ἐδεάτρους δὲ δειπνοκλήτορας ὀνομάσας, aitnæus eodem libro. Verum audire debuerat Athenæum ſcribentem eodem loco: νῦν δ' ὁ ἐδέατρος ἐπισάτης γέγονε Ἀθηνᾶς. Quod interpretamentum in congeriem ſuam Suidas. Ceterum neque poſtrema hæc verba, τίς εἴσεισι ἢ καθήσεται πρῶτος, bene accepit idem Dalecampius Athenæi pres. τίς εἴσεισι eſt, τίς προσκήσεται ἐπὶ τὰς κλίνας.

131. *Itane istud fœdum.*] Hæc eſt lectio vetus, pro qua, *istud fœdum.*

131. *Etiamne Persica.*] Martialis:

Hunc ego quum f. non puto perficere.

131. *Scrobem virginalem effodientibus maritis.*] Artemidorus II. cap. XXIV. ἄρρενοι δὲ, καὶ κάπετοι, καὶ κηλεοὶ, καὶ πάντα, ἐν οἷς ἔστιν ζεῖσαι, καὶ δοκιμάζεσθαι τὰ σπέρματα, γυναῖκα σημαίνει, καὶ τὸν βίον ἐκ τοῦ ὑπάρξιν.

Aliter in edit. nostra. 131. Etiamne Mutunus, cujus immanibus pudendis.] Lact

libro primo: *Et Mutunum, in cujus sinu pudendo nubentes præsident, ut illarum pudicitiam prior Deus delibasse videatur.*

131. *Quod si minime hos admovent ad intellectum veritatis res ipsæ.*] Hunc locum existimant esse luxatum & perturbatum: qui tamen habere optime videtur. Narrato enim pudendo matronarum flagitio: inequitantium fascino, & auspicium inde faustum ac prosperum captantium, addit; Quod si res ipsæ; id est, si tanta fœditas rerum quibus præsidere creduntur vestri sive Dii, sive Deæ: si, inquam, rerum ipsarum flagitia nihil vos movent: at moveant vos certe nominum absurditates & vanitates, quæ ab hominibus emunctæ naris tolerari nunquam poterunt. Profert deinde ridiculas numinum appellationes. *Aliter in edit. nostra.*

131. *Nodutis dicitur Deus, qui ad nodos perducit res fatas.*] Hic dicitur Nodotus Augustino. *Præfecerunt ergo Proserpinam frumentis germinantibus; geniculis nodisque culmorum deum Nodotum: involumentis folliculorum deam Volutinam.* Nodotus vel Nodutus ex diversa scribendi ratione.

131. *Ab erroribus viarum Dea Vpilia liberat.*] Corrigunt, *Vibilia.*

131. *Dicite ô quaso (ut ita vobis propitiæ faveant, Peta, Puta, Patella.*] Sic editio prima. At Fulvius Ursinus particulam *ut* exterminavit: quæ sane retinenda erat. Sic passim: veluti, *ut illum dii deæque senium perdant.* & similia observat diligentiss. Grammaticus Ælius Donatus, *ut* accipi his in locis, pro, *utinam.* Alias *ita* & *sic* frequentissime. Observavimus ad Martialem, formulam istam obtestationis, *sic valeas,* & Tertulliani carmen in hanc sententiam emendavimus. Emendemus obiter & Æmoinum; apud quem libro 11. de gestis Francorum, cap. XI. *Cui ille joco: ait dico, ô puer si valeas, qua nocte ad patriam reverti destinas?* Legendum: *Cui ille joco ait: Dic, ô puer, sic valeas: qua nocte &c.*

131. *Aut si exos humanum, velut quidam vermiculi nascerentur.*] Videtur abesse vox *genus*, quod observant alii, & latere in dictione ejusdem prope soni *velut.*

Pag. 132. *Qui est enim qui credat esse deos Lucrios.*] Hæc est lectio vetus, quam temere mutaverant. Nam *qui* pro *quis* sæpe apud istos scriptores. Cyprianus epist. XXV. lib. III. *Qui nunc votis, dilectissimi fratres, conscientia victricis vigor?* & alibi è Scriptura, *Tu qui es, qui judicas alienum servum?*

132. *Quis Libentinam, quis Burnum libidinum superesse tutelis.*] Hæc est *Aliter in Edit. nostra.*

est lectio vetus, quam alii aliter reformare conantur: Ego *Superesse* autem hoc modo antea observavimus. In proxi quentibus, *expeditur* est, pro experitur.

132. *Quis Limentinum, quis Lunam custodiam liminum g* Hæc est lectio vetus, pro qua substituunt, *quis Limam.* L est, *quis Ianem.* Tertull. de Idololatr. cap.xv. *Certi enim es mus, etiam ostiorum deos apud Romanos, Cardeam à cardinibus appe & Forculum à foribus, & Limentinum à limine, & ipsum Ianu nua.* Scripsit autem fortasse Arnobius *Ianem* antiquo scr modo. Tertull. Apolog. cap.x. *In qua Saturnus post mult as tiones, postque Attica hospitia consedit, exceptus à Iano, vel Iane, volunt.* Nisi etiam scripsit *Ianum.*

132. *Nec sine his esse flagitiosos ad lupanaria commeatus.*] P Lactantius lib. III. cap.xv. *Quid ergo interfuit, quo animo phil ad meretricem famosissimam commearet, cum eum populus & rivales derent omnibus perditis nequiores.* Proprie etiam *flagitiosos.* Cic *stupris vero & flagitiis nefarias ejus libidines commemorare pudore reor.* Hæc autem cum præcedentibus optime conveniunt. de transpositione quod suspicantur, vanum est.

132. *Qui Saturnum præsidem Latinis.*] Corrigunt, *præsid tionis.*

132. *Donare anulos aureos.*] Equestrem dignitatem. Et sa res erat:

Si quadringentis sex septem millia desunt,
Plebs eris.

De jure aureorum annulorum alia observatio est.

Pag. 133. *Securum per opulentias otium.*] Quietem cum r ubertate, ait Iul. Firmicus lib. v. Mathes cap.v. *Ante enim ho pus vitiosi erunt, epulones, & bibones: & qui posthabita omni rei fam cura, nihil aliud affectent, nisi Epicureorum more, sine laboribus in q & rerum ubertate vivere.*

133. *Si certas res esse, quibus præsint numina.*] Certe est in hoc loco difficultas non mediocris: nec eum esse existimo sa num. Sic igitur distinguendum puto: *Nec explicabitur ratio, c rebus omnibus divinæ præsideant curæ, si certas res esse, quibus præsim mina, & provideant dixeritis. Quid dicitis* &c.

133. *Quid dicitis, ô patres novarum religionum.*] Periodum inchoandam existimo, quod ostendebam modo. Sed nec seq

tia videntur satis sana. Nam quorsum eos patres appellat novarum religionum? An quia nova Diis nomina imposuerant, aut nova numina creaverant? frigida, opinor, suspicio. Ridet eos potius Arnobius, & aceto suo urit: titulisque, quibus gloriabantur, ornat eos; simulque quam inaniter tam magnifica elogia arrogarent, rebus ipsis, quibus nitebantur, propositis, ostendit. Existimarim igitur legi posse. *Quid dicitis, ô patres magnarum religionum, atque potestatum? Ergone à nobis deos violari, & negligi sacrilege clamitatis, quiritaminique contemni! Lateranum* (Sic enim MS. Reg.) *genium focorum? Limentinum præsidem liminum? Pertundam, Persicam, Noduterensem?* Patres dicit *magnarum religionum atque potestatum*, id est, antistites, ut pluribus ostendimus ad Tertullianum. Sic in lapidibus: PATER. ET. HIEROCERYX. DEI. SANCTI. INVICTI. MITHRÆ. & similia. Pro *obscœne* reposui,, *ergone*. Non quod vocem illam non accommodatam existimem: sed quod necessariam istam credam, & Arnobiano stilo convenientissimam. Infra lib. v. *Quid ô theologi dicitis? quid supernarum antistites potestatum? Ergone Deum mater diluvii tempore nulla fuit in parte natura?*

133. *Quia non supplices humi procumbimus, atque Tutuno.*] Hæc est lectio vetus. Corrigebant, *quia non supplices Mutuno procumbimus* &c.

133. *Si invocati ab aruspicibus parent,*] Iul. Firmicus lib. 11. Mathes. cap. ultimo: *Hæc ratio & aruspices turbat: Quodcunque enim ab iis invocatum fuerit, quia minoris est potestatis, quæ est in Imperatore, non poterit explicare substantiam.*

Pag. 134. *Eandem tamen facietis fidem.*] Hæc est lectio vetus, pro qua alii, *nunquam tamen*. Placet Merceri conjectura, *tandem tamen facietis* &c. Suspicabar *eamne t.* &c? *Aliter in edit. nostra.*

134. *Nonne accidere (fieri licet actu dissimuletis) potest.*] Hic locus vitiatus est. Legendum igitur, *Nonne accidere, fieri* (*Licet* &c.) Vel delenda verba ista *fieri actu*. Sic enim existimo interpretatum esse aliquem *accidere*.

134. *Si magi haruspicum fratres suis in actionibus memorant antitheos sæpius obrepere pro actis.*] Hæc est lectio vetus; unde efficiebam, *pro accitis*: quam conjecturam & aliis in mentem venisse video. Hac autem de magorum potestate dicimus ad Tertulliani Apologeticum plura, & minus nota.

134. *Quisnam iste est unus, interrogabit.*] Reponi volunt, *interrogabitis*. Probum fortasse *interrogabit*, ut *inquit*: de quo dicebamus ad librum primum. Suspicari etiam possit aliquis distinguendum, *quisnam iste est, unus interrogabit*. Sed præterquam quod hæc sunt parum Arnobiana, falsam insuper esse hanc suspicionem arguunt præcedentia.

134. *Omnesque illos alios qui in interioribus viderunt & cognoverunt hec artibus.*] Interiores artes appellat, quas alibi *arcanas* & *secretas*. Supra lib. II. *Quid illi sibi volunt secretarum artium ritus, quibus assa-minis nescio quas potestates?*

134. *In quo risum tenere non possunt, non tantum pueruli & procaces.*] In MS. Reg. *puericuli*. Unde suspicantur nonnulli, *pueri ridiculi*. Vulgata lectio servari potest, ut ita significet Arnobius vernularum dicacitatem, & procacitatem. Ac fuisse pusiones dicaces, eosque sæpius ex Alexandria, in deliciis veterum, notum satis est. Papinius:

Non ego mercatu Pharia de puppe procaces
Delicias, doctumve sui convitia Nili
Infantem; linguaque simul, salibusque protervum.

Hic est ἀλεξανδρεωλικὸς ἀνθρώπισκος, de quo Lucianus aurea dissertatione de iis qui ἀπὶ μισθῷ circa magnates sunt.

134. *Verum etiam serii, atque in mores tetrica asperitate durati.*] Hanc lectionem temere mutare nolim: non si certior MS. alicujus auctoritas intercedat. Nam quam adferunt è cod. suo, de ea viderint. Mores appellat Arnobius confirmatum, & ἐσκεχρωσμένους ἤθεσι, Græcorum philosophorum more: qui ἤθος ita usurpant simpliciter. Plutarchus dissertatione de signis progressus in philosophia: καὶ πρὸς ὅλῳ ἢ τῶν τῷ φιλοσοφίαν πεπιθῶσιν, ἄγρις ἂν κατασχόντα ὑγιεινὴ ἡ κρίσις λαβοῦσα τοῖς ἤθεσι ἐμπεῖν καὶ μέγεθος διαμφίσβητον ἄξηται &c. Tales autem sunt, quos describit Iul. Firmicus lib. VIII. Mathes. cap. XV. *Quicunque hoc oriente sidere nati fuerint, graves erunt, austeri, & omni severitatis atrocitate metuendi; ac vultum semper ex morum integritate fingentes, qui etiam Stoicam sectam vero sequatur affectu. Tales enim apud veteres fuerunt Catones.*

Pag. 135. *Et puerilium disciplinarum recordatione composita.*] Hæc est lectio vetus, pro qua temere Gelenius, *sepositæ*. Melius *consopitæ*. Sed & lectio explicari potest, ut sit *compositæ*, quasi *pulsæ*. Nam *componere* τὰς νεκρὰς proprie. *Omnes composui, felices*

135. *Se*

135. *Secundum Regina & Hyperione proditus genitore.*] Ms. Reg. habet, *secundus aque Iovis filius, & Hyperiona proditus genitrice.* Infra: *Ex Hyperiona, inquit, matre, & Iove Jaculatore fulminis, Sol aurem & flagrantissimus natus est.*

135. *Cujus nomen Ægyptiagens horret, & reveretur expromere.*] Sic exprimit magnam & pavidam religionem. Virgilius:

Horrendum silvis, & religione parentum.

Argi *interemptor*, ἀργαφόντης.

Pag. 136. *Et quæ Corypalantem occidit patrem.*] Videntur priores syllabæ è præcedentibus, ubi Coryphasiam Minervam nominat, huc transsilatæ; ut legendum simpliciter sit, *quæ Pallantem* &c.

136. *Ac ne longum videatur & nimium, minutatim velle capita ire per singula.*] Hæc lectio est è MS. Reg. Antea legebatur, *& nimium minutum.* Vox est Lucretiana *minutatim.*

136. *Cupidinum trigas, & quadrigas Apollinarium nominum.*] τριάδας καὶ τετράδας: quo de loquendi genere plura observata olim à Cujacio & Scaligero, & nuper ab Isaaco Casaubono ad Vopiscū.

136. *Fingite nos enim vel auctoritate ideo motos.*] Corrigunt, *idonea.* *Aliter in edit. nostra.*

136. *Minervam verbi causa.*] Lucretius:

Atque animam, verbi causa, quum dicere pergam,
Mortalem esse docens.

136. *Aggredimurque aris flammantibus sua reddere constituta.*] Proprium verbum. Virgilius:

Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

Sic *reddere tura, reddere vina,* & similia.

136. *Imo, inquiet quarta.*] Error manifestarius pro *quinta*, ut monuit Theod. Canterus.

136. *Quæ marita & puerpera toties castitatis pure imminuta es sanctitate.*] Hæc dicuntur expressissime, κατὰ ἐμφατικώτατα. *Castitatem puram* appellat virginitatem. Nam ita pura & integra virgo, ac casta, quæ Veneris opera non novit. Infra lib. VII. *Quia sit pura virginitatis intacte.* Et *imminuere virginitatem* proprium; Id est, integritatem illam temerare. Plautus. *Neque pudicitiam meam mihi alius imminuit quisquam.* Recte præterea *castitatis sanctitas.* Nam castitas & virginitas sancta & inviolata etiam apud hostes moderatos. Quare Scipio apud Tit. Livium: ubi grande continentiæ exemplum posteris tradit; virginis captivæ, quæ adducebatur, integri-

cegritate ne oculis delibata: *Mea, Populique Romani, inqu*
facerem, ne quid quod ſanctum uſquam eſſet, apud vos violaretur.
id curem impenſius, veſtra quoque virtus dignitasque facit.

Pag. 137. *Aut illam, quæ tertia eſt, cenſuram patientiæ nome*
ſcribunt, *ceſſuram patienter nomen.* In ſequentibus pro,.
Si verum &c. *uſurpare Sai, cum* &c.

137. *Ex capite conceptos filios procreat?*] Nihil mutandu
enim quærit, an Iupiter capite concipiat filios & procree
igitur ſunt, quæ proponuntur cetera.

Pag. 138. *Aut vindicias juſtas dare.*] Aſconius: *Vindiciar*
quum litigatur de ea re apud Prætorem, cujus dubium eſt quis e
poſſeſſor.

138. *Aut ſacramenta pronunciare non juſta.*] Varro: *Ea*
quæ in judicium venit in litibus, ſacramentum à ſacro. Qui petet
inficiabatur, de aliis rebus uterque quingentos æris ad Pontifices
bant; de aliis rebus item certo alio numero aſſium. Qui judici
ſuum ſacramentum à ſacro auferebat: Victi ad ærarium redibat. A
tur defenſorem ſponſione laceſſebat: ut, aut debitum f
aut reſtipularetur. Mos eſt antiquiſſimus. Ariſtophanes

Τί δῆτά σοι λίμνη' ἀπηχάψω τῇ δίκῃ,
Εἰ ἄνγε ἀλλῶς; Πε. ὅ, τι σοι δοκεῖ.

Sed hic locus de ſimplici ſponſione intelligi poteſt. A
bitorem in jus vocabat, πευτανεῖα, id eſt, ſacramenta
ἢ, eademque eum adigebat. Ariſtophanes in Nubibus:

Παῖ χάριν ὄμνυσι, οἷς ὀφείλων τυγχάνω,
Θεὶς μοι πευτανεῖ', ἀπολεῖν με φησὶ καὶ ξολεῖν.

Heit Scholiaſtes pluribus: τὰς δεκάδας τῶν χρεῶν καταβά
πευτανεύουσιν, εἰσῆγον σὺν χρεωστοῦσι πευτανεῖα ἢ τὰ νῦν καλ
ἐν Ῥωμαίοις ἀπόξουλαι. Poſtea: ἦν ἢ δραχμὴ ὀλίγου λ, ὅπερ κατ
ἁλισκόμενοι ἀμφότεροι, ὁ φεύγων, καὶ ὁ διώκων.

138. *Nonne potius ibit domum.*] Ut ille apud Plautun
ro in Amphitruone:

Vos inter vos partite: ego abeo: mihi negotium eſt.

Pag. 139. *Convincere id quod in medio poſitum eſt.*] Id e
publicatum eſt, ut loquebatur modo. Lucretius lib. v.

Et celata diu in medium peccata dediſſe.

Sic Græci. Heraclitus apud Plutarchum alicubi: ἀμαθὲς
ἐκκάμινον, δεῖ' εἰς μέσον ληθέναι καὶ θεραπεύειν. Sic εἰς μέσον

μέσον ἕλκουσιν, & similia, Origenes contra Celsum lib. III. Καὶ πῶς ἂν ἡμῖν μάλιστα καλὰ ἐξ θεῶν πάντα πολιτεύηται ἐν τῇ πρὸς τὸ κοινὸν ἀγαθὸν ἀφορᾶν εἰς μέσον, ὅτι εὐπορεῖται σωστῶν ἀκροατῶν. Dio Chryſoſtomus de regno ſermone IV. ὁ δὲ, ἀποκαλύπτει, καὶ εἰς τὸ μέσον αὐτὸν ἕλκει.

139. *Nullum aliquando mortalium, nullum eſſe de Diis quidquam.*] Hæc eſt lectio vetus, pro qua Gelenius, *meminiſſe de Diis* &c. Sed Romana lectio reperitur etiam in MS. Reg. ut facile mihi perſuadeam eſſe altius heic vulnus ab ignorantia impreſſum. Et fortaſſe uſus erat verbo minus uſitato Arnobius: unde tota mali labes. Quodnam autem id fuerit, non eſt facile divinare. Suſpicabar tamen ſcriptum, *nullum aliquando mortalium intimaſſe de dis quidquam*, id eſt, φανερῶσαι, γνωρίσαι. *Aliter in edit. noſtra.*

139. *Id libidinis & falſitatis arguere.*] Reſcribunt nonnulli, *libidinoſæ falſitatis.* quomodo ſupra dixit *libidinoſam fictionem.* Nolim quidquam temere mutare. Sic igitur ſignificat Arnobius fictionem, quæ à poetarum libidine & lubentia profecta eſt: quia ſcilicet libitum iis eſt ea fingere & comminiſci, quæ poſtea miſerunt in literas.

Pag. 140. *Atque in conjugalia fœdera conditionibus veniunt ante quæſitis.*] Sic paſſim apud Iuriſconſultos, & alios. Unde formula, *Conditione tua non utor.* Hinc apud Q. Curtium lib. IV. ubi Darius filiam Alexandro offert in matrimonium, & pro dote quidquid inter Helleſpontum & Euphratem jacet, Parmenio, *Optimum*, ait, *regnum occupari poſſe conditione, non bello.*

140. *Vſu, farre, coemtione.*] Uxoris uſucapio, & uſurpatio ſatis nota. Hanc proponit primo loco Arnobius. De confarreatione Cornelius Tacitus, & alii.

140. *Coemtione.*] Servius ad lib. XI. Æneid. *Alii matronas, virgines nobiles dicunt: matresfamilias vero illas, quæ in matrimonium per coemtionem convenerunt. Nam per quandam juris ſolemnitatem in familiam migrant mariti.* Pleniſſime ad hæc verba IV. Æneid. *Liceat Phrygio ſervire marito, Dotalisque tua Tyrios permittere dextræ. Quidam*, inquit, *ſervire dubitant utrum Didonem, an Thurios dixerit. Sane heic coemtionis ſpeciem tangit. Coemtio enim eſt, ubi libra atq; as adhibetur; & mulier atq; vir in ſe quaſi emtionem faciunt, quod ante jam in primo Georgicorum, Teque tibi generum Thetys emat omnibus undis. Quoniam coemtione facta, mulier in poteſtatem viri cedit, atque ita ſuſtinet liberis conditionem liberis ſervitutis* (fortaſſe, *veluti conditionem libera ſervitutis*) *Ait enim,*

enim, liciat Phrygio servire marito. & in lib. 1. Georg. Tibi servia Thule: quoque omnis iste mos coemptionis, & citra nominis nuncup. dotis date taxatione expediretur, quæres in manum conventio dicit junxit, Dotalesque tuæ Tyrios permittere dextræ. Quid est enim permittere dextræ, quam in manum convenire? quæ conventio co ficitur, ut aqua & igni adhibitis, duobus maximis elementis, matr. juncta habeatur; quæ res ad ferreatas nuptias pertinet, quibus fl. & flaminicam jure Pontificio necesse est in matrimonium convenire.

140. *Genialis lecti sacramenta conducunt.*] Prædictæ enim lemnitates ad fœdus conjugale sanciendum & affirmandi hibebantur: quare *genialis lecti sacramenta* dicit. Ea igitur veluti mystica quædam signa, & præterea quasi mutuæ fid vincula. Pro *conducunt*, legunt nonnulli *condicunt*.

140. *Habent speratas.*] Plautus in Pœnulo: *Sperate salve.* Nonium.

143. *Habent pactas.*] Virgilius:

Quid socios legere, & gremiis abducere pactas?

Plautus in Trinummo:

Hæc tibi pacta est Callicli filia.

140. *Habent interpositis stipulationibus sponsas.*] Plautus in culione:

Spondesne miles mihi hanc uxorem? M. Spondeo.

In Trinummo, scena, *Minus quindecim dies.*

Sine dote posco tuam sororem filio,

Quæres bene vortat. Habeone pactam? Quid taces?

Ph. Quin fabulare, Dii bene vortant, Spondeo.

Postea:

Nunc tuam sororem filio posco meo,

Quæres bene vortat. Quid? nunc etiam consulis?

L. Quid istuc? Quando ita vis, Di bene vortant, spondeo.

Habes heic plenam stipulationem, & interposita stipul sponsionem.

140. *Et festas habuisse frequentias dicitis.*] Lucanus libro 11

Pignora nulla domus: nulli coiere propinqui.

Iunguntur taciti, contentique auspice Bruto.

Vocantur igitur propinqui & amici, quo sit res testatior. cet Demosthenes contra Onetorem: μὴ γὰρ ὅτι πρὸς τὸν πατέ

ἀλ' ἐδὲ περὶ ἄλλου, ἀδ' ἂν εἰς ἀδίνα τοιοῦτον σωάπαγμα πιέμλω & ἀμαετύρεως ἂν ἴπαξιν: ἀλλὰ τῶν τοιούτων ἕνεκα ἢ γάμως ποιοῦμλω: καὶ σὺ ἀναγκαιοπάτης πφακαλῶμλω, ὅπι ἐ πάρεργον, ἀλ' ἀδελφῶν ἢ γυναικῶν βίως ἐγχειρίζομλω, ὑπὲρ ὧν τὰς ἀσφαλείας μάλιτα σκοπῦμλω.

140. *Et quod participes fesceninorum non essent.*] Lucanus Lib. II.

Non soliti lusere sales: non more Sabino
Excepit tristis convitia festa maritus.

140. *Et ex alieni uberis alimonia mox traditam retinuisse vitam.*] Varro apud Nonium: *Habens antepositam alimoniam: sedens altus alieno sumtu.* Lactantius quoque scriptor disertissimus hac voce usus est, lib. VII. cap. IV. *Mundus igitur à Deo factus est, non utique propter ipsum mundum: neque enim aut calore Solis, aut Lunæ lumine, aut aspiratione ventorum, aut humore imbrium, cum sensu careat, indiget.* Et cap. V. *Ut ubertate frugum & herbarum, viventium pro natura & usu, cuique generi alimoniam administraret.*

140. *Tonans, fulgens, & fulminans, & nubila terribilia conducens.*] βροντητὴς, ἀστεροπητὴς, ἀστραπὴς, νεφελεγερέτης.

Pag. 141. *Et vocibus delinitus infractis.*] Habet à Lucretio:

Nec crepitacula eis opus sunt; nec cuiquam adhibenda est
Alma nutricis blanda, atque infracta loquela.

Nempe cum balbutientibus pusionibus blandulæ nutrices ita balbutiunt. Nam infracta proprie parvulorum loquela. Minutius Felix: *Et quod est in liberis amabilius, adhuc annis innocentibus, & adhuc dimidiata verba tentantibus, loquelam ipso offensantis linguæ fragmine dulciorem.* B. Hieronymus ad Salvinam, de servanda viduitate: *Garrula atque balbutiens, lingua offensione fit dulcior.*

141. *Nec contenti hos cœtus gravitati attribuisse Saturniæ.*] Lucretius lib. II.

Nec sic interimit mors res, ut materiai
Corpora conficiat; sed cœtum dissupat ollis.

141. *Et gestator affabilium colubrarum.*] Lucilius:

Iam disrumpetur medius tam ut marsus' colubras
Disrumpit cantu, venas cum extenderit omnes.

141. *Et in femineos appetitus inflammati pectoris incaluisse fervore.*] Observabant veteres Critici ad illud primæ Ulyxeæ, ubi Minerva,

Ἀλλά μοι ἀμφ' Ὀδυσῆι δαίφρονι δαίετον ἦτορ,

δαίετον esse μεριζέτην. τὸ ἢ αἰτῶν, καίετον μοι τὸ ἦτορ, ἀνοίκειον τῇ Ἀθηνᾷ dicebant, ἐρωτικῷ & τὸ πρόσωπον ὁ τοιοῦτος λόγος ἐστί.

141. *Et ulnarum nivei marmoreique candores.*] Λευκώλενος Ἥρη. Expressit igitur Homericum epithetum.

141. *Amiculis.*] Sic Græci ἑωμιλίας dicunt, easque ab uxore legitima separant. Plutarchus in Antonio: Ὀκταβίαν μὲν γὰρ πεγγμάτων ἕνεκα δεῖ τὸν ἀδελφὸν σωτελθεῖν, καὶ τὸ τῆ γαμετῆς ὄνομα καρπώσθαι. Κλεοπάτραν δὲ τοσούτων ἀνθρώπων βασιλεύσαν, ἑωμιλίαν Ἀντωνίῳ καλεῖσθαι. Sic Diogenes Laërtius Lamiam Demetrii Phalerei ἑωμιλίαν fuisse ait, id est amicam, & concubinam, Cononis autem sororem, uxorem. Locus est depravatissimus, πολλὰ δὲ καλλιτεχνήσαντα τῇ πατρίδι ἐπολιτεύσατο. καὶ γὰρ περιόδοις καὶ κατασκευαῖς ἤυξησε τὴν πόλιν, καίπερ οὐκ εὐγνώμων ὤν. ἦν γὰρ ἐκ τῆς Κόνωνος οἰκίας (ὡς Φαβωρῖνος ἐν πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων φησίν) ἀλλ' οὐκ εὐγνώμει. σεσώκει Λαμίᾳ τὴν ἑωμιλίαν (καθάπερ ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρώτῳ φησὶν) ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Κλείνου πεπυσθαι ἐν τῷ δευτέρῳ ἱστορεῖ. Nemo adeo cæcus est, quin pervideat, membra heic quædam esse distorta, & luxata. Nec interpretem tamen remorari potuerunt. Locum si non omnino sanabimus, certe juvabimus & sublevabimus. Sic igitur eum constituisse existimo. Πολλὰ δὲ καλλιτεχνήσαντα ἐπολιτεύσατο. καὶ γὰρ περιόδοις καὶ κατασκευαῖς ἤυξησε τὴν πόλιν, καίπερ οὐκ εὐγνώμων ὤν τῇ πατρίδι. ἀλλ' οὐκ εὐγνώμει σεσώκει. ἦν γὰρ ἐκ τῆς Κόνωνος οἰκίας, ὡς Φαβωρῖνος ἐν πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων φησίν. Λαμίᾳ δ' ἦν ἑωμιλίᾳ, καθάπερ ὁ αὐτὸς ἐν τῷ δευτέρῳ ἱστορεῖ. Id est: *Multa & preclara in Reip. administratione gessit: & urbem reditibus, atque ædificiis auxit, quamvis patria nobili non esset. Sed civem & nobilem uxorem duxerat: erat enim è Cononis domo: ut Phavorinus ait libro primo* ἀπομνημονευμάτων. *Lamia autem ejus amica erat, ut idem docet libro secundo.* Hæc sigillatim discutienda quæremus postea quid faciendum sit verbis illis, quæ supersunt Detraxi igitur τῇ πατρίδι: quod videbatur alieno loco positum Nam quæ sequitur ratio, rem non de Demetrii patria, sed de A thenis ipsis intelligendam satis aperte ostendere videtur. Pote tamen quomodocumque defendi vulgata lectio: ut inde ostend tur ipsi patriæ optime consuluisse: quia in Reip. Athenienſis a ministratione laudem & honorem consequutus est. Hæc sente tia si cui probabitur, is vulgatam lectionem retineat. Sed in quentibus peccata sunt sane gravissima: quæ tamen à nobis, r gnam certe partem, sublata existimo. Prior lectio Demetri εὐγνώμων negabat, quod ex Cononis familia esset, quod est absur simum. Hinc enim res plane contraria efficitur. falsum etiar

De

Demetrium ex illa gente fuisse. præterea quæ sequuntur verba morbum suum manifeste indicant. Ergo uxor Demetrii ἀσπὶς ἦν ἰνδρὸς, ἣν γὰρ ἐκ τῆ κόνων & οἰκίας. Sic & nostrates loquuntur. Ita Μακεδόνων οἰκίαν dicit Polybius lib. 11. σαφῶς ἡ γυναῖκων οἰκείας Δημητρίε ἐς αὐτὸς σὺς τὴν Μακεδόνων οἰκείαν. Addit Diogenes, Lamiam non uxorem, sed amicam Demetrii fuisse, ἑταίρων. Sed quid faciemus verbis, quæ supersunt? ἀλλὰ ἡ ὑπὸ κλέων & πεπονθέναι. Dicam quod Arnobio solemne: nescio. Nisi exsectrandi flagitii Demetrium notat Diogenes, quo ab crimine eum non fuisse vacuum docet etiam Suidas. si hoc ita est, legerim. Λαμία δ' ἦν ἑταιρικὴ, καθάπερ ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρώτῳ φησίν. ἀλλὰ ἡ ὑπὸ Κλέων & πεπονθέναι ἐν τῷ δευτέρῳ ἱστορεῖ.

141. *Vt bacchari adolescentes solent.*] Optima lectio. Nam *vagari* quod reponi volunt, nihil heic necessarium. Est enim *bacchari* hoc loco, cum lascivia quadam & petulantia vagari, & lasciviam suam spargere. Lampridius in Commodo: *In palatio per convivia & balneas bacchabatur.* In Vero: *Atque intantum vitiorum Cajanorum & Neronianorum, ac Vitellianorum fuisse æmulum, ut vagaretur nocte per tabernas ac lupanaria.* Testatur Clariss. Casaubonus scriptum esse in cod. Reg. *ut baccharetur.* Idem in eadem vita: *Villam præterea exstruxit in via Claudia famosissimam, in qua per multos dies & ipse ingenti luxuria debacchatus est cum libertis suis &c.* Quod *bacchari* locis præcedentibus, id *volitare* dicit alibi, in Commodo. *Vesperæ etiam per tabernas ac lupanaria volitavit.* Sed *bacchari* est expressius. Lucretius quoque hoc verbum usurpat pro proterve vagari ac discurrere, & quasi vitulari. lib. v.

Quare etiam atque etiam maternum nomen adepta
Terra tenet merito: quoniam genus ipsa creavit
Humanum, atque animal prope certo tempore fudit
Omne, quod in magnis bacchatur montibus passim,
Aëriasque simul volucres variantibus formis.

Pag. 142. *Quos in aliena comprehenderint fœdera genialis se lectuli expugnatione jecisse.*] His verbis causa proponitur pœnarum in adulteros propositarum: nempe quia aliena fœdera, quæ sunt summa religione sancita, violant & remerant. Legislatores in condendis legibus societatis humanæ rationem habuerunt, & providere voluerunt, ne illius jura infringerentur, ac corrumperentur. Hinc igitur in adulteros pœnæ statutæ: quoniam gravissima

...s Herald. Animad.
...ves marmoraque candores.] Ἀδαμάντιον
...tricum epitheton.
...ic Græci ἰμπυρίας dicunt, easque damn
...tarchus in Antonio: Ὀκταβίαν μὲν γὰρ
...λλεῖν συνῳκῆσθαι, ἣ τὸν μὲν τῆς ἐμπυρ
...ίαν ἐπιφέρων Βασιλίσσης, ἐμπυρίαν Λαμ
...es Lucretius Lamiam Demetrii Phalerei
...amicam, & concubinam, Cononis autem
...ocus est depravatissimus, καὶ ἡ κόνων ἡ
...ὲ ἡ πρώτης ἑταίρας ἦν ἡ Λαμία (ὡς Φαβίων & τὸν
...ν ἐκ Κόνων & οἰκίας (ὡς Φαβίων & τὸν
...ον θρεπτὸν) ἀλλ' αὐτὴ & ἑταίρα. ἐπιφέρει Λαμ
...τὸν ἐν τῷ πρώτῳ φησὶ) ἀλλὰ ἡ ὑπὸ Κλέων
...ησεῖ. Nemo adeo cæcus est, quin perspiciat esse distorta, & luxata. Nec imm
...potuerunt. Locum si non omnino sana
...s & sublevabimus. Sic igitur eum constitu
...ὰ ἡ ἐκ κόνων ἐπιτιμᾶται. ἣ γὰρ πρώτη
...τλα, ταύτην μὲν ὑπῆρξε καὶ τῆς ἐμπυρ
...ῆς ἐκ τῆ Κόνων οἰκίας, καθάπερ Φαβίων & πάντ
...Λαμία δ' ἦν ἑταίρα, καθάπερ ὁ αὐτὸς ἐν
...: *Multa & præclara in Reip. administratione*
...atque ædificia auxit, quam ex patria nobilem
...uxorem duxerat: erat enim è Conona dem
...δημοτικῶν μάντων. *Lamia autem qui s*
...*bro secundo.* Hæc sigillatim discutiendo
...iciendum sit verbis illis, quæ superiu
...quod videbatur alieno loco posita
...rem non de Demetrii patria, sed de la
...satis aperte ostendere videtur. Post
...fendi vulgata lectio: ut inde ostendi
...luisse: quia in Reip. Atheniensis ad
...norem consequutus est. Hæc sententi
...lgatam lectionem retineat. Sed ma
...e gravissima: quæ tamen à nobis, m
...a existimo. Prior lectio Demetrium
...ionis familia esset, quod est absurd
...e contraria efficitur. falsum enim d
Dem

sima & fœdissima injuria alios lædunt; contrectantque rem alienam, unde μοιχλοπᾶν dictum: nec solum rem alienam, sed sacram & religioso fœdere sancitam. Nuptiarum enim cerimoniæ & solemnia justa nota sunt. Quare ait Philo in explicatione Decalogi, eum, cujus uxor se corrumpi sinit, καθαπτύεσθαι τὰς ἀλλοτρίους γάμους. & alibi, adulteros ait τὰς ἀλλοτρίας συνοικίας παλιμφήμως ἐπεργάζεσθαι. Hinc igitur *sacrilegi nuptiarum* appellantur à Constantino adulteri, l. xxx. ad leg. Iul. de adult & stupr. At cum vilibus feminis & publicanis meretricibus consuetudo fuit impunita: cujus rei ratio est, quod neminem proprie lædi existimarent. Plautus in Curculione:

----- *Nemo heic prohibet, nec vetat,*
Quin quod palam est venale, si argentum est, emas.
Nemo ire quenquam publica prohibet via,
Dum ne per fundum septum faciat semitam.
Dum te abstineas nupta, vidua, virgine,
Iuventute, pueris liberis, ama quod lubet.

Ergo, modo corporibus alienis & liberis abstinerent, libidinem suam passim effundere poterant sine ulio infamiæ metu. Quare Sossiani, qui ancillas compresserat, *opinionem gravatam potius, quam infamia afflictam* Diocletianus & Maximianus Impp. rescripserunt. Quam igitur cæca sit prudentia humana vel hinc manifestum.

142. *Genialis lectuli expugnatione.*] B. Cyprianus: *Ille matrimonii expugnator alieni.* Zeno Veronensis sermone de patientia: *Vetum tamen in ipso fructu suo, quo expugnati pudoris alieni labe gaudere consuevit, semper infelix est.* Nec temere *genialis tori* violari significat & ipsum γαμήλιον θεόν. Apulejus Milesi. 11. *Et à nexu quidem Venereo hospitis tuæ tempera, & probi Milonis genialem torum religiosus suspice.*

142. *Subsessoris & adulteri persona, cujus esset turpitudinis, nota cujus, regum maximus nesciebat.*] De *subsessore* notant alii. *Nota* autem in Glossario, ψόγος, σκῶμμα. Sic passim in Iurisconsultorum libris. Colligas autem è quibusdam scriptorum locis notas τοῖς ἀτίμοις appositas, quibus eorum ignominia insignior esset. Tit. Livius lib. xxxix. *Patrum memoria institutum fertur, ut Censores motis Senatu adscriberent notas. Catonis & aliæ quidem acerbæ orationes exstant in eos, quos aut Senatorio loco movit, aut quibus equos ademit.* Nempe quia in albo ordinum, aut tribuum notabantur: quod *notam affligere* dicit

cit Macrobius lib. VII. Saturnal. *Vel cui notâ quondam afflicta cenſoria eſt.* Contra *demebantur* iis notæ, qui liberabantur infamia. Suetonius in Claudio: *Et cum orantibus familiaribus demiſſet cuidam appoſitam notam, Litura tamen, inquit, exſtet.* Sic & *allevari* dicebantur. Cornelius Tacitus lib. I. Hiſtor. *Redditi pleriſque ordines; remiſſa ignominia: allevata nota.* Sic *ignominia levare* dicit M. Tullius. *Notas* iſtas κηλῖδας interpretatur Herodianus lib. VI. *τιμὰς τῆς δόξης μεγίστας ὑπῆρχεν, τιμωρίας τῆς κηλῖδας πάσας ἀνῄρει.* *Maculas* etiam Latini dicunt.

142. *Et tolerari forſitan maletractatio hac poſſet.*] Infra: *Immunes tamen ab deorum maletractatione nec ſic eſtis.*

142. *Et adultera vobis immortalium conſtitueretur dearum.*] Separari hæc volueram, *& adulter à vobis.*

Pag. 143. *Numquid pulſum à nobis ſenem.*] Corrigunt, *à Iove.* optime. Nam, quod etiam bene obſervant, ſcriptum fuerat à librariis, *à Iobe.*

149. *Sicut canit Bœotius Pindarus.*] III. Pythionica. Hæc autem non tam à Pindaro acceperant veteres patres, qui hanc obſervationem paſſim inculcant, quam à Platone, qui hoc nomine Pindarum perſtringit libro de Republica tertio.

143. *Numquid furem Mercurium publicavimus?*] Id eſt, *publice declaravimus, nec ejus famæ pepercimus.* Infra hoc eodem libro: *diſſolvere theatra hæc potius, in quibus infamiæ numinum propudioſis quotidie publicantur in fabulis.* Tertull. adverſus Iudæos, cap. X. *Niſi quod hic dominicam crucem intentabat, quæ ſerpens diabolus publicabatur.* Id eſt, publice proponebatur, ad denotabatur: quemadmodum & eorum, qui ita exſtinguntur, fatum magis publicatur, quam ſi alio mortis genere tollerentur. B. Ambroſius in cap. III. epiſt. ad Galat. comm XIII. *Quia maledictus omnis qui pendet in ligno: ut reo mortis ſufficeret hoc, quia ſuſpenſus morſebatur in ligno: ne diutius ſi eſſet ſuſpenſus, majus haberet opprobrium mors ejus quam deberet, & fieret macula generi ejus, ſi amplius mors ejus publicaretur.* Quare non eſt ſolicitandus Tertulliani locus, quem iiſdem verbis repetit adverſus Marcionem libro tertio.

141. *Qui Macari filias Megaclonis ancillulas profitemur fuiſſe Muſas?*] Correxit ex Alexandrino Clemente Theodorus Canterus, *qui Macari filia Megaclonis ancillulas profitetur fuiſſe Muſas?* Clemens: *Θεσπιάδας ἴσως τινὰς ἰώνητον Μεγακλῶ ἢ Θυγάτης Μάκαρος.*

173. *Non Melæ fluminis filius?*] Homerus. μελησιγενὴς tamen ἐπωνυμίαν aliter accepit Arnobius. Vide Herodotu

Pag. 144. *Num quid aliquando à nobis conscriptum est mer deos servitutem servisse.*] Quæ sequuntur pæne omnia è Cl Alexandrini Protreptico expressa sunt: & à Theodoro C observata.

144. *Mercenarios am Deos servitutem servisse.*] Mercenarii non erant necessario servi; sed quasi servi: siquidem servi nisteria obibant; iis, à quibus conducebantur, eodem nex noxii erant, quo liberti patronis. Quare in eos furti actio rat l. VIII. D. de furt. Quia; qui potest in furem statuere habet necesse adversus furem litigare. l. XVII. D. eod. Atque istius praxis exstat apud Plaut. in Aulul. Ergo mercenarii n rant proprie servi, sed quasi servi: & *ministeria servilia facere* di tur l. XXII. Cod. de probat. ubi hæc: *Ad probationem servitutis conis matrem ejus ac fratrem servilia fecisse ministeria non sufficit.* F qui servilia ministeria faciunt non sunt idcirco servi necessario: enim quidam liberi loco servorum. l. IV. D. de usu & habit. Q & amicus amico servilia ministeria præstare potest, cum nec servus sit, neque mercenarius. Ut Favorinus post Pharsalic. pugnam Pompejum πολίπων καὶ θεραπόντων, ὅσοι διαπύστως δοῦλοι, μ καὶ νίψεως ποδῶν, ἐ δεῖπνα παρασκευῆς: idque dies non paucos. N straret, ὥστε τὴν ἀλλοτριότητα τῆς ὑπουργίας ἐκείνης θεραπόντων πνα in Pompejo. Quia tamen *merces est auctoramentum servitutis* (ut ai Cicero lib. I. de Officiis) idcirco mercenarii sunt quasi servi: *cum* tamen nulla consequutionis necessitate à servilibus ministeriis ad veram servitutem argumentatio procedat. πολλὰ τοιαῦτα παρὰ τοῦ ἀλλοτρίου ἢ πενία βιάζεται ποιεῖν. ait Demosthe- nes, quem vide contra Eubulidem in hoc argumento. Eleganter quoque Salvianus epistola prima: *Solum est, quod mercenario operi victum quærit ans, uxoribus barbarorum locatitias manus subdit: ita licet per Dei misericordiam vinculis captivitatis exempta sit, cum jam non serviat conditione, servit paupertate.*

144. *Chrysas.*] Corrigunt è Clem. Alexandrino, *Æthusas.*

144. *Inconsulti pectoris appetisse fervoribus.*] Hoc ait, quia consultus dicitur Apollo, σύμβουλος, ut eum appellat Clemens Alexandrinus in hac observatione.

Pag.

Pag. 145. *Induisse formam feri.*] Accius: *Perite in ſtabulis immittens frenos feris.*

145. *Vt Clitoris videlicet filiam Mirdonis edere apud Theſſalos matrem.*] Corrigunt ex Clemente, *Myrmidonis redderet a. T. matrem.* Clemens: ἐπὶ τὸν Δία μεμαθήκασιν ὁμοιοφανῆ μίγεντι τῇ κλίνῃ θυγατέρα Εὐρυμεδόντος μιγεῖσαν, Μυρμιδόνας γεννῆσαι.

145. *At Hercules ſanctus Deus natus quinquaginta de Theſtio.*] Theſtii. Θεστιὸς. Clemens & alii. *Sanctus Deus* autem probum. Sic appellatur Hercules in inſcriptionibus.

145. *Hylam neſcio quis diligit.*] Id eſt, Hercules. Sic *aliquis* quandoque. Tertull. Apologet. cap. XI. *Quot tamen potiores viros apud inferos reliquiſtis? aliquem de ſapientia Socratem: de juſtitia Ariſtidem.* & cap. XII. *O impiæ voces! ô ſacrilega convicia! Infrendite, inſpumate: Iidem eſtis qui Senecam aliquem pluribus & majoribus de veſtra ſuperſtitione perorantem reprehendiſtis.* Sic Græci quandoque τινὰ dicunt eleganter, quum aliquem perſtringunt. Ariſtophanes in Ranis: κακὸν ἥκει τινί. &: ἥκει τῷ κακόν. &c.

---ἐγερδίων τινὶ
Εἰ μὴ μὴ βασανίζειν ἀδύνατον ὄντα.

Alicui dico: ἐγερδίων ἐμοὶ: alicui prædico; id eſt, tibi ipſi. Sic eadem fabula, πλησιάς ἐις. & alibi compluries. Sic Plautus in Amphitruone: *Olet homo quidam malo ſuo.* Sic enim recte; non *quidem.*

145. *Et ut Iovis dicatur pullus.*] Feſtus: *Pullus Iovis dicebatur Q. Fabius, cui eburno cognomen erat, propter candorem; quod ejus natis fulmine icta erat.*

Pag. 146. *Venerem Æneadum matrem, & Romana dominationis auctorem.*] Lactant. lib. I. cap. VII. *Hæc enim ex famoſo Martis ſtupro genuit Harmoniam,* auctorque *mulieribus in Cypro fuit, uti vulgato corpore quæſtum facerent.*

146. *Ex omnibus probris, quæ in illorum maledicta conducitis.*] Proba lectio. Id eſt, quæ ad eos maledictis vexandos corraditis. Nihil igitur mutandum. Sic autem *conducere* ſæpe apud Lucretium, & alios.

146. *Vbi ſtatus capitis, & conditio ſervitutis.*] De his rebus ſupra.

146. *Aut cum jure abſtinuiſſe reguli.*] Hæc eſt lectio vetus, prò, *aut eum jure abſtinuiſſe regali.*

Pag. 147. *Præcellere in furtorum donis.*] Hæc eſt lectio vetus, pro *in furtorum dolis*: quam lectionem confirmat MS. Reg. Temere igitur

tur fecerant, qui *in furum ordine* ediderant. Nos Romanam tionem repræsentavimus.

147. *Vel Agragantino Euhemero replicato.*] Quem ex civ Messana fuisse alii autumant. Hic res à Iove gestas, & à cc diis collegerat, historiamque contexuerat è titulis atque ir ptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur. I historiam interpretatus erat Ennius, & sequutus.

147. *Cujus fuerit conditionis Venus, cujus operæ, cujus quæstus.*] omnia significantissime dicuntur, *conditio, opera, quæstus.* De ditione notavimus antea: *opera* quoque proprie: Sic ἐργάζεσ cunt, & meretrices vocantur ἐργάσιμοι: atque earum ἐμπολ quæstus ἐργασία. De quæstu puerilis observatio est. Sed vent hunc Plauti locum in Asinaria tyrones:

----- *Mater, is quæstus mihi est.*

Lingua poscit: corpus quærit: animus orat; res monet.

147. *Demonstrare, atque in medio ponere.*] Athenagoras: μ τὸν Ὀρφικὸν εἰς μέσον καταληφθέντα λόγον, ᾧ πὰ ἐν Ἐλευσῖνι, ἃ τὰ τ Εὔμολπον δημεύοντα μυστήρια. Vide supra; ut etiam de pleonasm ticulæ magis, in proxime sequentibus, *magis religiosius.*

Pag. 148. *Non enim qui sollicite relegit.*] Alludit etymon r si. Qui enim omnia, quæ ad cultum deorum pertinerent genter pertractarent, & tanquam relegerent, sunt dicti re ait M. Tullius. Atque hanc sententiam sequutus est Arnobi lius tamen ejus discipulus Lactantius, religionẽ à religando latam existimavit: ut enim à *postulo* fit *postulio:* sic à *religo, reli* notationis rationem non videtur satis intellexisse; etsi I versum protulit ad hanc totam rem declarandam sane acc datissimum. --*& artis Relligionum animos nodis exsolvere p* sane ita est. Religio enim proprie horrorem significat, q divinæ & vim humanam superantes nobis infligunt: qu quasi constricti teneamur, nec animi mentem quoquam tere audiamus. Virgil. VIII. Æneid.

Iam tum relligio pavidos terrebat agrestes
Dira loci.

Quare *relligio* sæpissime est horror, qui objectus nobis a signo coërcet nos, & quasi religatos tenet. Exempla su tei infinita. Sed notabile hoc, quod è Plauti Mercatore bamus supra in aliam sententiam:

Respice huc ad dextram Charine: Nonne ex adverso vides?
Nubis ater, imberque instat: Aspice nunc ad sinistram:
Cœlum ut splendore est plenum ex adverso vides?

Cha.

Religionem illic objecit: Recipiam me illico.

Vides heic hominem iter jam ingressum, religione tamen animo objecta quasi religatum; & à suscepto itinere prohibitum. Expresse quoque Arrianus lib. II. Dissert. Epict. cap. VII. *νῦν ἡ πεί-μοντες τὸ ὀφθὲν ἐκεῖνο κατέμυσε, & τὸν θεὸν ἐπικαλέμενοι διόμεθα αὐτοῦ, Κύριε, ἐλέησον, βοήθησόν μοι ἐξελθεῖν.*

148. *Et immaculatas hostias cædit.*] Non dicit simpliciter, *qui hostias cædit*: quod qui non facit est ἄθυτος: sed *immaculatas hostias cædit*: quod facit is qui diis non solum sua sacrificia reddit; sed etiam qui in ea re diligens & solicitus est. Nam qui contra faciunt, *οἱ ἀθεμίτων θυμάτων ἀψάμενοι*, non sunt quidem ἄθυτοι: sed *κακόθυτοι*, sicut distinguit Porphyrius apud Euseb. lib. IV. de Præparat. Euangelica.

148. *Si in cerimoniis vestris, rebusque divinis, postulationibus locus est.*] Heic inchoanda nova periodus: atque hujus *μεταστάσεως* sequitur *ἀνταπόδοσις* postea, his verbis, *audetis abnuere* &c. *Postulationibus* autem edidimus è MS. Reg. *Postulio* vox est sacrorum, pro *postulatio*. Et dicitur postulationibus locus esse, quando ob commissum piaculum sacra instaurari, & piaculum expiari Dii postulant. Sic asperitatem rei, vocis lenitate mitigare conabantur. Varro ex emendatione Scaligeri: *A Procilio relatum, in eo loco debisse terram, & ex Senatusconsulto ad haruspices relatum, esse responsum, Deum manium postulationem postulare, civem fortissimum eo demitti.*

148. *Et piaculi contracta esse commissio.*] Proprie. M. Tullius in legibus: *Sacrum commissum, quod neque expiari poterit, impie commissum esto. Quod expiari poterit, publici sacerdotes expianto.*

148. *Si per imprudentiæ lapsum in verbo.*] In rebus divinis vel minutissima quæque attonita religione observabant: unde *ἀφημίαι* indictæ, & similia, de quibus alibi. Formulæ etiam erant certæ, quas sedulo adhærebant; & si quando per imprudentiæ lapsum in iis errabant, piaculum ingens contractum credebatur.

148. *Aut simpuvio deerrarit.*] Hæc est lectio vetus, & vera. Simpuvium enim & simpulum dixerunt. Apud M. Tullium de haruspicum responsis, unde translata ista, scribunt *simpuvio*, pro eo quod

quod est in libris *symbolo*. Quam esse verissimam lectionem nor. Loquitur enim ibi Cicero de ludorum cerimoniis, dilis in iis aberratione; non de aliis sacris. Quanta aute in eo loco obscuritas vel ex his Arnobii verbis colligi pot que enim videtur de loco illo quidquam satis constitu buisse.

148. *Commissum omnes.*] Distinguendum: *Aut si rursus i bus ludis, curriculisque divinis commissum omnes statim in reli matis sacrat, si ludius constitit* &c.

148. *Si ludius constitit.*] Res nota vel è proverbio, Re dum saltat senex. Ludius autem ὀρχηστής. Plautus in Aulu

---- *Tu istum gallum, si sapis,*
Glabriorem reddes mihi, quam volsus ludius est.

De his ludiis loquitur Plautus: quia vulsi illi, & vultu gla pilati. Iulianus in Misopogone: μίμους, ὀρχηστὰς, ἥκιστα αἰ γυναῖκας, παῖδάς τε καὶ ἄνδρας ἀνηκόμους παῖς γυναιξὶν, ἀν φιλυμένους, ἅπ τὰς γνάθους μόνον, ἀλλὰ ἅπαν τὸ σῶμα, λ γυναικῶν ὅπως φαίνοιντο τοῖς ἐντυγχάνουσιν. *Mimos, saltator nullo pudore contactas, pueros de forma cum mulieribus contend non modo genis; sed etiam toto corpore depilatos, ut ipsis feminis deantur.* De his Tertullianus, de Spectaculis, cap. XXII *bit & ille, qui vultus suos novacula mutat infidelis erga faciem s non contentus Saturno, & Isidi, & Libero proximam facere, tumeliis alaparum sic objicit, quasi de præcepto Domini ludat?*

148. *Aut terram tenere non potuit.*] Rescribunt non *tensam tenere non pot.* Sed probabilior conjectura è Cice Cicero: *aut puer ille patrimus si terram non tenuit, aut ter rum amisit.* Sed quid est? *terram tenere.* Hanc loquend mihi esse incognitam fateor equidem ingenue. Er su pisse Ciceronem; *aut puer ille patrimus & matrimus si te nuit, aut lorum amisit. non tenuit,* scripserat aliquis ad hæc v versam lectionem, *aut terram*: Unde textus auctus. E ἀμφιβαλής tensam tenere non poterat, aut omittebat felici auspicio ludi polluti existimabantur. Sane *si qui* vel in sacris, vel in auguriis; denique in rebus divinis, & infaustum augurium. Hinc Crasso exta manibus lap

sifera signa. Et *caduca auspicia* dicebant, inquit Festus, *quum aliquid in templo exciderat: veluti virga è manu.* Quod est intelligendum de templo & virga auguris, non de flaminis commentaculo. *Templum* τέμενος Græci vertunt. *Virga* autem lituus est, *incurvus augurum baculus*, aut Servius: καμπύλη ῥάβδος, ait Plutarchus in Romulo. Generaliter omnes lapsus mali fuisse ominis constat. Hinc igitur in Heraclidis Euripides:

Ὄρνιθος ἥκει σφαλὼς ποδὸς τέον.

Hinc & novæ nuptæ tralata vetabantur contingere limina planta: sed superattollebantur; ne scilicet in principio offenderent, & hoc signo nuptiarum auspicia vitiarent. Hoc enim subindicat in Casina Plautus:

Sensim superattolle limen pedes nova nupta; Sospes Iter incipe hoc.

148. *Omiserit per ignorantiam lorum.*] Quod tenebant ii qui tensam deducebant, ut docet Asconius. Erat autem *tensa*, inquit Capito apud Festum, *vehiculum, quo exuviæ deorum ludicris Circensibus in Circum ad pulvinar vehuntur.* Fuisse & ex ebore, & ex argento ibidem docet. Erat igitur vehiculum: quare ὀχεῖον appellat Dio lib. XLIV. κἀν ταῖς ἱππικαῖς ὀχεῖον ἐλεφάντινον ἐφορίσαντο. de honoribus Iul. Cæsari decretis: de quibus Suetonius: *Sed & ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est. Sedem auream in Curia & pro tribunali: tensam & ferculum Circensi pompa.*

Pag. 150. *Incentivæ extollitis laude.*] Ms. Reg. haber, *incentivo extollidis laudis.*

150. *Et cum ejulatibus indecoris facta incusare crudelia.*] Legendum *fata*, ut observant. Dii igitur fata, quibus erant obnoxii, incusabant: homines autem non solum fata, sed & deos ipsos gravissimis sæpe conviciis feriebant. Lucanus lib. VII.

---- Avehit inde
Pompejum sonipes: Gemitus, lacrymæque sequuntur,
Plurimaque in sævos populi convicia divos.

Idem lib. IX.

Non tamen ad magni pervenit gratius umbram,
Omne quod in superos audet convicia vulgus,
Pompejumque diu obicit: quam pauca Catonis
Verba.

Sic in Trachiniis Sophoclis Hyllus, quum Herculis cruciatus videret,

deret, graviſſimis probris dignos exiſtimat deos; & iis vu
gnem illam ἀγνωμοσυνίαν exprobrari.

Αἰεὶ ἀπαδοὶ, μεγάλων μὴν ἐμοὶ
Τῶν θεμένοι συγγνωμοσυνίαν,
Μεγάλων ἢ θεοῖς ἀγνωμοσυνίαν
Εἰδέναι ἔργων τῶν περεγχυμένων.

Hoc invidiam Diis facere dicebant, ut docebamus ad Ma
Adjice ſis nova quædam exempla. Sil. Italicus lib. XI.

Diviſere deos: & nullis deſuit aris
Invidiam factura parens.

Et libro VI.

Ibat, & invidiam cœlo, diviſque ferebat.

Seneca in Hercule Oetæo:

---- *Expedi in planctus tamen*
Deſeſſa quanquam brachia; ut invidiam Diis
Lugendo facias.

Hinc & Zeno Veronenſis ſermone de Iob: *Quo nuncio*
ſervus ſcidit veſtimenta ſua; non ut Deo invidiam faceret: ſed
cum hoſte pugnaret. Et ſermone de reſurrectione: *Hinc*
mariti deſolationem ſe ferre non poſſe teſtatur; frigidumque lat
tato queritur lecto; invidioſis vocibus Deo concinnat invidiam
in ipſo planctu de diis querebantur, eoſque malettract
ſabant. Seneca in Hercule Oetæo:

---- *Mater in luctum furens*
Diduxit avidum pectus, atque utero tenus
Exerta vaſtos ubera in planctus ferit.
Superoſque, & ipſum vocibus pulſans Iovem,
Implevit omnem voce feminea locum.

Atque in hujuſmodi περιστάσεσιν lapidata etiam deorum
mulachra everſa, contrita, in publicum abjecta. A
κλας, ἰδρυμένα ἔνδον, ἢ καταῤῥίπτειν ναὸς, ἢ τι τῶν ἱερῶν ἐ
πηρὸν ἂν εἴη πᾶσι. καὶ περιστάσεις μεγάλας σημαίνει. Οἱ
συμφοραῖς χρώμενοι, καὶ τὸ πρὸς θεοὺς διάπειρον ἀφέντες.
obiter, nec admodum neceſſario. Plura enim not
Martialem; & hanc obſervationem feceramus ibi
Voluimus autem gratificari iis, qui hanc & ejuſm
triſtibus obſervationes pæne αὐτολεξεὶ inde ſumſerun

ginem ſuam de Funeribus nunc nuper retulerunt; qui ſi profeſſi eſſent per quos profecerant, feciſſent ingenue.

150. *Obduratus in verecundia publicare.*] Nam impudentia ſumma eſt, peccata narrare, quorum ſola recordatio pudorem debet hominibus incutere. Quare dicit, *obduratus in verecundia.* Nempe ita appellat eum, qui ad impudentiam totus obduruit; & qui os, frontem, id eſt, ea omnia, quibus prodere ſe pudor conſuevit, ita duraverit, ut in iis nullum exſtet vereundiæ ſignum. Hinc χάλκεον μέτωπον dicitur τῶν ἀναισχύντων, & σιδήρεον. Artemidorus lib. 1. Oneirocrit. cap. XXIV. χάλκεον ἢ, ἢ σιδήρεον, ἢ λίθινον μέτωπον δοκεῖν ἔχειν, πλάνοις καὶ καπήλοις; καὶ τοῖς μὴ ἀναιδείας ζῶσιν μόνοις συμφέρει. τοῖς δὲ λοιποῖς μετρίως ἐργάζεται. Nec ſolum frontis ferreæ, ſed toti ferrei dicuntur ita perditi homines. Euſtathius ad lib. III. Iliados: ἡ σιδηρεόφρων ἢ λ' αὖτη θεραπαινὶς τὸ εἰκῆν ἔνημα φορεῖ. Ita citat, & ἀφελεστάτως interpretatur Sophoclis verſum; quem habes ſincerum & ſimpliciſſimum apud Ariſtotelem lib. II. Rhetor. cap. XXIII. σαφῶς σιδηρεῦν, καὶ φορτικὸν κτῆνος. Ergo σιδηρεῦς, qui nulla pudoris vi moveri novit. Philo: καὶ ἵνα μὴ ψυχὴ ἀναίδεια φορτικὸν κτῆνος ἐνοικίσῃ τὸ σῶμα, τοῦτο; θεραπεύω ἢ ἵνα ὀφθαλμοῖς ὁ σιδηρεῦς ἴσῳ;

150. *Capita eſſe memoratis ſanctiſſima.*] E Græcorum loquendi more, quem Latini pari venuſtate frequentarunt. Seneca in Oedipode:

Sacrate deo vertice proximum Phœbo caput.

150. *Majeſtatis ſunt apud vos rei, qui de veſtris ſecum obmurmuraverint aliquid regibus.*] Non ſolum maledicta aut liberiores voces: ſed quæcunque minus religioſe; minus ſerviliter dicta de Imperatoribus erant, ea graviſſimis pœnis à crudeliſſimis Tyrannis vindicabantur. Tandem Theodoſius, Arcadius, & Honorius AAA. conſtitutionem ſanciverunt ſane mitiſſimam in eos qui Imperatori maledixiſſent. Exſtat in cod. De famoſorum carminum coercitione plana res eſt.

Si mala condiderit in quem quis carmina, jus eſt,
Judiciumque.

Pag. 151. *Ex injuriis attrahit.*] Pro *attrahunt.* Nihil refert ad poſtrema. *exoleti generis multitudo.* quod eſſet paulo durius.

151. *Sedent quindecimviri laurenti.*] Quindecimviri Sibyllinorum librorum cuſtodes: qui etſi tandem ſexaginta fuerint, remanſit tamen in his quindecim vocabulum, ut obſervat Servius. *Lau-*

reati autem, quia cum ludos varie coronati ſpectarent, ſar
decimviros, qui Sibyllinas ſortes tractabant, lauro coro
æquiſſimum.

151. *Necnon & caſtæ virgines.*] Prudentius libro con
machum poſteriore:

Inde ad conſeſſum caveæ pudor almus, & expers
Sanguinis it pietas, hominum viſuræ cruentos
Congreſſus &c.

151. *Amans ſaltatur Venus.*] B. Auguſtinus lib. VII.
Dei, cap. XXVI. *Quid ſunt ad hoc malum Mercurii furta, Ve*
via, ſtupra & turpitudines ceterorum, quæ proferremus de libris,
die cantarentur, & ſaltarentur in theatris. Prudentius in
Romani:

Cygnus ſtuprator peccat inter pulpita:
Saltat tonantem tauricornem ludius.
Spectator horum Pontifex ſummus ſedes,
Rideſque & ipſe; nec negando diluis,
Cum fama tanti polluatur numinis.

Sed hæc alibi pluribus.

Pag. 152. *Iocularibus feriuntur cavillationibus numina.*
nus Apologetico: *Cetera laſciviæ ingenia etiam voluptat*
per deorum dedecus operantur. Diſpicite Lentulorum & Hoſt
nuſtates; utrum mimos, an deos veſtros in Jocis, & ſtrophis ride
chum Anubim, & maſculum Lunam & Dianam flagellatam,

152. *Conclamant, & aſſurgunt theatra.*] Nam quando
ceteri hiſtriones placebant, acclamationibus, plauſu, ex
voluptatem, quam inde percipiebant, teſtabantur ſp
Hanc Μιμομανίαν obſervat Cicero ad Atticum. epiſt. 1
Tu, ſi quid περιμαλικὸν habes. Sin minus, populi Μιμομανε
morum dicta perſcribito. Aſſurgebant igitur, & exultaban
in recitationibus etiam indecenter factitatum. Quin
Inſtitut. Orator. *Minime vero permittenda pueris, ut ſit apt*
aſſurgendi exultandique velut in theatro licentia. Mox: *A*
atque ſuccincti ad omnem clauſulam non exſurgunt modo, verum
currunt, & cum indecora exultatione conclamant. Proprium
in re exultare. Suetonius in Auguſtino: *Cum ſpectante e*
nuntiatum eſſet in mimo, O dominum æquum & bonum: & s
de ipſo dictum exſultantes comprobaſſent. &c. ἀναπηδῶν Gr

Arrianus lib. III. Dissertat. Epicteti, cap. IV. ἵνατί δὲ ἔχεις μισθόν, οἱ σπουδαὶ, ἢ σὺν ἐπιτρέχοντες ὑμᾶς; εἰς τίνας ἀπέδωκεν ἀλήθειαν εἰς τὸ θέατρον, ἢ ὑμᾶς; ὅσῳ πῶς ὁ Θάλητος & Καλανος θαυμαζεῖ. κλέπτω γοῦν κρατῶ. κἀγὼ τοίνυν κρατῶ χάσω. ἀναπηδᾷ. κἀγὼ ἀναπηδήσω. Heic ἀναπηδᾷν proprie est exsultare, quod non observarat Arriani interpres. Quare utuntur hoc verbo Episcopi in epistola illa, quam profert Eusebius lib. VII. hist. Eccles. cap. XXX. ubi Pauli Samosateni fallum, ac insolentiam depingunt. Nam inter alia eum observant captasse, imo redemisse plausum in Ecclesia, tanquam in theatro; & male ab eo acceptos, qui modestiæ religione servata neque plauderent, neque exultarent: ἢ τῆς μὴ ἐπαινέσαι, μηδὲ ὡς ἐν τοῖς θεάτροις καταστέξασθαι. Τοῖς ὀθόναις, μηδ' ἐκβοῆσαί τι ἢ ἀναπηδῆσαι ἢ τὰ αὐτὰ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν σοφισταῖς, θηλυμανῆ ἢ ἐνδεᾶ λόγων.

152. *Exoletis, atque arrisoribus munuscula dona instituuntur, & munera.*] Præter præmia, quæ ante ludos pacta erant, etiam dona quædam accipiebant histriones, ac munera; eaque aliquando pretiosa: quam luxuriam Cato Uticensis exemplo suo corrigere conatus est: quum Favonii ludos Romæ curaret. Ascribam Plutarchi verba hac de re: δῶρα δὲ πρὸ τῶν πολιτικῶν, τοῖς μὲν ἔπαινος τέχνης, καὶ βράβεια ἐφ' οἷς ἐνίκησαν (δόξης scil. Junius) ἢ ῥώμαλος, οἷον πίλοι οἱ μὲν ἰχθύων, οἱ δὲ ἢ ἡδονῶν. De scenicis donationibus, deque temperamento iis adhibito alii.

152. *Immunitas, & vacatio cum coronis.*] Datæ etiam histrionibus, qui vicerant, coronæ; quemadmodum victoribus in sacris certaminibus. Philo de legatione ad Cajum: ὅταν ἀθλητικὸς ἀγὼν, ἢ χορευτῶν, ἢ τοῖς κατὰ τὰς ἱπποδρομίας, λάμβανε τὸν πιστὸν λαμπρὸν· οἱ τὰ μεγάλα ὠφελοῦντα τὸν ἀνθρώπινον βίον, τίμιον ἢ μόνῳ καὶ ἰδιωτῇ παρέχουσι θεαταῖς, ἐκατοντάδες ὅτου πλείους, ὡς ἐπαινεῖσθαι καὶ θαυμάζεσθαι, καὶ χλευάζεσθαι, καὶ στέφανος μὴ κινυγμάτων λαμπρὸν ἢ ἀναιτίατον, ἢ μείζονος τίμης ἀπολαύουσι; Iul. Firmico lib. VIII. Mathes. cap. XX. *Tertia pars Tauri si in horoscopo fuerit inventa, celebres faciet scenicos, qui in sacris certaminibus constituti, pulcherrima consequantur insignia coronarum.* Fuerunt coronæ istæ è bracteolis aureis & argenteis, cui luxuriæ principium dedit Crassus, ut docet Plinius lib. XXI. Sed eam temperare conatus est Cato Uticensis in ludis Favonii; & postea Alexander Severus, ut in ejus vita scribit Lampridius.

152. *Et*



152. *Et maledictionis elogia.*] Tertullianus Apologeti
histrionum litteræ *omnē fœditatem deorum designant. Luget Sol f*
tum de cœlo latantibus verbis: & Cybele pastorem suspirat fasti
erubescentibus vobis. Et sustinetis Iovis elogia cantari: & Iuno
rem, Minervam à pastore judicari. Sed de hac voce ad e
plura.

152. Et si *quando animum desidem otiosis vultis hallucina*
cupari.] Proprium verbum. Ita animi quasi dissolutio
dam & oscitantiam significant. A. Gellius lib. IV. *Ta*
indicium vagi animi foret, & hallucinantis. & alibi: *At ille*
hallucinanti similis.

152. *Istos demoliri, dissolvere theatra hac potius.*] Loc
tus. Vocem supervacuam *istos* è superiori coaluisse exis
gendum igitur puto: *hos exurere debuistis olim libros: dem*
vere theatra hæc potius,

152. *Nam nostra quidem scripta cur ignibus meruerint*
hac persequutione ita Eusebius lib. VIII. histor. Eccles. c.
μὲν πρώτας ἐν οἴκοις ἐξ ὕψους εἰς ἔδαφος αὐτοῖς θε
πιπτούσας, τὰς δὲ ἐνθέους καὶ ἱερὰς γραφὰς ἡμῶν
ἀφειδουμένους αὐτοῖς ἐπεισόμοις ὀφθαλμοῖς. &c. Sed hac
in Prolegomenis.

152. *Cur immaniter conventicula dirui?*] Ita appellaban
congregabantur Christiani oraturi, & verbi divini inte
nem accepturi, ac sacras synaxes habituri. Ammianus
nus lib. XXV. II. *Constatque in basilica Sicinini, ubi ritus C*
conventiculum, *uno die centum triginta septem reperta cada*
porum. Lactantius lib. V. cap. XI. *Aliqui ad occidendum p*
stiterunt; *sicut unus in Phrygia, qui universum populum cum*
conventicula *concremavit.* Sed hac de re plura ad lib. VI.

152. *In quibus summus oratur Deus.*] Arnobii verb
sunt. Neque enim ait simpliciter, *in quibus oratur Deus:*
mus Deus. Sic enim occupat Gentilium objectionem: &
non invocatis: Respondet more suo: Sed eorum patre
cipem invocamus: sicque, opinor, eos non offendimu
nim respondebat ad hanc criminationem Arnobius,
Diis illis disputatione: non quod eos esse deos existimar
quo honore, sive directe, sive indirecte condignos. Ap
lib. III. *Subjiciunt enim hæc: si vobis divina res curæ est,*

Digitized by

biſcum neque deos colitis, neque adoratis, nec cum veſtris gentibus communia ſacra miſcetis, & religionum conjungitis ritus? Poſſumus interim (nota interim) dicere, ad cultum divinitatis obeundum, ſatis eſt nobis Deus primus: Deus, inquam, primus, pater rerum ac dominus, conſtitutor moderatorque cunctarum. In hoc omne, quod colendum eſt, colimus; quod adorari convenit, adoramus = quod obſequium venerationis expoſcit, venerationibus promeremur. Cum enim divinitatis ipſius teneamus caput, à quo ipſa divinitas divinorum omnium &c. Hoc igitur loco, ubi omnes objectiones ſine ulla diſputatione obiter & breviter retundere vult, ait, ſummus oratur Deus. Præterea, ſummus Deus, ὁ ὕπατος πάντων θεός: id eſt, Deus ſupremus, Deus deorum: Nam ita ſæpe apud veteris Eccleſiæ ſcriptores Græcos, ὁ ὕπατος πάντων θεός. Hoc enim modo Deum ſummum ſignificant uti jam dixi, Deum angelorum, quos ſcriptura aliquando appellat deos, אלהים, ob eorum poteſtatem. *Minuiſti eum paulum ab Angelis.* מאלהים id eſt, à diis. Apoſtolus autem interpretatur de Angelis, ad Hebræos. Et veteres patres plura alia loca citant in hanc ſententiam. Appellati igitur dii, אלהים, ob potentiam illam, qua ceteras creaturas longe ſuperant. Idcirco appellati etiam θρόνοι, ἄρχοντες, ἀρχαὶ, κυριότητες, ἐξουσίαι, δυνάμεις. Quam etiam ob cauſſam exiſtimabant Nationes, Angelos haberi à Chriſtianis quaſi pro minoribus Diis, & ab iis quaſi ſecundario venerationis obſequio coli. Quo etſi videtur quandoque inclinare Arnobius, ejus tamen verba ὑποβλητικῶς accipienda ſunt, ut oſtendebamus modo: & libro primo aperte quoque ait Deum ſolum ſummum adoratum, & invocatum. *Religiones, inquiunt, impias, atque inauditos cultus terrarum in orbe tractatis. Quid ô participes rationes audetis homines proloqui? quid effutire? quid promere temeraria vocis deſperatione tentatis? Deum principem rerum cunctarum quæcunque ſunt dominum, ſummitatem omnium ſummorum obtinentem adorare, obſequio venerabili invocare, in rebus feſtis, toris, ut ita dixerim, ſenſibus amplexari, amare, ſuſpicere, execrabilis religio eſt & infauſta, impietatis & ſacrilegii plena, ceremonias antiquitus inſtitutas novitatis ſuæ ſuperſtitione contaminans?* &c. Ita igitur agit de Dei ſuumi adoratione & invocatione, ut neminem præterea fuiſſe adoratum & invocatum apertiſſime ſignificet. Nihilominus ita ſentiebant quandoque Nationes, Angelos Chriſtianis eſſe quaſi minores deos. Sic Celſus apud Origenem lib. v. de Angelis quærit quid ſentiant Chriſtiani: deoſne exiſtiment illos, an dæmones. Quare ibi de

Angelis agit Origenes verbis luculentissimis. Et quoniam is ad hanc totam dissertationem illustrandam accommodatus est, eum proponam paulo integriorem. Inde enim habebit quid de Angelis Christiani senserint; & discemus quoniam sit horum verborum, quæ tractamus, sententia. summus orator Deus. ὁμολογεμένως μὲν γὰρ ἀγγέλους φαμὲν λειτουργικὰ πνεύματα, καὶ εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοῦ μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. ἀναβαίνειν μὲν προσιόντας τὰς τῶν εὐχῶν ἐντάξεις, ἐν τοῖς καθαρωτάτοις καὶ κόσμου χωρίοις ἐπικρινομένους, τούτων καθαρωτέροις ὑπερουρανίοις. καταβαίνειν δὲ αὖ ἐκεῖθεν, ἐπὶ κάτω καὶ ἀξίαν τῶν ἀπὸ θεοῦ διὰ αὐτοῖς διακονεῖν τοῖς διέρχεσθαι προσομένοις. τούτους δὴ ἀγγέλους ἀπὸ τοῦ ἔργου αὐτῶν μεμαθηκότες εὑρίσκομεν αὐτοὺς, διὰ τὸ θεῖος εἶναι, καὶ θεοὺς ἐν ταῖς ἱεραῖς προσαγορευομένους γραφαῖς: ἀλλ' οὐχ ὥστε προσκυνεῖσθαι ἡμῖν τοῦ διακονοῦντας φέροντας ἡμῖν τὰ τοῦ θεοῦ, σέβειν καὶ προσκυνεῖν ἀντὶ τοῦ θεοῦ. πρὸς δέησιν, καὶ προσευχὴν, καὶ ἔντευξιν, καὶ εὐχαριστίαν, ἀναπέμπειν πᾶσι θεῷ (Nota hæc verba) διὰ τοῦ ἐπὶ πάντων ἀγγέλων ἐμψύχῳ λόγῳ καὶ θεῷ. πληρούμεθα γὰρ καὶ αὐτοῦ τοῦ λόγου, καὶ εὐχόμεθα αὐτῷ, καὶ εὐχαριστήσομεν. καὶ προσδεξόμεθα γ', ἐὰν πλουσίως κρίνειν τὸ δεῖ προσδοκῆς κυριολεξίας καὶ καταχρήστως. ἀγγέλους μὴ ἀναλαβόντας τινὰ ὥσπερ ἀνθρώπους περὶ αὐτῶν ὑπολήμψεως. ἵνα γὰρ καὶ καθ' ὑποθέσιν ἡ περὶ αὐτῶν ὑπόληψις ᾖ, καὶ ἀποβήτω, καταληφθῇ: αὕτη ἡ ὑπόληψις, περὶ φύσιν αὐτῶν, καὶ ἐφ' οἷς εἰσὶν ἑκάστοι τεταγμένοι, οὐκ ἰσόπεδα ἔχεσθαι, ἢ τῷ πρὸς πάντα διαφορεῖ ὑπὸ πᾶσι θεῷ, διὰ τοῦ σωτῆρος θεοῦ: ὅς ἐστι λόγος, καὶ σοφία, καὶ ἀλήθεια. ὅσοι οὖν αὐτοῦ αἱ τῶν προφητῶν τοῦ θεοῦ, καὶ τῶν ἀποστόλων τοῦ Ἰησοῦ χαρακτῆρες πρὸς τὸ ἵλεως ἡμῖν εἶναι τοὺς ἁγίους ἀγγέλους εἶναι τοῦ θεοῦ, καὶ πάντα αὐτοὺς ὑπὲρ ἡμῶν, ἢ πρὸς τὸν θεὸν διάθεσις ἡμῶν, ὅση δύναται πίνη φύσει μιμουμένη τινὰ ἐκείνων αὐτῶν προαίρεσιν μιμουμένη, καὶ ἡ πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ λόγον, καὶ τὸ ἐφικτὸν ἡμῖν, διαλήψει πνεύματι τῇ πανσοφίᾳ περὶ αὐτοῦ διαλήψει τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἐκείνῳ ὁσημέρᾳ τῇ πανσοφίᾳ καὶ διαρθρώσει πεύσασα. plenum Origenis locum, nec iis, opinor, ingratum doctrinæ cognitione delectantur. Vertit Interpres: *dem & Angelos esse ministratorios quosdam spiritus, crebra commeantes ad eos homines, quos manet salutis hereditas: h scendere ad purissima loca cœlestia, & puriora etiam superca*

preces hominum: modo vicissim descendere ad homines reportando illinc alind in usum singulorum, ut quisque dignus est beneficio. Hos spiritus Angelos ex officio suo nomine uti docti, invenimus propter divinitatem quandam interdum deos vocari à sacra scriptura: sed non sic, ut jubeamur eos adorare, aut divinis honoribus colere, quamvis dona Dei nobis afferant. Omnia enim vota, omnes interpellationes, deprecationes, & gratiarum actiones destinandæ sunt ad Deum rerum omnium dominum, per majorem omnibus Angelis summum pontificem vivum verbum & Deum. Gratias agemus etiam ipsi verbo, interpellabimus, vota & preces ei offeremus, modo intelligamus quomodo hæc accipiantur vel abusive vel proprie. Angelos enim invocare absque ipsorum (clarius, de iis) cognitione, cujus homo capax non est, non videtur rationi consentaneum. Atque ut demus ab homine comprehendi miram quandam & arcanam eorum notitiam, officiorumque, quibus funguntur singuli, hoc ipsum cohibebit, ne quis audeat preces offerre nisi soli domino Deo, qui unus omnibus abunde sufficit, per servatorem nostrum Dei filium, verbum, sapientiam, veritatem, & quidquid de eo prophetarum apostolorumque Jesu litteræ prædicant. Et hoc nobis Angelos Dei reddit satis propitios, ut libenter pro nobis faciant omnia, quod quantum humana natura fert bene affecti sumus erga Deum, imitando in hoc Angelos, qui & ipsi Deum imitantur: & quod filium ejus verbum quantum possumus complectimur, quamvis melius intellectum à sanctis Angelis, contendentes tamen ad clariorem in dies ejus notitiam. In hoc loco quædam observatione digna sunt. Appellat Angelos λειτουργικὰ πνεύματα &c. spiritus ministratorios &c. verbis Apostolicis. Eos dicit ἀναβαίνειν μὲν προσφέροντας τὰς τῶν ἀνθρώπων ἐντεύξεις, &c. ascendere hominum preces offerentes &c. Verbis Platonicis: quæ exprimit Apulejus libro de deo Socratis. Locum proferam: Ceterum sunt quædam media divina potestates, inter summum æthera, & infimas terras, in isto intersite aëris spatio; per quas & desideria nostra, & merita ad deos commeant. Hos Græco nomine δαίμονας nuncupant; inter mortales cælicolasque vectores; hinc precum; inde donorum: qui ultro citroque portant; hinc petitiones; inde suppetias; ceu quidam utrimque interpretes, & salutigeruli. &c. Addit autem Angelos, ob divinitatem quandam & naturam puriorem, appellari aliquando in scripturis deos; nec tamen eos esse honore divino colendos, sed soli Deo summo, τῷ θεῷ τῶν ὅλων, preces esse allegandas, ejusque filio servatori nostro. Sic τὸν θεὸν τῶν ὅλων appellat, non solum rerum omnium dominum, sed potius, ut loquitur Arnobius, Deum summum. Adorabant

bant igitur fideles in conventiculis *Deum summum.* Sic inv
Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, Deum trinum & u
Quare Celsus Christianos objiciebat Dæmonum & Angel
invocationem ac cultum reprobantes, frustra uti hac ratio
li Deo summo honorem istum habendum esse, non item e
nistris, cum Christum etiam hac veneratione impertirent.
ba Celsi sunt apud Origenem lib. VIII. & Origenis resp
λόξαι δ' ἐν τισὶ ἐξῆς τόποις πιθανόν τι καθ' ἡμῶν λέγειν ἐν τῷ, Ε
μηδενα ἄλλον ἐθεραπεύομεν θεόν, πλὴν ἑνὸς θεοῦ, ἵνα θεὸν, ἵνα ἄν τις αὐτῶν τ
ἄλλος· ἀσθενὴς λόγος: νυνὶ δὲ τὸν ἀναγκαῖον φανέντα, τῶν ὑπερβ
σι, καὶ ὅμως οὐδὲν πλημμελεῖν νομίζουσι πρὸς τὸν θεὸν, εἰ καὶ ὑπερ
θεραπεύσουσιν. λεκτέον δὲ καὶ πρὸς τοῦτο, ὅτι, εἴπερ ἐνενοήκει
τό, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν: οὐκ ἂν ὤετο ἡμᾶς ἄλλον θεραπεύ
θεὸν πᾶσι θεόν. ὁ δὲ πατὴρ, φησὶν, ἐν ἐμοί. καὶγὼ ἐν τῷ πατρί.
rit Interpres: *Post hæc autem fortassis aliquis putabit nos repr
babiliter, dum dicit: Si nullum alium isti præter unum Deu
videri poterant merito alios contemnere: Nunc cum recens ex
immensis extollant honoribus, credunt se nihil peccare in Deu
nistro ejus reverenter serviant. Ad quod respondendum, si C
xisset illud, Ego & pater unum sumus, & illud in precatione d
Dei, sicut ego & tu unum sumus, non putasset nos & alium
Deum universorum dominum. Ait enim, Pater est in me, &
Ergo quum ait Arnobius in conventiculis Christian
summum orari; & objectum venerationis ac religionis
ponit, & ad Nationum criminationem, qua Christi
bant ut atheos, quippe Deorum contemtores, obite
Sic enim Iustinus Martyr Apolog. II. hoc idem cr
dit. Verba ejus adscribam: ἐγκείμεθα καὶ ἄθεοι κεκλήμεθα
μὲν τῶν τοιούτων νομιζομένων θεῶν ἄθεοι εἶναι, ἀλλ' οὐχὶ τῇ ἀλ
πιστῷ δικαιοσυνῇ, καὶ σωφροσυνῇ, καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν,
κακίᾳ θεῷ. ἀλλ' ἐκεῖνόν τε, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ υἱὸν ἐλθόντα,
μαῖ παιδα, καὶ τὴν τῶν ἄλλων ἑπομένων, καὶ ἐξομοιουμένων α
σμάλον, πνεῦμά τε τὸ προφητικὸν σεβόμεθα, καὶ προσκυνοῦμ
Vocamur autem athei: & sane confitemur talium qui haber
esse expertes, & hac ratione atheos: sed non verissimi illius
stitiæ, & temperantiæ, & ceterarum virtutum, & ab on
Sed illum ipsum, & qui ab eo venit, & ista nos, & alio
tium, & ad eum sese componentium bonorum angelorum

Filium, & ſpiritum **propthericum venceramur, & adoramus,** &c. Nam qui aliter interpreta**ntur hunc locum**, incidunt in errorem diviſionis. Dividunt en**im ea**, quæ erant componenda.

152. *Magiſtratibus ... exercitibus.*] Tertullianus Apologetico: *Illuſ ſuſpicientes Chriſti am à manibus expanſis, quia innocuis; capite nudo, quia non erubeſcimus: dem à que ſine monitore, quia de pectore oramus: precantes ſumus ſemper* **pro omnibus Imperatoribus**: *vitam illis prolixam, imperium ſecurum, domeſtica tutam; exercitus fortes; Senatum fidelem; populum probum; orbem* **quietum**: *quæcumque hominis & Cæſaris vota ſunt.* Idem teſtatur Dion**yſius Alexandrinus**: ἡμεῖς τοίνυν τὸν ἕνα θεὸν καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων ... τὸν δὴ τῷ βασιλείαν ἐγκωμιάσαντα τοῖς θεοφιλεστάτοις Οὐαλεριανῷ **καὶ** Γαλιηνῷ σεβασοῖς τοῦτον δὴ σέβομεν, καὶ σεσεβήκαμεν: καὶ τοῦτο δὲ **lex** ἐκεῖθεν ἐστὲ τὰ βασιλέως αὐτῶν, ὅπως ἀσάλευτος διαμένῃ, σεσυλλόχωμεν. Sic igitur pro Principibus ſuis etiam perſequutoribus, & **Eccleſiæ** hoſtibus deprecabantur: Chriſto quippe jubente orare **etiam** pro perſequentibus: & Apoſtolo præcipiente, preces pro **quibuſvis** hominibus fundere, ſed præcipue ὑπὲρ βασιλέων καὶ **πάντων** τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων: quibus etiam vultum ψυχῶν ὑποτάσσεσθαι.

152. *Adhuc vitam degentibus, & reſolutis corporum vinctione.*] Certe pro defunctis **deprecationes** allegabant Deo: non Arnobii ævo ſolum, ſed & **anteriori ſeculo**. Conſtat ex Tertulliani locis quibuſdam decan**tatiſſimis**. De Monogamia cap. x. *Enimvero & pro anima ejus orat ... & refrigerium interim adpoſtulat ei, & in prima reſurrectione conſortium; & offert annuis diebus dormitionis ejus.* Ac neſcio quæ monſtra **emendationum** & interpretationum heic comminiſcuntur. **Deus bone**, Quid hoc eſt, ſi libros corrumpere, & hiſtoriæ veritatem **pervertere non** eſt? Sed indulgebat judicio ſuo nimis vir **eruditiſſ**. Statim cum expiraſſet aliquis, ſacerdotis precibus **commendabatur Deo**. Zeno Veronenſis ſermone de Reſurrectione: *Hinc uxor amiſſi mariti deſolationem ſe ferre non poſſe teſtatur, frigidumque latus male dilatato queritur lecto: invidioſis vocibus Deo concinnat* **invidiam**; *ſoleminia ipſa divina, quibus ſacerdotibus Dei quieſcentes commendari conſuerunt, profanis aliquotiens ululatibus rumpit: tetraque illuvie ſuum totum deformans cultum, cadaver amplectitur conclamatum: frigentia tepefacit crebris oſculis labra:* &c. Totum hunc ritum deſcribit **in Eccleſiaſtica Hierarchia** Dionyſius cap. ultimo. Verba ejus adſcribam, & breviter explicabo. Nec opinor ingra-

tam fore curiosis lectoribus & harum rerum studiosis dig
nem istam.

Τέτων ἢ γένους γιγνομένε καὶ τὰς κοιμήτας τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν, ὁ
ὁ μὲν τὸ πέρας ἐρχόμενον τῶν οἰκείων ἀγώνων, εὐφροσύνης ἱε
πληρέσθαι, καὶ σὺν ἡδονῇ πολλῇ, μὲν τὴν ὁδὸν ἐπιβαίνει τ ἱερῆ
γενέσιας. οἱ ἢ δ κοιμηθέντος οἰκεῖοι, καὶ τὴν θείαν οἰκειότητ καὶ
πίαν, αὐτόν πως πε ἐστι, μακαρίζουσιν μὲν τὸ νικηφόρον ἐνίκησ
κόμβον πλέον, καὶ τῷ τ νίκης αἰτίῳ χαριστήρια ᾠδὰς ἀνα
μεμοτὴ καὶ αὐτὸς ἀφικέσθαι μὲν τὴν ὁμοίαν εὐχόμενοι λῆξιν.
ἢ αὐτὸν, ἐπὶ τὸν ἱεροφόρτιλον ἄγουσιν, ὡς ἐπὶ στεφάνων ἱερῶν δόξ
μένος ὑποδέχεται· καὶ τελεῖ τὰ καὶ θεσμὸν ἱερὸν ἐπὶ τοῖς ὁσίο
μβίοις πλήμμα.

Συναγαγὼν ὁ θεῖος ἱεροφόρχης τ ἱερὸν χορὸν, εἰ μὲν ἱεροπ
τάξεως ὁ κεκοιμημένος, ἐπὶ πρόσθεν ἢ θείας θυσιαστηρίε κατακλ
ἀπάρχεται τ πρὸς θεὸν εὐχῆς ἐ εὐχαριστίας. εἰ ἢ τοῖς εὐαγέσ
ἢ τῷ ἱερῷ λαῷ κατετέτακτο, μὲν τὸ τίμιον ἱεροφαντῶν αὐτὸν
πὸ τ ἱεροπηῆς εἰσελεύσεως· εἶτα τελεῖ τὴν πρὸς θεὸν εὐχαρ
χὴν ὁ ἱεράρχης. ἐξῆς ἢ οἱ λειτουργοὶ τὰς ἐν τοῖς θείοις λογίοις
ναι ἀψευδεῖς ἀπαγγελίας μὲν τ ἱερᾶς ἡμῶν ἀναστάσεως ἀνακ
ᾄδουσι τὰς ὁμολόγους καὶ ταυτοδυνάμους τῶν ψαλμικῶν λ
ὅπε τῶν λειτουργῶν ὁ πεσὼν, δουλεύῃ τὰς κατηχουμένους, ὧ
σὺν ἤδη κεκοιμημένους ἁγίους. μεθ' ὧν ἀξιοῖ τ ἄρτι πλειωθέν
γῆς ἀναβάσεως, καὶ πεστρέπεται πάντας αἰτῆσαι τὴν ἐν χρι
πιστην, καὶ μὴ τὴν εὐχὴν, αὐτὸς πὸ ἱεράρχης ἀπαίζετα
μῶν, καὶ μεθ' αὐτὸν οἱ παρόντες ἅπαντες. Hæc ita vert
Propinqui autem ejus qui mortuus est, pro jure divinæ prop
morum similitudine, & eum qualis est, beatum esse ducunt,
riæ finem peroptato pervenerit; & victoriæ auctori gratias cu
& præterea sibi similem requiem optant. Sumptum eum ad
tant, quasi ad sanctarum coronarum donationem. Ille aut
accipit, eaque perficit omnia, quæ ex sancto instituto fiunt in
dormierunt.

Convocato sacro choro divinus antistes, si is qui excessit è
nis sacerdotum, quum ante sanctum altare eum posuit, De
pit, eique agere gratias. Sin autem sacris monachis, sanct
mentus erat, eum ad venerationem dignum sacrarium ani
troitum collocat; deinde perficit sacrum solemne precatio

gratias pontifex: deinceps ministri promissis veris quæ feruntur in scriptis divinis, de sancta nostra resurrectione, recitatis, sanctæ tamen cantus psalmorum, qui ejusdem rationis sunt atque idem valent. Tum ministrorum primus catechumenos dimittit, sanctosque qui jam dormierunt prædicat; cum quibus pari laudatione dignum judicat eum, qui paulo ante excessit è vita, hortatur-que omnes, ut beatum in Christo fiunem petant. Tum accedens divinus antistes ei sanctissimas preces adhibet; quibus rite perfectis & ipse eum, qui à vita migravit, salutat; & secundum eum omnes qui adsunt. Hunc locum obiter illustrabimus. Ait igitur, οἱ ἅγιοι πρεσβύτεροι οἰκεῖοι. Defunctum igitur ad antistitem deferebant; ut sacras pro eo preces conciperet, & fortem athletam corona donaret. Ritum deinde explanat. σωσαγῶν ὁ θεῖος ἱεροφάντης τὸν ἱερέα τὸν χορόν. ἱεροφάντης appellat Dionysius Episcopum, quem etiam θεῖον nominat usitato tandem epitheto. Sic θεῖος Ἀθανάσιος, θεῖος Παῦλος τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, & similia apud Theodoritum in historia Ecclesiastica, & alios. Sic φιλόχριστοι, ἄγιοι, ἀνθρώποι passim appellati: quam quidem consuetudinem captt Ecclesiast. καὶ οἱ μὲν τῶν ἐκκλησιῶν ζηλωταὶ καταγινώσκουσιν, ὅτι μὴ σὺν ἐπιτάσσει λόγῳ θεοφιλεστάτους, ἢ ἁγιωτάτους, ἢ τὰ τοιαῦτα. Est igitur heic ἱεροφάντης Episcopus, voce à Gentilium sacris, quibus nostra acommodare conatur Dionysius iste, translata. Sacerdotum maximum, summum sacerdotem, primarium sacerdotem dicit Apulejus Milesia XI. ἐπὶ τὸ θεῖον καὶ ἐν θεῖᾳ θυσιαστηρίῳ καταλλήναι αὐτόν. De altaribus, θυσιαστήρια dicemus ad librum VI. οἱ δὲ τοῖς εὐαγέσι μοναχοῖς. De Monachis non est hic dicendi locus. Agit de eorum ordine ex professo Dionysius iste hoc eodem de Hierarchia Ecclesiastica Commentario. Hæc, & alia generis ejusdem fecerunt, ut persona huic homini detraheretur. ἢ τῷ ἱερῷ λαῷ. Ita appellat eos, qui in pace abierant. λαὸν autem & λαϊκὰς opponebant κληρικοῖς: quæ quidem appellationes sunt antiquissimæ. Ordinem & plebem Latini dixerunt. Tertullianus exhortatione ad castitatem: Nonne & laici sacerdotes sumus? Scriptum est, Regnum quoque nos & sacerdotes, Deo & patri suo fecit. Differentiam inter ordinem & plebem constituit Ecclesiæ auctoritas, & honor per ordinis consessum sanctificatus à Deo. κλῆρον appellarunt postea peculiari acceptione chorum Ecclesiasticorum unicuique Episcopo subjectorum: quem ἱερὸν χορὸν dicebat modo Dionysius. Socrates Eccles. histor. lib. I. cap.

cap. XVIII. ἐκκλησίας τε κλίσας, ἐξ ἀπίσκοπον χειροθετῶν πᾶσι τὴν κλῆσιν ἱερέα. Et sæpius. εἶτα πλεῖ τῷ θεῷ ἡ τὐχαριστίᾳ. Deo igitur gratias agit, quod hic in Dei cognitione tia Christiana ad finem usque vitæ perseveraverit, sicque abierit: ac justo præmio donatus fuerit. Hæc est εὐχαριστί. ἐξῆς οἱ λειτουργοὶ τὰς ἐν τοῖς θείοις λογίοις ἀμφιρομένας ἐπαγγελίας. Traditus est antistiti defunctus, & gratiæ ob severantiam & felicem abitionem actæ: hæcque omnia menis præsentibus celebrata. Sequitur nunc recitatio p num, quæ in Scripturis sacris de resurrectione exstant, adjiciuntur: Atque hæc omnia præsentibus quoque c nis peracta. Hymni isti, qui decantabantur, ad resur pertinebant, ut ostendit Dionysius. εἶτα τῶν λειτουργῶν ἀπολύει τὰς κατηχουμένους. Quæ sequuntur sunt μυστικὰ re catechumeni dimittuntur. Hæc omnia paganismi καὶ ἀνακηρύττει τὰς ἤδη κεκοιμημένους ἁγίους. Locus hic non caret. Nam qui poterant sancti omnes qui in al obierant, nominari? An igitur nominabantur tantu qui eo anno obierant soli? Huc videtur referendus priani locus, & qui multa magnaque ingenia torsit. epist. IX. lib. I. *Quod Episcopi antecessores nostri consider unt, ne quis frater excedens, ad tutelam vel curam cleri Ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium celebraretur. Neque enim ad altare Dei meretur nomina prece, qui ab altari sacerdotes, & ministros suos Levitas a* ideo Victor, *cum contra formam nuper in Concilio à sac Geminium Faustinum presbyterum ausus sit actorem co quo pro dormitione ejus apud vos fiat oblatio, aut depreca ejus in Ecclesia frequentetur, ut sacerdotum decretum re rio factum, servetur à nobis.* Ita igitur sentire Cypria quum ii qui dormiunt, nominantur, ac sacerdotis dantur, inter eos nominetur is qui ad tutelam vel nominavit. Præstat tamen ad annuas, & statas ob cum referre. Quemadmodnm igitur scribit Di functo solemnia fierent, nominatos eos qui in p ita existimamus quotannis stata die defunctos ir tos, ac deprecationes eorum nomine in Ec Huc pertinet Tertulliani locus antea laudatu

Digitized by Google

ille, *Oblationes pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus.* lib. de Corona Militis, cap. III. *Pro natalitiis* profecto, eſt pro martyriis, ut nonnulli bene obſervarunt. Nam pro martyribus annua die offerebant. Cyprianus epiſt. v. lib. IV. *Item patruus ejus, & avunculus Laurentius, & Ignatius in caſtris & ipſi quondam ſecularibus militantes, ſed veri & ſpirituales Dei milites, dum diabolum Chriſti profeſſione proſternunt, palmas à Domino & coronas illuſtri paſſione meruerunt. Sacrificia pro eis ſemper, ut meminiſtis offerimus, quoties Martyrum paſſiones & dies anniverſaria commemoratione celebramus.* Pro martyribus ergo die ſtata ſacrificia offerebant. *Sacrificia autem pro martyribus offerre* quid eſt? Profecto eſt, ob commemorationem eorum oblationes erogare, & ſacrificia euchariſtica pro fortiſſimorum Chriſti militum adoreis Deo reddere. Neque enim video qui hæc aliter explicari poſſint. Interpretationem iſtam confirmat ipſe Cyprianus epiſt. VI. lib. III. *Denique & dies eorum, quibus excedunt, annotate, ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare poſſimus.* Quam quam Tertullus fideliſſimus & devotiſſimus frater noſter ſcripſerit & ſcribat, ac ſignificet mihi dies, quibus in carcere, beati fratres noſtri ad immortalitatem glorioſæ mortis exitu tranſeunt, ut celebrentur hic à nobis oblationes & ſacrificia ob commemorationes eorum quæ cito vobiſcum, Domino proſperante, celebrabimus. Ut igitur pro martyribus oblationes & ſacrificia offerre, eſt, ob commemorationem eorum oblationes erogare, & ſacrificia Euchariſtica Deo reddere, ut dicebamus: *Ita pro defunctis offerre, & ſacrificium pro dormitione defunctorum celebrare,* eſt, ob defunctorum commemorationem oblationes, & eleemoſynas per ſacerdotem offerre, & quod dormiant ac requieſcant in domino gratias Deo agere: quibus quidem inſtitutis deprecationem nonnulli adjiciebant. Atque hæc etiam confirmat Tertulliani locus, exhortatione ad caſtitatem, cap. XI. *Et iam repete, apud Deum pro cujus ſpiritu poſtules: pro qua oblationes animas reddas. Stabis ergo ad Deum cum tot uxoribus, quot illas oratione commemoras; & offeres pro duabus, & commemorabis illas duas per ſacerdotem de monogamia ob priſtinum, de virginitate ſanctitum, circumdatum virginibus ac univiris, & aſcendet ſacrificium tuum libera fronte.* Ceterum *offerre* dicunt, tanquam ſacrificium ſcil. Eſt enim eleemoſyna hoſtia accepta, & placens Deo. Apoſtol. ad Philipp. cap. IV. comm. XVIII. ad Hebr. cap. XIII. Cyprianus ſermone de Eleemoſyna: *Locuples & dives dominicum quum celebrare ſe credis,*

credis, quæ corbanam omnino non respicis: quæ in dominicum venis: quæ partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis. Græcis. Sozomenus lib. VI. histor. Eccles. cap. XV. μίνης δ' τῶν θεοφανίων ἑορτῆς, σὺν τοῖς ἄρχουσι καὶ δορυφόροις κλησίαν ἀθροιζομένῳ & δῶρά τι τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ προσενέγκοις αὐτῷ ἦλθε. Nempe ita Matth. cap. 11. comm-x pius. Nominabantur igitur sancti qui quiescebant, μένοι ἅγιοι, ac pro iis oblationes ac sacrificia offereb tamur ad Dionysium. Signato verbo utitur, τῷ ἀνα enim verbum translatum è ludis Gymnicis, ubi pr ξυτλον τοὺς νικῶντας. Res nota est. Sic ἀναγορεύειν Prædicare Latini dicunt. B. Ambrosius de Virginibu *In laudationibus solet patria prædicari, & parentes, ut in auctoru, successoris dignitas exaggeretur.* Idem libro d cap. III. *Ante mortem nulla est perfecta laudatio. N hac vita potest definito præconio prædicari, cum posterior.* Sanctos igitur jam quiescentes prædicat tanquam τερῶν ὁ πρῶτος: & recens functum eadem prædica ait auctor. εἶτα προστελθὼν ὁ θεῖος ἱεροφάντης, εὐχὴν ἐ πιτήδειον. Hæ sunt secundæ preces. Primæ igitur e Hæ sunt αἰτητικαί: Deum enim adprecatur fa peccata condonet, eumque in sinum Abraham cœtum recipiat. Hoc expresse docet Dionysius ne & ampliori explicatione horum rituum; ἡμὲν ἀ θεατικῆς αἰτιολόγητος δεῖπνου, πάντα μὲν ἀφῆναι τὰ δι ρειαν ἡμαρτημένα τῷ κεκοιμημένῳ, καταπέμψαι δ' αὐτὸν ζώντων, εἰς κόλπους Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, ὀδυνὴν καὶ λύπην καὶ στεναγμὸν. Id est: *Precibus quidem te contendit, ut & omnia peccata, quæ humana fragilit admissa sunt, ei qui excessit è vita remittat; & eum i viventium, in sinus Abrahæ, Isaac, & Iacob deducat, dolor, tristitia & gemitus.* Proponit postea objecti Cur, inquit, precamur pro mortuis, cum sciamu cum excesserit è vita secundum ea quæ hic fe pœnas consequuturum? unde concludi videtu vacaneas esse preces. Respondet Dionysius, etsi non esse tamen inutiles piorum preces. Tande precationis à sacerdote conceptæ pro mortuo.

Perionio conversa sunt, adscribam. *Hæc igitur antistes scit promissa esse à scriptis divinis quæ vera sunt; Petit autem ut ea eveniant, & dentur iis qui sancte vixerunt sancta præmia; ita tamen ut & ad Dei imitationem bonitatis similitudine formetur, aliorumque dona ut sua beneficia reposcat; & vera promissa sciat futura, iisque qui adsunt quasi interpres exponat ea quæ ipse ex sancto more & instituto repetat, plane eventura esse iis, qui in divina vita hinc migraverint. Neque enim unquam divinus antistes, qui est divinæ justitiæ interpres, ea quæ non Deo gratissima esse sciret, quæque ipse divine se daturum pollicitus esset, peteret. Itaque mortuis, qui non sunt initiati & sunt peccatores, hæc non precatur & optat, non solum quod in hoc ab interpretis divinorum munere ac loco discederet, atque aliquid eorum quæ juris Pontificii sunt, temere & arroganter non ab auctore mysteriorum permotus tentaret: verum etiam quod non consequeretur id quod non honeste peteret, à justo illo scriptorum divinorum loco, quem ipse non immerito auditurus esset. Petitis & non accipitis, eo quod male petatis.* Antea ostenderat gratiarum actiones Deo esse redditas, quod frater defunctus ad finem usque vitæ in Christi castris strenue militasset, & ita ex hac vita excessisset: Quare & à ministro inter ceteros sanctos in Domino quiescentes, & mundi ac Diaboli victores, hunc etiam nuncupatum & prædicatum. Nihilominus tamen novam precationem adjicit sacerdos, qua eum ad sinum Abrahami quasi deducit, aut comitatur: & à Deo flagitat, ut ea quæ promisit fideli tribuat. His peractis μὴ πλὼ ψυχλὼ, αὐτὸς π ὸ ἱερέρχης ἀνακάζεται τὸν ἐπὶ μνημένον, ἢ μεῖ' αὐτὸν οἱ πιρόντες ἅπαντες. Quasi osculo pacis fratrem dimittunt. Sic apud Gentiles oscula fuisse mortuis libata protrita observatio est. Ungit postea defunctum sacerdos, quasi ἢ τὸς ἱερὸς ἀγῶνας ἀθλήσοντες ἢ πλησιάζοντα, ut ait postea. Denique ἐνεπίθησιν ἐν οἴκῳ τὸ σῶμα. Hæc igitur observata ait Dionysius: Fratrem defunctum à propinquis ad Episcopum deportatum quasi ad coronam accipiendam: hymnos autem eucharisticos ab iisdem Deo τῷ ἢ νίκης αἰτίῳ, cujus gratia & ope frater victor abierat, decantatos: gratiarum actionem postea à sacerdote ob idem beneficium Deo redditam: capita quædam scripturarum de resurrectione recitata; & hymnos ad idem argumentum accommodatos decantatos: dimissos postea catechumenos: sanctos deinde quiescentes nominatos, & quasi victores clara voce prædicatos: precationem denuo pro defuncto à sacerdote conceptam: summam precationis fuisse, ut Deus defuncto veniam pecca-

catorum tribueret; eumque in locum viventium reci
postea osculo salutatum, unctum, denique condit
quum Christianorum res potentiores factæ essent,
quiarum adjecta: hymni & psalmi in exequiis dec
per choros; cerei etiam prælati, Gentilium ritibus i
existimabant, conversis. Nec est necesse plura in har
scriptorum loca, quæ passim occurrunt, proponere:
nymi verba rem abunde explicabunt. Sic igitur ille ad
Epitaphio Paulæ matris: *Exinc non ululatus, non plan*
culi homines fieri solet: sed psalmorum lingua diversis exa
bant. Translataque Episcoporum manibus, & cervicem f
tibus, cum alii pontifices lampadas cereosque præferrent: al
rium ducerent; in media Ecclesia spelunca Salvatoris est p
des psalmos ab iis, qui funus prosequebantur, de
clericorum choros insuper psalmorum cantamina
dem à gentibus fieri solitum, materialiter, ut loqu
stici. Appianus lib. 11. de bellis civilibus: προπέμπ
ἐὺν τόνδε θεὸν εὐδαίμονας, τὸν νενομισμένον ὕμνον ἀ
ἄδοντες. *Prosequamur igitur sanctum hunc, & ad be*
solemnem ei hymnum & lamentationem accinentes. De
rium etiam constat. Ovidius VI. Fastorum:

Exilio mutant urbem, Tyburque recedunt:
(Exilium quodam tempore Tybur erat)
Quæritur in scena cava tibia: quæritur aris:
Ducit supremos nenia nulla choros.

Sic igitur qui vel quæ neniam decantabant, chor
Herodianus in Pertinacis exsequiis & consecratio
ἡσύχως μέρος τῶν διηνεκεστάτων καὶ τυπτελεσῶν χορὸν ὃς
ἐν τῷ ἀνελικιμένῳ, γυμνασικῶν τῶν ἐν ἀξιώσει εἶναι δοκούσῶν
ὕμνους τε καὶ παιᾶνας εἰς τετελευτηκότα, σεμνῷ μέλει κε
θυσμένους. Inter alia neniarum & pæanum argumen
toni inferorum Deo defunctum commendaban
Alcestide:

Ἀλλ' ἐκφορὰν μὲν τοῦδε πέμψει νεκροῖς,
Πάρεστε. καὶ μένοντες ἀντιχάσκετε
Παιᾶνα τῷ κάτωθεν ἀκτύπῳ θεῷ.

De cereis autem & lampadibus alia disputatio est
152. *Familiaris communicatores rei & eum.*] V

transplantandam hoc pacto : *familiaris & communicatores rei cum omnibus &c.*

Pag. 153. *Cum omnibus quos solidet germanitatis necessitudine copulatio.*] Egregia hæc laus. Christiani fraterno amore invicem amabant: seque fraternis non solum appellationibus; sed studiis & officiis mutuo prosequebantur. Tertullianus Apologetico: *Modicam unusquisque stipem menstrua die, vel quum velit, & si modo possit, apponit = Nam nemo compellitur; sed sponte confert. Hæc quasi depositæ pietatis sient - Nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis dispensatur: sed egenis alendis humandisque; & pueris ac puellis re, ac parentibus destitutis; jamque domesticis senibus: item naufragis, & si qui in metallis = & si qui in insulis, vel in custodiis, duntaxat ex causa Dei sectæ, alumni confessionis suæ fiunt. Sed ejusmodi vel maxime dilectionis operatio notam nobis penes quosdam inurit. Vide, inquiunt, ut invicem se diligant, &c.*

153. *Corruisse aeras.*] Rescribunt, *corripisse.*

153. *Sin autem ab hujusmodi nefariis.*] Recte Ms. Reg. *Sin autem ab hujusmodi furiis.*

153. *Et ab ejus contenta & permixtione sunt absoluti.*] Ms. Reg. *compta.* Rescribunt alii *contactu.* Cujacius novum verbum commiscebatur *concepta*, ut *retenta*, & similia: propter ea quæ præcesserunt, *Nam si concipiunt has faces.* An etiam heic *contenta*, ut contentio, à continendo, ut *retenta* à retinendo?

DESIDERII HERALI AD ARNOBII Librum V, *Animadverſiones, & caſtigationes.*

Summa Libri.

NATIONUM ſuperſtitionem & f. vanitatem duobus præcedentibus agitavit Arnobius: ſed quia omnia ibi reprehenſa ſunt poterant excuſa à laſcivientibus & ludentibus poëti non autem religione ſancita: tranſit Arnobius ad hiſtorias graves & ſer quibus oſtendit non minorem van necminus ridiculam contineri, quam in poëtarum *ſcripi* rumpit deinde in ipſa Gentium ſacraria: & quam ſint impia flagitioſa ipſa, quæ ſanctiſſima exiſtimant, myſteria *prola* rum cerimoniis, ſymbolis, ritibus demonſtrat, & arcanis l num mirifice inſultat, & τὰ μυστήρια ἐξοχῶν τῶν μάλα ὀλιγαρχῶν liber profunda quadam eruditione abundat: magnam auten tem è Clementis Protreptico expreſſus eſt.

Pag. 154. *Eſto: ab ludentibus poëtis.*] Quæ propoſita ant vobis à ludentibus & laſcivientibus poëtis conficta: quo tan pacto excuſabitis ea, quæ hiſtoriæ graves & ſeriæ *produnt;* que in ſanctiſſimis veſtris, ut exiſtimatis, myſteriis traduntur minus ridicula? Ait, *poëtarum ſunt excogitata laſcivia.* Ita ſig cat poëtarum ludos & παιδιάς. Nam dicebat modo, *ab ludeı poëtis.* Sic libro IV. *Exiſtimare non poſſumus, utrumne iſtud ſerio, e ex rei compertæ faciatis fide, an fictionibus ludentes caſſis ingeniorum*

viatis luxu. Nam lascivia dicitur proprie dissoluta illa animi Ἀλογία, qua animi gratia, nullo certo scopo proposito, sed plane παίζων aliquid agitur: Et quia humanum ingenium ad vitia natura propendet, animus ita dissolutus, & judicii moderamine remoto vagus in rebus malis sæpius ludit. Cornel. Tacitus Historiarum libro secundo, ubi miserant Cremonenſium sortem describit: *Faces in manibus, quas, ubi prædam egesserant, in vacuas domos & inania templa per lasciviam jaculabantur.* Talis est lascivia petulantium juvenum, noctu vagantium atque bacchantium: quales describunt Neronem, Verum, Commodum, & alios noctu vagari solitos, & cum triconibus rixas commiscere: quam quidem proterviam qui excusare volunt, *ludum* appellant, & Græci παιδιάν, quod in Alcibiade observat Plutarchus: at qui proprie loquuntur, ἀσέλγειαν. Et vix est, ut ingenia ita dissoluta & laxa frugem unquam faciant.

154. *Historiæ graves, seriæ, curiosæ.*] Recte opponit historias graves & serias iis, quæ per jocum, & à ludentibus scribuntur, animi causa, nullo proposito fine, sicut modo dicebamus. Sic eos Græci ludere, παίζειν dicunt, qui nihil agunt serio, sed μάτην: & hominem tam elumbis ingenii μάταιον appellant; quia agit & loquitur, ἀλλ' μάτην. Herodotus Musa 11. ubi Amasis Ægyptii ingenium & vivendi rationem describit; eum ait primis diei horis, donec implerentur hominum conventu fora, negotiis ac rebus seriis operam dare solitum: post id tempus genio indulsisse, & cavillis atque lascivia animum oblectasse. Verba suavissimi scriptoris sunt: τὸ μὲν ἔμπροσθεν, μέχρις ὅτε πληθύσαι ἀγορὰς ἀνθρώπων ἐπῆλθε τοῦτο τὸ προειρημένον πάντα πρήσσειν σπουδῇ. τὸ δὲ ἀπὸ τούτου ἐπὶ τὰ παίγνια ἐτράπετο, καὶ ἐπεὶ μισθός τε καὶ παιγνίημων. Eundem paulo post ait fuisse Φιλοπότην καὶ φιλοσκώμμονα, καὶ ἐς ἀδαμοῦ τοιούτου ἀνδρὸς: quem locum profert Athenæus lib. vi. & legit ἀποπαιζόντων ἄνδρα: Sic σκώπτειν & ἀποπαίζειν sæpissime opponuntur: quemadmodum παίζειν & σπουδάζειν. Eunapius præfatione: τὸ παίγνιον δὲ ἐς ἀρετὴν ἄξιον λόγου, ἀσπούδαστον ἂν πάντως τὸ σπουδαζόμενον.

154. *Cum procurandi fulminis scientiam non haberet*]. De fulminis procuratione dicebamus antea ad librum secundum.

Pag. 155. *Deum contra animali subjecisse Pompilium.*] Hæc est lectio, vetus, pro qua Gelenius, *Deum contra animam subjecisse Pompilium*, Aliter edit. Rom-stra.

pilium, piscis. Temere. Excidisse existimo vocem librariis minus cognitam, *m.ena.* & idcirco legerim: *Deum contra animali: subjecisse Pompilium, mæna.* Plutarchus: Ἐπικεναμένῃ ὑπὸ Διὸς ἐμψύχοις, ὑπαγαγὼν τὸν Νεμᾶν, μαινίσιν. Nam plurali numero proponuntur ista omnia apud Plutarchum, quæ heic numero singulari. Ibi κεφαλαῖς, θελξιν. Heic, *capite, capillo.*

155. *Numa capillo cepitio.*] Corrigunt, *non capillo cepitio.* Legerim, *non autem capillo c.* Scripserat librarius *non a.* unde factum, *numa.*

155. *Ita enim sunt omnia & excogitata, & comparata derisui.*] Plutarchus: πεδ' ὃν μὲν οὖν τὰ μυθώδη καὶ γελοῖα πλὴν τοῦτόν γε ἀνθρώπων ἐπιδείκνυμεν Ἀλέξησιν πρὸς τὸ θεῖον, ὧν ὁ ἐθισμὸς αὐτοῖς ἐνεπαίσιον.

Pag. 156. *Ab ipso enim decidunt fulmina.*] Proba lectio; nec eam solicitare debebant. Neque enim imminentia fulmina procurabantur: sed quæ per fulmina significabantur imminere. Mox: *Et si quando per fulgura significavero aliquid imminere.*

126. *Et si quando per f. significavero aliquid imminere.*] Proprie *significare*, ut Græcis σημαίνειν: & *significationes* modo διοσημείαι. Corrige obiter Zosimum lib. 11. τούτῳ μὲν τὸ οἰκίαν ἄλους ὑπὸ ἐκ βίνδρων ἐφυγῆ κατὰ Φλεχθέντων, ἡπέρει πρὸς τὸ ἐκ πεφυγῆ κατὰ Φλεχθέντων σημαινόμενον. Lege, πρὸς τὸ ἐκ πεφυγῆ σημαινόμενον. Nam κατὰ Φλεχθέντων repetita vox est è præcedentibus.

156. *Et sacrum vanescat.*] Ms. Reg. habet *sacrorum.* Unde efficiebat Cujacius, & *sacrorum vi vanescat.*

156. *Verbenarum suffitio.*] Virgilius:

Verbenasque adole pingues, & mascula tura.

De his autem, quos adjicit, fremoribus dicebamus ad librum primum.

Pag. 158. *Insana & furialis libido, & ex utraque sexu.*] Legebat Gelenius, & *ex utroque sexu.* Alii legunt, *& ex utroque sexu*, ut ita significet Arnobius eum fuisse androgynum. Nescio quid aliud mihi in mentem venit. Legi igitur posse existimabam, *& ex utero quippe saxi vis apta devastare, disperdere* &c. Id est, & robusta ac quasi saxea vis, quippe hominis in saxi utero procreati, apta devastare, id est ad devastandum &c. Syntaxi Græca.

158. *Exaltatus ille vi meri.*] Legendum, *exalata ille vi meri.* quæ est correctio divini Scaligeri.

Aliter in edit. nostra.

Pag. 159. *Repertum nescio quis sumit, formas, lacte alit hirquino.*] Corri-

Corrigunt alii *formans*, alii *format*. Nec magnis ingenii viribus opus fuit ad hæc eruenda. Velim aliquid melius. Ego ſuſpicor *formas* vocem eſſe alienam, & alieno loco poſitam, natam è gloſſemate. Scripſiſſe enim aliquem ad dictionem ſcitulos, *formoſos*, unde natum *formas*, & tandem in textum relatum.

159. *Et qua ſolum poterat minus rectis aſſentationibus vinctus.*] Placet ornatiſſ. Canteri conjectura, *minus tectis aſſ.*

159. *Et ab eo dona ſylveſtribus honorari.*] Proprie & accurate. Dona enim honoris ſignum. Eleganter Philoſophus lib. I. Rhetor. cap. v. Δῶρα παῤ ἑκάστης τιμία. ἡ γὰρ τὸ δῶρόν ἐστι κίνημα δόσις, καὶ τιμῆς σημεῖον. διὸ καὶ οἱ φιλοχρήματοι, καὶ οἱ φιλότιμοι ἐφίενται αὐτῶν. ἀμφοτέροις γὰρ ἔχει ὧν ἐρῶσιν. ἔστι γὰρ κτῆμά τι, καὶ ἐφίενται οἱ φιλοχρήματοι: ἔστι πρὸς τιμὴν ἔχει, καὶ οἱ φιλότιμοι.

159. *Ac ne ſcevus aliquis nuptialia interrumperet gaudia.*] Id eſt, σκαιός, ἀποτρόπαιος τις, ſiniſtri ominis & infauſti. In iſtis autem conjunctionibus & fœderibus auſpicia ſtudebant facere ſibi proſperrima, & contraria omnia vitare. Hinc Seneca Controverſia v. lib. x. *Occurrunt nuptiis omina dirai ſacris publicis triſtia; feriatu maxime ac ſolemnibus, & hilaritati dicatis diebus ſeminanimes iſti greges occurrunt.* Quare nec novis nuptis exequias licebat ire. Syneſius epiſtola III. ἡ γὰρ ὀλίγοις νομίζεται νυμφοστολίαις βαδίζειν ἐπ' ἐκφοράν.

159. *Fecit oppidum claudi.*] Id eſt, juſſit, noſtrate dialecto. Sic fecit fieri obſervabamus apud Ælium Spartianum; & ſimilia apud Caſſiodorum, Chryſologum, & alios.

159. *Conclamant exterriti adorandorum Phryges.*] Probo Meurſii conjecturam, *ad ora amborum Phryges.*

Pag. 160. *Nunc etiam ſacras velarier & coronarier pinos.*] Pinum inſtrutela matris Deum fuiſſe nemo, opinor, mediocriter doctus ignorat. Quare plura ad hoc probandum exempla coacervare velle, næ hominis eſſet miſerrime diligentis.

160. *Dat lacrymas cum Acdeſti.*] Propria phraſis. Nam *dare lacrymas* defuncto quaſi debitum aliquod munus. Agam hæc *de* lacrymis defuncto datis uberius, quia rem video nondum ſatis explanatam. Nam ſi aliter ſe res haberet, is qui de Funeribus nuper congeſſit, non omiſiſſet ſane obſervationem iſtam. In alienis animadverſionibus corradendis mirificam diligentiam adhibuit, niſi quod eorum, per quos profecerat, nomina omiſit. Quæ ejus nos noſtras obſervationes ibi videmus ſimpliciter & pæne

λεξει proposita, nostraque ipsorum scripta in alienis descriptis legimus. Sed ad rem. Statim quum expiravit aliquis, sequitur propinquorum & amicorum fletus & ejulatus. Hæc est prima conclamatio. Hujus rei exempla quotidiana: sed nescio quo modo afficiunt nos, quæ in scriptoribus observamus. Apud Euripidem Admetus uxorem Alcestidem abeuntem affatur: salutat eum abiens uxor: sequitur tandem abitionis consummatio: quam excipit Eumeli & aliorum conclamatio.

Ἀδ. βλέψον πρὸς ἡμᾶς, βλέψον. Ἄλκ. οὐδὲν εἰμὶ ἔτι.
Ἀδ. τί δρᾶς; προλείπεις; Ἄλκ. χαῖρε.
Ἀδ. ἀπωλόμεν πάλαι.
Χορ. βέβηκεν, οἰκεῖ' ἐστὶν Ἀδμήτου γυνή.
Εὐμ. ἴω μοι τύχας, μαῖα δὴ κάτω
βέβηκεν.

Βέβηκεν est heic, quod nostrate lingua dicimus, *Elle est passée.* Et βέβηκεν, abiit ad plures, & ultimum iter ingressa est. Sophocles in Trachiniis:

Βέβηκε δηϊάνειρα τλὼ πανυστάτῳ
Ὀδῶν ἀπασῶν ἐξ ἁπασῶν πρόσω.
Χορ. ἆ δῆτ' οὖν θανοῦσα; Τρ. πάντ' ἀκήκοας.

Quum igitur expirarat aliquis, conclamabatur à familia; deinde deponebatur humi: tunc que supra terram esse dicebatur, ut docet Servius. Lucanus libro secundo:

----- *Sic funere primo*
Attonitæ tacuere domus: quum corpora nondum
Conclamata jacent: nec mater crine soluto
Exigit ad sævos famulorum brachia planctus.

Philo dissertatione de Iosepho: πλάττουσιν ἀπαρασκεύαστον ἐκπλήττουσαι τοῦ ὀφθαλμοῦ πανέκλειστα, ἐπεδάκρυσε καιρῷ τῷ νεκρῷ, πολυτρόπως ἐκήδευσε, τῶν νομιζομένων οὐδὲν παρέλιπεν. Atque hæc prima conclamatio: & hinc *conclamati* mortui. Euripides in Alcestide:

Κλύει τις ἢ σιναγμὸν, ἢ χερῶν κτύπον.
Κατὰ στέγας, ἢ χόον, ὡς περιπεκλαυμένων.

Nota, ὡς περιπεκλαυμένων. Unde translatum Terentio, *Desine, jam conclamatum est*, εἰς οἰμωγὴν ἀναβοῶσιν dicit Herodianus libro primo. Atque hæc de prima conclamatione. Quum autem aliquot dies asservatus esset, & componeretur, ac pararetur jam pompa funeris, ultimum conclamabatur. Servius ad hæc Virgilii VI. Æn.

Part

…traque ipſorum ſcripta in alteram deſcripſe…

…. Statim quum expiravit aliquis, ſequitur po… eorum fletus & ejulatus. Hæc eſt prima medi… exempla quotidiana: ſed neſcio quo modo … ſcriptoribus obſervamus. Apud Euripidem Al… eidem abeuntem affatur: ſalutat eum abeu… eum abitionis conſummatio: quam exoptat… clamatio.

…ς γυναῖ, βλέψον. Ἀλλ. οἶδ᾽ ἐγὼ τὸν… ἐκλείπεις; ἀλλ᾽ χαῖρε.

…᾽ πάλαι.

…ικᾶς᾽ ἐγὼ δ᾽ ἀμφὶ γυναῖ.

…ας, μαῖα δ᾽ ἐγὼ κάτω

…A noſtrate lingua dicimus, *Elle eſt paſſe. Il …es*, & ultimum iter ingreſſa eſt. Sophocles

…Ναυπάκτιον
…πόντου πόδοιν.
…ας, Τὸν παῖ᾽ ἀνήκεις.

…aliquis, conclamabatur à familia; deinde …neque ſupra terram eſſe dicebatur, unde …Vlcerando:

…tus
…: quam corpora nendum
…mata crine ſoluto
…am brachia planctus.

…pho: πολλοῖσιν ἐπιστρατεύσατον ἰσχίοισιν …ἐπιδέξιον κατωμίου τοῦ ἀριστεροῦ, πλευρὰ …ρίλιπον. Atque hæc prima cu… ortui. Euripides in Alceſtide

…ὐχ ὑπεξέρχου.
…παγμάτων.

Unde e tranſlatum Terentio, *Deſine, in …* dicit Herodianus libro pri… clamatione. Quum autem aliquis … componeretur, ac pararetur jam pom… mabatur. Servius ad hæc Virgilii verſ…

Pavs calidos latices, & ahena undantia flammis
Expediunt, corpuſque lavant frigentis, & ungunt:
Fit gemitus: tum membra toro deſleta reponunt.
Servabantur cadavera octo diebus, inquit Servius, *& calida abluebantur: & poſt ultimam conclamationem comburebantur.* Apulejus Mileſ. 11. *Ecce jam ultimum* deſletus atque conclamatus proceſſerat mortuus: rituque patrio, *ut pote* unus de optimatibus, pompa funeris publici ductabatur per forum. Diximus mortuos primum conclamatos; tum humi depoſitos. Rem ita eſſe oſtendit experientia quotidiana, & exempla prolata à nobis ſatis teſtantur. De depoſitione iſta notabimus obiter aliquid. Artemidorus lib. 1. Oneirocrit. cap. XIV. οἱ δ᾽ ὑποτιθέμενοι ἐχυρώτερόν ἐστιν ἐκλείπειν τὴν οἰκίαν, ὡς τὰ βρέφη, ἢ χαμαὶ τίθενται. Hoc *exponere* dicit Zeno Veronenſis ſermone de Continentia: *Tune non illa es, qua mariti corpus expoſitum lavaſti lacrymis: oſculis deterſiſti.* &c. Hinc certe *depoſitum* pro deſperato dicimus. Nam quod ſomniant Grammatici, alieniſſimum eſt. Ovid. III. Triſtium:

Nec mea conſueto langueſcent corpora lecto?
Depoſitum nec me qui fleat ullus erit?
Nec mandata dabo? Nec cum clamore ſupremo
Labentes oculos condet amica meos?

Et libro II. de Ponto:

Iam prope depoſitus: Certe jam frigidus ægro,
Servatus per te, ſi modo ſervor, ero.

Statim igitur quum expirarat mortuus conclamabatur: dein deponebatur: poſtremo quum exportandum eſſet cadaver, ultimum conclamabatur: Poſtremo quum in ignem imponeretur, ultimum deflebatur: Neque enim *conclamatur* tum proprie: ſed *defletus*. Hæc igitur accurate diſtinguenda ſunt. Ovidius:

Tum juvenem nondum falſi flevere Quirites:
Vltima plorato ſubdita flamma rogo eſt.

Terentius:

Funus interim
Procedit. Sequimur. Ad ſepulchrum venimus.
In ignem poſita eſt. Fletur.

Tibullus eleg. III. lib. III.

Ante meum veniat longos incomta capillos,
Et fleat ante meum maſta Neæra rogum.

Aliter in edit. nostra

160. *Mater suffodit & se Deum.*] Hæc est lectio vetus pro ea, quam suppoſuerant, *mater ſuſſodit eam Deum.*

160. *Et ſauciat pectus pauſatæ circum arboris robur.*] Quid appellet *pauſatam arborem* Arnobius equidem divinare nequeo. *Pauſare* est ἀναπαύεσθαι & ἀναπαύειν in Gloſſis Philoxeni. Plautus in Trinummo: *Pauſa, Victiſti caſtigatorem tuum.* Sed *arbor pauſata* quid est? Lxiſtimo igitur legi poſſe, *& ſauciat pectus pauſate circum arboris robur. Pauſate* ſcilicet: quia certo modo, πακτῶς ac per pauſas pectus pulſabant, quando planctus ad neniam peragebatur, veris & crudis planctibus jam effuſis. Feſtus: *Præſicæ dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductæ: quæ dant ceteris modum plangendi, quaſi in hoc ipſum præfectæ.* Sic recte *pauſate plangere.* Quare & Seneca *pauſarium* appellat eum qui remigibus modos dat, epiſtol. LVI. Hinene etiam intelligendus in Caracalla Spartianus? *In quo quidem mihi mirum videtur, quemadmodum ſacra Iſidis primum per hunc Romam veniſſe dicantur, cum Antoninus Commodus ita ea celebraverit, ut & Anubim portaret, & pauſas ederet.* Nam pinu pectus tundebant Iſiaci.

160. *Et perpetuo ſolus agitetur & motu.*] Hæc est lectio vetus. At Gelenius ultimam copulam ſuſtulit. Propius Arnobii ſtilum: *digitorum ut minimiſſimus vivat; perpetuo ſemper agitetur & motu.* Amat has trajectiones Arnobius.

Aliter in edit. nostra

Pag. 161. *Ergone Deum mater diluvii cauſa nulla fuit.*] Hæc est lectio vetus, pro qua ediderant, *diluvii caſu.* Legendum forteſſe, *diluvii pauſa*, id est, diluvio finito, vel, quum diluvium quaſi prioris ævi pauſa interjectum est, Lucretius libro III.

Nec memori tamen id quimus reprehendere mente.
Inter enim jecta est vitai pauſa: vageque
Deerrarunt paſſim motus ab ſenſibus omnes.

161. *Perpetua in continuatione ſortitos.*] Hæc lectio est è MS. Reg.

Pag. 162. *Sed animalibus quoque nonnullis.*] Varro libro II. de re Ruſtica: *Quum equus matrem ut ſaliret adduci non poſſet; & eum capite obvoluto proriga adduxiſſet, & coegiſſet matrem inire, quum deſcendenti demiſſiſſet ab oculis, ille impetum fecit in eum, ac mordicus interfecit.*

162. *An reſpectus pietatis & honeſti capitoliorum deſpuit præſidi; ne quid.*] Hunc locum diverſis modis reformare tentant. Quidam, *An reſpectus pietatis & honeſti capitoliorum deſpuit præſes, nec &c.* Alii, *An*

dit & se Deum.] Hæc est lectio vera pro
: mater subsedit eam Deum.
ctus pansæ circum arboris robur.] Quid sibi
nodius equidem divinare nequeo. Paucis
m in Glossis Philoxeni. Plautus in Trinu
diligatorem tuum. Sed arbor pansa quidem
postea, & sanctas pectus pansæ circumdato
: quia certo modo, vacuus ac per pausa
ndo planctus ad neniam peragebatur, seu
im effatis. Festus: Præfica dicunta mœro
m conducta: quæ dant ceteris modum plangendi
: Sic recte pansæ plangere. Quare & Sa
cum qui remigibus modos dat, epibatam
ligendus in Caracalla Spartianus? In qu
r, quemadmodum sacra Isidis primum per lu
m Antoninus Commodus ita ea celebravit, u
usus ederet. Nam pinu pectus rundebant

retur & mota.] Hæc est lectio vetus. Ad
m sustulit. Propius Arnobii illum:
at; perpetuo semper agitetur & mov. Ad
ius.
mater diluvii causa nulla fuit.] Hæc el
ant, diluvii casu. Legendum fortasse
nito, vel, quum diluvium quasi pos
Lucretius libro III.
um reprehendere mente.
ra: vagaque
sensibus omnes.
ne sortitos.] Hæc lectio est è ve
que nonnullis.] Varro libro II. de
: saliret adduci non posset; & cum
& coegisset matrem imit. quum dicit
fecit in eum, ac mordicus interfe
cesti capitoliorum desputi profecti, u
s reformare tentant. Quidam
-um desputi prosti, ut &c. Ali
b

An respectus pietatis & honesti capitoliorum defuit præsidi, nec &c.

162. Cum incautus & properus oblectionis esset rejectus à furto.] Rescribunt alii, obreptionis; alii oblectionis, pro oblectationis. Ego hercle.

162. Et quam rapere voluptatem.] Iacobus Cujacius corrigebat, & quum rap.

162. Conventionis hujusmodi cœptum genus vitat.] Hunc locum diversis modis interpolant. Simpliciter legendum existimo, nisi forte dicetis, conventionis hujusmodi cœtum genus vitat, atque execratur humanum. Cœtus pro coitus, ut observabamus supra.

Pag. 163. Et non quotidie videamus eos, qui sibi demessuerint has partes.] Horatius in Satiris: Caudamque salacem Demeteret ferro. Lactantius libro quinto: Qui virilia sua metant, &, quod est sceleratius, ut sint religionis antistites.

163. Peniculantem, decuramenta, cantherios.] Scaliger legit, peniculamenta decurtantem cantheriorum. Eum vide in Catalectis. Aliter in edit. nostra.

Pag. 164. Aut de divino aliquid ex corpore desecari.] Hæc est lectio vetus. Similem pleonasmum habebamus supra lib. IV. Quid est enim quod dici de immortalibus Diis possit, quod non ex hominum de scriptis ad humanas pervenerit notiones? Aliter in edit. nostra.

164. Quum vis illa telluris cooperta est gremio.] Id est, vir ille, membrum illud, pars illa. Supra: Ad opem concursum est unicam, ut vino madidaretur multo, & viribus spoliaretur abscissis.

164. Et in punctis ratio poma extulit mitia.] Corrigunt alii, & in punctistio: alii, quorum opinionem sequor, & in puncti spatio. Sic autem punctum apud Lucretium sæpissime.

164. O Abdera, Abdera quantas vias mortalibus irridendi.] Hæc est lectio vetus, pro qua solemni temeritate suppositum erat Gelenius, O Abdera, Abdera quam fas mortalibus irridenda. Vulgatam lectionem explicare possumus. O Abdera, inquit, quot hinc nascerentur irridendi viæ, id est, rationes & causæ? &c. Nam quanti pro quot apud hos scriptores: ut apud Tertullianum locis infinitis: ut omittam ceteros scriptores Ecclesiasticos. Pro dicunt eam in sequentibus, discunt eam. Aliter in edit. nostra.

164. Poma ibi necesse est surgant.] Rescribunt, suriant. Vulgatam lectionem retinendam censeo. Surgere enim est, pro surrigere: ut porgere, pro porrigere, & similia. Infra: Quem quum Tuscorum disciplinarum perita, surrexisse Deos, & nervis obquid dimoveret Etruria durasse divinis.

164. *Alebat Berecynthia relegatam.*] Malim *relegatam*. Supra: *Tanquam vitiatam claudit pater, & curat ut inedia moriatur; pomis atque alius bacculis Deum ſuſtentatur à matre.*

Pag. 165. *In qua ſexus viriles non ſolum homines ponunt.*] Reponenda lectio MS. R. *ſecus virile*, de qua Cario Emendat. lib II.

Aliter in edit. noſtrâ. 165. *Sed pecudes etiam fiunt ex maribus mares.*] Alii *ex maribus matres*: alii etiam *ex matribus matres*, ut ſint, *exmatres*, μητέρες μὴ ἔχουσες, ut *exos*, & ſimilia.

165. *Sed quid Midas horruerit non eſt facile ſuſpicantibus exiſtimare.*] Imo *non eſt difficile*. Horrebat enim deteſtandam Acdeſtidis patientiam.

Pag. 166. *Ac ne nuda in gremio diffluerent ſic ſoli.*] Legendum exiſtimo, *ſcil. ſoli*. Clarius fuiſſet, *ac ne ſcil. nuda* &c. Scriptum autem fortaſſe fuerat. *ſc.* Unde factum *ſic*. Sequentia ita diſtinguenda, *lavit utique, balſamis atque unxit.*

166. *Aut textriculas puellas audire tadioſi operis circumſcribentes moras.*] Ovidius libro quarto Metamorphoſ.

E quibus una levi deducens pollice filum,
Dum ceſſant aliæ, commentaque ſacra frequentant:
Nos quoque, quas Pallas melior dea detinet, inquit,
Vtile opus manuum vario ſermone levemus:
Perque vices aliquid, quod tempora longa videri
Non ſinat, in medium vacuas referamus ad aures.

166. *Aut infantibus credulis avocamenta quæritantes anus longævas,*] Apulejus Mileſ. IV. *Sed ego te narrationibus lepidis, anilibuſque fabulis protinus avocabo.*

Pag. 167. *Et eſſe illam in rebus.*] Legendum ſuſpicabar, *in ritibus*. Id eſt, in ſacris & cerimoniis. *Illam* dicit hiſtoriam. Quare nihil neceſſe erat *cauſas* mutare in *cauſam*.

167. *Quid pectoribus applodentes palmas paſſis cum crinibus Gallis?*] Apulejus Mileſia VIII. *Cinædum & ſenem, calvum quidem, cincinnis ſemicanis & pendulis capillatum: unum de triviali popularium fece, qui per plateas & opida cymbalis & crotalis perſonantes, Deamque Syriam circumferentes mendicare compellunt.* Iterum eodem libro: *Diuque cantantes in circulum, & nonnunquam morſibus ſuos incurſantes muſculos, ad poſtremum ancipiti ferro, quod gerebant, ſua quiſque brachia diſſicant.* Sic omnes fanatici, harioli, & ejuſmodi agyrtæ capillati: quod è veteribus

teribus ſcriptoribus ſatis notum. Hinc Arrianus lib. IV. Diſſertat. Epicteti, cap VIII. Ἵνα φιλόσοφος. Δεῖ δή; τελέουσι χρὴ ἔχειν τὴν νόμιμον. οἱ δ' ἀκρίτως ἢ ἔχουσιν;

167. *Quid temperatus ab alimonio panis, cui rei dediſti nomen caſtus?*] Abſtinebant à pane Cybeles & Iſidis ſacerdotes. B. Hieronymus epiſt. ad Lætam, de inſtitutione filiæ. *Faciant hoc cultores Iſidis & Cybeles: qui guloſa abſtinentia Phaſidis aves, & fumantes turtures vorant, ne ſcil. Cerealia dona contaminent.* Abſtinentiam illam, &, ut loquitur Arnobius, temperatum appellabant *caſtum*: quod docet heic ſcriptor noſter. B. Hieronymus lib. II. contra Iovinianum: *De ciborum ſibi placent abſtinentia; quaſi non ſuperſtitio gentilium caſtum* (perperam ſcriptum erat *ceſſum*) *matris Deum obſervet, & Iſidis.* Hæc eadem vox reponenda eodem libro: *Quomodo autem virginitati vere non præjudicat imitatio virginum diaboli: ita nec veris jejuniis caſtorum Iſidis & Cybeles; & quorundam ciborum in æternum abſtinentia: Maxime cum apud illos jejunium panis ſagina carnium compenſetur.* Tertullianus libro de jejuniis: *Sed bene quod in noſtras xerophagias blaſphemias ingerens, caſto Iſidis & Cybeles eas adæquas.* Ergo *caſtus* proprie Iſidis & Cybeles: ſed & aliorum etiam deorum: quorum in caſto certis & ſtatis diebus quandoque erant, id eſt, certis cibis abſtinebant, aut etiam uſu Veneris, ut qui erant in caſto Cereris. Feſtus: *Minuitur privato luctus, quum in caſto Cereris eſt.* Macrobius lib. I. Saturnal. cap. XXIII. *Vehitur enim ſimulachrum Dei Heliopolitani ferculo, uri vehuntur in pompa ludorum Circenſium deorum ſimulacra; & ſubeunt plerumque provincia proceres raſo capite, longi temporis caſtimonia puri.* Caſtimoniam heic appellat ἁγνείαν, & abſtinentiam ab operibus Venereis. Dixit *caſtimonia* πληθωλικὰς Apulejus Meleſ. XI. *Quod enim ſedulo percontaveram, difficile religionis obſequium, & caſtimoniorum abſtinentiam ſatis arduam, cautoque circumſpectu vitandam, quæque multis caſibus ſubjacet, eſſe muniendam.* Heic *caſtimoniorum abſtinentiam* vocat rigidam abſtinentiam ab omni cibaria voluptate; ab animalibus, à vino, & ſimul ab rebus illis temperatum. Explicate poſtea eodem libro. *Idque plane cunctis arbitris præcipit, decem continuis illis diebus cibariam voluptatem coercerem, neque ullum animal eſſem, & invinius eſſem.* Ergo *caſtus* à careo, caſtum: unde caſſus: ac Iterarum μεταθολὴν caſtus. Feſtus, *Puri menſtruo eſſe dicebantur, quia ſacrorum cauſa toto menſe in cerimoniis ſunt, id eſt, puri ſunt certis rebus carendo.* Idem: *Denariæ cerimoniæ dicebantur, & tricenariæ, quibus ſacra adituris*

adituris decem continuis diebus, vel triginta, certis quibusdam rebus ca-rendum erat.

Pag. 168. *Et cur more lugentium cædant cum pectoribus lacertos.*] Hæc omnia interpretabantur allegorice: ut deorum Mater terram significaret; Galli autem lacertos sibi lacerarent, ac virilia demeterent, propter arationem ac messim. Sic enim ista significabant. Hoc observat Tertullianus adversus Marcionem lib. I. cap. XIII. obscuro loco, & quem nullomodo intelligunt Interpretes. *Ipsa quoque vulgaris superstitio communis idolatriæ, quum in simulachris de nominibus & fabulis veterum mortuorum pudet, ad interpretationem naturalium refugit, & dedecus suum ingenio obumbrat, figurans Iovem in substantiam fervidam, & Iunonem ejus in aërem, secundum sonum Græcorum vocabulorum: item Vestam in ignem, & Camenas in aquas, & magnam matrem in terram, seminalia demessam, lacertis aratam, lavacris rigatam.* Quod addit, *lavacris rigatam*, hoc ait, quia Almone lavabatur Deum mater solemni die.

168. *More lugentium cædant cum pectoribus lacertos.*] Supra: *Et sociatis planctibus cum Acdesti tundit & fauciat pectus pausate circum arboris robur.* Ac de hac pectoris ac lacertorum pulsatione lugubri plana res est. Idcirco igitur scribit Artemidorus lib. I. cap. XLIII. mulieres in luctu ubera plangere, atque fœdare. αὕτη γὰρ ἐν πένθεσι μαζοὺς λωβᾶται. Zeno Veronensis sermone de Continentia: *Tune non illa es, quæ mariti corpus expositum lavasti lacrymis; obscuris deterssisti: crinium damno velasti; scissis genis, livore fœdatis uberibus: sordido plus pulvere tecta, quam vestes.* Non poterat melius exprimi τὸ λωβᾶσθαι καὶ μαζούς.

168. *Vos non divinas conficere querimonias.*] Pro *cerimonias*. Librarii in hoc scribendi genere errant sæpissime.

168. *Quam inhiant viles Galli.*] Hæc est lectio vetus, pro qua Gelenius, *ineant*. Alii, *initient*.

168. *Vel mysteria illa continent sancta, quibus initiis nomen est.*] Cicero. *Nam mihi cum multa eximia, divinaque videntur Athenæ tuæ peperisse, atque in vitam hominum attulisse, tum nihil melius illis mysteriis quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem & mitigati sumus: initiaque ut appellantur, ita re vera principia vitæ cognovimus.*

Aliter in edit. nostra. 168. *Sed paucorum taciturnitatibus tradidisse sacr.*] Hæc est lectio vetus, pro qua legerim, & *quæ non omnibus vulgo, sed paucorum taciturnitatibus tradi licet. Sed sacrorum* &c.

168. *Sed*

168. *Sed paucorum taciturnitatibus.*] Scholiastes Aristophanis ad **Ranas:** μυσίεια, ἀφ' ὧν τὸν ὄντ' ἀκούοντας μύειν τὸ στόμα, & μηδενὶ ἐξηγεῖσθαι.

168. *Faunam igitur Fatuam.*] Ita edidit Ursinus. At in editione **principe** & ms. Reg. legebatur. *Fœdam ig.* Nec erat temere ac **sine** librorum auctoritate mutanda hæc lectio. Fortasse enim *Fœdam* appellat Fatuam ἀπὸ παρδοκίαν, pro *Faunam*, propter **eas fœditates**, quas statim perstringit.

168. *Sextus Clodius indicat sexto de diis Græcorum.*] Reponi voluerat **Clodius**, ut observat Lactantius. Hos enim libros Græce scripsetionem **his** in locis expresserunt.

168. *Quod quum ei divinam rem mulieres faciunt, vini amphora constituatur obrecta.*] Lactantius: *Idcirco in sacris obvolutam vini amphoram* appellatum fuisse: vas in quo vinum inditum erat, mellarium di- **Scribit** Plutarchus vinum, quod inferebatur Bonæ Deæ, lac ctum **scribit** Macrobius.

168. *Sicut suis scribit in causalibus Putas.*] Emendant *Plutarchus.* Hæc enim **expresse** in Plutarchi **causalibus**. Scriptum fuerat *Plutar.* **pro** *Plutarchus*: unde factum *Putas.*

Pag. 169. *Bacchanalia etiam prætermittemus inania, quibus nomen Omophagiis.*] Corrigebat Gelenius *immania*. De Omophagiis **Clemens, quem** sequutus Arnobius.

169. *Circumplicatis vos anguibus.*] Clemens: Διεγύσιον Μαινόλλω ἐργάζεσθαι Βάκχοις ὠμοφαγίᾳ τιλὼ ἱερομανίαν ἄγοντες, & πλοκαμοις τοὺς χειμαρρίας τε ἐχίδνων (sic enim legendum, non τῶν φόνων) ἀνεσταμένους οἱ τοῖς ὄφεσιν, ἀπολολύζοντες Εὐάν. Demosthenes de Corona: τὰς ὅλας τὰς παρείας θλίβων, & ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς αἰωρῶν, & βοῶν δίκη, σκοτ-

169. *In quibus sumentes ea.*] Proprium, *Sumere initia*. Sic *initia suscipere* **apud** Spartianum in **Hadriano**: *Post hoc per Asiam & in sacra ad Achaiam navigavit, & Eleusinia sacra exemplo Herculis Philippique suscepit.* **Sic** *sacra accipere.* Apulejus Milesia XI. *Et mihi in dies magis, magisque accipiendorum sacrorum cupido gliscebat.* Arnobius **in-** fra: *Ipsa denique symbola, quæ rogati sacrorum in acceptionibus* **respon-** *detis. Ieiunavi*, &c. Sic μυσίεια τὸ παραλαμβάνειν. Suidas: οἱ τὰ τελε- σθέντα παραλαμβάνοντες, μύσται καλοῦνται.

169. **Et** *referunt phallos propitii numinis signa donatos.*] ἀλλὰ τὸν ἀγαθὸν, salis **pugillum** adjicit Clemens **Alexandrinus**. *Signa* appellat ἀφ' οὗ με εο-

σύμβολα: de quibus infra. De phallis autem, & ithyphallis posteà.

169. *Talos, speculum, turbines.*] Hæc citata à Clemente Alexandrino in Protreptico; & prolata ab aliis. Neque his in locis immorabimur, ne tempus & operam perdamus.

Pag. 170. *Ex continua passione Brimo deinceps ut appellaretur.*] Hæc lectio, quam è Clemente Alexandrino revocarant alii, heic proposita est auctoritate MS. Reg.

170. *Virilitate pignoris visa sumit animum mitiorem*] Martialis:

Virilitatis damna mœret erepta.

Sic ἀνδρεῖα Græcis ut docet Artemid. lib. 1. Oneirocrit. cap. XLVII.

Pag. 171. *Tum illum citabimus Tarentinũ notumque senarium Taurus drac.*] Ταῦρος δράκοντος, ἢ δράκων ταύρου πατήρ. Hic erat Tarentini alicujus poëtæ senarius. Nam & Clemens Alexandrinus ejus auctoré facit poëtam aliquem εἰδωλικόν: ne quis existimet versum esse incerto auctore vulgatum. Quare nolim pro *Tarentinum*, substitui à nonnullis *tritum*. Auctor hujus versus erat fortasse Rhinto Tarentinus Comicus celeberrimus, ὁ χυτρόδ καλυμμένης ἱλαροτραγῳδίας, inquit Suidas.

171. *Quibus Sebadiis nomen est.*] Nihil mutandum existimo. Frequens enim est harum literarum commutatio. De Sabaziis autem præter alios vide Scholiasten Aristophanis ad Ranas.

171. *In quibus aureus coluber in sinum demittitur consecratis.*] Quos antea *sacratos* appellavit. *In quibus arcana & tacenda res proditur, inflatis solemnibus, processi duodecim sacratus stolu.* Et: *Hanc Olympiacam stolam sacrati nũncupant.* Et *sacrari*, τελεῖσθαι. Interpres Irenæi vetus lib. 1. cap XVIII. *Et quasi mysticum conficiunt cum quibusdam profanis dictionibus iis qui sacrantur.* Verba Irenæi erant: ὡς μυστηριῶν μέν τινων ἀπορρήτων παρ' αὐτοῖς τελουμένοις. Et paulo post: *Et hæc quidem profantur ipsi qui sacrant. Qui antè sacratur, respondet.* Scripserat Irenæus: καὶ ταῦτα μὲν λέγουσιν οἱ τελούμενοι. ὁ δὲ τελεσθεὶς ἀποκρίνεται. B Augustinus lib. 11. de civit. Dei, cap. XXVI. *Perhibentur tamẽ in abditis suis, secretisque penetralibus dare quedam bona præcepta de moribus quibusdam, velut electis sacratis suis.* Hic locus non videtur esse satis castus. Glossema igitur esse existimo τὸ *electis*. Legerat aliquis *secretis*, & interpretatus erat, *electis*. Sic enim paulo post *sacrati* mutare volunt in *secreti*. *Vbi & quando sacrati cœlestis audiebant castitatis præcepta nescimus.* Sic igitur superiorem locum legendum existimo. *Perhi-*

Perhibentur tamen in adytis suis, secretisque penetralibus dare quædam bona præcepta de moribus sacratis suis. Vel igitur legerat aliquis *secretis* : vel ad hæc verba *sacratis suis*, hoc interpretamentum apposuerat, *quibusdam velut electis*. quæ quidem notatio non esset absurda. Ergo *sacratos* appellat Arnobius etiam *consecratos*. Restituenda hæc vox Zenoni Veronensi sermone de Continentia. Locus est insignis: ubi agit de matrimonio fidelis cum infideli. *Proponamus itaque, ut sæpe contingit, in unum sibimet convenire diversæ religionis diem; quo tibi Ecclesiæ illi adeunda sint templa: quo genere unusquisque suum sacrificium procurabitis? Quo sumtu? Quibus vasis? Quibusve ministris? At si discrete fiunt ista, nihil prodest: Ex uno enim proficiscendo, & in unum remeando, non confusione, vel errore fiunt una. Quid quod illius sacrificium publicum est; tuum secretum: illius à quovis libere tractari potest: tuum etiam à Christianis ipsis minime consecratis minime consecrari sine sacrilegio videri non potest.* Lege, circo exigebantur foras.

171. *Quod genus est nullum probri, infame.*] Sustulit distinctionem Gelenius. Propius Arnobianum stilum, *probri, infamiæ*.

Pag. 172. *Ad mulieris nomen properavit Europa.*] Mulier facta est, quum esset virgo. Ita *mulier* separata à virgine : quod non solum nostrate lingua usurpamus; sed & Græci olim lingua sua usurparunt. Sic rusticula illa apud Theocritum devirginata; virginem venisse ait se; redire mulierem, γυναῖκα.

Παρθένον οὐκέτι εἰμὶ βέβηκα, γυνὰ δ' εἰς οἶκον ἀφέρπω.

Atque hæc distinctio à vulgo proprie frequentata, & quotidiano loquendi usu quasi sancita. Tertullianus de velandis virginibus: *Sed quoniam ita mulieris nomen usurpant, ut non putent competere illud nisi ei soli quæ virum passa sit; probari à nobis oportet proprietatem ejus vocabuli ad sexum ipsum, non ad gradum sexus pertinere, quo communiter etiam virgines censeantur.* Arnobius infra: *Quodam, inquiunt, tempore, quum in Siciliæ pratulis purpureos legeret nondum mulier flores, & ad-huc virgo Proserpina.* Optatus Milevitanus lib. 11. *Inde revertentes Vrbanus Formensis, & Felix Idicensis, invenerunt matres, quas de castimonialibus fecerunt mulieres.*

172. *Patrem illum deorum Iovem, æternam rerum atque hominum potestatem.*] Habet à Virgilio, apud quem Venus lib. x. Æneid.

O pater; ô hominum, divumque æterna potestas.

Unde suspicetur aliquis, legendum esse hoc, *æternam divum atque hominum potestatem.* Sed

Sed profecto philoſophati ſunt in hunc verſum veteres Critici: quod ex ipſis Servii fragmentis manifeſtum eſt. Inde colligimus *hominum divumque poteſtatem* dixiſſe nonnullos, hominum & rerum poteſtatem. Unde iſta apud Servium: *Sicne autem hominum & rerum poteſtas eſt, an quemadmodum pro rege vel magiſtratu poteſtas ſolet dici?* Quod autem ait Arnobius, *patrem illum deorum Iovem*, non *patrem* ſimpliciter; ſequitur eorundem Criticorum ſententiam. Servius: *O pater: Generaliter Pater accipe, non tantum Veneris. Nam ſupra ait, Divum pater, atque hominum rex.*

172. *Ruminantem pallentes herbas.*] Virgilius:

Ilice ſub nigra pallentes ruminat herbas.

172. *Suffragine, talo molliſſimo perlitum.*] Hæc eſt lectio vetus, pro qua Gelenius, *talos molliſſimos perlitum.* Melius alii, *ſuffragines, talos molliſſimo perlitum.*

172. *Tum deinde ſecreta rimantem ferventi nullas.*] Hæc eſt lectio vetus, pro qua Gelenius, *ferventi ſimila.* *Aliter in edit. noſtra.*

172. *Velut quaſdam infulas elicienda miſerationis offerentem.*] Id eſt, velamenta, quibus utebantur ſupplices. Erant enim velamenta illa, & ἱκετηρίαι infulæ velut eorum, qui ſupplices aliquid poſtulabant. σίμματα Græci dixerunt quod etſi notum omnibus eſſe poterat, video tamen nonnullos hac in re non mediocriter deceptos. Quam enim improprie σίμματα coronas interpretantur in hoc Homeri verſu;

Σπέρμαθ' ἔχων ἐν χερσὶν ἱκηβόλῳ Ἀπόλλωνος.

Velamenta & ſupplicia, ἱκετηρίαν, appellat Homerus σίμματα. Gloſſæ: *Velamentum*, σίμμα. Optimus Homeri interpres Ovidius in Arte:

Audierat laurumque manu, vittasque ferentem
Pro nata Chryſem non valuiſſe ſua.

Nam laurus, ſive olea & vittæ; ſeu vittata laurus, & olea, velamentum. Hinc λαθικρατὴς ἱκετηρίαι Æſchylo in Supplicibus. Heic igitur apud Arnobium *infulæ* ſunt σίμματα, velamenta. Gloſſæ, *Infulæ*, σίμματα.

172. *Offerentem.*] Id eſt, porrigentem. Velamina enim ſua ad eorum, quibus ſupplicabant, genua protendebant; imo quandoque deponebant. Euripides:

Ἱκετηρίας δ' γουνάσιν ἐξάπτω σέθεν.

Hinc in Andromacha:

Ὦ τὰν-

Ω ναυτίλοισι χείμασιν λιμένα φανείς
Α γαμέμνον', ὦ πᾶ, σοῖς σε τῶνδε χαιτάτων
οἴκτιρον ἡμᾶς, ὧν ὄπωπας ἡλίκας,
Πέπλοισι τοῖς σοῖσίν μ' ἐκ ἐῦ, σημάτων δ' ἐκ ἴσον ἄγαν
Σοῖς προσίζημαι γουνάσιν ὀλίνας ἐμάς.

Hoc ait, manus ſuas, quibus ejus genua contingebat, religionem
depoſita. Quare & in Heraclidis:

Ἀλλ' ἄντομαί σε, καὶ καθίζω χεροῖν.

Id eſt, genua tua manibus meis quaſi velaminibus contingo. Hoc
enim καθίζειν: id eſt, σήμασι καὶ ἱκετηρίαις σέβειν. In eodem dra-
mate.

Γᾶν τὴν κάλλιστην πάντων οἵδ' Ἡφαιστίτας,
Βωμοὺς κατασκάψαντες, οἷς ἑζοῦ, ἄναξ.

Nimirum aras ipſas, ad quas confugerant, velabant; ut hac ea
ratione ſanctas magis, & inviolatas efficerent. Æſchylus in Sup-
plicibus:

Κλάδους τε τούτους αἰδέσιμ' ἐν ἀγκάλαις λαβών,
Βωμοὺς ἐπ' ἄλσους δαμόνων ἱγκωρίων
Θὲς, ὡς ἴδωσι σ' ἀφίξεως πέρι
Πάντες πολῖται.

& alibi.

Pag. 173. *Sed non ſunt, inquitis, Reip. noſtræ hæc ſacra.*] Et heic reponendum, *inquit*, quæ eſt lectio principis editionis. At Fulvius Urſinus edidit *inquitis*.

173. *Quæ Theſmophoria nominantur à Græcis.*] Heſychius, Θεσμοφόρια, τὰ μυστήρια τῆς Δήμητρος. Hæc erant ſanctiſſima & celebratiſſima myſteria, quibus initiabantur gentes orarum ultimæ. Cicero libro de natura deorum primo, ex aliquo vetere poëta: *Omitto Eleuſinem ſanctam illam, & auguſtam, ubi initiantur gentes oramm ultimæ.*

173. *Sancta illa pervigilia conſecrata ſunt, & Phanniciis migrave.*] Hæc eſt lectio vetus, proqua Gelenius, *& pannychiſmi graves*. Ex parte bene. Graves autem pannychiſmos non exiſtimo dici facis condecenter. Quare aliquid inveſtigandum exiſtimo. Arbitrabar igitur legi poſſe, *quibus gente ab Attica ſancta illa pervigilia conſecrata ſunt, & pannychiſmi migravere?* παννυχίδας igitur & παννυχισμὸς nocturna illa ſacra Græci appellarunt; Latini *pervigilia*, vigilias, & pervigilationes

gilationes. Cicero: *Novos vero deos, & in his colendis nocturnas pervigilationes sic Aristophanes veteris comœdiæ facetissimus poëta vexat* &c. *Pernoctationes* Christiani appellarunt vigilias suas, sive pervigilia. B. Hieronymus ad Lætam, de institutione filiæ: *Vigiliarum dies, & solemnes pernoctationes sic virgunculæ nostræ celebret, ut ne transversum quidem unguem à matre discedat.* Idem adversus Vigilantium: *De vigiliis & per noctationibus in basilicis martyrum sæpe celebrandis, in altera epistola, quam ferme ante biennium sancto Ripario presbytero scripseram, respondi.*

Pag. 174. *Faces geminas flammis onere pressas Ætneis.*] Corrigunt, *flammis comprehensas Ætneis.* Infra. *Quid sumptus ignis ex Ætna, comprehensæque istæ faces?*

174. *Qui illud temporis.*] Legendum videtur, *atque illud temporis.* ἅπαν τοιοῦτόν τι ἐλάττονα οἱ γηγενεῖς, ait Clemens Alexandrinus.

174. *A quo gens fluit Eumolpidarum.*] Hesychius, Εὐμολπίδαι· ἅπαντες οἱ ἀπὸ Εὐμόλπου ἐπαλοῦντο, ἢ πεώτε ἱεροφαντήσαντος. πολλοὶ γὰρ γεγόνασιν ὁμώνυμοι Εὔμολποι.

174. *Et qui postea floruerunt caduceatores, hierophantæ, atque præcones.*] Videtur caduceatores & præcones appellare τοὺς κήρυκας: atque his duobus vocabulis vocem Græcam exprimere voluisse. Sed cum hierophantas interserat, sane suspicio est *caduceatores* illum à præconibus distinguere voluisse. Quare existimo *caduceatores* heic eos appellari, qui in his sacris σπονδοφόροι dicebantur: quos etiam cum præconibus conjungit Pollux. ἱεροφάντης, δαδοῦχοι, κήρυκες, σπονδοφόροι. Et certe σπονδοφόροι sunt caduceatores. Clemens Alexandrinus Protreptico: ὁ σπονδοφόρος ἡ Δαπλακτὴς, καὶ τοιαῦτα ἡμῶν λόγος.

174. *Hierophantæ.*] Hesychius, ἱεροφάντης, μυσταγωγὸς, ἱερεὺς ὁ τὰ μυστήρια δεικνύων. Nempe ὁ τὰ ἱερὰ φαίνων, qui sacra & symbola τοῖς τελουμένοις ostendebat. Plutarchus in Alcibiade: ἐπεμιμεῖτο τὸν μυστήρια, ἢ δεικνύοντος τοῖς αὐτοῦ ἑταίροις ἐν τῇ οἰκίᾳ τῇ ἑαυτοῦ, ἔχοντος τὸ σχῆμα, οἷον περ ἱεροφάντης ἔχων δεικνύει τὰ ἱερά. Atque hic erat ceterorum sacerdotum antistes. Ait Plutarchus in Numa Pompilio Pontificem Maximum apud Romanos cum obtinuisse inter sacerdotes locum, quem παρὰ φήτης, vel ἐξηγητὴς, aut potius, inquit, ἱεροφάντης obtinebat apud Græcos. ὁ δὲ μέγιστος τῶν Πονλιφίκων, οἷον ἐξηγητὴς ἢ παρὰ φήτης, μᾶλλον δὲ ἱεροφάντου τάξιν ἐπέχει. Sic igitur

igitur Plutarchus ἱεροφάντην separat à Propheta. Atqui pro eodem nonnulli usurparunt, & prophetæ partes esse volucrunt, sipatia reducere, simulachrum initiatis ostendere, & ea interpretari, quæ in mysteriis obscura erant. Themistius Euphrades. Orat. II. ὅπου γὲ ὁ προφήτης ἐκεῖνος ἀναπεταίσας τὰ προπύλαια καὶ νεὼ, καὶ τὸν Χιτῶνας φελεμίλας καὶ ἀγάλματος, καλλιώνας τε αὐτὸ, καὶ ἐπιδείξας τῷ μυημένῳ μαρμαρύσσον τὸ ἡδὺ, καὶ αὐγῇ καταλαμπόμενον θεατείᾳ. Quapropter Oratione IV. προφήτην Ἀριστοτέλης idem appellat Aristotelis interpretem, quippe qui abstrusa illa scientiarum mysteria, quæ in Aristotelis scriptis latent, retegat & interpretetur. ἢ ἴσως ἂν μὴ μεθεῖτο ἂν ὁδὲ τὸν Ἀριστοτέλης προφήτην εἶναι προφήτου, εἰ μὴ διὰ τοῦτο προσέλοιτο τὸ προφητεύειν. Quod autem Ajebat Themistius, phophetam ornare solitum simulachra, certissimum est. Iul. Firmicus lib. III. cap. XVI. *Facient in sacris certaminibus esse victores, sacerdotes quoque aut prophetas; Deorum vestitores, aut in templis maxima tractantes officia, sacerdotibus præpositos.* & cap. XI. ejusdem libri. *Prophetas, aut vestitores divinorum simulachrorum facies, aut divinarum bajulos ceremoniarum.* Neque enim hic locus aliter intelligendus est. Ergo prophetæ & hierophantæ idem erat officium. Sed hoc videtur fuisse discrimen: quod hierophantes, quatenus scilicet mysticam religionem explanabat: at vero quatenus officio fungebatur, erat etiam προφήτης subjectos etiam habebat προφήτας & ἐξηγητὰς, quorum opera quandoque utebatur.

174. *Præcones*] Harpocration: κήρυκες, γράφων ἐν Ἀθηναίας ὠνομασμένον ἀπὸ κήρυκος Ἐρμοῦ. Diodorus Siculus libro primo ait, Cerycas similes esse Ægyptiorum pastophoris: Eumolpidas autem Ægyptiorum sacerdotibus: atque rem inde Athenas fuisse translatam. Ceryces igitur constituebant quasi sacrosanctum aliquod collegium: Eumolpidæ autem sacerdotes erant.

174. *Oggerit potionem cynum, cyceonem quam nuncupat Græcia.*] Scribendum erat cinnum, ut etiam monuerat Theod. Canterus.

174. *Nec eam fortunam patitur valetudinis meminisse communis.*] Legunt, *Fortuna.*

174. *Ludibriorum statuit exhilarare miraculis.*] Festus: *Miracula quæ nunc digna admiratione dicimus, antiqui in rebus turpibus utebantur.*

174. *Et in speciem lævigari nondum duri atque stricti pusionis.*] Re-ponunt è glossis Philoxeni *istriculi.* Nam ibi *istriculus* λαούπεδον καὶ ἁπαλόν. Apud

Apud Tertullianum lib. de pallio *ustriculas* legitur pro *istriculus*. At Turnebus ex hoc loco corrigebat *striculus*. Quod autem à *stringendo* hanc vocem petunt, sane falluntur.

Pag. 175. *Libros sumas Threicii vatis, quos antiquitatis memoratis esse divina.*] Circumferebant enim quosdam Orphei libros, quibus tribuebant plurimum. Negare tamen videtur Origenes ulla Orphei & Lini scripta suo ævo exstitisse. Sic enim lib. 1. contra Celsum, qui Orpheum & Linum non solum præponebat Mosi, sed solos audiendos affirmabat: ἢ τῶν μὲν σοφῶν σου ποιητῶν ἴσμεν μηδὲ τὰ βιβλία ἵνα σωζέσθην: φυλαχθέντα ἂν, εἰ ὠφέλειας ἦν τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἦσθα ὠφελείας: ἢ τὰ Μωσέως τὰ γράμματα, &c.

175. *Quas cava succutiens Baubo manu.*] Ita negligebantur eo tempore numeri: quod non solum è Tertulliani poëmatis; sed ex iis ipsis, quæ Apulejus eruditionis & elegantiarum curiosissimus convertit, manifestum est. Frustra igitur hunc versum reformare aggrediuntur. Proponam in hanc sententiam locum quendam è poëmatis quæ Tertulliano tribuuntur, eundemque obiter emendabo. Sic igitur adversus Marcionem poëmate primo:

Oblitos Dominum, docuit spem linquere certam,
Idola vana sequi; turbam sibi fingere Divûm;
Sortes, auguria, stellarum nomina falsa;
Nascentum geneses constringere, posse videre
Extorum inspiciis, resque exspectare futuras;
Terribilis Magiæ refugarum audaciâ ductos;
Conflictam molem mirantes, spernere vitam,
Impulit in præceps sceleratâ insaniâ mersos.

En, heic habes, *audaciâ*, & *sceleratâ insaniâ* correcta. Scribe autem hoc in loco, primum, pro, *stellarum nomina falsa*; *stell. numina f.* Deinde pro, *posse videre extorum inspiciis*. lego, *postque videre Ext.* Cicero in legibus: *Interpretes autem Iovis Opt. Max. publici Augures signis & auspiciis postea vidento: disciplinam tenento.* Postremo pro, *resque exspectare futuras*, lego, *resque spectare f.* Producit è ob geminas consonantes consequentes: ut antea, *Sortes, auguria, stellarum* &c. Ergo poëmatum disciplina vacillabat eo tempore, jamque prope corruerat. Paulo est in eodem poëmate restituendus versus, ubi hæc eadem licentia. Loquitur de insidiis generi humano à Diabolo structis, deque hominum pernicie, quæ inde consequuta est.

Talia præterito grassatus tempore gessit;

Per

Per latebras animæ sepit serpente veneno.
Non quia culparent homines: Nam sponte sequutis
Ille dolo suasit: homo libertate peregit.

Legendum, *Non quia culpa carent homines*, &c. Sed quæ proxime sequuntur, Deus bone, quam sunt depravata. Luserunt in inepto poëmate librarii sane negligenter: & quod dicitur, similes invenerunt labra lactucas, id est, ineptum poëma ineptos invenit librarios. Locum tamen ascribam, & obiter corrigam:

Hæc dum continuo per secula perfidus halat,
Consiliumque suum seductis cordibus infert;
Sperans heu, sceleriſque viam se stultus habere,
Ignarus qualis maneat sententia facti:
Turba prophetarum tectis sapientia verbis
Spiritu deque Dei præsaga voce loquentum
Publice non audens Dominum maledicere nude,
Secreto ingenio sperans se posse latere;
Tandem lux animæ carnis captiva tenetur,
Desperatorum certat spes fortior hoste.
Ipse figurator, renovator corporis ipse,
Gloria vera patris, Dei filius, unicus auctor,
Iudex & dominus venit, rex inclytus orbis,
Oppressis veniam dare promptus, solvere vinctos;
Cujus amicitiæ auxilio, patientia pœnæ,
Et Deus, & renovatus homo miscetur in unum.
Virgo sancta parit; patefit nova janua vitæ;
Dicta prophetarum factis impleta probantur:
Templa sacerdotes linquunt; stellæ quoque ductu
Mirantur dominum, tantum secernere partum &c.

In toto hoc capite nec pes nec caput. Omnia mirifice perturbata, luxata, depravata. Hæc igitur ita componebam:

Hæc dum continuo per secula perfidus halat,
Consiliumque suum seductis cordibus infert,
Publice non audens dominum maledicere unde
Secreto ingenio sperans se posse latere,
Sperans heu sceleris veniam se stultus habere,
Ignarus qualis maneat sententia facti:
Tandem lux animæ carnis captiva tenetur.*
Ipse figurator, renovator corporis ipse,

Gloria vera patris, Dei filius, unicus auctor,
Iudex & dominus venit, rex inclytus orbis,
Oppressis veniam dare promtus, solvere vinctos.
Cujus amicitiæ auxilio, patientiâ pœnæ,
Desperatorum certat spes fortior hoste.
Verba prophetarum tectis sapientia velis,
Spiritu deque Dei præsaga voce loquentum,
Dicta prophetarum factis impleta probantur.
Et Deus, & renovatus homo miscetur in unum.
Virgo sancta parit: patefit nova janua vitæ:
Templa sacerdotes linquunt, stellæ quoque ductu
Miranter dominum, tantum se cernere partum.

Pro *sceleriſque viam ſe ſt.* repoſui, *ſperans, heu, ſceleris veniam ſeſt.* Ita dicit impunitatem. Pro *captiva tenetur*, dicebam *levatur*. Sed nondum mihi ſatisfeci. Cetera diſcutiant ii quibus otii nimis eſt.

175. *Nam puerilis Olli vultus erat.*] Reponendum è MS. Reg. *ollis*. Nam dixerat antea, *facit ſumere habitum puriorem, & in ſpeciem lævigari non duri atque ſtriculi puſionis*. Hæc autem extuderat Arnobius ex his Orphei verbis, παῖς δ' ἦεν ἴακχος. Quæ profecto vel non intellexit, vel aliter legit Arnobius. Neque enim hoc ait Orpheus, rebus illis vultum fuiſſe puſionis, ſed eas à puſione βαυβῶς ὑπὸ κόλποις ploſas & contrectatas.

---- παῖς δ' ἦεν ἴακχος,
χειρί τε μιν ἐλίπεσκε γελῶν βαυβῶς ὑπὸ κόλποις.

Sequentem verſum ita diſtingue:

Η' δ' ἐπεὶ οὖν μείδησε, θεὰ μείδησ' ἐνὶ θυμῷ.

175. *Perducit totum.*] Non ſolum *ducere*, & *perducere* ita uſurparunt, ſed etiam *trahere*. Seneca in Agamemnone.

Merumque in auro veteris Aſſaraci trahunt.

Sic ἕλκειν Græcis. Ariſtophanes in Equitibus:

Σπονδὴν λάβε δή, κἢ σωτῆρον ἀγαθῆ δαίμονος.
Ἕλκ' ἕλκε τὴν ξ δαίμονος ξ πραιμνῆς.

Parmeno Byzantius apud Athenæum non procul à fine libri quinti.

Ἀνὴρ γὰρ ἕλκων οἶνον, ὡς ὕδωρ ἵππος.
Σκυθιστὶ Φωνεῖ, οὐδὲ κόππε γινώσκων.

Ita etiam ἕλκειν uſurparunt. Athenæus libro VI. καθ' ὃν ἡ Κλεοβούλη Δημοσθένης περ' Ἀρράλου τοῦ κύλικα εἰλήφη, ὅπως, ἔφη, σὺ ἄκρατ' ἀνεμπο-

κεφαλαίωνας καλῶν, αὐτὸς τὴν μεγάλην ἐπωπτικεν. Dicit τὴν μεγάλην, subintelligens κύλικα. Sic alibi. Alexis apud eundem Athen. eodem libro.

Πᾶσι τὴν μεγάλην δὸς ἐπιχέας
Φιάλας κυάθων τῶν πεφόρτων τετράκις.

Σπεῖν aliis etiam locis ita usurpat Athenæus; & ut cetera omittam, lib. x. καλῶς οὖν ἔφη ἡ Ἀφροδίτης Ἀφροδίτης γάλα τὸν οἶνον ἐφη, εἰπών, ἡδύς τε πίνεται οἶνος & Ἀφροδίτης γάλα. ὃν πάλαι σπεύδοντες ἅπαντες ἅπαντες μεθύσκομαι ἀφροδισίων ὄρεξιν λαμβάνουσιν. Interpres postrema hæc verba cum præcedente versu confundit.

175. *Non est ista falsa suspectio.*] Hæc lectio est è MS. Reg.

175. *Ipsa denique symbola.*] Quod appellat *symbolum* hoc loco Arnobius, σύνθημα dicit Clemens Alexandrinus. Erant nempe sacratorum quædam συνθήματα & signa, quibus se invicem internoscebant. Apulejus Apologia: *Ceteris autem clarissima voce profiteor, si qui forte adesit eorundem solemnium mihi particeps; signum dato, & audiat licet, quæ ego asservem. Nam equidem nullo unquam periculo compellar, quæ reticenda accepi, hæc ad profanos enuntiare.* Et quemadmodum in militia signorum erant duo genera, vocalia & muta, ita in his sacris. Ac vocale est, quod habemus hoc: Muta sunt apud Apulejum quædam: nempe quæ à sacerdotibus accipiebant sacrati. Apulejus eadem Apologia: *Sacrorum pleraque initia in Græcia participavi. Eorum quædam signa & monumenta tradita mihi sacerdotibus sedulo conservo. Nihil insolitum: Nihil incognitum dico. Vel unius Liberi patris symmystæ qui adestis, scitis, quid domi conditum celetis, & absque omnibus profanis tacite veneremini.* Appellat *signa* & *monumenta*, nimirum quibus se internoscebant, ut observabam modo, & quibus etiam arcana illa sacramenta in memoriam sibi revocabant. Unde eadem appellat *memoracula* eodem libro; & propter priorem illam causam, *crepundia*, id est, γνωρίσματα, ut optime interpretati sunt veteres magistri.

Pag. 176. *Ac sine honoribus appellare præfatis.*] Id est, excusata prius verborum necessitate, & ita non sine verecundia. Elegantèr Tertullianus lib. II. ad uxorem, cap. III. *Gentilem enim observando gentilia exhibebit, formam, exstructionem, mundities seculares, blandities turpiores, ipsa etiam matrimonii secreta masculosa: non ut penes sanctos officia sexus, cum honore ipsius necessitatis, tanquam sub oculis Dei modeste & moderate transigunt ur.* Id est, cum pudore & verecundia,

qua neceſſitas quaſi obumbratur, & obtegitur. Quare has partes quandoque *partes neceſſarias* appellant, abſtinentes *ab* earum propria appellatione: ſed eas nihilominus neceſſarias ſignificantes, & ita verecundiam mitigantes. Obſervat *Artemidorus* libro primo Oneirocrit. cap. XLVII. αἰδοῖον quandoque appellari ἀναγκαῖον. Sic *neceſſaria* Latini dicunt. Iul. Firmicus *lib.* IV. Matheſ. cap. XII. *Vitia facit circa naturalia & neceſſaria.* Idem ejuſdem libri cap. XVIII. *At ex neceſſariis & muliebribus locis grave valetudinis diſcrimen indicit.* & lib. V. cap. III. *Quidam etiam affines ſuas ſortientur uxores: ſed vitia habebunt, & in neceſſariis corporis locis aſſiduos labores.* Iterum eodem capite: *Hi præterea dolores & valetudines in extremis corporis partibus, aut in abſconſis, & neceſſariis locis habebunt.*

176. *Irridentes, cavillanteſque depromere.*] Mimice illudentes. Prudentius in martyrio Laurentii:

Impune tantas furcifer
Strophas cavillo mimico
Te nexuiſſe exiſtimas,
Dum ſcurra ſaltas fabulam?

Gloſſ. *cavillatio*, κακοσχεδία, εἰρωνεία.

176. *Tricas* (*quemadmodum dicitur*) *conduplicare tellenas.* Varro apud Nonium: *Putas eos non citius tricas Atellanas, quam id extricaturos?* Dici videntur *tricæ Atellanæ* mimorum ſtrophæ, quibus tergiverſari, & effugere conſueverunt. At in quibuſdam Nonii libris MS. obſervant legi, *tricas Tellenas*: ſicque hæc Arnobii lectio confirmatur. Et hauſtum fortaſſe proverbium è Græcorum fontibus, apud quos τὰ ἐς τίτλιον ἀείδειν dicuntur, qui ineptam cantilenam identidem inculcant.

176. *Dum pudor me habet alimoniæ illa proferre myſteria.*] Hæc eſt lectio vetus, pro qua Gelenius *alma.* Latet aliquid aliud, quod eruere nondum potui.

Aliter in edit. noſtra. 176. *In Liberi honorem patris ithyphallos ſubrigit Græcia.*] Præcedebat in iſtis pompis, &, ut ita dicam, proceſſionibus ἡ καταφέρος: Sequebatur deinde ὁ Φαλλοφόρος: Subſequebantur poſtremo οἱ ἄδοντες τὸ Φαλλικόν. Totum hujus nefandæ ſuperſtitionis mimum habes apud Ariſtophanem, in Acharnanibus. Unde etiam conſtar probam eſſe lectionem proxime ſequentem *territoria.* Nam qui *tectoria* reponi volunt, falluntur.

176. *Ithyphallos ſubrigit.*] Ariſtophanes:

ὁ Βαι-

ὁ Ξεναγίας τὸν φαλλὸν ὀρθὸν σιωπᾶτω.

Clemens: Φαλλοὶ καὶ πόλεις ἀνίσταντο Διονύσῳ.

176. *Atque admiratus res tantas puras ſemper in ſenſibus meticuloſa obſervatione cuſtodi.*] Nam ſacra illa arcana ſumma religione & δεισιδαιμονίᾳ cautiſſima in animo eſſe continenda, nec ſine magno peccandi metu vulganda exiſtimabant. Iul. Firmicus lib. IV. Matheſ. cap. XVI. *Explicaturo mihi nunc doctrina hujus veneranda ſecreta, quæ divini veteres cum maxima trepidatione dixerunt, quæque obſcuritatis ambagibus involuta reliquerunt, ne publicata divina ſcientia ad profanorum hominum notitiam perveniret, intento animo & quieto, nec aliis rationibus occupato, quidquid illi dixerint, in hoc tractatu facillimis rationibus intimetur.* Hic tantus horror, tamque attonita reverentia in myſteriis præcipue. Graphice & eleganter Plutarchus diſſertatione de ſignis progreſſus in philoſophia: ubi comparat eos qui philoſophiæ ſtudent τοῖς μυουμένοις: Quemadmodum igitur, inquit, tumultuantur iſti & turbas inter ſe cient in adytum ingreſſuri; poſtea autem quum ſacra monſtrantur, meticuloſo ſilentio ſtant; ita & illi qui in limine philoſophiæ pendent, ſtrepitu & vaniloquentia complent omnia: at philoſophicis præceptis vere imbuti, ſilent, & modeſtiam colunt. Verba graviſſimi ſcriptoris hæc ſunt: οὐ γὰρ εἰ πλήθουσι καὶ ἀχὰς ἐν θεάτρῳ καὶ θοὴ περὶ ἀλλήλους αὐθέμφως σπεύδουσι: θορυβῶν δὲ καὶ διοικυμβιῶν τῶν ἱερῶν, παρεστήκασιν ἤδη μετὰ φόβου καὶ σιωπῆς. οὕτω καὶ φιλοσοφίας ἐν ἀρχῇ καὶ πρὸ θύρας, πολὺ θόρυβον ἔχει, καὶ θεσσαλίπτας καὶ λαλιάν, αὐθεμφῶν περὶ τὸν δόξαν ἐσίων ἀκριβῶς καὶ βεβαίως. ὁ δ' ἤπιος ἡσύχιος, καὶ φῶς μέγα ἰδὼν, οἷον ἀναπόφευκτον ἀνοιγομένων, ἵστηκεν λαβὼν ἀχῆμα, καὶ σιωπᾷ, καὶ θαμβεῖ, ὥσπερ θεῷ τῷ λόγῳ παπεικὸς ἑπόμενος καὶ κεκοσμημένος. Hæc in myſteriis. Generaliter autem in omnibus ſacris metus aliquis, & meticuloſa obſervatio. Unde jubebantur εὐφημεῖν, nec ſolum favere linguis; ſed mentem ipſam tacitam cuſtodire. Quintilianus in declamationibus: *In templo vero, in quo verbis parcimus: in quo animos componimus: in quo etiam tacitam mentem noſtram cuſtodimus, pulſare, velut in ſolitudine; velut in ſecreto quodam non eſt ferendum.* Ita profecto Sophocles in Oedipode Coloneo:

---- σεμνύνου γὰρ ἐ-
κ' ἂν πῖ' ἀσβὲς ἄλσος ἐς
τῶνδ' ἀμαιμακίταν κοέων
ἃς τεύμομεν λέχλν ;

καὶ παρημεβόμεσθ' ἀδέρκτως
ἀφώνως, ἀλόγως, τὸ τᾶς
διφήμας σέμα Φρουτίδος
ἱέντες.

Chorus heic ut oſtendat tremorem ſuum, & pavidam religionem, qua corripiebatur, quum Furiarum ædem prætergrederetur, ait tranſire ſe abſque murmuratione ulla, & quam maximo fieri poterat ſilentio, ſolum διφήμας Φρουτίδος σέμα ἱέντες, id eſt, in mente ſua bona trepide & religioſe verſantem, ac mentem ipſam comprimentem. Aliter Scholiaſtes.

Pag. 177. *Ex viventium numero index inde decidit.*] Particula *inde* videtur è præcedenti repetita. Quapropter tollendam eam exiſtimo.

177. *Qui ut fidem compleret pacti, & jurandi ſolveret religione ſe juris.*] Atqui ſolutus erat jurandi religione juris eo mortuo, cui obſequium promiſſum erat. Nihilominus en religioſus Deus vult aliquid etiam præter officium adjicere. Hæc quum εἰρωνικῶς dixerit Arnobius, oſtendit tamen quam religioſe jusjurandum veteres obſervarint: qui etiam idcirco ne ſe vel tantilla aberratione polluerent, quum jusjurandum concipiebant, verba ſua attente conſiderabant & expendebant; & ne qua tamen calumnia aliter id eſt, in ea quæ ſentirent tantum, jusjurandum concipere ſe, non *ſciens fallo*. Sic in omni jurejurando mentem proprie præſtabant, item ſtricte verba eſſe capienda. Erat idcirco formula uſitata, ſi nec obligabant verba niſi cum ipſa mente conſpirantia. Quare qui ſciens fallere non videtur, pejerare non videtur. l. xxvi. D. de Iurejur. Atque in hanc ſententiam plura obſervavit præſtantiſſimus Cujacius in Obſervationibus. Hinc ſapientiſſimus vates ſecunda Olympionica:

αὐὼ δ' ἀσομαι ἐνόρκιον
λόγον ἀλαθεῖ νέῳ
τεκεῖν μή πιν' ἑκατὸν
γ' ἐτέων πόλιν
Φίλοις μᾶλλον εὐεργέταν πεφάσθαι.

Iusjurandum, inquit, pura & veraci mente concipiam, nullum igitur, quia mens proprie ἀληθεύει. Et quia τὸ δυνατὸν ſolum præſtatur,

Digitized by Google

statur, idcirco & hujus conditionis mentionem quandoque faciebant: Præterea ne post mortem etiam eorum manes tacita vi obligari viderentur, mortem etiam excipiebant. Hinc Achilles in Iliade:

Οὔτις ἐμοῦ ζώοντος, ἀτὰρ θάνατόν γε θανόντος
Σεῖο κεφαλῆς ἅψομαι χαρείας χείρας ἐπείσω.

Nota ἐμοῦ ζώοντος. Sic apud Euripidem in Medea, ubi Medea orationem proponit, in quam vult ab Ægeo jusjurandum concipi. Sed locus integer proponendus, quia totam jurisjurandi religionem clarissime explicat. Præibant igitur quandoque jusjurandum, qui jusjurandum accipiebant, aut deferebant; & Deos etiam ipsos, per quos jurari volebant sibi, aliquando nominabant. Heic igitur Ægeus: ..... ἔξηγοῦ θεούς.

Subjicit tum Medea:

Οὐρανὸν πέδον γῆς, πατέρα θ' ἅλιον πατρὸς
Τέκμαι, θεῶν τε συνόλους ἅπαν χθόνα.

Αι. τί χρῆμα δρᾶσον; ἢ τί μὴ δρᾶσόν; λέγε.

Μηδ. μήτ' αὐτὸν ἐκ γῆς τῆσδε μ' ἐκβαλεῖν ποτέ,

μήτ' ἄλλον ὃν κεῖνος τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν ἄγαν
χρήζῃ, μεθῆσθαι γῆς ἐκοῦσίᾳ τέρπου.

Αι. ὄμνυμι γαῖαν, λαμπτῆρ' ἡλίου τ' ἐμοῦ,

Θεούς τε πάντας, ἐμμενεῖν ἃ σε κλύω.

Μηδ. ἀρκεῖ.

Heic Deos habes à Medea, quæ jusjurandum præibat, nominatos; Terram, Solem expresse; totam deinde deorum nationem. Habes præterea verba, quibus jusjurandum concipiendũ erat, expresse: ipsum postea jusjurandum per deos à Medea nominatos conceptũ, non repetitis quidem iisdem jurisjurandi verbis, sed probatis. In jurejurando autem habes hæc verba, quibus τὰ ἀδωίαζα excipiuntur, ζῶν ἐκουσίῳ τέρπου. Sic excipit τὰ μὴ τὸν βίον, ἢ τὰ ἀκούσια.

177. *Lasciva deinde luxuriantis assumta.*] Notant è mss. Reg. *furientis.*

Pag. 178. *Eundem rursus accipiant concubitus lectulos non esse aspernatum sororis.*] Probo eorum conjecturam, qui *concubitus* glossema esse existimant.

178. *Quam si aperte hoc fatere confessis maledictionibus combibisseris.*] *Aliter in edit. nostra.* Lucretius:

Qui

Qui petere à populo fasces, saevasque secures
Imbibit.

Et:

----- Non quo violari summa deum vis
Possit, ut ex ira pœnas petere imbibat acris.

Pag. 179. *Fidem rebus non accommodat involutis.*] Πολλὰ γὰρ τὰ καλύπτεσθαι, ἢ τὰ ἀδηλότητος, ἢ βραχὺς ὢν ὁ βίος ἀνθρώπου. Perstringit enim Protagoræ sententiam.

179. *Sepulturas etiam meruisse terrenas.*] Γῆινον τάφου τυχεῖν. Hoc enim mereri heic, lociſque aliis infinitis.

179. *Nec quas facile quivis possit ingenii vivacitate pernoscere.*] Vivacitatem appellat sæpe Arnobius animi promtitudinem & robur: quomodo & *pectus vivum*. Nam contra tardi homines quasi mortui videntur. Servius ad lib. VI. Æneid. *In sano enim corpore alia est vivacitas mentis, in ægro pigrior.*

Pag. 180. *Non ut veris.*] Hæc est veriſſima lectio pro vulgata, *non ut Cereris*. unde effecerant, *non vi Cereris*.

Aliter in edit. nostrâ.

180. *Indecorum est in has partes.*] Hæc est lectio vetus, & corrupta, pro qua ſupponebat Gelenius, *inclinatum est in has partes*. An? *inde cautum est in has partes*, ut &c. ut ſcriptum fuerit *cotum* pro *cautum*. Nihil affirmo.

180. *In consilium scriptores advocare?*] Hunc locum emendabamus olim in adverſariis, *In consilium scriptores advocare vos scilicet?* Heic *advocare*, pro advocavere.

Pag. 182. *Et pro Libero ac patre Dite.*] Corrigunt, *Libera*, optime. Libera eſt Proſerpina.

Aliter in edit. nostra.

182. *Neque alterum rerum vocare contextum.*] Hinc efficiebam, *neque ad verum rerum vocare contextum*. quam conjecturam aliis in mentem veniſſe video.

182. *Cetera partes alias esse communiter scriptas:*] Id eſt, ſimpliciter, & communem ad intelligentiam. Neſcio igitur cur hunc locum interpolare voluerint.

Pag. 183. *Quo differitas judicari.*] Hæc lectio eſt è MS. Regium noſtrum aliquoties. Occurrit hæc vox apud Lucretium non ſemel, & apud Arnobium.

183. *Flores Proserpina lectitabat.*] Adjiciunt, *virago*. Et certe vocem iſtam deſiderari arguunt ſequentia, ubi singillatim recenſentur.

Pag. 185.

Pag. 185. *Nebridarum familiam pellicula rehoneſtavit hinnula.*] Nebridæ fortaſſe dicti in Eleuſiniorum miniſtris, quod Ceres filiam quærens, & per terrarum vaſtitates oberrans hinnuli pellicula contecta fuerit. Vel fortaſſe quia Liber, cui omnia myſteria quaſi ſacrata erant, νεβρίδα geſtabat. Philo de Caligula: ἦν δὲ ὅτε κιθῶνι, καὶ θυρεῷ, καὶ νεβρίδι εἰς Διόνυσον ἠσκεῖτο. Certe qui ſacrabat eos, qui ſe ad myſteria parabant, hinnuli pelle contectus erat. Harpocration interpretans νεβρίζων ἢ κορυθίζων, quæ ſunt apud Demoſthenem in illa de corona, ait quoſdam νεβρίζων eo loci accipere, ὡς ἢ τελουμένους νεβρίδα ἐνημμένους: ἢ καὶ τοὺς τελεμένους ἀλλοζωνιώτας νεβρίσαι λέγει ἢ νεβρὸν ἐκδεδαρκέναι κατὰ τινα ἄρρητον λόγον. Hinc Clemens Alexandrinus Protreptico: ἴθι δὴ ὦ βακχαγωγὲ, μὴ θύρσον σκηπανίσθω σοι: μὴ κιθῶνι ἀναδύσθω σοι, βύσσον τὸν μίτραν: βύσσον τὸν νεβρίδα. σωφρόνησον.

185. *Neſcio quid, aliud.*] Diſtinguo: *ut hiſtoriæ aliud verbis ſonent, neſcio quid aliud more hariolantium dicant.*

185. *Et cum nota Ditis patris rei ruſticæ Dei proloqui?*] Corrige è MS. Reg. *rei ruſticæ de opere proloqui.*

Pag. 186. *Vt quod olim gravitas fœdæ rei verecundia cont.*] Ms. Reg. habet *fœdorum.* pro *ſcurriliter* habet *verniliter*: pro *dignares, dignorum.*

186. *Fœdæ rei ſpecies.*] Et heic in MS. *fœderum.*

Pag. 187. *Occupatio ſeminis patris in Ditis raptu.*] Certe reſtituendum videtur *occultatio*, quæ lectio hunc locum legenti ſtatim ſeſe offert.

187. *Semeleiæ ſobolis origo contorſit.*] Ita ſcriptum pro *urigo.* id eſt, prurigo. Ab hac prurigine dicuntur *prorigæ.* Atque in hanc ſententiam emendabo obiter inſignem Tertulliani locum. Exſtat is ſtatim initio libri de Monogamia: *Hæretici nuptias auferunt: Pſychici ingerunt. Illi nec ſemel: iſti non ſemel nubunt. Quid agis lex creatoris? Inter alienos ſpadones & aurigas tuos tantundem quereris de domeſtico obſequio, quantum de faſtidio extraneo. Proinde & te lædunt qui abutuntur, quemadmodum qui non utuntur.* Legendum; *Quid agis lex creatoris inter alienos ſpadones, & prurigas tuos? Tantundem* &c. Id eſt, quid ais lex creatoris de ſpadonibus hæreticis, & à te alienis, qui nuptias à te probatas & commendatas damnant & aſpernantur; & de prorigis illis tuis, qui tibi, ut exiſtimant, miniſtrantes nuptias ingerunt, adque eas homines, veluti prorigæ, admovent, & admittunt? Contumelioſiſſimo

igitur vocabulo *praurigas* (Nam *pruriga, proriga, prauriga, ut aula, olla, plaustrum, plostrum* &c.) appellat eos, qui nuptias conciliant.

DESIDERII HERALDI AD ARNOBII Librum VI,

Animadversiones, & castigationes.

SUMMA LIBRI.

NATIONES impietatis Christianos accusabant, quod avita religione derelicta, ad novellam, ajebant, superstitionem transissent & deorum cultum deseruissent; unde etiam colligebant, mala omnia, quæ mortalitatē vexabant & infestabant ab iratis diis immitti; & idcirco omnes seculi calamitates Christiano nomini adscribebant, ut antea vidimus. Hinc orsus disputationem suam Arnobius, causas exposuit, quibus impulsi Christiani veteri superstitione depositā, Christianam pietatem amplexi essent. Egit igitur superioribus libris de Christi doctrina; ac postea de Gentilis superstitionis vanitate & impietate; unde effecit pie & condecenter Christianos lucem antepositisse tenebris. Supersunt nunc quædam Nationum criminationes, quas his libris purgat Arnobius. Gentiles enim qui rebus exterioribus magis addicti erant quam interiori & simplici cordis cultui, identidem inculcabant, nulla esse Christianis templa; nullas imagines: nulla simulachra; nullas aras; nulla altaria; nulla denique sacrificia. Idcirco his postremis libris agit de templis, simulacris, sacrificiis; & tum Gentilium his in rebus vanitatem

nitatem deſtruit; tum Chriſtianorum ſimplicitatem & pietatem aſtruit. Sigillatim omnia explicabimus.

Pag. 189. *Quam impias de diis veſtris opinionum conſtitueritis infamias.*] Proba lectio. Oſtendit enim nullum probri genus eſſe, quod non diis ſuis attributum irent. Quorſum igitur *inſanias?*

189. *Quod neque ædes ſacras venerationis ad officia conſtruamus.*] Poteſt hoc intelligi ſimpliciter, Chriſtianis datum crimini quod templa nulla haberent ſimpliciter: vel quod deorum templa deſpuerent, & fugerent. Hac de re infra: ut etiam de ſimulacris.

189. *Non altaria fabricemus, non aras.*] Pertinet hæc tractatio ad librum ſeptimum, ubi agit de ſacrificiis. Quare de hac re in eum librum.

189. *Aut aliquem ſumſerimus temeraria in deos deſperatione contemtum.*] Talis eſt deſperatio & ἀσύνοια eorum, qui divinam iram contemnere cœperunt; & ſimul omnem ſalutis curam abjicere. Hi ſunt vere deſperati, & ἀσυνετοῦμενοι: nempe qui ſuis affectibus modo ſatisfaciant, ſalutem propriam ne flocci faciunt quidem.

κέτλιος, ἀβέσμερος, ὃς ἀν ὄῆσι αἴσυλα ῥέζων.

Optime autem *temeraria deſperatione.* Gloſſarium, *temeritate*, ἀσυνοίᾳ. Et certe προπέτεια, quæ eſt proprie temeritas, cum ἀσυνοίᾳ copulat Demoſthenes adverſus Leocharem: εἰ δ' ἐξ ἀνοίας ἀβλαβείας πρὸς ἅπασι τοῖς σωτηρίοις ἔνεστι λόγον μὴ ἀσυνετηθῆναι, πῶς ἂ προπετείας, ἢ δ' μεγίστης ἀσυνοίας σημεῖον τὸ ἀβλαβεύεσθαι; Sic autem ſupra libro primo: *Quid ô participes rationis audetis homines proloqui? quid effutire? quid promere temeraria vocis deſperatione tentatis?* Sic depingit homines temere & ἀσυνετοῦμενους loquentes, & veritatis omnem curam inſuper habentes, ut ibi dicebamus. Et recte temeritas, ac temeraria futilitas cum deſperatione iſta. Naſcitur hæc temeritas ſæpe à promtitudine, quæ ſi nimia eſt, νόσημα eſt plane ἀλόγιον: hinc emergit loquacitas, ac temerarius ſermo: Atque ex his omnibus conflatur ἀσύνοια. Graphice Horatius:

Ingenium velox, audacia perdita, ſermo
Promtus.

Habes heic totius mali fontem, nimiam ingenii velocitatem. γνώμης ὀξύτης in ſimili deſcriptione appellat Dionyſius Halicarnaſſeus. Sic enim ille lib. VI. Lucii Iunii Bruti plebis Romanæ in prima illa ſeceſſione antеſignani ἦθος depingit. ὧν δή τις ἐν τῷ στρα-

παίδω πάνυ παρακόπης καὶ ταπεινῆς ἀνήρ, ὀξὺς τῇ γνώμῃ, παρίδεῖν τὰ τῶν ἰσμήνων ἐκ παλῶ, καὶ προειπεῖν ὅ, τι νοήσει, ὡς λαίλαπ καὶ καυλίαπ, ἐκ ἀδυάτης. Heic habes hominem, ὀξὺν τῇ γνώμῃ, & idcirco παρακόπη & ταπεινῆς, λάλον τε καὶ κωτίλον. Hos idcirco id est, ἐξὰ παντὶλω τὴν ὀξύτητα γνώμης, θερμὰς quandoque Græci appellant, id est, περπετεῖς, θρασεῖς καὶ ἀπονενοημένας. Æschylus Thebaïde:

Ἢ γὰρ ξυνεισβὰς πλοῖον ἀσεβὴς ἀνὴρ
Ναύτῃσι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ λιπὶ,
Ὤλεσεν ἀνδρῶν σὺν θεοπλύτῳ χθονὶ.

Ubi Scholiastes ait θερμὸν ἔργον dici, ἀναιδὲς καὶ θρασύ. Appellat autem Æschylus ναύτας θερμὰς temeraria in deos desperatione detestandos, & eos opponit τοῖς ἀσεβέσιν.

Aliter in edit. nostra. Pag. 190. *Nec extraneis adminiculis addicere, quod illis.*] Hæc est lectio vetus, MS. Reg. auctoritate confirmata, pro qua temere Gelenius, *n. ext. a. indigere*. Scripserat, opinor, Arnobius, *addigere*: nisi quis vulgatam lectionem tueri velit, & *addicere* interpretari adscribere.

190. *Inoffensæ beatitudinis.*] Solinus: *Denique in uno M. Agrippa felicitatis exemplum est, nec tamen usque eo inoffensæ, ut non plura adversa pertulerit quam secunda.*

190. *Non prodigiosas ostentare formidines.*] Nihil poterat expressius dici. Sic enim prodigia & ostenta simul complectitur. Et ait *prodigiosas formidines*: quia ostenta & monstra nuntiantur nunquam, aut offeruntur, quin inde hominum animis formido illabatur. Atque ita res est, ut quamvis portenta non sint perpetuo male signata; pestem tamen & calamitatem sæpius portendere videantur. Cedrenus: λέγεται δὲ μὴ σημαίνειν ἀγαθὰ τοῖς πόλεσιν, ἐὰν οὕτως γίνεται τὰ δεινά.

190. *Non votorum debitis habere obnoxios & obligatos.*] Horatius:

Sed tu simul obligasti
Perfidum votis caput.

190. *Nec piacubares hostias signis minacibus postulare.*] *Hostias circumforaneas* appellant alii: quod scil. circumferrentur hostiæ, quibus portentorum expiabantur minæ; & loca omnia adversus numinis iram ita munirentur. Apulejus Milesia IV. *Tandem pernas portentorum hostiis circumforaneis expiant, circumductus angulatim, erratis plateis omnibus, & in modum eorum, qui lustralibus piamentis miseratorum, ejusque tribunal astituor.*

190. Pati

190. *Pati dolorem, diminui.*] Id eſt, corrumpi, φθείρεσθαι. Supra libro primo: *Vbi perturbatio eſt, ibi dolor & ægritudo eſt. Vbi dolor & ægritudo eſt, imminutioni & corruptioni jam locus eſt.* *Aliter in edit. noſtra.*

190. *Cui debent divina nobiſcum quod eſſe ſe ſentiunt, & vitali in ſubſtantia contineri.*] Locus hic eſt vitiatus. Exiſtimo eſſe heic ineptum aliquod gloſſema. Sic enim ad hæc verba, *vitali in ſubſtantia*, notarat fortaſſe aliquis *divina*: quaſi hoc præcipue dicere voluerit Arnobius; non autem ſimpliciter, nullam eſſe deorum eſſentiam; nec eos eſſe in rerum natura, niſi ſummi Dei beneficio: quod expreſſis verbis aſſerit libro primo. Hæc autem dicuntur per conceſſionem: hoc ſcilicet et dato, eſſe alios deos, præter ſummum & verum Deum.

190. *Numquid enim delubris aut templorum eum conſtructionibus honoramus?*] Negat igitur ulla fuiſſe Chriſtianis delubra; templa ulla. De delubris poſtea. Sane ipſam templorum appellationem quaſi ab idololatria profectam Chriſtiani reſpuebant. Hinc Zeno Veronenſis ſermone de Continentia: *Proponimus itaque, ut ſæpe contingit, in unum ſibimet convenire diverſa religionis diem, quo tibi Eccleſia, illi adeunda ſint templa.* Eccleſiam appellat Chriſtianorum conventiculum: templa Gentibus tribuit. Hinc & B. Hieronymus epiſt. ad Riparium presbyterum, adverſus Vigilantium. *Mortuo cadaveri, atque polluto præbebant excubias, ut poſt multa ſecula Dormitantius ſomniaret, imo eructaret immundiſſimam crapulam, & cum Juliano perſequutore ſanctorum baſilicas aut deſtrueret, aut in templa converteret?* Ergo & florentibus rebus Chriſtianis quum eſſent baſilicæ non minus ſuperbæ quam pleraque Gentium templa, ab iſta tamen appellatione abſtinebant, eamque Nationibus remittebant. Sane prioribus illis Eccleſiæ temporibus, Chriſtianis objiciebant, nulla eſſe iis templa venerationis ad officium conſtructa, quia tenuiores & inconſtantiores res erant Chriſtianorum, quam ut ſuperbas illas ædificiorum moles exitare poſſent. Vigebat tum in hominum pectoribus religionis fervor totus ad veram & internam pietatem contractus, non ad res externas diſſipatus. Habebant conventicula ſua ubi congregabantur, & religionis officia obibant: ſed neque ea erant ſemper fixa. Nam ferventibus perſequutionibus latebras ſectabantur Chriſtiani, & privatis ædibus, denique quibus poterant locis congregabantur. Si quando autem dabatur aliqua quies Eccleſiæ, conventicula tum excitaban-

tur: atque ea conventicula, de quibus obſervabamus aliquid ad libr. IV. dicebantur à Græcis, οἴκοι & ἐκκλησιῶν οἴκοι appellatione generali: quod ab ædibus privatis cultu nihil differrent. Euſebius Eccleſ. hiſt. lib. VIII. cap. ult. in interpretatione diplomatum Cæſareorum de Chriſtianorum reſtitutione: ἵνα αὖθις ὦσι χριστιανοὶ. καὶ τοῦ οἴκου, ἐν οἷς συνήγοντο, σωθῶσιν. Ita certe interpretabantur conventicula. Ipſe autem ἐκκλησίας appellarat antea. νόμῳ τε καὶ δόγματι βασιλικῷ τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν οἰκοδομεῖν προστάττει. Nempe ἐκκλησίας appellabant, quia ibi συνήγετο ἡ ἐκκλησία. Quare οἴκους ἐκκλησιῶν dicunt alibi. Idem Euſeb. capite XIII, ejuſdem libri, de Conſtantio Conſtantini patre quem à Diocletianeæ perſequutionis invidia liberat, καὶ μήπω τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ οἴκους καθελών. Sic lib. IX. cap. IX. & alibi. Latini *domos* Dei quandoque appellabant. Zeno Veronenſis ſermone de pſalmo CXXVI. *Conventus quidem Eccleſiarum, ſive templi, quos ad ſecretam ſacramentorum religionem ædificiorum ſepta concludunt, conſuetudo noſtra vel domum* Dei *ſolita eſt nuncupare, vel templum*. Hic profecto locus vitium ſonat, Nam quid hoc ſibi vult? *Conventus quidem Eccleſiarum, ſive templi*. Tolle *ſive templi*. Gloſſema eſt ineptum. *Conventus Eccleſiarum* appellat, quas ἐκκλησίας Græci. In ſequentibus quoque non dubito quin ſit idem gloſſema. Aliquis ad hæc verba, *domum* Dei, adnotarat, *vel templum*. Atquin oſtendebamuus ſupra ex ipſo Zenone Veronenſi templi appellationem ipſam Chriſtianis fuiſſe tunc temporis odioſam. Legendum igitur exiſtimo, *conſuetudo noſtra domum Dei ſolita eſt nuncupare*. Tertull. lib. de Idololat. cap. VII. *Tota die ad hanc partem Zelus fidei perorabit ingemens Chriſtianum ab idolis in Eccleſiam venire; de adverſaria officina in domum* Dei *venire; attollere ad Deum patrem manus matres idolorum*. Appellat *eccleſiam* conventum fidelium, ſive conventum eccleſiæ, ut loquitur Zeno. Et ipſa ſane conventicula *eccleſias* etiam appellabant. Zeno Veronenſis loco antea citato: *quo tibi eccleſia: illi adeunda ſint templa*. & ſæpius. Quoniam igitur perſequutionum temporibus nulla habebant ſtata loca fideles, quibus congregarentur, ſed latebras quærebant, & Apoſtolorum exemplo quæcunque loca, in quibus Deum invocare, ac venerationis officia obire poterant, ſancta ſatis exiſtimabant; perſequutionum autem motu conſopito conventicula quidem exſtruebant; ſed humilia; & à privatis ædificiis humilitate nihil differentia; idcirco Gentiles, qui exteriorem rerum faciem, quam

quam interiores cordis ſeceſſus pluris æſtimabant, identidē inculcabant, nulla eſſe Chriſtianis templa, delubra nulla; vere igitur irreligioſam & plane ἄθεον eſſe ſectam illam. Cælius apud Minutium: *Cur nullas aras habent, templa nulla, nulla nota ſimulacra? Nunquam palam loqui? nunquā libere congregari? niſi illud quod colunt & interprimunt, aut puniendum eſt, aut pudendū?* Origenes contra Celſum lib. VIII. μὴ τοῦτο ἡ ὁ Κέλσος φησὶν ἡμᾶς βωμοὺς, καὶ ἀγάλματα, καὶ νεὼς ἱδρύσθαι φάσκειν. *Poſt autem ait Celſus, aras nos, & ſimulacra, & templa conſtituere ceſſare.* Quare Conſtantinus & Licinnius in edicto ſuo pro Chriſtianis, de conventiculis eorum ita loquuntur, ut facile appareat nihil in iis fuiſſe notabile. Appellant enim ſimpliciter loca quibus congregari ſolebant, nec alia appellatione ea inſigniunt: eaque ſi empta erant, vel donata, corpori Chriſtianorum reſtitui jubent. καὶ τῶν δὲ ἄλλων πρὸς τοῖς λοιποῖς εἰς τὸ δίκαιον τῶν χριστιανῶν δογματίζομεν, ἵνα οὗτοι πάντες αὐτῶν εἰς οὓς τὸ πρότερον συνέρχεσθαι ἔθος ἦν αὐτοῖς &c. Et poſtea: καὶ ἐπιδὰν οἱ αὐτοὶ χριστιανοὶ μόνον ἐκείνους εἰς οὓς συνέρχεσθαι ἔθος ἦν ὅρους, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους τόπους ἐφέξειν γινώσκωσιν, ἀμφότεροι καὶ πρὸς ἕκαστον αὐτῶν, ἀλλὰ πρὸς τὸ δίκαιον καὶ αὐτῶν σώματος &c. Habebant igitur Chriſtiani loca quædam privata, tum quibus colligerentur, tum ad alios uſus, ut cœmeteria, in quibus etiam ſæpius conventicula ipſa, & fabricæ; quod aliis antea obſervatum. Atque hæc generaliter de Chriſtianorum conventiculis dicta ſint; Proponemus quædam poſtea magis particularia.

190. *Numquid enim delubris, aut templorum eum conſtructionibus honoramus?*] Notandum verbum *honoramus*. Ethnici templis honorari deos exiſtimabant, quaſi locis conſecratis: Chriſtiani contra dicebant honores iſtos Deo non eſſe tribuendos, neque divinitatem quaſi ſeptis quib uſdam continendam. Loca item conſtituenda, non quibus divinitas concludi exiſtimetur, ſed in quibus Deus oretur, & religionis officia celebrentur. Quare conventicula, eccleſias, oratoria, προσευκτήρια ab uſu & à fine ea loca appellabant.

Pag. 191. *Hiemalia ſentiunt frigora.*] Templorum conſtructionem convellere incipit. Rem igitur aggreditur ab eorum uſu & fine. Templa, inquit, à vobis conſtruuntur, vel tanquam deorum domicilia, ubi ſcilicet dii veſtri reponantur, & adverſus hominum, vel cœli injurias tuti ſint: vel ut ibi deos veſtros quaſi præſentes habeatis. Utrumque finem deſtruit.

191. *Aut Phoroneus Ægyptius, aut Merops.*] Legendum puto, *aut Phoroneus, Ægyptius aut Merops* &c. Amat Arnobius particulam istam trajicere, atque involvere ad hoc exemplum.

191. *Vt tradit in admirandis Varro, Iovis progenies Æacus.*] Deficit *aut*: quam particulam apud hunc scriptorem quandoque desiderari observavimus.

191. *Aut ex molibus marmoreis structa.*] Hæc enim constructis templis præcipua materia.

191. *Laquearibus aut renideant aureis.*] Ovidius:

Flamma nitore suo templorum verberat aurum,
Et tremulum summa spargit in æde jubar.

Et:

Nos quoque templa juvant, quamvis antiqua probemus,
Aurea: majestas convenit ipsa Deo.

Appellat *templa aurea*, non solum quod laquearibus aureis renderent; sed generaliter, quod ea auro plurimum ornata essent: Nam & ipsæ templorum januæ quandoque auratæ. Aristophanes in Avibus:

----πρῶτον μὲν ἐ-
γὼ νεὼς ἡμᾶς οἰκοδομεῖν δεῖ
λιθίνας αὐτοῖς. ἔδ' ὑπερθύρους
χρυσοῦς θύρας.

Propter hæc ornamenta, templa appellata aurea. Sic in amoribus.

Aurea sanctorum potuissent templa deorum
Vrere, quæ tantum sustinuere nefas.

191. *Splendeant hic gemmæ.*] Ovidius 1. Fastor.

Iuppiter angusta vix totus stabat in æde;
Inque Iovis dextra fictile fulmen erat.
Frondibus ornabant quæ nunc capitolia gemmis:
Pascebatque suas ipse Senator oves.

Hinc Lactantius lib. v. cap. VIII. *Cujus templum est, non lapides, aut lutum: sed homo ipse qui figuram Dei gestat. Quod templum non auro, & gemmarum donis; sed æternis virtutum muneribus ornatur.*

191. *Nec recusare, nec spernere, quo minus se sepiant.*] In est, nec minus recusare ac spernere hæc domicilia &c. Phrasis Arnobiana.

191. *Templum, inquit, hoc Martis est.*] Hinc ipsum etiam Divi nomen templi foribus inscribebant. Iamblicus lib. 1. de vita Pythagoræ, cap. 11. Ἐπεὶ δ' ἀπενθουσίᾳ εἰς τὴν Σάμον ἀπὸ τῆς Συρίας ὁ Μνή-

Μήτηρ ἄρχος μὲν πεμπάδων κέρδους, καὶ βαθείας οὐσίας, ἱερὸν ἐδείματο Ἀπόλλωνι, ΠΥΘΙΟΥ ὑπογράψας. Nota formam inſcriptionis Πυθίου. Sic enim abſolute generandi caſu. Quare hunc locum ita reddere oportuerat, *Templum conſtruxit Apollini, cum hac inſcriptione,* PYTHII. Solemnis iſta inſcriptionis forma. Dionyſ. Halicarn. lib. 1. Antiquit. Roman. καὶ αὐτὴ κατασκευάζειν οἱ Λατῖνοι ἱερὸν ὑπογραφὴν τοιάδε κοσμοῦντες, ΠΑΤΡΟΣ ΘΕΟΥ ΧΘΟΝΙΟΥ ΟΣ ΝΟΜΙΚΙΟΥ ΡΕΤΜΑ ΔΙΕΘΕΙ. Plutarchus in Erotico: ἢ ἵν' Βελεστίχη, πρὸς Διός, ἀ βάρβαρον ἐξ ἀγορᾶς γυμνάσιον, ἧς ἱερὰ καὶ ναοὺς Ἀλεξανδρεῖς ἔχουσιν, ὑπογράψαι & δι' ἐρωτὸς ἡ βασιλίσσης ΑΦΡΟΔΙΤΗς ΒΕΛΕΣΤΙΚΗς. Sic apud Plinium lib. VIII. cap. XVIII. *Qua de cauſa Libero patri templum in Samo Elpis ſacravit, quod ab eo facto Graci κεχηνότος Διονύσου appellavere.* Id eſt, κεχηνότος Διονύσου ἐπίγραφον. Et lib. X. cap. V. *Quam ob cauſam incolæ quod vocant heroum in eo loco fecere, appellatum Iovis & virginis.* M. Tullius lib. III. de Natura deorum: *Iam menſas argenteas de omnibus delubris juſſit auferri: in quibus quod more veteris Græciæ inſcriptum eſſet, Bonorum Deorum, uti ſe eorum bonitate velle dicebat.* Zoſimus lib. II. βωμὸν δ' ἐξέθη περιπεμφθέντα, ἐν ᾧ γεγράμματα λίθῳ, ΑΔΟΥ ΚΑΙ ΠΕΡΣΕΦΟΝΗς. Servius ad lib. III. Æneid. *Alii in templo Apollinis aram fuiſſe inſcriptam,* ΠΑΤΡΙΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΟς. Sic autem & alia monumenta abſolute inſcribebant. Plutarchus in Othone: εἶδον δ' ἐν Βελεσίλῳ γενόμενος ἐπιτύμβιον μίτυλον, ἀ τῷ ὑπογράψαι ὕτως ἔχουσιν, οἱ μεταφράσαντες, δηλαδὴ, ΜΑΡΚΟΥ ΟΘΩΝΟς. In Marcello: εἰς ἣν λίθον αὐτὸ ἐπιτύμβιον Οἰκιλία μόνη ἡ μήτηρ τῷ βιβλιοθήκῃ ἀνέθηκε, Καίσαρος ὑπάτου, ὑπογράψας ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ. Hinc igitur nata ſyntaxis, *ad Telluris, ad Dianæ* &c.

191. *Apollo hic habitat.*] Ergo templa quaſi deorum domicilia; & idcirco *ſacræ ædes.* Sic ναὸς dicitur παρὰ τὸ ναίειν, quia Deus, cui eſt conſtructum templum, in eo credebatur ναίειν, habitare. Recte igitur Heſychius, ναός, οἶκος, ἔνθα θεὸς κατοικωνύμως. Quare ἱεροὶ δόμοι & ἀγνοὶ paſſim apud veteres poëtas: θεῶν οἶκοι ſæpe apud Herodotum, ut, *ſacræ ædes.* Cicero lib. II. de Natura deorum: *Concinneque, ut multa, Timæus, qui quum in hiſtoria dixiſſet, qua nocte natus Alexander eſſet, eadem Dianæ Epheſiæ templum deflagraviſſe, adjunxit, minime id eſſe mirandum, quod Diana quum in partu Olympiadis adeſſe voluiſſet, abfuiſſet domo.* Hoc autem nomine templorum conſtructionem perſtringit etiam Lucianus libello de ſacrificiis: ἔπειτα ἢν

ναὸς ἐγκέφαλος, ἢ αὐτοὶ μὴ ἄοικοι, μηδ' ἀνέστιοι δῆθεν ὦσιν.

191. *Conclavia & cellulas fabricari.*] In cellulis enim asservabantur deorum simulacra. Cellulas autem istas describit Vitruvius lib. IV. Sic igitur in capitolio omnium dæmonum consistorio plures erant cellæ. T. Livius lib. XXXVIII. *Castigatum enim quondam ab eo populum ait, quod eum perpetuum Consulem, & Dictatorem vellet facere: prohibuisse statuas sibi in Comitio, in Rostris, in Curia, in Capitolio, in cella Iovis poni.* Græcis σηκὸς dicebatur. Hesychius; σηκὸς, ἐνδόπερ τόπος ἢ ἱερόν. Diodorus Siculus libro primo, ubi de Iside: ἐμοίως ἢ ἐκ ταύτης μεταδόσεων ἐξ ἀνθρώπων τυχεῖν ἀθανάτων τιμῶν, ἢ ταφῆναι ἢ τῇ Μέμφιν: ὅπερ δείκνυται μέχρι ἢ νῦν αὐτοῦ ὁ σηκὸς, ἱδρύσαν ἐν τῷ περιβόλῳ ἢ Ἥφαίστου. Peculiariter tamen σηκὸς à quibusdam pro heroo, & divatorum hominum sacello. Pollux: ἢ τὸ μὲν χωρίον, ὧ θεραπεύομεν τοὺς θεούς, ἱερὸν ἢ νεώς: ἔνθα ἢ καθιδρύομεν, σηκὸς, τέμενος &c. οἱ μὲν γὰρ ἀκριβέστεροι σηκὸν τὸν τῶν Ἡρώων λέγουσιν: οἱ ἢ ποιηταὶ, ἢ τὸν τῶν θεῶν, ὡς οἱ τραγῳδοὶ, ἀγὼν εἰς σηκὸν θεῶν. σηκὸς igitur Heroum & Heroïdum proprie. Euripides in Bacchidibus:

Αἰνῶ ἢ Κάδμον, ἄβατον ὃς πέδον τόδε
Τίθησι θυγατρὸς σηκόν.

Nempe σηκὸς hoc modo, non superbum aliquod templum, qualia in urbibus exstrui solent diis majoribus: sed sacellum potius quam templum heroï, & in agris præcipue excitatum: quomodo etiam nunc sacella appellamus exiguas illas ædes, quæ veluti diminorum deorum breviora & angustiora templa: & sacella potius ac cellulæ, quam vera templa. Hinc B. Augustinus lib. IV. de Civit. Dei, cap. XXIII. *Quis enim ferat, quod neque inter deos Consentes, quos dicunt in consilium Iovis adhiberi; nec inter deos, quos Selectos vocant, Felicitas constituta est: ut templum aliquod ei fieret, quod & loci sublimitate, & operis dignitate præmineret?*

Pag. 192. *Sed non (inquitis) idcirco.*] Et hoc à manu Ful. Ursini, qui veterem lectionem retinere debuerat, *inquit.*

192. *Sed ut eos possimus coram, & cominus contueri.*] Hanc præcipuam templorum causam Gentiles proponebant. Construere nempe sc templa, ut inibi deorum simulacra collocarent, & deos ibi affarentur de proximo. Rident hanc superstitionem Luciani Demonax. εἰπόντος δέ τινος τῶν ἑταίρων, ἀπίωμεν Δημώναξις τὸ ἀσκληπιεῖον, ἐπόσομαι ἔφη, πρεσβύτερος ἢ ἡμῶν, πένυ, ἔφη, κωφὸν ἡγῇ τὸν Ἀσκληπιὸν,

ποιῶν, εἰ μὴ δυνατὸν πάντας ἡμᾶς ἐπιχωμένους ἀκοῦσαι. Quum autem è ſocis diceret aliquis, Eamus ô Demonax in Æſculapii templum, & pro filio ibi preces fundamus, Deum, inquit, exiſtimas plane ſurdum, ſi nec iſtic nos audire poteſt. Seneca epiſtola XLI. *Non ſunt ad cœlum elevanda manus, nec exorandus edituus, ut nos ad aures ſimulacri, quaſi magis exaudiri poſſimus, admittat.*

192. *Affari de proximo.*] Affari deos, & *alloqui* proprie. Plautus in Amphitruone:

---- Numero mihi in mentem fuit,
Dis advenientem gratias pro meritis agere, atque alloqui.

Sic Græcis προσφωνῶν. Euripides in Hercule furente:

Χρόνῳ δ' ἀνελθὼν ἐξ ἀνηλίων μυχῶν,
ᾅδου πόρης ἔνερθεν, οὐκ ἀπημάξω
Θεοὺς προσπτῶν πεσὼν σὺν ᾗ σίγας.

192. *Venerationum colloquia miſcere.*] Supra libro primo: *Et cum domino rerum Deo ſupplicationum verba, atque orationum colloquia miſcere.*

192. *Si quando res ſacras cerimoniarum conficitis debitis.*] Debita cerimoniarum appellat, ut *officia religioſa* alibi, *officia religionis, officium cultionis.* Infra lib. VII. *Si caper cædatur Iovi, quem patri ſolemne eſt Libero, Mercurioque mactari; aut bos ſi ſterilis Vxiæ, quam Proſerpinæ tribuitis, quo ritu, atque obſervatione præcipitur, quid facinoris in hoc erit? quid malorum, ſceleriſve contractum, cum nihil interſit obſequii, cujus animalis è capite honorarium iſtud debitum compleatur?*

192. *Conſtituamus enim noſcendæ rei cauſa.*] Erantne illi ſani qui hanc particulam *cauſa* tollendam exiſtimabant, & pro vera ac ſimplici lectione ſua ſomnia reponenda?

192. *Vltimam Thulem.*] Virgilius:

Tibi ſerviat ultima Thule.—

Unde Tragicus,

Nec erit terris Vltima Thule.

Pag. 193. *In Eleuſinis conſepto quod civitati ſubjectum eſt.*] Clemens: ἐν τῷ θριάσιῳ ᾧ ἱλάσκονται, ᾧ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει. Legendum igitur videtur heic, *in Eleuſinii conſepto, quod.* &c. ᾧ ὑπὸ τῇ πόλει. *Alitur in edit. noſtra.*

193. *In Eleuſinis conſepto.*] Apulejus Mileſia XI. *Ædibuſque conductis intra conſeptum templi larem temporarium mihi conſtituo.* Solinus: *Conſeptum etiam intra quod ritus ſacrorum, factis bovicidiis, docuit Potitios.* Optime igitur Arnobius θρίασιον interpretatur *conſeptum.*

Diodorus Siculus libro primo: τῷ ἐν τῷ Μέμφει ἱερῷ τὸ πρὸς ἑω προπύλαιον κατασβέσαι, καὶ τῷ νεῷ τὸν πρόβολον. Herodianus libro primo: κατέφλεξε δὲ τὸ πῦρ τόν τε νεὼν, καὶ πάντα τὸν περίβολον. Pollux: αἱ ἀνειμέναι θεοῖς τόποι. ἄλσος τε καὶ τεμένη, καὶ ἔρκη. καὶ ὅσα αὐτὰ κύκλῳ, περίβολος.

193. *Celei virgines non in Cereris Eleuſinæ humationibus perhibentur officia*] Hæc eſt lectio vetus, pro qua Gelenius repoſuit quod voluit, non quod debuit. Et ſane veterem lectionem ubique proponere debebat, non autem ſomnia ſua obtrudere. Videtur autem tale quid ſcripſiſſe Arnobius, *Celei virgines non in Cereris Eleuſinæ humationis habuiſſe perhibentur officia?* Clemens: αἱ δὲ Κελεοῦ θυγατέρες οὐκ ἐν Ἐλευσῖνι πεπόφαται. In *Cereris Eleuſinæ* ſcilicet templo: cujus rationem συντάξεως proponebamus antea. Mox: *quod in Apollinis conſtitutum eſt Delii.* τὸ δὲ, ἐν τῷ Ἀπόλλωνος ἢ Δηλίᾳ ἐστὶν ἱερῷ. *Humationis autem officia*; ut infra: *Aut cum membris omnibus humationis officia ſortitum.* Optime. Hoc enim pietatis & humanitatis officium. B. Auguſtinus lib. 1. de Civitate Dei: *Vnde & antiquorum juſtorum funera officioſa pietate curata ſunt; & exequiæ celebratæ; & ſepultura proviſa.*

193. *Dicit habuiſſe ſuprema Leandrius funeris.*] Id eſt, conditum eſſe & ſepultum, πεπόφθαι: quod eſt ſupremum fueris officium. *ſuprema* dicit abſolute. Solinus cap. xv. *Cujus ſuprema non contentus proſequi ſumtu funeris, crinem tonſus eſt.*

193. *Ageſarchi Ptolemæus.*] Πτολεμαῖος ὁ Ἀγησάρχου.

Aliter in edit. noſtra. Pag. 194. *Germani ſervuli vita fuerit.*] Reſcribunt, *ut à germani ſervulo vita &c.*

194. *Vt immobilis videlicet atque fixa ominis perpetuitas ſtaret.*] Nam ſi quando fauſta omina offerebantur, venerabantur deos ea ſibi firmarent; & quidquid ad ea firmanda conferre poterant ipſi, id omne religioſe conferebant. Sil. Italicus libro quarto.

---- *Noſco te, ſumme deorum,*
Adſis ô, firmeſque tuæ pater alitis omen.

Quapropter & ſacrificiis ea firmare conabantur. Ammianus Marcellinus lib. XXIII. *Quo oſtento lætior clamavit, plaudentibus omnibus, Babylona humi procidiſſe ornamentis omnibus ſpoliatam; & paulisper detentus, ut omen per hoſtias litando firmaret, Davanam venit.*

194. *Iecit in medium.*] Εἰς μέσον ἔρριψεν. Vide ſupra ad lib. v.

194. *Civitas maxima, & numinum cunctorum cultrix*] Vetus interpres

terpres epiſtolæ ad Romanos, in caput primum: *Omni mundo mirum fuit Romanos credidiſſe, qui idolorum nimia fuerant cultura poſſeſſi, ita ut omnium gentium diis quas vicerant, deſervirent.*

194. *Satis igitur oſtendimus, templa diis immortalibus aut inaniter iis eſſe conſtructa.*] Τὸ *iis* redundat eleganter. Sic ſæpe apud hos ſcriptores. Hactenus autem de templis. Si templa igitur ſunt loca magnifice conſtructa in quibus Dei ſimulacra conſtituantur; & ubi Deus quaſi habere exiſtimetur, quomodo nos ædes ad uſum habitationis habemus: prioribus Eccleſiæ temporibus, Chriſtianis templa erant nulla: ſed ſi templa appellanda ſunt quæcunque loca, in quibus fideles congregantur, & Deum ſociatis votis, invocant, ac cetera religionis officia celebrant; profecto Chriſtiani ſua ſemper habuerunt templa; ædes ſcilicet privatas, & quaſcunque ædium partes, cœmeteria, ſylvas etiam & cavernas: & quum erat aliqua Eccleſiæ quies, conventicula, non ad oſtentationem exſtructa; non ubi Dei ſimulachrum aliquod tanquam præſens numen adiretur, ſed ubi fideles preces ſuas ὁμοθυμαδὸν ad Deum ſummum allegarent, & pietatis officia obirent. Quoniam autem templa aliter definiebant Nationes, & ratione formæ exterioris, & ratione formæ interioris, atque, ut loquuntur, eſſentialis; quoniamque magnam religionis partem ædificiis illis aſcribebant, idcirco libere fatebantur Chriſtiani, nulla ſibi eſſe templa: imo & ipſum templorum uſum eſſe non modo ſupervacuum, verum etiam impium aſſerebant; Deum autem non in ναοῖς χειροποιήτοις, ſed in noſtra ipſorum mente eſſe dedicandum. Minutius Felix: *Quod vero templum habere poſſit Deus, cujus templum totus eſt mundus? Et cum homo latius maneat, intra unam ædiculam vim tantæ majeſtatis includam? In noſtra dedicandus eſt mente; in noſtro conſecrandus eſt pectore.* Idem ait contra Celſum Origenes. Idem Clemens Alexandrinus Strom. VII. Idem alii. Quare & Lactantius capite ultimo libri de ira Dei; *Sit nobis Deus non in templis, ſed in corde noſtro conſecratus. Deſtructibilia ſunt omnia, quæ manu fiunt: Mundemus hoc templum, quod non fumo, non pulvere; ſed malis cogitationibus ſordidatur; quod non cereis ardentibus; ſed claritate, ac luce ſapientiæ illuminatur.*

194. *Sequitur ut de ſignis aliquid, ſimulacriſque dicamus.*] Prima criminatio fuit, quod Chriſtiani nulla haberent templa: ſecunda, quod nulla ſimulacra. Quare agit nunc de ſimulacris, ut oſtendat ea non ſolum eſſe vana, ſed etiam Deo exoſa. Criminationem propo-

propoſuerat his verbis: *In hac enim conſueſtis parte crimen nobis maximum impietatis affigere, quod neque ædes ſacras venerationis ad officia conſtruamus; non deorum alicujus ſimulacrum conſtituamus, aut formam.* Simulacrum dicit πᾶν ὁμοίωμα: *forma* eſt quod Græcis εἶδος, unde diminutivum εἴδωλον. quare idem quod ſimulachrum. Tertullianus de Idololatria cap. III. *Ad hoc neceſſaria eſt vocabuli interpretatio. εἶδος Græce formam ſonat: ab eo per diminutionem εἴδωλον deductum apud nos formulam fecit. Igitur omnis formula, vel forma idolum ſe dici expoſcit.* εἴδωλα autem quandoque uſurparunt Græci pro rebus vanis, & apparentibus potius quam in rerum natura ſubſiſtentibus, qualia ſunt quæ apparent quandoque in aëre φάσματα & ſimulacra. Plutarchus in Themiſtocle: ἕτεροι δὲ φάσματα καὶ εἴδωλα καθορᾶν ἔδοξαν ἐνόπλων ἀνδρῶν. Et in Sylla: ἐν δὲ ἄρᾳ φάσμα, καὶ τῇ μικρὸν αἰρόμενον ἀπὸ γῆς διεπείρετο πολλαχῇ δι' ἀέρος, εἰδώλοις ἀμαυροῖς ὅμοιον. Unde bellam iſtam obſervationem hauſerunt ſapientiſſimi homines, quam ab aliis decantatam Suidas ſtolidiſſimi judicii Grammaticus in ſuam congeriem retulit, his verbis. καὶ ἡ γεωφυὴ λέγει, ὡς πιθήσῃς σεαυτῷ εἴδωλον, ἀδὲ πᾶν ὁμοίωμα: οἷς ὑφεσηκότων μεμέμφηται. εἴδωλα μὲν γὰρ τὰ τῶν ἀχ μαλῶν δὲ τῶν ὑφεστώτων εἰκάσματα, οἷον θηρίων, ἢ ἀνθρώπων. Hanc eandem obſervationem propoſuerat ſcriptor haud multo ſapientior, vel etiam ſtultior Cedrenus. Ergo εἴδωλον tantum eſt ὃ ἀχ ὑφεσηκότων ὁμοίωμα. Græculi, adeone in lingua veſtra hoſpites eratis? Quanto ſapientius cordatus Afer, cujus locum proferebamus modo, omnem formulam vel formam idolum dici ait? Plutarchus igitur in Sylla imaginem & ſimulacrũ Syllæ εἴδωλον appellat. λέγεται δὲ τοσοῦτον πλῆθος αἱρωμάτων ἐπενεγκεῖν τὰς γυναῖκας αὐτῷ, ὥστε μὴ εἴδωλον ἀπολείπεσθαι τοῦ Σύλλα: πλασθῆναι δὲ καὶ ῥαδδοῦχον ἐπὶ λιθανῦν πολυτελῶς καὶ κναμώμῳ. Et quemadmodum εἴδωλα appellantur aliquando umbræ καὶ φάσματα, ita ſimulacra, ſpecies, imagines Latinis. Lucretius, quem imitatus eſt Virgilius:

Etſi præterea tamen eſſe Acheruſia templa
Ennius æternis exponit verſibus, edens,
Quo neque permanent animæ, neque corpora noſtra.
Sed quædam ſimulacra modis pallentia miris.

Hæc ſunt εἴδωλα καμόντων. Idem Lucretius:

Unde

Vnde ſibi exortam ſemper florentis Homerꝰ
Commemorat ſpeciem.

Poëta vetus apud M. Tull. lib. I. Tuſcul. quæſt.

Vnde anima excitantur, obſcura umbra, aperto oſtio
Alti Acheruntis, falſo ſanguine, imagines mortuorum.

Virgil. IV. Æneid.

Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.

Eſt igitur εἴδωλον vox ὁμωνύμος, quemadmodum *ſimulacrum, imago, ſpecies.* Nulla igitur Chriſtianis, temporibus illis ſimulacra. Quare Arnobius, *non deorum alicujus ſimulacrum conſtituamus.* quæ verba non ſunt ad deorum Gentilium ſimulacra reſtringenda, ſed de ſimulacris omnibus generaliter intelligenda: quod tota diſputatio μονονυχὶ φωνὴν ἀφιεῖσα clamat. Deſtruit enim Arnobius tota hac diſputatione ſimulacra generaliter; & tum à materia, tum à forma ita argumentatur, ut oſtendat quid ſit de ſimulacris generaliter ſentiendum. Quare Cæcilius apud Minutium Felicem: *Cur nullas aras habent? nulla templa? nulla nota ſimulacra? nunquam palam loqui? nunquam libere congregari? niſi illud quod colunt & interprimunt, aut puniendum eſt, aut pudendũ?* Dicit, *nulla nota ſimulacra*, nõ tam propter Carpocratianorum imagines, quas χρύδδην ἔχον, ut docet in earum hæreſi Epiphanius, quam ob id quod antea dixerat de aſini capite. *Audio eos turpiſſimæ pecudis caput aſini conſecratum inepta neſcio qua perſuaſione venerari.* Ad hanc igitur criminationem ita reſpondet Octavius, ut oſtendat nulla fuiſſe omnino Chriſtianis ſimulacra. *Putatis autem nos occultare quod colimus, ſi delubra & aras non habemus? Quod enim ſimulacrum Deo fingam, cum ſi recte exiſtimes, ſit Dei homo ipſe ſimulacrum?* Exiſtimabant ſtupidæ nationes Deum niſi in ſtatuis & ſimulacris coli non poſſe, & idcirco Chriſtianos, quos ſciebant unius Dei eſſe cultores, exiſtimabant ſimulacrum aliquod, quod colerent, habere, ſed occultare. Unde diſſeminata de capite aſini fabula. At alii ſimpliciter objiciebant, Chriſtianis delubra eſſe nulla, nulla ſimulacra, nullas imagines. Origenes lib. VIII. contra Celſum: μὴ τοίνυν ὁ Κέλσος φησὶν, ἡμᾶς βωμοὺς, καὶ ἀγάλματα, ἐντὸς ἱδρύσθαι φόβῳ. *Poſt hæc autem ait Celſus ab aris nos, ſimulacris, templis conſtituendis abſtinere* &c. Reſpondet deinde Origenes ſimulacra Chriſtianorum in mente eſſe dedicanda: eaque eſſe virtutes, quibus Chriſtum effingimus in nobis. Ἀγάλματα δὲ καὶ πρέποντα θεῷ ἀναθήματα, οὐχ ὑπὸ βαναύσων τεχνιτῶν κατε-

ISID. HERALD. ANIMAD.

...is: *In hac enim conſtitu parte omnis vis ne-*
...re, *quod neque alia facta vocamus a ſigu-*
...m *alicujus ſimulacrum conformatum, ut ima-*
...s *ejus imago: forma eſt quod Græci εἶδος, unde*
...quare *idem quod ſimulachrum. Tertul.*
...cap. III. *Ad hæc neceſſaria eſt mutuli mentio-*
...tem *ſonat: ab eo per diminutionem ſibilo lato*
...ſalem *fecit. Igitur omnis formula, vel forma ſi-*
...dula *autem quandoque uſurpatur Gre-*
...apparentibus *potius quam in rerum natu-*
...unt *quæ apparent quandoque ut ait Su-*
...tarchus *in Themiſtocle: ὑφαὶ δ' ἑαυτὸν*
...*ας ἐσιόντων εἰδώλων.* Et in Sylla: *ὡς δ' ἐν*
...*ἐκείνῳ γὰρ δοκοῦσιν ὁρᾶσθαι τὰ ἐν*
Unde bellam iſtam obſervationem hu-
...*rines, quam ab aliis decantatam Stoïcis b*
...*naticus in ſuam congeriem tenuit, hic*
...*ſ' οὐκ ἔστιν ἑαυτῷ εἴδωλον, ἵνα τὸ ἀνωμα-*
...*δωλα ἢ ὁμωνύμως. εἴδωλα καὶ ἡ σκιὰ*
...*ἐν τετάρτῳ, καὶ Σφίγξ, Κένταυρος, καὶ*
...*δόματα, οἷον θρεῖον, ἐπιθυμεῖ.* Hæc
potuerat ſcriptor haud multo ſapien-
rus. Ergo εἴδωλον tantum eſt ἢ τὸ ὅμοι-
adeone in lingua veſtra hoſpes eſt
atus Afer, cujus locum profecto
am vel formam idolum dici ait? Plur.
inem & ſimulacrũ Syllæ εἴδωλα μυρία
αἰρομαι τῶν ἐντυγχανόντων γενέσθαι
ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀγαμέμνονα, ἢ ἄλλον
ἐκεῖνον: Μακεδόνα δὲ τὸν ἐκείνου ἕνα
ἐκεῖνον. Et quemadmodum *εἴδωλα ἐστὶ*
καὶ Φάντασμα, ita ſimulacra, ſpecies
quem im ...*ratus eſt Virgilius:*

Acheruſia templa
verſibus, edens,
rima, neque corpora noſtra
modis pallentia miris.

Idem Lucretius:

καπισκευασμένα, ἀλλ' ἀπὸ λόγου θεῦ τεχνώμενα, καὶ μορφώμενα ἐν ἡμῖν, αἱ ἀρεταὶ, μιμήματα τυγχάνουσαι τοῦ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως, ἐν οἷς δικαιοσύνης, καὶ σωφροσύνης, καὶ ἀνδρείας, καὶ σοφίας, καὶ εὐσεβείας, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν ἀνδριάντα ἐγκαλεῖται. Verrunt: *Simulacra autem Deo dicanda sunt non fabrorum opera, sed à verbo Dei dedolata, formataque in nobis, videlicet virtutes ad imitationem primogeniti omnis creaturæ, in quo sunt justitiæ, temperantiæ, fortitudinis, sapientiæ, pietatis, ceterarumque virtutum exempla.* Affirmat idem lib. VII. de Dei quidem ipsius fuisse ulla simulacra: quippe cum Deus sit incorporeus, & invisibilis. Ἀλλ' οὐδὲ θείας εἰκόνα ὑπολαμβάνομεν εἶναι τὰ ἀγάλματα, ὅτι μορφὴν ἀσχήτε θεῦ, καὶ ἀσωμάτε μὴ ἀφομοιάφοντες θεῦ. Sic autem ἀγάλματα Græci appellant passim, quæ Latini simulacra. De hac voce, ne quis ex ea error existat, quia video nonnullos de ea philosophari perquam sane suaviter, observabo aliquid. ἄγαλμα apud Homerum & omnes antiquos significabat generaliter quidquid ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται, ut observat Eustathius. Quare signa & statuæ, ἀγάλματα appellata. Hesychius: ἄγαλμα, ξόανον, ἀφομοίωμα εἰδώλων, εἰκόνων, ἢ ἀνδριάντων. Tit. Livius *ornamenta* proprie reddidit lib. IV. *Ornamenta urbis, statuæ & tabulæ pictæ, & quidquid pretiosæ prædæ fuit ad naves delatum.* Ornamenta dicit ἀγάλματα. Idem lib. XXXII. *signa, tabulæ priscæ artis, ornamentaque ejus generis plura, quam pro urbis magnitudine, aut opibus ceteris inventa.* Hinc & lib. XXXVIII. *Signa ænea, marmoreaque, & tabulæ pictæ, quibus ornatior Ambrachia, quia regia ibi Pyrrhi fuerat.* Quapropter & *theatrum ornari* dicebant, quum diebus festis in eo collocarentur simulacra. Ovidius lib. III. de arte:

Aurea quæ pendent ornato signa theatro,
Inspice quam tenuis bracteæ ligna tegat.

Quare Agathias scriptor Christianus templa his ornamentis nudata ἀπηγλαϊσμένα, μένα ait. Nam ἀγλαΐζω fit ab ἀγάλλω, ut ἄγαλμα. Sic ille lib. V. Ἐν ᾧ ἐν τῷ τότε θεάσασθαι ἦν ἐκείνην νεὼς γυμνὴν καὶ ἀγομένας, ὥσπερ ἔπω τὰ ἀγιστείας μέλειν ἡγότας, ἀλλ' ἄλλα καθίστασθαι. Simulacrum igitur Dei cui conditum erat templum, nudum templi proprium existimabant; cetera ad ornatum pertinere tantum. Docet hoc Servius ad hunc versum III. Georg.

In medio mihi Cæsar erit, templumque tenebit.

Semper ei consecratus numini locus est, inquit, *cujus simulacrum in medio collo-*

collocatur. Alia enim ad ornatum tantum pertinent. Nulla igitur Arnobii tempore Christianis religiosa simulacra, nullæ imagines, ἀγάλματα nulla. Quare Lampridius in *Alexandro Severo*, loco decantatissimo: *Christo templum facere voluit, eumque inter Deos recipere. Quod & Adrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus civitatibus sine simulacris jusserat fieri.* ἄνευ ἀγαλμάτων.

194. *Et religiosa observatione curatis.*] Θεραπεύειν. Verbum Græcum exprimit.

194. *Puerili hallucinatione ludatis.*] Vide supra ad librum IV. *Et si quando animum desidem otiosis vultis hallucinationibus occupari.*

Pag. 195. *Si enim certum est apud vos deos esse quos remini.*] Hoc est primum argumentum, quo probat simulacra esse inania. Si dii sunt re vera, inquit, quorsum simulacra constituitis, quibus preces fundatis? Sic igitur argumentatur: Deos esse aut creditis aut non creditis, sive ambigitis. Si creditis, nihil opus est simulacris, quippe cum deos ipsos re vera habeatis, quibus preces fundatis: si ambigitis, quorsum dubiorum simulacra constituitis? Hoc argumentum generale est, & ad quælibet simulacra pertinet.

195. *An numquid dicitis forte præsentiam vobis quandam his numinum subexhiberi simulacris, & quia deos videre non datum est, eos insolidi.*] Hæc est lectio vetus & corrupta, pro qua Gelenius *eos ita coli*, & *m.* addiderim, *iis & m.* &c. Hæc autem erat nationum exceptio. Simulacra non esse inania, quia in iis coluntur dii, quorum exhibent veluti præsentiam quandam. Sic Phidias apud Dionem Chrysostomum sermone XII. οὐδὲ γὰρ ὡς βέλτιον ἐπῆρχε μηδὲν ἰδρυμα, μηδὲ εἰκόνα θεῶν κατεδεδεῖχθαι παρ' ἀνθρώποις φαίη τις ἄν: ὡς πρὸς μόνα ὁρᾶν δίον τὰ ἐραστά. τοῦτο μὲν γὰρ ξύμπαντα ὅσα νοῦν ἔχειν σέβει, θεοὺς ἡγεμόνας μακαρίους μακρόθεν ὁρᾶν: δῆλα δ' ἐπὶ πρὸς τὸ μεμενηκὸς γράμμα, ἰσχυρὸς ἔρως πᾶσιν ἀνθρώποις ἐγγύθεν ἡμᾶς καὶ θεραπεύειν τὸ θεῖον, προσιόντας καὶ ἁπτομένους, &c. *Neque vero quispiam dixerit, satius fuisse nullam prorsus deorum apud homines exstare statuam aut imaginem, quasi ad sola cœlestia oculi convertendi sint. Hæc enim omnia quicunque intelligentiæ aliquo sapore contactus est veneratur, quasi deos beatissimos procul videat. At propter mentis affectionem ergo numen mortales vehementer avent Deum colere, quasi propius accedentes, & contingentes* Sententia labat heic, θεοὺς ἡγεμόνας μακαρίους μακρόθεν ὁρᾶν. interserendam puto negationem hoc modo, θ. ἡ. μακαρίους οὐ μακρόθεν ὁρ. Dic igitur, *quasi deos beatissimos non è longinquo videat.*

195. *Deos, inquitis.*] Sic editio princeps, ne quis hanc lectionem ab aliis translatam existimet.

Pag. 196. *Per vos hominum formæ sunt buccinarum animantes tortus.*] Optime: quia buccina est tortuosa, ac in semetipsam æreo circulo flectitur, ac differt à directa tuba, ut docet Vegetius libro tertio de re milit. Hæc est προσγύλη σάλπιγξ Græcorum.

196. *Intestinis & domesticis statibus.*] Τοῖς οἰκοθεν. Sic dicit ille apud Plautum, tergum habere se familiare domi, ne quærat foris.

196. *Inter deos videmus leones torvissima facie.*] De sole accipienda hæc esse, quod nonnulli volunt, nunquam mihi persuadebitur. Agebat modo de Sole Arnobius; & os ei hominis, ac mortalium hominum lineamenta donari observabat. Nunc de his leonibus ita agit, ut non obscure significet nescire se quænam divinitas ita significetur. *Si simulacra hæc omnia superorum sunt imagines numinũ, ergo & in cœlo habitare dicendus est Deus talis* &c. Deinde, *Quod si utique non est, ita ut omnes existimamus non esse, quænam tanta audacia est, formam tibi quam volueris fingere, ac credere simulacrum Dei, quem probare non possis ulla esse in parte naturæ?* Si Solem ita depinxissent, hæc nunquam scripsisset Arnobius. Nam quod è Placido Lactantio de leonina Solis facie proponitur, pertinet id ad Ægyptiorum mysteria: quod Macrobius docet multo apertius lib. 1. Saturnal. cap xx. *Eidem Ægypto adjacens civitas, quæ conditorem Alexandrum Macedonem gloriatur, Sarapin atque Isin cultu pene attonitæ venerationis observat: omnem tamen illam venerationem Soli se sub illius nomine testatur impendere, vel dum calathum capiti ejus infigunt, vel dum simulacro signum tricipitis animantis adjungunt: quod exprimit medio eodemque maximo capite leonis effigiem.* &c. Vide sis quæ sequuntur. Quid igitur dicemus de his leonibus? Certe non satis scio. Videtur tamen leones illos significare, qui quandoque in templorum fastigiis sculpebantur, qua de re observavi aliquid apud B. *Hierodeum* vir magnæ eruditionis testatur in quibusdam antiquorum nymum. Sed locus nunc non est in promtu. Gulielmus Philanttemplis videri hujusmodi capita leonina per fastigii latera. Ergo inter deos, qui etiam in templorum fastigiis statuti, ut alibi observamus, erant quandoque leones, & à nonnullis inter deos censebantur. Hoc igitur Catone contenti erimus.

196. *Et nomine frugi serio nuncupari.*] Hunc locum alii corrigere volunt, alii interpretari. Proponunt è MS. *frugi ferâ.* Unde efficio, *& nomine trucis feræ nuncupari.*

Aliter in edit. nostrâ.

196. *Sint*

196. *Sine reliquo corpore persona est, & facies sola, fremebundum hiatibus torvidis.*] Est persona tantum; quia quemadmodum est depicta sola leonis facies; ita & illic, in cœlo scil. solam faciem, & sic quasi personam tantum esse oportet. Commode autem *personæ*: Nam personæ sunt quoque fremebundæ hiatibus torvidis. Quare Tatianus contra Græcos: Τί μοι συμβάλλεται πρὸς ὠφέλειαν ὁ τὴν Εὐριπίδου μαινόμενος, ἢ τὴν Ἀλκμαίωνος πτεροκτονίαν εἰπεῖν τῶν; ὧν μηδὲ τὸ οἰκεῖον πρόσεστι χρῆμα. κέχλωε τε μέγα, καὶ ξίφος φερόμενον. Omitto alia loca ab aliis prolata. Propter hanc deformitatem ῥύγχος quandoque poëtæ Græci appellarunt. Athenæus lib. III. ὅπερ ἢ κυρίως λέγεται ῥύγχος ὅτι τῶν συῶν, προείρηται. ὅπερ ἢ καὶ ἐπ' ἄλλων ζώων. Ἄρχιππος Ἀμφιτρύωνι δράματι τῇ παιδὶ εἰρηκε καὶ ὅτι ἡ προσωπεῖόν ἐστιν.

καὶ ταῦτ' ἔχων τὸ ῥύγχος ἑτοῖσι μαφοῖ.

καὶ Ἀριστοφάνης Ἀθηναίοις,

ὁ γὰρ θεὸς τὸ ῥύγχος ὡς ἡμᾶς τρέφει.

Sic enim distinguendus hic locus, & intelligendus. Hoc ait Athenæus, ῥύγχος proprie esse porcorum: tribui tamen aliquando & aliis animalibus. Unde Aristophanes etiam tribuit avibus:

Ὡς δεῖ τοῦθ' οἱμώζειν ἄμφω,
Καὶ δοῦναι ῥύγχει φορβάν.

Alias enim avium proprie ῥάμφος. Addit Athenæus ῥύγχος ab Archippo usurpari καὶ παιδιὰν καὶ ὅτι ἡ προσώπου. Intelligendum hoc de larva & persona histrionica. Archippus igitur, & Araros larvam ῥύγχος appellant: atque hinc profecto lusit etiam Aristophanes. Nam in Acharnanibus Megarensis filias, quas pro porcis venire volebat, ita affatur.

Ἀλλ' ἀμφίθεσθε δὴ τᾶδὶ τὼ ῥυγχία:
κἄπειτ' ἐς τὸν σάκκον ὦδ' ἐσβαίνετε.

Heic τὼ ῥυγχία opportune. Nam & larvam quam iis imponebat ῥυγχία appellat propter similitudinem: & ῥυγχία etiam dicit vera significatione. Et in Avibus:

Νὴ τὸν Ἀπόλλω. πάνυ πίνων καὶ τὸ ῥύγχος βόσκειν σε τὸ λοιπόν.

Heic quasi avi tribuit ῥύγχος: sed simul etiam metaphoricam significationem alludit, & ita facete significat larvam histrioni cibum suppeditare, ut rostrum avi: id est, histrionem arte sua victum sibi parare.

196. *Dirus sanguineo decotoro.*] Hæc est lectio principis editionis,

nis, & ms. Reg. pro qua Gelenius solemni temeritate, *sanguineo gutture.* Proponunt *sanguineo de cerato:* ut *cerotum sanguineum* dici quod antea *merum minium.* Et re vera personæ quoque ψιμυθ & minio, & quasi ceroto sanguineo ac rubro linebantur. Qu propter vel hæc conjectura vera est, vel legendum simplicite *sanguineo de colore.* Proba autem loquutio, *dirus sanguineo de c roto*, vel *sanguineo de colore.* Tertullianus Apologetic. cap. v. *Ter taverat & Domitianus portio Neronis de crudelitate.* & cap. ix. *O Ie rem Christianum, & solum patris filium de crudelitate.*

196. *Malum dentibus suis comprimens.*] Tanquam *manducus.* Vi de Festum.

196. *Ridetis temporibus priscis Persas fluvios coluisse, memoralia m indicant scripta.*] Res nota est; ac de ea observabamus olim ali quid ad Martialem. *Memoralia scripta* sunt *memoriæ* apud A. Gel lium, & Tertullianum passim. *Antiquas lectionum memorias* dici Iulius Firmicus lib. VI. Mathes. cap XXVI.

196. *Informem Arabas lapidem.*] Λίθον simpliciter dicit Clemens. Maximus Tyrius quadratum lapidem dicit, λίθον τετράγωνον. ἀ φάβιοι σέβεσι μέν, ὄνπινα δὲ ἐγὼ οἶδα. τὸ δὲ ἄγαλμα ὃ εἶδον, λίθος ἦν τε τράγωνος. Sed Arnobius non sine causa *informem* adjicit. Sic enim ἄπρων λίθον dicit Dio Chrysostomus sermone XII. ὥστε πολλοὶ τῶν βαρβάρων, πενίας τε ἐν ἀπορίᾳ τέχνης, ὄρη θεοὺς ἐπονομάζουσι, καὶ δένδρα ἀγρὰ. & ἀσήμους λίθους.

196. *Acinacem Scythiæ nationes.*] Οἱ σκύθαι τὸν ἀκινάκην. Clemens. Quemadmodum igitur Arabes Deum aliquem, sed in lapide informi, venerabantur; sic Martem in acinace Scythiæ nationes. Solinus: *Populis istis Deus Mars est, pro simulacris enses colunt.* Vide Herodotum, & alios.

196. *Ramum procincxia Thespios.*] Hæc est lectio vetus, pro qua Gelenius constanti temeritate, *ramum Prognes Thespios.* Alii bene, *ramum pro Cinxia* T. id est, pro Iunone. Clemens: ἢ τὸ κα θαιρωνίας ἥρως ἐν θεατρίᾳ πέμενον ἐκκενομμένον.

196. *Lignum Carios pro Diana indolatum.*] Clemens: ἐν ἰκαρίῳ ξ ἀρτέμιδος τὸ ἄγαλμα ξύλον ἦν οὐκ εἰργασμένον. Quare corrigebat Canterus *Icarios.*

196. *Pro Marte Romanos hastam, Varronis ut indicant Musa.*] Clemens: ἐν ῥώμῃ δὲ τὸ παλαιὸν δόρυ φησὶ γενέσθαι ξ ἄρεως τὸ ξόανον ἁφ ῥωνὸ συγγρ φεύς.

Pag.

Digitized by Google

Pag. 197. *Vt Ethedius memorat.*] *Aethlius*, ut ex Athenæo, & Clemente Alexandrino correxit Theod. Canterus: ut etiam *plutem*, σανίδα, pro, *puteum*.

197. *Quod intentantibus gladios.*] Legendum videtur; *sed studiis facere quid pervicacibus possumus? quid intentantibus gladios novasque excogitantibus pœnas? Animantis* &c.

197. *Animantis asseritis malam scientissimi causam.*] Heic est aliquod vitium. *scientissimi* est, scientes, non autem ignoratione malam causam asseritis. Pro *animantis* igitur an? *argumentis*. Ut legatur, *argumentis asseritis malam scientiss.* &c. & interrogatio, qua clauditur periodus, tollatur.

197. *Cum petaso gnatus Majæ, tanquam vias aggredi præparet.*] Petasi enim & pilei in itinere usus, cum alias raro uterentur pileis, quod ab eruditiss. hominibus pridem observatum.

197. *Liber membris cum mollibus, & liquoris feminei dissolutissimus laxitate.*] Nam Bacchus ὑγρομελής, quemadmodum Venus. Elegantissime autem, *liquoris feminei dissolutissimus laxitate.* Sic feminæ dicuntur molles, & quasi liquescentes ac diffluentes: unde incessus earum laxior & dissolutior. Apulejus Milesia 11. *Incessu perfluo feminam mentiebatur.* ὑγρὸν βάδισμα Græci dicunt. Clemens Alexandrinus lib. III. Pedagogi; ἤδη, ὥς τινες τῶν ἀκριβέστερον ζηλοῦσι τὸ κομψὸν δίαιτα, καὶ τὰς καταγωγὰς τῶν ὀρχηστῶν κινήσεις ἀποφυλάττεσθαι, καὶ τὰς ὁμιλίας σωφρονεστέρας, καὶ τοῖς τοῦ κινήματος τοῖς αἰδοῖοις, καὶ τοῖς ὑγροῖς βαδίσμασι, καὶ φωναῖς ταῖς ἀπαλαγμέναις, κλαδαρὸν ἀφελκύσαντα, δίαιταν ἡδονῆς ἐξημμένην. Dio Chrysostomus sermone IV. de Regno, τὸ ὑγρὸν καὶ μαλθακὸν εἶδος opponit τῷ ἀρρενωπῷ καὶ στερεῷ. ἐφ' οὗ, inquit, ἀρρενωπόν τι καὶ στερεὸν εἶδος τῷ πώγωνι δαίμονι πεῖται, ἢ μᾶλλον ὑγρόν τι καὶ μαλθακόν. Hinc ὑγρὸς βίος Græcis, quæ Latinis vita madens ac deliciis diffluens. Optime igitur & elegantissime Arnobius, *liquoris feminei dissolutissimus laxitate.* Dissolutus est ἀβρολουμένος, & deliciis fluens. Tertullianus de Spectaculis cap. x. *Et est plane in artibus quoque scenicis Liberi & Veneris patrocinium, quæ privata & propria sunt scenæ, de gestu & corporis fluxu. Nam mollitiam Veneri & Libero immolant: illi per sexum, illi per fluxum dissoluti.* Legerim, *isti per fl.* id est, Libero. Cetera bene habere videntur: sed paulo obscuriora sunt, propter constructionis involutionem. Hoc enim ait, esse in artibus quoque scenicis Liberi & Veneris patrocinium, de gestu & corporis fluxu, quæ privata & propria sunt

scenæ. De gestu &c. est, *ob gestum*, quam loquendi rationem exp
nebamus antea.

197. *Tanquam si illam dicas publicare, divendere meritorii corpo*
formam.] Id est, τὴν ὄψιν ὥστε τι ὤνιον πεπρᾶσθαι. *formam* eni
dicit heic, τὴν ὄψιν. Eleganter Philo in Decalogum: περὶ μοιχεί
μὲν αὐτὴν τοῖς ἀπειλυχόσι: τὴν δ' ὄψιν ὥσπερ τι ὤνιον ἐπ' ἀγορᾶς πεπρ
σκοπεῖ, ὅτι μὴ ἥρᾳ τῶν νέων ἕκαστα καὶ λέγλ τὴ πεπάτηκε: ὅστε δ' ἐφ
ἀλείφει καὶ ἀπλήλων, αἴσχιστον ἆθλον αὐτὴν προθεῖσα τοῖς τὸ πλέον εἰσ
νεγκεῖν. ὡς λύμην οἰκῶ, καὶ ζημίαν, ἢ κοινὸν μίασμα καταλιπεῖν.

197. *Publicare, divendere.*] Iul. Firmicus lib. VI. Mathes. ca
XXXI. *Si vero mulieris fuerit ista genitura, meretricem publicam & fa*
mosam nundinato pudore perficiet.

197. *Meritorii corporis.*] Quare & ipsum lupanar *meritorium*
appellant, ἐργαστήριον. Iul. Firmicus lib. VI. Mathes. cap. XXV. S
autem iis Veneris accesserit stella, illustribus viris de meritorio detracta mu
lier conjugali gratia copulatur. Et: *Si vero fuerit mulieris ista genitura*
meretricem prostituti pudoris efficiet, & quæ corpus suum pravis libidinum
cupiditatibus tradat, pudorem suum, mercedis quotidianæ gratia lenoni ad
dicens: eritque in publicis meritoriis prostituta, etiamsi ex alto genere videa
tur esse progenita.

197. *Cum pileo Vulcanus & malleo.*] Ita depictus Vulcanus, ac
imaginem fabri ferrarii scilicet. Arrianus lib. IV. Dissert. Epi
cteti, cap. VIII. εἰ δ' ὅτω καφὸς εἶ, ἢ τυφλὸς, ἵνα μηδὲ τὸν πῖλον
ὑπολαμβάνῃς καλὸν χαλκέα, ἂν μὴ τὸ πίλιον ἴδῃς περὶ τὴν κεφαλὴν
περικείμενον. Perite autem addit Arnobius, *& fabrili expeditione*
succinctus, id est, περιζωμα περιθέμενον. Arrianus eodem capite: ἐγὼ
δὲ εἰμὶ ἐρῶ, ἐγὼ μεσσικός εἰμι, ἂν πλήκτρον ἢ κιθάραν ἀγοράσω. ἐὰν ἐγὼ
χαλκεύς εἰμι, ἂν πίλιον καὶ περίζωμα περίθηται.

197. *Cantaturi & nenias histrionis.*] Plautus in Pseudolo:

——— *Quippe ego*
Qui probe Ionica perdidici: sed palliolatim amictus
Sic huc incessi ludibundus: plaudunt parū: clamitant me ut revertar.
Occœpi denuo: Hoc modo nolui. Idem amicæ dabam me meæ,
Vt me amaret: Vbi circumvortor, cado: Id fuit nænia ludo.

Pag. 198. *Tanquam illi pugna sit gladiatorii obeunda certaminis.*] De gladiatorum fuscina abunde eruditissimi homines, inque iis Cl. Lipsius, in Saturnalib.

198. *Rex urbanus & callidus ex foribus suis Solem tollat.*] Nun-
quam

quam exiſtimaſſem poſſe aliquem de hac lectione dubitare. *Sol* recte in foribus : unde προπύλαιος appellabatur. *Sophocles in* Electra:

Κλύοις ἂν ἤδη Φοίβε προπτύλε
Κεκρυμμένῳ μυ βούλευμα.

Scholiaſtes, προπύλε, ὅτι πρὸ τῶν θυρῶν ἵδρυτο. Atque ita Pauſanias. Tertullianus de Idololatria : *Etiam apud Graecos Apollinem θυραῖον & Antelios daemonas oſtiorum praeſides legimus.* προπύλαιον Αθήνην dicit Ariſtides hymno in Minervam.

198. *Cum habitus vobis deos.*] Prudentius :

Formatum Fortunæ habitum cum ſimplice cornu.

Inſignia appellat Tertullianus libro de Idololatria : *Nec enim differt, an exſtruas, vel exornes, ſi templum, ſi aram, ſi ediculam ejus inſtruxeris, ſi bracteam expreſſeris, aut inſignia, aut etiam domum fabricaveris.*

198. *Quis eſt enim qui ignoret.*] Et haec è Clemente Alexandrino expreſſa ſunt.

198. *Qui negotia Theſpiacæ ſcriptitarunt.*] Id eſt, res Theſpiacas, ut docebamus ad librum primum. Mutandum igitur nihil.

198. *Cum in acumine ipſo eſſet pulchritudinis.*] ἐν ἀκμῇ τοῦ κάλλους.

Pag. 199. *Habitus eis per ſe datos in membr.*] Diſtinguendum exiſtimo, *habitus eis per ſe datos ? in membrorum* &c.

Pag. 200. *Simulacra iſta quæ vos terrent, quæque.*] Regreditur ad diſputationem de ſimulacris in genere : atque ex eorum materia argumentatur. Eſt igitur argumentum contra omnia ſimulacra generale. De iſta autem adorandi formula, quam tangit Arnobius, diximus ad librum primum.

200. *Aut commiſtum glutinum gypſo.*] Prudentius libro in Symmachum priore:

---- Mollis ſi bractea gypſum
Texerit; infido rareſcit glutine ſenſim.

200. *Atque in formas, quas cernitis, exierunt.*] Proprie. Horatius :

---- Amphora cœpit
Inſtitui currente rota: cur urceus exit?

200. *Deſcobinata de limis.*] Haec eſt lectio vetus, pro qua Gelenius, *deſcobinata limis.* Atqui obſervavimus antea particulas iſtas ſæpe πλεονάζειν apud hos ſcriptores. Servius ad lib. x. Æneid. *Ex more Romano, propter porcum qui de lapide feritur.*

200. *Deſco-*

200. *Descobinata de limis.*] Tertullianus Apologetico: *Vn*
lis deraditis latera Christianorum. *At in deos vestros per omnia mem*
validius incumbunt asciæ & runcinæ, & scobinæ.

200. *Supplicare tremebundum fabricatæ abs te rei.*] Argument
generale. Lactantius lib. II. cap. II. *Quæ igitur amentia est, au*
fingere, quæ ipsi postmodum timeant; aut timere, quæ finxerint?

Aliter in edit. nostra.

200. *Tui esse operis, & digitorum partem.*] Reponunt *partu*
Lactantius: *Nam ista mortalium digitorum ludicra, & fragilia figm*
ta. Et: *Homo igitur illorum quasi parens putandus est; per cujus manus t*
ta sunt: per quem speciem, figuram, pulchritudinem habere cœperunt.

200. *Atque in temporibus asperis propitii numinis favore succurrere*
Hæc est lectio vetus, pro qua Gelenius *favores accurrere.* Sed nil
fortasse mutandum. Pendent enim fortasse hæc à verbo rogar
Orantur igitur dii in rebus adversis propitii numinis favore su-
currere, & opem ferre, id est, succurrant & opem ferant. Et ita sa
propitium numen, quod scilicet succurrit & prope est, cui respon
det ἵλεως apud Græcos; nimirum ὁ προθυμῶ ἐποπτεύειν σὺν δι
μῶς. ἱλάω γάρ, inquit Eustathius: τὸ ἵεμαι λάειν, ἤγουν ἐφίεμαι, κ
ἐμαῖ προβλέπειν. Non poterat igitur Arnobius loqui expressius.

Pag. 201. *In aurum æs mutata ut testula.*] Scriptum in MS. *testul*
Unde efficiunt conjectura non absurda, *in aurum æs mutat, aut te*
stulæ vilitatem in argenteam cogit degenerare materiam? Sed neque i
est, quod quærimus. An igitur? *in aurum, æs, mutatæ aut testulæ v*
litatem, in argenteam cogat degenerare materiam. Id est, quid est quo
deos cogat in has materias transire? Sed quærendum aliqui
melius.

201. *Coctilibus testis succumbitis, æris laminas adoratis.*] Id est, pro
strati adprecamini. Nam *adorare* est ad precari, ut docebamus ac
librum primum.

201. *Rebus fieri verba cum brutis.*] Sic Origenes contra Celsum
lib. III. πάντες γὰρ καθ' ἡμᾶς μεθύουσιν οἱ πῶς ἀψύχοις ὡς θεῷ προσλα
λοῦντες. Ἓ τί λέγω μεθύουσιν; μᾶλλον γὰρ μεμήνασιν, εἰς οὐδὲ νεὼς κατύδον-
τες, ὡς θεοῖς τοῖς ἀγάλμασιν προσκυνοῦντες. *Quicunque enim res brutæ*
& inanimas tanquam Deum alloquuntur, ebrii habentur à nobis. Sed quic
dico ebrii? Multo enim potius insanire existimantur & furere, in templ
itantes, & simulacra tanquam deos adorantes.

201. *Olympiacos illos, & Capitolinos Ioves.*] Olympiacus Iupite
hic est Iupiter Olympius, cui templum ab Antiocho superbum &
de

Digitized by Google

dei magnitudine dignum excitatum. Nam de *Antiocho Epiphane*, sive potius Epimane accipiendum fragmentum illud T. Livii, quod exstat lib. XLI. quod non animadvertentes viri eruditiss. de Perseo acceperunt. Atque id si conferas cum alio Polybii fragmento, quod exstat apud Athen. lib. V. rem invenies unam & eandem ab utroque narrari, & T. Livium Polybii narrationem pæne interpretari. In eo igitur fragmento: *Magnificentiæ vero in deos, vel Iovis Olympii templum Athenis, unum in terris inchoatum pro magnitudine dei potest testis esse. Sed & Delon maris insignibus, statuarumque copia exornavit.* Polybius apud Athenæum: Ἐν ᾗ πᾶσι πρὸς τὰς πόλεις ἰυσίας, καὶ ἰδίοις πρὸς αὐτὰ θεὰς πομπαῖς, πάντα ὑπερέβαλε τοὺς βασιλεύσαντας. τῶν δ' ἄν τις πεμφθέντων ἴκοι ἐς παρ' Ἀθηναίοις ὀλυμπιεῖα, καὶ τὰ πρὸς τὸ ἐν Δήλῳ βωμὸν ἀνδριάντων. Priora illa Polybii verba non sunt satis sana. Nam quid appellat τὰς πρὸς τὰς πόλεις ἰυσίας: Scripsisse videtur Polybius, ἐν ᾗ ἴδιοις πρὸς τὰς πόλεις δωρεαῖς. Constat ex T. Livio: *In duabus tamen magnis, honestisque rebus vere regius erat animus; in urbium donis, & deorum cultu.* Munificentiam deinde illius erga civitates enarrat, quæ omnia à Polybio acceperat; sed Polybii narrationem resecuit Athenæus. Quemadmodum autem Livius Polybio, sive potius Athenæo opem tulit, ita & Livio opem feret Polybius. Nam apud T. Livium hæc quid sibi volunt? *Sed & Delon maris insignibus, statuarumque copia exornavit.* Scribendum videtur, *Sed & Deli aram insignibus*, &c. Polybius: Ἐ τῶν πρὸς τὸν ἐν Δήλῳ βωμὸν ἀνδριάντων. Totum autem illud Livii fragmentum misere deturpatum est; suntque in eo barbariei vestigia, quæ quomodo impressa fuerint, non est facile divinare.

Pag. 202. *Inter quæ omnes sinus, commissurarumque junctiuras plumbum ire suffusum.*] Legendum, *interque omnes sinus* &c.

202. *Spirantia hæc signa.*]

Effingent alii spirantia mollius æra.

202. *Quorum plantas & genua contingitis orantes.*] Genua deorum à supplicantibus fuisse contacta protrita observatio est. Sed non solum genua, verum etiam pedes quandoque ipsos, & plantas, ut ait Arnobius, ac vestigia comprehendebant, & sæpe osculabantur. Unde Prudentius contra Iudæos:

Augustum caput ante pedes curvare Minervæ
Fictilis, & soleas Iunonis lambere: plantis
Herculis advolvi; genua incurvare Dianæ.

Nota, *soleas lunonis lambere.* Apulejus Milesia VI. *Tunc Psyche pedes ejus advoluta, & uberi fletu rigans deæ vestigia, hmmumque verrens crinibus suis.* & Milesi. XI. *Exin gaudio delibuti populares, thallos, veruas, corollas ferentes. exosculatis vestigiis deæ, quæ gradibus herebant argento formata, ad suos discedunt lares.* Hoc Græci dicunt τοῖς ἴχνεσι ἐφάλματος περιφωνεῖν. Heliodorus lib. v. Æthiop. histor. τὸ ἄδυτον παρελθών, καταλαμβάνει τοῖς ἴχνεσι ἐφάλματος περιπεφυκυῖαν. & lib VII. τοῖς δ' ἴχνεσι περιπεφυὼς ἐφάλματος· ὡρῶν ὑπαλείψειν ἔτως ἔχων, ὀλίγον μὲν ἢ ἐπιφανεῖν ἐδέησεν. Sic aliquando in supplicatione humana. Ammianus Marcellinus lib. XVII. *Manus ad dimicandum aptatas, armorum abjecto munimine pone terga vinxerunt; restareque solam salutem contemplantes in precibus, effusi sunt vestigiis Augusti clementis.* Sed hæc alibi fusius.

Aliter in edit. nostra.

202. *Quemadmodum secli longioris incuria perdant situs, specie.*] Legendum puto transpositis vocabulis, *perdant speciem, situ & rubigine convul.* &c.

202. *Sub istorum simulacrorum causis stelliones.*] Hæc est lectio vetus, pro qua Gelenius *cavis.*

202. *Ossa in spem tracta.*] Nihil mutandum existimo. Hoc enim ait Arnobius, à bestiolis illis non solum semirosi duritias panis; sed etiam ossa contrahi, & in statuarum cava ac latebras convehi: ossa autem in spem tracta: nempe quia mures, sorices &c. etsi ossa rodere nequeunt, ea tamen, quum prædam suam avertunt, trahunt nihilominus: quia scilicet sperant iis posse se sium dutitie compositis. vesci, nondum satis tentatis dentium viribus, nec dum iis cum os-

202. *Iacularier stercoris plenas.*] Auratus corrigebat *splenas*, ut admonuit Theod. Canterus.

Pag. 203. *In quæ obscœna dicere.*] Scriptum fortasse fuerat *deicere*, pro, *deficere.*

203. *Sed erras (inquitis) & laberis.*] Et heic scribendum *inquit*, ut in principe editione. His autem verbis continetur Nationum exceptio, & responsio. Hoc enim ajebant: Erratis, quum existimatis colere nos & adorare æs, aurum, & similia: neque enim statuas illas & simulacra veneramur; sed deos qui in iis sunt. Nam postquam simulacra illa rite dedicata sunt, in iis tum habitare dii incipiunt. Vanissimam hanc sponsionem labefactat sequenti disputatione Arnobius. Alii autem paulo subtilius respondebant,

statuas

Digitized by Google

ſtatuas iſtas, & ſimulacra non adorari proprie: ſed deos quibus ea dicata erant. Hæc enim eſſe deorum ſigna: & idcirco preces referri, non ad ſignum proprie, ſed ad τὸ πεφωτύπωμεν, ἢ ὄντι τὸ νοούμενον. Quare hanc exceptionem obiter perſtringit Origenes lib. VII. contra Celſum. τίς γὰρ νοῦν ἔχων ἀναβοήσεται ἢ μὴ σὺν πλείστῃ ἐν φιλοσοφίᾳ περὶ θεῶν ἢ θείων λόγων, ἐνορῶντος τοῖς ἀγάλμασι, ἢ ἅτοι αὐτοῖς ἀναπέμπειν τῷ δίχλῳ, ἢ δι' ἃ τὰ τούτων ὄψεως, ἐφ' ὃν φανταζόμεθα δεῖν ἀναβαίνειν ἀπὸ βλεπομένων εἰς συμβόλων ὄντων, ἀναφέροντάς πῃ τὸν νοούμενον; Rem totam explanat Lactantius lib. II. cap. II. Objiciunt Chriſtiani: Quæ amentia eſt manuum veſtrarum partum & opera metuere; Reſpondent illi, non metuimus illa, ſed deos, ad quorum imaginem formata ſunt. Urgent Chriſtiani: Cur igitur in ſimulacra oculos defigitis, quos oportebat potius ad cœlum convertere, ubi deos habitare creditis? Sed Lactantii verba ipſa audienda ſunt. *Quæ igitur amentia eſt, aut ea fingere, quæ ipſi poſtmodum timeant; aut timere, quæ finxerint? Non ipſa, inquiunt, timemus; ſed eos, ad quorum imaginem ficta, & quorum nominibus conſecrata ſunt. Nempe ideo timetis, quod eos eſſe in cœlo arbitramini: Neque enim ſi dii ſunt, aliter fieri poteſt. Cur igitur oculos in cœlum non tollitis? & advocatis deorum numinibus in aperto ſacrificia celebratis? Cur ad parietes, & ligna, & lapides potiſſimum, quam illo ſpectatis, ubi eos eſſe creditis?* &c. His itaque argumentis preſſi eo revolvebantur, ut fatererentur, deos ad ſimulacra ſua adeſſe. Quare Lact. paulo poſt: *At enim præſentes non niſi ad imagines ſuas adſunt. Ita plane, quemadmodum vulgus exiſtimat mortuorum animas circa tumulos, & corporum ſuorum reliquias oberrare. Sed tamen poſtquam Deus illo præſto eſſe cœpit, jam ſimulacro ejus opus non eſt. Quæro enim, ſi quis imaginem hominis peregre conſituri contempletur ſæpius, ut ex ea ſolatium capiat abſentis: num idem ſanus eſſe videatur, ſi eo reverſo atque præſente, in contemplanda imagine perſeveret, eaque potius, quam ipſius hominis aſpectu, frui velit? Minime profecto. Etenim hominis imago neceſſaria tum videtur, quum procul abeſt: ſupervacua futura, quum præſto eſt. Dei autem, cujus ſpiritus ac numen ubique diffuſum, abeſſe nunquam poteſt; ſemper utique imago ſupervacua eſt.* &c. Eo igitur perducta res eſt, ut ſtulti homines deos in ſimulacris habitare exiſtimarent; imo nec deos eſſe, quibus ſupplicarent, ſublatis ſimulacris. Quare M. Tullius divinatione in Verrem, quem locum obſervavit etiam Lactantius: *Seſe jam nec deos in ſuis urbibus, ad quos confugerent, habere; quod eorum ſimulacra ſanctiſſi-*

ma C. Verres ex delubris religiosissimus sustulisset. Sic Ambrachienses apud Tit. Livium lib. xxxviii. quum queruntur in Senatu Romano ablata sibi à Ful. Nobiliore deorũ suorum simulacra ajunt; *Templa tota urbe spoliata ornamentis. Simulacra deum; deos demum ipsos convulsos ex sedibus suis ablatos esse. Parietes, postesque nudatos: Quos adorent: ad quos precentur, & supplicent, Ambrachiensibus non superesse.* Dicebamus ad lib. primũ verba ista *ablatos esse* videri tollenda. Nota, *quos adorent, ad quos precentur.* Nam *adorare*, est orare ad precari ad, ut observabamus ad librum primum. Quare apud hos erat, ad imaginem dei conversum orare & precari; ad simulacrum preces dirigere, & destinare. Hinc Euripides in Hippolyto στεφανηφόρῳ:

Προσεύχόμεσθα τοῖσι σοῖς ἀγάλμασι
Δέσποινα Κύπρι.

Neque alia de causa domi suos Penates, & deos domesticos habebant, nisi ut ad eos preces suas concipere possent. Prudentius libro contra Symmachum priore causam istam subindicat.

Sacratumque domi lapidem consistere parvus
Spectarat; matremque illic pallere precantem.
Mox humeris positus nutricis, trivit & ipse
Impressis silicem labris: puerilia vota
Fudit, opesque sibi caca de rupe poposcit,
Persuasumque habuit, quod quis velit, inde petendum.

203. *Quos dedicatio infert sacra.*] Minutius: *Quando igitur hic nascitur? Ecce funditur, fabricatur, scalpitur. Nondum deus est. Ecce plumbatur, construitur, erigitur. Nec adhuc deus est. Ecce ornatur, consecratur, oratur. Tum postremo deus est, quum homo ille voluit, & dedicavit.*

Pag. 203. *Inviti hoc faciunt.*] Distinguunt, *neque ullis necessitatibus irrogaris? Inviti hoc faciunt. Et qui fieri potis est, ut in aliquam necessitatem imminuta majestate cogantur? Voluntaria obsequutionis assensu. Et quid* &c. Planissime.

Aliter in edit. nostra.

203. *Nobilitatis testulas.*] *Nobilitent ut testulas.*

203. *An habent itus liberos.*] Recte. Nam *liber* παρὰ τὸ λύειν, ὁ ἐλεύθερος, qui ἐλεύθερος Græcis, quia habet itus liberos. Plautus in Menæchmis:

Mess.

Sic sine igitur, si tuum negas me esse, abire liberum.

Men.

Mea quidem Hercle causa, liber esto, atque abito quo voles.

Quare

Quare ἀφεῖναι, & *amittere liberum.* Ibidem:

Ob eam rem, quia te ſervavi, me amiſiſti liberum.

Tum Menæchmus:

Liberum ego te juſſi abire?

Et:

Numquid me morare, quin ego liber, ut juſſiſti, eam?

Men.

Liber eſto.

Pag. 204. *Et in ſedentibus ſignis deum ſedere dicendum eſt.*] Deos enim ſuos ἀνετύπωσαν σχήμασι διαφόροις ἐς ἡλικίας, καθέδρας τε ἐς στάσεις καὶ ἀμφιέσεσιν, ait apud Euſebium Porphyrius.

Pag. 205. *Cuſtoditis, conſervatis, atque habetis incluſos.*] Cyprianus ad Demetrianum: *Sic illos læſos ultio veſtra defendit, quomodo & clauſos, ne pereant, tutela veſtra cuſtodit. Pudeat te eos colere, quos ipſe defendis; pudeat de iis tutelam ſperare, quos tu tueris.*

205. *Ædituis mille protegitis, atque excubitoribus mille.*] Tertullianus de corona militis: *Iam & ſtationes aut alii magis faciet quam Chriſto? aut & dominico die, quando nec Chriſto? Et excubabit pro templis, quibus renunciavit?* Servabant autem cum propter delubra, & ſimulacra deorum; tum etiam propter opes, quæ ibi ſæpius aſſervabantur. Plautus in Bacchidibus:

Quin ipſi in ede Diana conditum eſt ibi;
Ibidem publicitus ſervant.

205. *Et ſub ipſo furti atque operis nomine.*] Legendum, *momine*, id eſt, momento. Sic & alii correxere.

205. *Summorum cuſtodiam numinum canum ſollicitudinibus credere.*] Magna enim vigilum iſtorum & intenſa ſollicitudo; qui idcirco dormire jubentur interdiu, noctu ut vigilent. Varro de re ruſtica libro primo: *Canes potius cum dignitate, & acres paucos habendum, quam multos. Quos conſuefacias potius noctu vigilare; & interdiu clauſos dormire:* Quare apud Phædrum canis, fab. XLVI.

—— *Alligant me interdiu,*
Luce ut quieſcam, & vigilem nox quum venerit.

Hinc igitur ille apud Æſchylum in ipſo Agamemnonis limine, queritur vigilem ſe ſtare continuis noctibus, canis inſtar vigilis.

Θεοὺς μὲν αἰτῶ τῶν δ' ἀπαλλαγὰν πόνων,
Φρουρᾶς ἐτείας μῆκος, ἣν κοιμώμενος
Στέγαις Ἀτρειδῶν ἄγκαθεν, κυνὸς δίκην

Ἄστρων κάτοιδα νυκτέρων ὁμήγυριν.

205. *Dionysius ille (sed junior) cum,*] Profecto verba ista (*sed junior*) supervacua existimo. Scripserat fortasse aliquis ad illa, *Dionysius ille*, scripserat, inquam, *scilicet junior*. Hinc factum *sed junior*; & textus auctus glossemate. Sed quia scriptum apud Clementem; Διονύσιος ὁ πρέσβυς, ὁ νεώτερος, conjectura mea minus probabilis videbitur. Nec res est magni momenti.

205. *Cum velamine aureo spoliaret Iovem.*] Quo cum ornarat ex manubiis Karthaginiensium tyrannus Gelo, ait M. Tullius. Habebant autem dii sua velamenta atque amicula, quibus vestiebantur, atque ornabantur. Suetonius in Caligula: *In templo simulacrum stabat aureum iconium, amictiebaturque quotidie veste, quali ipse uteretur.* Lactantius lib. II. cap. IV. *Ergo his ludicris, & ornatis, & grandibus puppis & unguenta, & tura, & odores inferunt. His opimas, & pingues hostias immolant; quibus est quidem os, sed carens officio dentium; hu peplos & indumenta pretiosa, quibus usus velaminis nullus est* &c. Elegantер Philo in explicatione decalogi observat significes, & simulacrorum artifices, sæpissime omnibus miseriis conflictari, cum simulacra ab iis ficta, & formata, purpura, auro, ceterisque pretiosis ornamentis decorentur. Verba Philonis sunt: καὶ οἱ μὲν τεχνῖται πολλάκις ἄποροι, καὶ ἄδοξοι καταγήρασαν, ἀτυχίαις ἐπαλλήλοις ἐναποφθείσας πάντως· τὰ δὲ τεχνηθέντα πορφύρᾳ, καὶ χρυσῷ, καὶ ταῖς ἄλλαις πολυτελείαις, ista pretiosissima, & πάσαις ταῖς πολυτελείαις, ἃς πλοῦτος χορηγεῖ, ait Philo, onerata. Lactantius lib. II. cap. VII. *Veniunt igitur ad deos non tam religionis gratia, quæ nulla potest esse in rebus male partis, & corruptibilibus, quam ut aurum oculis hauriant; nitorem levigati marmoris, aut eboris aspiciant; ut insignes lapillis, & coloribus vestes, vel distincta gemmis fulgentia pocula insatiabili contemplatione contrectent.* Quare eodem capite: *Tanta homines imaginum cupiditas tenet, ut jam viliora ducantur illa, quæ vera sunt. Auro scilicet, gemmis, & ebore delectantur.* & cap. IV. *Frustra igitur homines auro, ebore, gemmis deos exornant; quasi vero ex his rebus ullam possint capere voluptatem.* Traducit hanc insaniam pluribus locis idem Lactantius. Sed egregie cap. XIII. lib. VI. *Nam si deorum cultores simulacra insensibilia excolunt, & quidquid pretiosi habent, in ea conferunt, quibus nec uti possunt, nec gratias agere, qui acceperint; quanto justius est & verius, viventia Dei simulacra excolere, ut promereare invenire viventem?*

Pag. 206. *Cur oris contumeliam levigati.*]

---- multum gaudere paratus,
Si Cynico barbam petulans Nonaria vellat.

Atrox hæc contumelia: quam etiam Chanun Hammonitarum rex legatis à Davide miſſis irrogavit. lib. II. Schem. cap. X. At mulieres circuntondebantur. Lucianus in dialogis meretriciis: εἴπε ἢ ἂ χρυσὶ μήτε ζηλοτυπεῖ, μήτε ὀργίζεται, μήτε ἐβδάμισέ ποτε, ἢ ἐξέλιπεν, ἢ τι ἐμοίχευσεν, ἵνα ἐφ' ἡμῖν ἐκεῖνα ᾖσιν;

206. *Suas ſedes, ſimulacraque tutari.*] Tibullus:

Num feror inceſtus ſedes adiiſſe deorum,
Sertaque de ſancto deripuiſſe foco?

Sic ἑδῆ θεῶν.

206. *Quem ſcriptum ſuper Gnido indicat.*] Nihil opus eſt mutatione. Nam *indicat* eſt, inſcribit. & librorum index, Πίναξ φησί. Hæc autem hiſtoria narrata & à Luciano in Amoribus.

206. *Superque rebus ejus.*] Editio vetus, *ſuperque re à ſe ejus.* Unde efficiebat Clariſſ. Canterus, *ſuperque reapſe.* quam conjecturam confirmat MS. Reg.

206. *Propter quam Gnidus in nomine eſt.*] Ὀνομαζόμενον ἦν. dixit ſupra, *in opinione. Exemplarium fuiſſe perhibetur cunctarum, quæ in opinione ſunt, Venerum.*

Pag. 207. *Quantum fuerat miſeris ut.*] Martialis:

Quantum erat, infelix, pannis fraudare duobus,
(Quid renuis?) non te, Nævole, ſed tineas?

207. *Quo hirundinibus hoſpitiis.*] Quære heic aliquid.

Aliter in edit. noſtra.

207. *Varro ut dicit ſe Therippeus.*] *Varro ut dicit Menippeus,* emendabat Cario, quem vide lib. II. Emendat.

Pag. 208. *Remedorum obſcuritate canacheni.*] Corrigunt, *tenebrarum obſ.* De canachenis autem quærendum amplius.

208. *Sed propter indomitum atque imperitum vulgus.*] Hæc eſt alia ſimulacrorum excuſatio. Dicebant enim nonnulli, ſcire quidem ſapientes nullam eſſe in ſimulacris divinitatem: ſed ea inventa, ut eorum contemplatione & aſpectu imperitum vulgus in officio contineretur, quaſi diis ubique præſentibus. Hanc eandem doctrinam proponit M. Tullius lib. II. de Legibus. *Melius Graci, atque noſtri, qui ut augerent pietatem in deos, eaſdem illos urbes quas nos, incolere voluerunt. Affert enim hæc opinio religionem utilem civitatibus. Siquidem & illud bene dictum eſt à Pythagora doctiſſimo viro, tum maxime*

&

& religionem, & pietatem versari in animis, quum rebus divinis operam daremus. Et quod Thales, qui sapientissimus in septem fuit, homines existimare oportere, omnia quæ cernerent deorum esse plena; fore enim omnes castiores, velutique in fanis essent, maxime religiosos. Est enim quadam opinione species deorum in oculis, non solum in mentibus. Dicebant præterea imagines esse veluti libros plebeculæ, & idcirco earum usum propter imperitum vulgus esse necessarium. Hoc ait apud Eusebium Porphyrius lib. III. de Præparat. Euangel. σοφίας θεολόγου νομίσματα δίκνυς, οἷς μὲν τὸν θεὸν, μὴ δὲ θεᾷ τὰς δυνάμεις ἐξ εἰκόνων συμφύλων αἰσθήσει ἐμελέτων, ἄνδρες τὰ ἀφανῆ φανεροῖς ὁμοιοπαθοῦντες πλάσμασι, τοῖς καθ' ἑαυτοὺς ἐκ βίβλων τῶν ἀγαλμάτων ἀναλέγειν τὰ περὶ θεῶν μεμαθηκόσι γεγράμμασι. θαυμαστὸν δ' οἶδεν ξύλα καὶ λίθους ἡγεῖσθαι τὰ μὴ ὁρῶσι τοὺς τύπους, ξύλα δὲ τοὺς σέλτους, ἐξυφασμένῳ δὲ πάπυρον τοὺς βίβλους.

208. *Nec propter aliam causam venerabiles formas auro eis argentoque quæsitas, nisi ut adesse vis quædam.*] Lactantius lib. II. cap. VII. *Et quanto fuerint ornatiora templa, & pulchriora simulacra, tanto plus majestatis habere creduntur. Adeo religio deorum nihil aliud est, quam quod cupiditas humana miratur.*

208. *Innocentiæ pæne interierit nomen.*] Sic eleganter Græci, quam rem penitus sublatam significare volunt ejus ne nomen quidem superesse dicunt. Thocritus in Hierone:

----- ἐρᾴχνια δ' εἰς ὅπλ' ἀράχνα
λεπτὰ διαστήσαντο. βοᾷς δ' ἔλι μήθ' ὅνομ' εἴη.

Pag. 209. *Riciniatus Iuppiter.*] Non togatus viriliter, ut quidam exponunt; sed caliendro tectus, tanquam ricinio, sive lacinia togæ in caput rejecta. Hanc enim veram esse hujus loci explicationem ostendunt quæ sequuntur postea: *Falcicula, claves, caliendria, focimites* &c. Glossæ, *Rica, μίτρα.* Isidorus in Glossis: *Ricinus verticum vocatus est, quod rejectum de toga in verticem.* In his verbis vitii aliquid est. Idem in Originibus: *Stola, matronale operimentum, quod cooperto capite & scapula, à dextro latere in lævum humerum mittitur. Stola autem Græce vocatur, quod superemittitur. Eadem & ricinium, Latino nomine appellatur, eo quod dimidia ejus pars retro rejicitur, quod vulgo manortem dicunt.* Ergo *ricinium* mavorte hoc loco, non autem toga: & *riciniatus Iuppiter* quasi stolatus, non autem togatus. Nam mavorte capitis operimentum est, sed per humeros volitans.

B. Hie-

B. Hieronymus ad Lætam, de institutione filiæ: *Purpura tantum in veste tenuis; & laxius ut crines decidant, ligatum caput. Soccus vilior, & per humeros hyacinthina lana forte volitans: Succincta manica brachiis adhærentes, & solutis genubus fractus incessus. Hæc est apud illos tota virginitas.* Absurdissima lectio: *& per humeros hyacinthina lana forte volitans.* Nam præterquam quod nulla, vel perturbatissima sententia, est etiam absurdum, lænam virginibus tribuere, quæ fuit virorum propria. Nam quod idem Hieronymus epistola ad Furiam de virginitate servanda παραίδηον, *Hic aliqua, cui circum humeros hyacinthina lana est*, serviebat argumento. Opportuna igitur lectio est in cod. MS. quem vidimus, *& per humeros ma forte volitans.* Scribe, *mavorte.* Quis autem tam felicis ingenii qui sine librorum auxilio ejusmodi loca emendare possit?

209. *Æsculapius baculo.*] De Æsculapii baculo planissima & notissima omnia, ut & de canina Anubis facie.

DESIDERII HERALDI AD ARNOBII Librum VII,

Animadversiones, & castigationes.

Summa Libri.

DE templis & simulacris agebat superiori libro Arnobius: supereſt nunc disputatio de sacrificiis. Clamitabant enim nationes, Christianis nulla esse templa, simulacra nulla, nulla altaria, sacrificia nulla, quam vel maximam cultus divini partem existimabant. Probat igitur hoc libro Arnobius sacrificia non solum esse inutilia; sed etiam deo indigna; & eorum vanitatem traducit; ac superioris disputationis reliquias persequitur. Vellem tamen dixisset aliquid Arnobius de sacrificiis populi Israëlitici, quæ magni illius sacrificii, quo agnus immaculatus pro peccatis nostris ante mundi creationem immolatus peccata nostra purgavit, sacramentum constituebant. Sed Arnobii in religione ruditatem satis antea detexímus.

Pag. 211. *Et quam quivis possit, quamvis ille sit sævus & difficillimus, occupare.*] Hæc dicuntur paulo obscurius. Nam quorsum heic *sævus*? Num quia in re sacrificiorum est aliqua crudelitas? Logi. Legendum fortasse est *scævus*, ut intelligat hominem ἀπρεπέστερον, & res tarde ac præpostere accipientem. Sequentia enim demonstrant, hæc ita esse intelligenda. *Scævus* igitur σκαιός, ἀπρεπέστερον. Athenæus lib. IV. ἀγροῖκον & ἀπρεπέστερον copulat, proque eodem accipit. *Occupare* igitur pro capere simpliciter: *Difficilis* autem ἀνεργμάτως, qui res difficulter capit: vel simpliciter, cui res etsi verisimillimæ difficulter persuadentur, quique non facile manus dat.

SIDERII
ALDI
AD
NOBII,
ibrum VII,
ſiones, & caſtigationes.
A LIBRI.



211. *Vt communi vobis & ſimplici reſpondeamus verbo, non ſcimus.*] Enimvero hæc ignoratio tolerabilis non eſt: atque hinc apparet Arnobium, quum hos libros ſcriberet, in fidei vel præcipuis capitibus fuiſſe plane hoſpitem.

211. *Vt Terentius credit.*] Terentius Varro.

Pag. 212. *Aut enim tus datur.*] Habes heic ſacrificiorum diviſionem. Et ſane ita eſt. Diis offeruntur aut animales hoſtiæ, aut inanimales. De his agit prius quam de aliis: quia creduntur eſſe antiquiores, ut ex Theophraſto, Porphyrio, & aliis docet Euſebius.

212. *Tus datur.*] Signata loquutio. Ovidius:

Et pia tura dedi pro te: cumque omnibus unus
Ipſe quoque adjuvi publica vota meis.

Tus igitur dabant quandoque ſimpliciter nulla animali hoſtia adjecta. Certe vix precabantur deos, quin, ſi facultas erat, iiſdem tus incenderent. Ovid. lib. IV. de Ponto:

His ego do toties cum ture precantia verba,
Eoo quoties ſurgit ab orbe dies.

212. *Aut animalis eſt hoſtia.*] Aliter Macrobius animalem hoſtiam eam eſſe dicit, cujus ſola anima deo conſecratur, quæ quidem obſervatio non caret vanitate.

212. *Qui fieri potis eſt.*] Hæc lectio eſt è MS Reg. Hanc autem afferebamus antea.

Pag. 213. *Quod lætitia trepidat, & levitatibus extollitur gaudiorum.*] Perſius: *Ingentes trepidare Titos.* Ita exprimit Arnobius motum effuſiorem, & conſtanti homine indignum. Quare *lætitiam*, dicit potius quam gaudium. *Nam quum ratione animus movetur placide, atque conſtanter, tum illud gaudium dicitur; quum autem & inaniter & effuſe animus exultat, tum illa lætitia geſtiens, vel nimia dici poteſt*, inquit M. Tullius in Tuſculanis quæſtionibus. B. Hieronymus in cap. V. epiſtolæ ad Galatas: *In ſecundo ſpiritualium fructuum loco gaudium poſitum eſt: quod Stoici quoque, qui diſtingunt inter verba ſubtilius, aliud quid eſſe æſtimant quam lætitiam. Gaudium quippe eſſe ajunt elationem animi ſuper his quæ digna ſunt exultantis: Lætitiam vero effrenatam animi elationem, quæ modum neſciat* &c. Addit Arnobius, *& levitatibus extollitur gaudiorum.* Non dicit gaudii; quia hoc πάθος lenius, ut dicebamus. Recte item *extollitur.* Lætitiam enim & gaudium elationem eſſe dixerunt, ἡπαρσιν: ſed *lætitiam* elationem ἄλογον:

gaudium elationem μετὰ λόγου. Quare *exultare lætitia* frequenter dicitur, ut heic *trepidare lætitia*.

213. *Patefactisque secretis provolvi & intestina cum stercore.*] Probalectio. Nam hæc copula & abundat sæpe reapse apud hos scriptores, & involute construitur.

213. *Tremebundasque palpitantes in visceribus venas.*[Neque heic quidquam mutandum. Nam συνάνυμα ita copulare amat Arnobius, ut antea observabamus.

213. *Quod humanitatis jure depositio, naturalis initii consortia rupe-rimus.*] Philosophice admodum ab Arnobio hæc dicta sunt. Quoniam enim nulla proprie juris communio hominibus cum animantibus brutis, non dicit simpliciter Arnobius, jure rupto, aut quid simile; sed, *humanitatis jure depositio*. Humanitatis jure scil. debuisse videtur: quæ Pythagoreorum, & aliorum postea nonnullorum sententia fuit. Hanc humanitatem Græci appellant χρηστότητα. fatentur enim nulla juris communione homines cum brutis sociari; sed esse ajunt quandam χρηστότητα, quæ adversus inferiore; ubi censorium illum senem reprehendit, quod servos debiles atque ætate confectos vendendos censeret: καίτοι, inquit, τῷ μὲν θεῷ τὸ δικαιοσύνης πλατύτερον τόπον ὁρῶμεν ἐπιλαμβάνουσαν. νόμῳ γοῦν ἀνθρώπου τὸ μὴ κακεῖνος ἐστιν ὅτι τὸ μέχρις ἀλόγων ζώων. Vide sis quæ sequuntur ibidem.

213. *Deos aliquis credit pios, beneficos, mites.*] Appellat deos *pios* clementes, ut docebamus ad librum primum. Lactantius lib. IV. cap. XI. *Sed tamen quoniam clemens est, & pius erga suos Deus.* Notanda in hanc sententiam B. Augustini observatio, quam proponit lib. X. de civit. Dei, cap. I. *Pietas quoque proprie dei cultus intelligi solet, quam Græci εὐσέβειαν vocant. Hæc tamen & erga parentes officiose haberi dicitur. More autem vulgi hoc nomen etiam in operibus misericordiæ frequentatur: quod ideo arbitror evenisse, quia hæc fieri præcipue deus asandat, eaque sibi vel pro sacrificiis, vel præ sacrificiis placere testatur. Ex qua loquendi consuetudine factum est, ut & deus ipse dicatur pius: quem sane Græci nullo suo sermonis usu εὐσεβῆ vocant: quamvis εὐσέβειαν pro misericordia illorum etiam vulgus usurpet. Vnde in quibusdam scripturarum locis, ut distinctio certior appareret, non εὐσέβειαν, quod ex*

bono

Digitized by Google

bono cultu, sed θεοσέβειαν, *quod ex Dei cultu compositum resonat dicere maluerunt.* Quod ait B. Augustinus εὐσέβειαν quoque pro misericordia à plebe Græcorum usurpari: nullo autem Græci sermonis usu appellari εὐσεβῆ, verum est, si linguæ Græcæ genuinum & antiquum usum consideramus: sed quemadmodum εὐσέβειαν tandem pro misericordia usurparunt; ita & θεὸν εὐσεβῆ quandoque dixerunt: Certe Latinam appellationem ita expressêrunt. Sic Themistius Euphrades Orat. v. εἰδεὼς δὲ ἐν ταῖς ἐπικλήσεσι θεὸν τὸν νικητὴν, ἢ τὸν ἐλεήμονα, ἢ τὸν Γερμανικὸν, ἢ τὸν Σκυθικὸν, ἀλλὰ τὸν φιλάνθρωπον, καὶ τὸν εὐσεβῆ, καὶ τὸν σωτῆρα. Ergo Deus heic εὐσεβὴς est *pius*, & φιλάνθρωπος, qua voce pium exprimere volebat Themistius.

213. *Beneficos.*] Εὐεργέτας. σωτῆρας sæpe conjungebant.

Pag. 214. *Si quando sub his concidunt.*] Id est, sub eorum oculis atque altaribus, ut loquitur infra. Quare mutandum nihil.

214. *Consentaneum est credere.*] Ms. Reg. habet, *consectaneum est c.*

Pag. 215. *An illa lata & sublimis magnanimitas.*] Rescribi volunt *lauta.* Non placet. Legendum existimo, *elata.* Sic interpretatur μεγαλοφροσύνη, atque ita negat convenire deorum μεγαλοφροσύνῃ exactam offensionum vindictam. Et re vera μέγα μέρος μεγαλοψυχίας ἀνεξικακία, quod ait in Pelopida Plutarchus. Hinc Lactantius libro de ira dei, c. v. *Favorabilis ac popularis oratio, non cadere in Deum hanc animi pusillitatem, ut ab illo se læsum putet, qui ledi non potest.*

215. *Quasi parum in homines habeant dii causæ.*] Hæc est lectio vetus, pro qua acute & vere Gelenius, *quas iratum habeant*, &c.

215. *Contemtique se vellent de audacibus & transgressoribus vindicare.*] Sunt enim transgressores παράνομοι, si leges à diis fixas παραβαίνουσι: sed leges si nullæ sunt, neque sunt ulli transgressores. Conjungit autem audaces & transgressores optime, ac philosophice. Sunt enim audaces, θρασεῖς: heic; homines arrogantes, qui propria libidine incitati, & typho sublevati receptis constitutionibus opiniones suas præponere audent, nec deorum aut hominum ullam rationem habent. Sic philosophatur Euripides Iphigenia in Tauride:

Ἄλλῳ δέ τις μάτην, ἀνομίᾳ θρασούς,
Ἐλέγχει τύχας.

En, ἀνομίας θρασύς, est audax & transgressor.

215. *Et silentio patior obire donatum.*] Hæc est lectio vetus, quam confirmat MS. Reg. Nam Gelenius qui *abire* edidit, temere solens more fecit. Præpositione *ob* pro *ab* usi passim veteres, quod antiquis Grammaticis observatum.

215. *Si gallinulam, vitulum sub illius oculis atque altaribus concremaro.*] Infra: *Quod est istud honoris genus, vervecem, arietem, taurum dei sub ore connectere, conspectuque in ejus occidere?* Stabant enim ad aras simulacra, & ad eorum faciem hostiæ conversæ mactabantur. Lucretius:

Nam sæpe ante deum vitulus delubra decora
Thuricremas propter mactatus concidit aras.

Hinc θεῶν δεξίμηλα ἀγάλματα appellat Euripides in Phœnissis, πρὸς τὸ δέχεσθαι τὰ μῆλα: quemadmodum δεξίμηλον δόμον, & δεξίμηλον ἰχάρων appellat in Andromacha.

Aliter in edit. nostra.

215. *Atque ut parvuli pusiones animis parcant.*] Deest aliquid. Quare substituerat Gelenius, *quo animis p.* Legerim, *atque ut parvuli pusiones, ut animis p.* Nam repetitio hujus particulæ causa fuit cur omitteretur.

215. *Panes accipiunt.*] Ita appellat sigillariola formata ad imaginem Panisscorum. Sic & νύμφας appellabant puellarum pupas. Pag. 216. *Quod nunquam te læserim.*] Præcedebat animal.

Aliter in edit. nostra.

216. *Ante traduxi.*] Hæc est lectio vetus, pro qua Gelenius, *ante te trad.* Temere, & male. Dicit *ante traduxi*, quia tangit historiam servuli furciferi ante ludos traducti. Narrat eam postea.

216. *Numquid erui sacratissimos lucos.*] Quo quidem facinore ac plusquam sacrilegio deorum iras atque offensas inexpiabiles contrahi existimabant. Quare Cæsariani milites quum Massilienssem lucum antiquæ religionis horrore sanctissimum ad bellica tormenta, & cetera obsidionis instrumenta cædere juberentur; rem aggressuri pavide substiterunt, veriti ne in se suæ secures resilirent. Hanc militum superstitionem vivis coloribus exprimit Lucanus libro tertio:

Hanc jubet immisso sylvam procumbere ferro:
Nam vicina operi, belloque intacta priore
Inter nudatos stabat densissima montes.
Sed fortes tremuere manus: motique verenda
Majestate loci; si robora sacra ferirent,

In

In ſua credebant redituras membra ſecures.
Implicitas magno Cæſar torpore cohortes
Vt vidit: primus raptam vibrare bipennem
Auſus: & aëriam ferro proſcindere quercum &c.

216. *Sacratiſſimos lucos.*] Nempe diis conſecratos; & quos ferro temerare ideo erat nefas: quemadmodum cetera omnia loca θεοῖς ἀνεμβάτοις ſubſtructionibus aut alio uſu profano polluere grande piaculum erat.

Pag. 217. *Et gignendis conveniunt liberis.*] Hic finis conjunctionis & matrimonii. Quare matrimonium Græci dicunt eſſe συνοδον ἀνδρὸς & γυναικὸς ἧ νόμος, ἐπὶ γνησίων παίδων σπορᾷ. Lucianus in Timone: ἀλλ' ἤγαγεν γυναῖκα εἰς τὴν οἰκίαν νόμῳ ἀδελφεὴν ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων. Sic ἐπὶ παίδων γνησίων σπορᾷ. Latinis, *liberûm quarendorum cauſa.*

Ennius Andromeda: *Liberum quæſendum gratia familiæ matrem tuæ.* Alibi: *Ducit me uxorem ſibi liberum quæſendum gratia.* Varro apud Macrobium lib. I. Saturnal. cap. XVI. *Mundus quum patet, deorum triſtium atque inferum quaſi janua patet. Propterea non modo prælium committi: verum etiam dilectum rei militaris cauſa habere, ac militem proficiſci, navim ſolvere, uxorem liberum quarendorum cauſa ducere religioſum eſt.* Adjecta igitur hæc conditio finalis apud Latinos. Quapropter Carvilius Ruga *de amicorum ſententia divortium cum uxore fecit, quod ſterilis eſſet; juraſſetque apud Cenſores uxorem ſe liberum quarendorum cauſa ducere.* A. Gell. lib. XVII. cap. ult. *Liberum procreandorum cauſa* dicebant alii: quæ formula exſtat apud B. Auguſtinum lib. XIV. de Civit. Dei, cap. XVIII. & alios. Plautus in Aulularia, ſcen. *Velim te arbitrari.*

---- *Quid eſt id*
Soror? Eun. *Quod tibi ſempiternum ſalutare*
Sit procreandis liberis. Meg. *Ita di faxint.*
Eun. *Volo te uxorem domum ducere.* M. *Hei, occidi.*
E. *Quid ita?* M. *mihi miſero cerebrum excutiunt*
Tua dicta, ſoror: lapides loqueris.

Hic locus non eſt integer. Abſurde enim Megadoro tribuuntur iſta, *Ita di faxint*, cum is à nuptiis tantopere abhorreret. Lego igitur plenius, ſublata etiam perſonarum diſtinctione. *Ita di faxint, inquito.* Hæc enim ſunt Eunomiæ verba Megadoro quaſi præeuntis. Expreſſim in eadem fabula.

L. Bono

L. *Bono animo es, & benedice. Nunc quæ res tibi & gnatæ tuæ Bene feliciterque vortat. Ita di faxint inquito.*

Eucl. *Ita di faciant.* L. *Et mihi ita di faciant. Audi nunc jam.* Sic & *di bene vortant.* In Trinummo.

Sine dote poſco tuam ſororem filio,
Quæres bene vortat. Habeone pactam? Quid taces?
S. *Prob di immortales conditionem cujuſmodi!*
Ph. *Quin fabulare, Di bene vortant, ſpondeo.*

Quare poſtea:

Nunc tuam ſororem filio poſco meo,
Quæres bene vortat. Quid nunc etiam conſulis?
L. *Quid iſtuc? Quando ita vis, Di bene vortant, ſpondeo.*

217. *Commiſcuitque potiones.*] Naſo:

Lurida terribiles miſcent aconita novercæ.

217. *Decem millibus vel annalium, vel dierum.*] Id eſt, μυριάσιν. Sed quod ephemeridas appellat *dies*, novum eſt; & vereor ut nothum.

Pag. 218. *Ut etiam ipſos deos fruſtra dicant à vobis coli.*] Hoc argumentum pluribus nodis nectit Lucianus in Jove Tragœdo.

21. *Stipes emendicare ſupremas.*] quæ eſt ſuprema & extrema miſeria. Sic *cruces extremas* dicebat libro primo; & nos obſervabamus aliquid in eum locum.

Pag. 219. *Si cum habeant jura prohibendi.*] Id eſt, ἐξουσίαν ut obſervabamus ad librum primum.

219. *Honeſtus unus & locuples.*] Ita *honeſtus* à Iuriſconſultis dicitur locuples, & opponitur egeno, l. CXII. §. XV. D. de furtis. opponitur vulgari perſonæ, l. V. D. de legit. tutor.

Pag. 220. *Si modo dii veri ſunt, atque in nominis hujus exceptione ponendi.*] Id eſt, ſi digni ſunt hac exceptione verorum deorum. Qui igitur reſcribi volunt, *acceptione*, falluntur.

220. *Et ambitionis & gratiæ nullus locus in diis eſt.*] Ambitio heic pro gratia & favore, quod minime notarem, niſi id viderem homines, qui optimos ſcriptores emendare audent, turpiſſime ignorare. Cornel. Tacitus initio Agricolæ: *Ita celeberrimus quiſque ingenio, ad prodendam virtutis memoriam, ſine gratia aut ambitione, bona tantum conſcientiæ pretio ducebatur.* id eſt, ἀδεὶ χαριζόμενος, ἢ μισθὸν αἰτῆς χάριν μισθούμενος. Sic ambitio dicitur nimia χρῆσις, qua auræ populari velificamur, & apud omnes ordines gratioſi eſſe

esse volumus. T. Livius lib. XLIII. *Exercitum consulis infrequentem commeatibus vulgo datis per ambitionem esse.* Quapropter *ambitiosi*, qui hac ambitione ad favorem grassantur. Ibidem: *Non consulibus, sed ambitiosis consulibus dilectum difficilem esse.* Alibi: *Carminaque à militibus ea in Imperatorem dicta, ut appareret, in ducem indulgentem, ambitiosumque ea dici.* Et *decreta ambitiosa*, id est, gratiosa. l. III. D. de Minorib.

220. *Frustra diis hostias rebus cum consequentibus admoveri.*] Proprie. Supra: *Nisi prius emti capellarum fuerint, atque ovium sanguine, & ceteris quæ admoventur altaribus.* Lucanus:

---- Sacris tunc admovet aris
Erecta cervice marem.

Θυσίαν βωμῷ προσάγειν Græci dicunt.

Pag. 221. *Via decedat, assurgat, caput revelet.*] Salustius apud Nonium. *Quibus de caussis Sullam in victoria dictatorem, sibi equo descendere, surgere de sella, caput aperire solitum.*

221. *Assurgat.*] Virgilius II. Georg.

Sunt & Aminea vites, firmissima vina:
Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus.

Servius heic: *Tractum est à sedentibus, qui in honorem alicujus assurgere consueverunt.*

221. *Tum deinde salutet acclivis, ancillarum servuli pavidas trepidationes imitatus.*] Hæc est lectio vetus, pro qua Gelenius, *ancillæ aut servuli.* Pro *acclivis*, melius in ms. Reg. *acclinis.* Eleganter autem exprimit humillimorum, & abjectissimorum hominum attonitas salutationes. Lucianus in Timone: ἐπειδὴ πίνης ὄψῳ τοῦτο ἐχρώμην, οὐκ ἂν ἐδὲ γνωρίζομαι πρὸς αὐτῶν, εἴπ προσβλέψειεν οἱ τύπε ὑπαπήσαντες καὶ προσκυνοῦντες, καὶ ἓξ ἡμῶν νόμισμα ἀνηρτημένοι. Arrianus lib. IV. Dissertat. Epict. cap. VII. Θέλεις οὖν πάντ' ἔξω τοῦτο θαυμάζω καὶ προσκυνῶ, ἐ δῦλ@ πάντων ἀνέρχωμαι; μὴ γένοιτο. & paulo post: Τί ἐν θαυμάζω αὐτόν; τί τέχνην;

221. *Pavibundas trepidationes.*] Eleganter. Sic τὸ ἀθρόους καὶ καταπεπληγμένον dicit in Nicia Plutarchus in eodem argumento: ὑποδηλοῖ ἓ Φρύνιχος τὸ ἀθρόους αὐτὲ ἐ καταπεπληγμένον, ἐν τύπις,

Ἢν γὰρ πολίτης ἀγαθὸς ὡς, ἐ' εἰδ' ἐγώ,
Κὐχ ὑποπτήξεις ἐδὲ δίζειν, ὥσπερ Νικίας.

221. *Vel quas eis eminentias addere sacrorum ex collationibus inveniunt.*] Corrigunt, *accedere.*

111. *Homo vero ſublimior, qui auget potentiam numinis.*] Addita hæc ſunt è MS Reg.

Pag. 112. *Ab omni vos labe puros, lautos, caſtiſſimoſque præſtatis.*] Etiam labe corporis. *Purus* & *caſtus* conjunguntur, proque re una & eadem ſæpe uſurpantur: & quod *caſtum* dicitur, appellatur alibi *purum*; ἢ ἐξ ἀνεπιστρέφοντος. Et *puri*, *caſti*, ac *lauti*. Quare & λελυμένοι ſacrorum cauſa dicuntur etiam Græcis ἁγνοί. Porphyrius apud Euſeb. lib. IX. de Præparat. Euangelica; ubi de Eſſenis: ὅτως ἀπολύσειν τὸ σῶμα, ψυχροῖς ὕδασι, καὶ μετὰ τοῦτο τῷ ἁγνείαν εἰς ἴδιον οἴκημα συνίασιν, ἐν ᾧ μηδενὶ τῶν ἑτεροδόξων ἐπιτρέπεσθαι παρελθεῖν: αὐτοὶ δὲ καθαροὶ καθάπερ εἰς ἅγιόν τι τέμενος προσγίνονται τὸ δειπνητήριον. Et paulo poſt: σεμνοπρεπέστατον δὲ ἱερεὺς τὸ τροφῆς ἁγνῆς ὕσπερ, καὶ καθαρᾶς. Ut igitur caſtos, puros Latini copulant, ſic Græci ἁγνούς, καθαρούς. Hique iidem ſunt *loti*, λελυμένοι. Hinc igitur pura pro caſtis, & caſta pro puris. Ovid. III. Faſtorum.

Inde datæ leges, ne fortior omnia poſſet.
Cœptaque ſunt pure tradita ſacra coli.

Pure, καθαρῶς, ἁγνῶς. Idem eodem libro:

Si tua contigimus manibus donaria puris;
Hoc quoque quod petitur ſi pia lingua rogat.

Manus puræ heic ſunt minime impiatæ, & ſanguinis expertes, quas καθαρὰς Græci vulgo appellant, & aliquando ἁγνάς. Euripides in Hippolyto:

Λ'γναὶ μὲν ὦ παῖ χεῖρες ἄμιαντοι φέρεις.
φαὶ
Χεῖρες μὲν ἁγναί: φρὴν δ' ἔχει μίασμά τι.

Alias manus puræ, lotæ. Ovid. V. Faſtorum.

Quumque manus puras fontana perluit unda,
Vertitur, & nigras accipit ore fabas.

Sic etiam quæ diis offeruntur, pura dicuntur; Græce καθαρὰ καὶ ἁγνά. Sic *purum vinum*, *pura aqua*, &c. Ovid. IV. Faſtorum:

Hæc ubi caſtarum proceſſit ab agmine matrum;
Et manibus puram fluminis hauſit aquam.

Virgilius:

Idem ter ſocios pura circumtulit unda.

Ὕδωρ ἁγνὸν dicit Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. I. antiq. Roman. ὕδατα ἁγνὰ καὶ ἁγιδῆ ἄνεκα, ᾧ πρὸς τὰς θυσίας ἔμελλε χρῆσθαι. Sic *hoſtia pura*. Feſtus: *Agnus dicitur à Græco* ἁγνὸς; *quod ſignificat caſtum: eo quod ſit hoſtia*

stia pura, & immolationi apta. ἁγνὰ θύματα dicit Sophocles in Trachiniis. De eorum qui sacra adituri erant abstinentia à rebus Venereis res nota est.

222. *Infelicium, spurcius.*] Proprie: quemadmodum contra boni ominis res *felices* dicuntur.

Pag. 223. *Camelos, beluas, leones.*] Quorsum nomen generale inter distincta nomina, & signatas species? fortasse *beluas* dixit, pro, *& ceteras beluas.* Quærendum aliquid aliud. Præstantiss. Cujacius conjiciebat *hyænas.*

223. *Si hirundines garrula.*] Virgil. lib. IV. Georgicon:

—— Ante
Garrula quam tignis nidum suspendat hirundo.

Græcorum proverbium est, χελιδὼν λαλίστερον.

223. *Cum altaribus vestris darent asini fœnum, paleasque libarent.*] Proprium asinorum pabulum. Unde Philemon in Excerptis Athenæi libro II. ὄνον βαδίζεις εἰς ἄχυρα παγκράτων. *Vadis asinus ad paleas bellariorum.* Ita significabat Philemon hominis insanam aviditatem, & vehementiorẽ φορὰν atq; impetum ad bellaria, qualis est asini ad paleas. Proverbium erat, non iste Philemonis versus (falluntur enim hac in re paræmiographi) ὄνον εἰς ἀχυρῶνας ἀπίθει: quo alluſit Aristophanes πεῖζον in Vespis:

Ἔοικας ὦ πρεσβύτα νεοπλούτῳ τυγὶ,
Κλητῆρες τ' εἰς ἀχυρῶνας δοπόδεδρακότι.

Hoc idem proverbium alludebat Philemon. Quemadmodũ igitur asinus nullis plagis à paleis & pastu absterreri potest; Ita neque hic Philemonis lurco à bellariis. Hanc tantam asinorum patientiam notat etiam Aristoteles in Nicomacheis, disputatione de fortitudine: Ἐπεὶ ἄτω γε ἂν οἱ ὄνοι ἀνδρεῖοι ἂν εἶεν πεινῶντες. πατάξαιμοι γὰρ ἂν ἀφίσαντες τὸ νομῆς. Tales sunt parasiti, quos ὑπὲρ πύῤῥ, ὑπὲρ σίδηρον, ὑπὲρ χαλκὸς εἴργε μὴ Φοιτᾶν ἐπὶ δεῖπνον, quod ajebat Eupolis.

Pag. 224. *Stercoribusque vos accipi inter atroces computaretis injurias?*] Iurisconsl. I. D. de extraord. crim. *Fit injuria contra bonos mores, veluti si quis fimo corrupto aliquem perfuderit,* &c. Adde l. XXVII. §. XVII. D. ad leg. Aquil. Sic P. R. legatos à Tarentinis lotio respersos, *per obscœnam, turpemque dicti contumeliam violatos* ait Florus. Atque hæc contumelia malis ingentibus postea fuit expiata. Eandem Achaïci belli, quo urbs nobilissima & florentissima Corinthus eversa est, causam fuisse scribit Strabo.

Aliter in edit. noſtra.

224. *Quam ſi vobis præcipiant dii curam veſtram in valetudine verte-* 224. *rit.*] Legunt, *culturam veſtram in voluptatem vertere.* Quære aliquid.

224. *Sed quibuſdam quidam ſacrorum mulceantur legibus.*] Et hoc proprie, ut obſervabamus ad librum primum. Infra: *Non inquiro, non exigo, quid ſacrorum præcipiant, vel quid contineant leges.*

Pag. 225. *Minus gratior.*] Ut *magis fortior* ſupra libro primo, & ſimilia, quæ obſervabamus.

225. *Obſervationis alicujus aut religionis metu ille caprina abſtinet ſe carne.*] Spartianus in Didio Iuliano: *Nem Iulianus tantæ parſimoniæ fuiſſe perhibetur, ut per triduum porcellum, per triduum leporem divideret, ſi quis ei forte miſiſſet; ſæpe autem nulla exiſtente religione, oleribus leguminibuſque contentus, ſine carne cœnaverit.* Proprie ergo heic *religio.* De *obſervatione* dicebamus ad librum primum.

225. *Quia ſuperis diis, atque hominum dexteritate pollentibus.*] Docuerunt pridem eruditi homines ſcribendum eſſe *ominum.* Hac autem de re Servius: *Ratio victimarum ſit pro qualitate numinum. Nam aut ha immolantur, quæ obſunt eorum muneribus; ut porcus Cereri, quia obeſt frugibus: hircus, Libero, quia vitibus nocet, aut certe ob ſimilitudinem, ut inferis nigras pecudes, ſuperis albas immolent.* Citati in hanc ſententiam à Porphyrio Apollinis verſus, qui exſtant apud Euſeb. lib. de Præparat. Euangel.

Pag. 226. *Quod ſi vobis nulla religio eſt alba quædam ferre.*] Qui legi volunt *inferre*, falluntur. Uſi enim ſunt ſimplici *ferre* hac in re optimi ſcriptores. Sic *thura ferre* apud Ovid. eleg. v. lib. 1. de Ponto:

Thuraque Cæſaribus cum conjuge Cæſare digna,
Diis veris memori debita ferre manu.

Et eleg. IX. lib. II.

Irrita Neptuno cur ego thura feram?

Eleg. I. lib. III.

Thura fer ad magnos, vinaque pura deos.

Eleg. VIII. lib. IV.

Denique thura feram rapidis ſolemnia flammis.

Sic *preces ferre.* Virgil. VIII. Æneid.

Innoni fer rite preces; iraſque, minaſque
Supplicibus ſupera votis.

Heic Servius: *Sic, fer preces, quemadmodum ſacra ferri dicimus.*

Pag. 227. *Telluri, inquiunt, matri ſcrofa ingens immolatur feta.*] Vide-

Videtur deesse particula copulans & quam etiam supplet MS. Reg. Sed ita dicit Arnobius *ingens feta*, ut Virgil. *graves fetas*:

Non insuetа graves tentabunt pabula fetas.

Nempe quia *feta dicitur*, *& gravida*, *& partu liberata*, ut observat Servius.

Pag. 228. *Consimiliter gravidis accipienda est scrofis.*] Ita ἴσως ἐχόμενον Græci frequenter ajunt. Artemidorus lib. III. cap. XIV. εἰ γὰρ ἐν ἀθεσίαις γενόμενοι, ἴσως ἂν τοῖς θεοῖς, ἢ ἐπιδέχονται αὐτούς. Neque enim hæc aliter accipienda sunt.

Pag. 229. *His contractus aculeum figat.*] Hæc est verissima lectio, quam Gelenius temere mutaverat. Scripserat enim *contactus*. At Ful. Ursinus vocem istam prorsus tollendam existimat. Falluntur omnes egregie. Sane contractus scorpius aculeum figit. Graphice Tertullianus in Scorpiaco: *Proinde scorpii series illa nodorum venenata intrinsecus venula subtilis, arcuato impetu insurgens, hamatile spiculum in summo tormenti ratione restringens. Unde & bellicam machinam, retractu tela vegetantem de scorpio nominant.*

229. *Nihilque illa profit allusio.*] Qua alludebat scilicet & adulabatur feris illis bestiis. Tractum à canibus. Supra: *Latratorum & canum ritu offis savitias ponere, atque alludere porrigentibus sæpius.* Quod igitur dixerat antea, *manu mulcere, & blandiri, allusionis* vocabulo nunc significat. *Mulcere* est πεδᾶν ἄπτεσθαι, ut interpretatur in Camillo Plutarchus: Unde & *multare* dictum; nempe mollire aliquem pugnis, aut fustibus. quomodo ludunt Comici. Quare falluntur qui *mulcare* scribendum putant. Sic enim à supino *mulsum* fit *multo*; ut à *confusum* fit *confuto*: & similia.

229. *Cum ad nocendum res ambæ non stimulis exagitantur irarum.*] Hæc est lectio vetus; quam in ceteris editionibus mutarunt, & *exagitentur* ediderunt. Sane particula ista hunc sibi modum quandoque assumsit. Lucretius lib. VI.

Nec mirum, cum plena anima vesicula parva
Sæpe ita dat pariter sonitum dissplosa repente.

M. Tullius pro Quinctio: *Quod cum ita est, ex edicto bona possessa non sunt.* Tertullianus Apologet. cap. IX. *Cum propriis filiis Saturnus non pepercit, extraneis utique non parcendo perseverabat.* τῶν ἀλλοτρίων μηδὲν φειδόμενος διετέλει. Hellenismus est. Idem cap. XXII. *Cum ergo utraque pars concurrit in confessionem deos esse negans, agnoscite unum genus esse*, &c. His omnibus locis *cum* est quoniam. Nihil igitur

mutandum eſt hoc eiuſdem ſcriptoris loco, Apologet. cap. 11. *Cum igitur in omnibus nos aliter diſponitis.* Probe etiam hæc, *nos aliter diſponitis*, ἡμᾶς ἄλλως διατίθητε. Neque reformandus igitur hic eiuſdem Tertulliani locus lib. de patientia, cap. x. *Ego rubori locum non facio, quum plus de detrimento eius adquiro: cum ipſe hominem quodammodo exhortatur, ne me reſpexeris dicens.*

229. *Stimulis exagitantur irarum.*] Virgilius:

arrectæ ſtimulis haud mollibus iræ.

Et:

ſtimulis haud mollibus incitat iras.

229. *Et ad ea quæ facti ſunt.*] Πρὸς ἃ ἐγωνίσησαν: πρὸς ἃ ἔφυν. Nam idcirco dixit *agant ſuam naturam.* Helleniſmus igitur eſt; & nihil mutandum.

229. *Sed ſi magnificum videtur atque amplum.*] Id eſt, μεγαλοπρεπὲς καὶ μεγαλόψυχον. Saluſtius conjurat. Catil. *In ſupplicio deorum magnifici, domi parci.* Atque in hoc deorum honore magnificentiam ſuam eniteſcere præcipue debere exiſtimabant. Ariſtoteles lib. IV. Nicomach. Ἔστιν ἀρετὴ ἔχειν, μεγαλοπρέπεια ἐν μεγέθει. ἔστι δὲ τῶν δαπανημάτων, οἷα λέγομεν τὰ λίμια: οἷον τὰ εἰς τοὺς θεοὺς ἀναθήματα, καὶ κατασκευαὶ, καὶ θυσίαι.

229. *Quid ſibi reliqua hæc volunt magorum coherentia diſciplinis?*] Sunt enim vocabula tenebroſa, & quaſi barbara, qualia ſunt ea, quibus magi hominibus illudunt, ut docebamus ad librum primũ. Euſeb. præfatione lib. IV. de Præp. Euangel. πᾶσα δὲ συμβαίνει καὶ ἄλλως ποικίλη ἀπάτης καὶ πλεονεξίας, συμπαραλαμβανομένων τοῖς γινομένοις ἡφανῶν δή τινων μυθευομένων καὶ βαρβαρικῆς ὀπτήσεως.

229. *Apexabo, iſicia.*] Quid *apexabo* docet Varro: quid *Iſicia* Iſidorus, & alii. De *longabo*, ſive *longavo*, ſive *longano* dicebamus in Adverſariis. *Aliter in edit. noſtra.*

229. *Quid tada.*] Hæc eſt lectio vetus, pro qua Gelenius *tuceta*, temere. Nam quorſum heic *tuceta* inter obſcura vocabula, & ſacrorum propria? Quid autem pronuntiandum ſit, necdum liquet.

Aliter in edit. noſtrâ. 229. *Nænia.*] Plautus: *Confoſſiorem faciam ſoricina nænia.* Vide Feſtum.

Pag 230. *Quid offa, non vulgi, ſed quibus eſt nomẽ appellatioq; penita.*] Feſtus: *Penem antiqui eodem vocabant, à qua antiquitate etiamnum offa porcina cum cauda in cœnis puris offa penita vocatur.* Idem: *Penitam of-*

ſam

ſam Nevius appellat abſegmen carnis cum coda. Antiqui autem eadam vocabant abſciſſum globi forma, ut manu glomeratam pultem. Ceterum hæc offa penita etiam extra ſacrificia; quare à Plauto *in Milite* inter convivii ſcitamenta numeratur.

230. *At illa minutim inſecta de more.*] Hæc eſt lectio vetus, pro qua Gelenius, *aut ilia.* Legerim *aut hila.* Varro: *Ab eadem farturæ farcimina in extis appellata; à quo, quod in eo tenuiſſimum inteſtinum fartum, hila ab hilo dicta, id eſt, minimo.* Quod autem additur *de more*, certe non placet: nec ſatis convenit. Quare totum hunc locum ita legerim, *In exiguas arvina eſt miculas, aut hila minutim inſecta: dein ordine quod in ſecundo ſitum eſt* &c. Scriptum fortaſſe fuerat, *dein orde:* unde factum *de more.*

230. *Quod polimina,*] *Polimenta* ait Feſtus appellari porcorum teſticulos, quos ita appellari exiſtimo, non à poliendo, quod ei placet, ſed à pelle. Nam *poliones* pro *pelliones.* Polimentorum porcinorum meminit etiam Plautus in Milite.

230. *Ex quibus eſt nomen omenti pars nomen omenti pars quædam.*] Id eſt, quibus nomen omenti eſt pars quædam; ſive, ut clarius dicam, ex quorum numero omentum eſt pars quædam. Hoc qui non intelligebant, mutare voluerunt.

230. *Quid fritilla.*] De his vocabulis quid dicam præter id quod ab aliis dictum eſt, habeo nihil.

230. *Carnem ſtrebulam.*] De ſtrebula habes Varronem & Feſtum.

230. *Quæ & ipſæ ſunt dirę, quas plebis oratio illa ſolet, cum eloquitur, Aliter in nuncupare.*] Legendum videtur *hira*, vel *ira*, & pro *illa*, *illas*, vel *illas*, quam vocem & antea reponebam. Feſtus: *Hira* qua diminutive dicitur *hilla*, *quam Graci dicunt* νῆσιν, *inteſtinum eſt*, *quod jejunum vocant.* Nihil erat igitur, cur alii hac correctiuncula tantopere exultarent, quæ antequam eorum ſcripta vidiſſemus, abſque ulla ingenii intentione viſa nobis erat, & ſimpliciter abſque vana illa exultatione propoſita. Sed à præſtantiſſimo etiam viro hæc antea occupata. *ſtra.*

230. *Ruminatoribus ſeculis.*] Lucretius:

Lanigeræque ſimul pecudes, & ſecla ferarum.

230. *Non magmenta, non augmina.*] Vide ſis quæ notata ab Adriano Turnebo lib. XXII. Adverſar. cap. VI.

230. *Velamen ſanguinum.*] Separant *vel amen ſangueinem.* Amen *Aliter in* apud *edit. noſtra.*

apud Heſychium eſt ἀδ@· πλανωμ῀νος. Sed de hoc loco quid ſtatuendum ſit, ego neſcio.

Pag. 231. *Quod ſi omnes has partes, quas proficias dicitis.*] Hæc lectio aſſertione non eget. Dicit autem, *accipere dii amant*, quia hæc erant quæ diis offerebantur. Quare leno Plautinus in Pœnulo, quum ſe litare non poſſe videret, extra proficari vetat, quippe deæ, quam exorare & propitiam ſibi reddere non poterat, iratus.

Nam ego hodie infelix dis meis iratiſſimis
Sex agnos immolavi; nec potui tamen
Propitiam Venerem facere, uti eſſet mihi.
Quoniam litare nequeo; abii illinc illico
Iratus; vetui extra proſicarier,
Neque ea aſpicere volui: quoniam illa non bona
Aruſpex dixit, deam eſſe indignam credidi.

231. *Suavibus mateolis.*] Diximus hac de re ad Martialem.

Aliter in edit. noſtra. 231. *Sed ut palatis admoveant otium.*] Io. Paſſeratius vir eruditiſſ. & ingenioſiſſ. ſcribendum exiſtimabat, *orexim.*

231. *Offaſque redemptas.*] *Offaſque penitas.*

231. *Aut ſcire poteritis.*] Pro potueritis.

Pag. 232. *Vt pium far monſtrat.*] Horatius:

Farre pio, & ſaliente mica.

232. *Locum ſumeret in ceremoniis primum.*] Ita res eſt: Ignem accendebant; tum in aram tus ingerebant; victimas poſtea mactabant. Seneca in Oedipode:

M.

Opima ſanctas victima ante aras ſtetit.

T.

Invita ſuperos, voce ſublimi voca.
Araſque dono turis Eoi exſtrue.

M.

Iam tura ſacris cœlitum ingeſſi focis. &c.

Pag. 234. *Ad extrinſecus rei venientis attactum ita efficit.*] Hæc eſt lectio vetus, pro qua recte, *ab extrinſecus rei attactu ita afficitur.*

234. *Nec validitatis alicujus eminentia ſublevari.*] Hæc eſt lectio vetus, pro qua Gelenius, *nec ſoliditatis alicujus* &c. Male. Mox: *Quod enim non habet robur, & ſubſtantiam corporalem* &c.

234. *Non ſi mille tu pondera maſculi turis incendas.*] Virgilius.

Verbenaſque adole pingues, & maſcula tura.

234. *Me-*

234. *Merum turis est socium.*] Ita est: injecto in aram accensam ture vinum statim ingerebatur, & infundebatur. Ovidius:

Da mihi tura puer pingues facientia flammas:
Quodque pio fusum stridat in igne merum.

Pag. 235. *Pari etiam more post solitos victus liborum.*] Vinum enim fundebant, non tantum initio sacrificii accensa ara, & ture impositio: sed mactatis etiam, atque illatis victimis. Homerus Iliad. III. *Aliter in edit. nostra.*

Ἦ, ῥ᾽ ὅτε σπείσῃς ἀρνῶν πίμπρησθα χαλκῷ,
Καὶ σὺ μὲν αὖτις κατέβησαν ὅτι χθονὸς ἀσπαίροντας,
Θυμῷ δόλον μήσ᾽ ὅτε τὸ μὲν σπένδεσκε χαλκός.
Οἶνον δ᾽ ἐκ κρητῆρος ἀφυσσόμενοι δεπάεσσιν
Ἔχεον, ἠδ᾽ εὔχοντο θεοῖς αἰεὶ ἠμὲν ἔπειτα.

235. *Bria.*] Glossæ, *Bria*, εἶδος ἀγγείου.

235. *Et venerabile miscus carbonibus excitamus extinctis.*] Hæc est lectio vetus, pro qua Gelenius, & alii, *& venerabiles cinissus carb.* Quærendum aliquid. *Aliter in edit. nostra.*

Pag. 236. *Ad extremum temulenti, luxuriosi, & perditi.*] Recte *perditi*. Nam idcirco ἄσωτοι Græcis dicti, quod spei sunt deploratæ. Aristoteles ἄσωτον ait perire, eo quod ejus facultates pereant. Sic ille Nicomach. libro quarto. Βέλτιον δὲ ἄσωτος εἶναι, ὁ ἴνλι κακὸν ἔχων, Φθείρειν τὰ ὑπάρχοντα. ἄσωτος δὲ ὁ δι᾽ αὐτὸν ἀπολλύμενος. δοκεῖ γὰρ ἀπώλειάς τις αὐτοῦ εἶναι ἡ τῆς οὐσίας φθορά, ὡς δ᾽ ζῆν δεῖ πάντων ὄντων. Huc profecto alludebat eruditissimus Epigrammatarius, epigr. LXXXIV. lib. IX.

Dixerat Astrologus periturum te cito Cinna,
Nec, puto, mentitus dixerat ille tibi.
Nam tu dum metuis ne quid post fata relinquas,
Hausisti patrias luxuriosus opes.
Bis quartum decies nec toto tabuit anno:
Dic mihi, non hoc est, Cinna, perire cito?

236. *Ne vinum omne omnino quod in cellis.*] Cum diis ferrent aliquid & consecrarent, caute & accurate loquebantur, ne qua se tacita religione obligarent. Sic *vinum inferium* dicebant, ut id exciperent, quod in cellis & apothecis, unde istud promtum erat, servabatur. Quapropter cum aliquid consecrabant, leges semper & conditiones expresse addebant, quod ex pluribus inscriptionibus constat.

236. & 237. *Qui honorem accipere cum conditione negatur.*] In inſcriptionibus : IÚPITER. OPTIME MAXIME. QUANDOQUE. TIBI. HODIE. HANC. ARAM DABO. DEDICABOQUE. OLLIS. LEGIBUS. OLLISQUE. REGIONIBUS. DABO. DEDICABOQUE. QUAS. HIC. HODIE. PALAM. DIXERO.

237. *Etiam dii ſertis, coronis afficiuntur, & floribus.*] Deos coronis, ſertis, & floribus fuiſſe ornatos paſſiva obſervatio eſt. Fiebat id proprie, quum proſperum aliquid acciderat, aut malum aliquod depulſum fuerat : aut in magnis & feſtivis ſolemnitatibus. Lactantius lib. II. cap. I. *Poſtquam metus deſeruit, & pericula receſſerunt; tum vero alacres ad deorum templa concurrunt; His libant, His ſacrificant; Hos coronant.* Hinc Artemidorus lib. II. Oneirocrit. cap. XXXIV. στεφανοῦν θεὸς ἄνθεσι καὶ κλάδοις τοῖς παρόντας καὶ νενομισμένοις, σημαίνει ὠφελὸν πᾶσιν. οὐκ ἄνθη μόνοι φορτίδων ἀποδεκόμενοι. Atque hoc nomine damnatæ olim Chriſtianis coronæ.

237. *Etiamne æris tinnitibus.*] In ſacris Iſidis præcipue cymbala, tympana, & ejuſmodi organa.

237. *Tibiarum ſtridore mulcentur.*] Quum diis ſacrificia offerentur, & preces conciperentur, tibiæ & varia inſtrumenta muſica ſimul perſtrepebant : ſed tibiæ præcentoriæ proprie & fides, quas deorum pulvinaribus præcinere ſolitas, nemo opinor, ignorat. Unde etiam tibias à Chriſtianis olim reprobatas docebamus ad librum ſecundum.

237. *Quid ſibi volunt excitationes illæ.*] Totum hunc locum & ritum accurate olim enarravit ſummus Scaliger ad Tibulli librum primum.

237. *Lavatio, inquit, deum matris eſt hodie.*] Hac de lavatione diximus ad Martialem, epigram. XLVII. lib. III.

Pag. 238. *Iovis epulum cras eſt.*] De Iovis epulo paſſim. Lucilius apud Nonium: *Idem epulo cibus, atque epulatio Iovis omnipotentis.* legendum, *atque epulo Iovis* &c. Neque pluribus philoſophandum. Sic innuit convivium fuiſſe opiparum, & magnifice exſtructum. De lectiſterniis quoque vulgata omnia.

Aliter in edit. no ſtra.

238. *Et ab ſuaſionibus contracti.*] Ms. Reg. ad ſuaſionibus contractus. ἀπαγορεύω.

238. *Et habent dies lætos, quibus eis adſcriptum.*] Id eſt, & celebrant

brant solemnibus festivitatibus natalitia sua, quemadmodum mortales consueverunt.

238. *Honorantur, inquit, hi dii.*] Ludos illos in honorem deorum esse à gentibus institutos & satis notum est, & nos alibi plurimis ostendimus; hocque argumentum accuratius, opinor, tractamus, quam φενακισμὸς ille, qui in nugis suis Tellenis ausus est nomini nostro illudere.

238. *Gestum agere videris saltatoris in motibus pantomimum.*] Cicero: *Quanquam soleo sæpe mirari eorum impudentiam, qui agunt in scena gestum spectante Roscio.* Sic gerere simpliciter. Apulejus: *Hic incinctus balteo militem gerebat.*

238. *Existimatur tractari se honorifice Flora.*] *Existimabit.*

Pag. 239. *Et quarum actores inhonestos esse jus vestrum, & inter capita computari judicavit infamia.*] Tertullianus de spectaculis: *Manifeste damnant ignominia & capitis minutione, arcentes curia, rostris, senatu, equite, ceterisque honoribus simul ac ornamentis. Quibus quanta perversitas. Amant quos multant, depretiant quos probant. Artem magnificant; artificem notant. Quale judicium est, ut ob ea quis efflagitetur, per quæ promeretur? Imo quanta confessio est malæ rei, quarum actores, cum acceptissimi sint, sine nota non sunt? Quum igitur humana recordatio etiam obstrepente gratia voluptatis, damnandos eos censeat ademtis bonis dignitatum in quendam scopulum famositatis, quanto magis divina justitia in ejusmodi artifices animadvertit?* Dicit Arnobius, quarum actores inhonestos. Sic agitatores appellantur *inhonestæ personæ* l. IV. Cod. de Spectacul. qui tamen ab infamia immunes dicuntur l. IV. D. de his qui notant. infam. Sic inhonestum separat ab infami hoc eodem in argumento Æmylius Probus: *In scenam vero prodire, & populo esse spectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini: Quæ omnia partim infamiæ, partim humilia atque ab honestate remota ponuntur.*

239. *Quorum symplegmatibus plurimis intermixtos se esse.*] Ita appellare videtur mimorum strophas, quas diversis modis συμπλοκὰς & συστροφὰς,

239. *Delectantur ut res est, stupidorum capitibus rasis.*] Rasa enim mimorum & γελωτοποιῶν capita: Unde μωρὸς φαλακρὸς apud Epigrammatarios. Artemidorus lib. I. Oneirocrit. cap. XXIII. ξυρᾶσθαι δὲ δοκεῖν τὴν κεφαλὴν ὅλην, τοῖς Λιγυστίνων θεῶν ἱερέσι καὶ γελωτοποιοῖς, καὶ τοῖς ἐξ ὕδρου ἔχουσι ξυρᾶσθαι, ἀγαθόν. πᾶσι δὲ τοῖς ἄλλοις πονηρόν. Hinc Iuvenalis Satira quinta:

----- Omnia ferre
Si potes, & debes, pulſandum vertice raſo
Prebebis quandoque caput; nec dura timebis
Flagra pati, his epulis, & tali dignus amico.

Proprie autem hac in re *ſtupidi*. Nam in γελωτοποιοῖς quidam ſtupidorum partes agebant; Tarditatem ſimulabant, & idcirco ſalappitis quandoque objurgabantur. Capitolinus in M. Antonino: *Crimini ei datum eſt, quod adulteros uxoris promoverit, Tertullum, & Vitilium, & Orphitum, & Moderatum, ad varios honores: cum Tertullum etiam prandentem cum uxore deprehenderit. de quo mimus in ſcena preſente Antonino dixit, quum ſtupidus nomen adulteri uxoris à ſerva quæreret, & ille diceret ter Tullus, & adhuc ſtupidus quæreret, reſpondit ille, Iam dixi ter, Tullus dicitur.* In hoc mimo partes ſuas agebat ſtupidus, ut in mimis pæne omnibus: Inde factum, ut *ſtupidos* appellet heic Arnobius ridiculos & ſcurras iſtos.

439. *Salpictarum ſonitu.*] Stupidi præcipue in mimis, ſalapitis admonebantur. Tertull. de Spectaculis, cap. XXIII. *Placebit & ille, qui vultus ſuos novacula mutat infidelis erga faciem ſuam, quam non contentus Saturno, & Iſidi, & Libero proximam facere, inſuper contumeliis alapartum ſic objicit, quaſi de præcepto Domini ludat?* Gloſſæ, *Salapitta*, ῥάπισμα. Sic igitur viri magni hunc locum de mimorum alapis intelligendum eſſe exiſtimaverunt. Si quis tamen verba iſta ſimpliciter accipi malit de tubarum ſtrepitu & ſpectantium plauſu, fruatur judicio ſuo. Res autem ſi ita eſſet, *ſalpictas* appellaret Arnobius σὺν σαλπιγκτάς. Sic Iul Firmicus lib. VIII. *Salpictas reddet, ſed qui in bello confoſſi moriantur.*

239. *Si viderint in femineas mollitudines enervantes ſe viros.*] Columella libro primo de re ruſtica: *Attonitique miramur geſtus effeminatorum quod à natura ſexum viris denegatum muliebri motu mentiuntur, decipiuntque oculos ſpectantium.* Graphice Cyprianus epiſt. II. lib. II. *Evirantur mores. Omnis honor & vigor ſexus enervati corporis dedecore mollitur: pluſque illis placet quiſquis virum in feminam magis fregerit.* Elegantiſſime Clemens Alexandrinus lib. II. Pædagogi. cap. X. ἀλλὰ τῶν καπηλότων, τούτων δὴ τῶν πλὼ κιναιδίαν πλὼ ἄφωνον ὄπὶ τὰς σιλφὰς μεπόντων ὀρχηστῶν &c. Vide ſis Lucianum περὶ ὀρχήσεως.

239. *Vociferari hos fruſtra.*] Notat Tragœdos, qui huic uni rei vel maxime ſtudebant, ut voce vaſta vociferarentur potius quam loquerentur: Quare eos ἀπελέκυων φωνὼ ἴχειν ἢ φλοιῶ μεσὸν dicebat

dicebat Crantor, ut scribit Diogenes Laërtius. Hinc etiam Demosthenes Φωναικὸς ἀπόδειξιν objicit Æschini, quem histrionem fuisse & τριταγωνιστὴν docet idem περὶ παραπρ., & περὶ ἀπαγγελίας. Tertullianus de Spectaculis: *Sed tragœdo vociferante exclamationes ille alicujus prophetæ retractat.* Eos ait ὀξὺ καὶ λιγυρὸν βοᾶν Dion Chrysostomus sermone IV. de regno: ὁ μὲν ἰταμὸς καὶ ἄτεχνος, παῖδες ὕβρεις τε καὶ αἰσχύνας ἀπαμείνας, ὀρθίαν, φασὶ, μεταπεσόντας, τραγικὸς ἢ δημαγωγὸς πέφηνεν, ὀξὺ καὶ λιγυρὸν βοῶν, ὥσπερ οἱ τῶν δραμάτων ὑποκριταί. Vera lectio erat, ὁ μὲν ἰταμὸς καὶ ἄτεχνῶς, quo ducebat ea, quam notant ad marginem, ἄτεχνος. Ita ἄτεχνον ἐπαγγελίαν appellat Hyperbolum Plutarchus, quod is nullo convitio moveri posset. Sic impudentem χαλεπωτέρων Aristophanes in Equitibus, eum ait colorem non mutare:

Ὡς δ' οὐ πρὸς πᾶν ἀναιδὲς ἐστι,
Καὶ μεθύσαι δ' χρώμα-
τος δ' παρεστηκότος.

Atque hæc obiter.

239. *Sine culpa alios cursitare.*] Corrigebat Gelenius *sine causa*. Non male. Tertullianus de spectaculis: *Non probabis usquam vasa, aut vanæ placebunt.*

239. *Manus ad cœlum tollunt.*] Quisquis hunc locum paulo attentius considerabit, fatebitur, opinor, eum non esse bene sanum. Nam quæ tandem sententia ista est, deos manus ad cœlum tollere &c.? deos inquam, qui in cœlo ipso sunt? Hunc igitur locum corruperunt ii, qui eum non intelligebant. Agebat modo de spectatorum studio, & eorum votis inanibus. Hæc eodem pertinent, & cum iis copulanda sunt. Nam qui favebant histrionibus, vota pro iis concipiebant, manus ad cœlum tollebant, exultabant, exclamabant. Quare legerim: *certare hos spiritu, buccas vento distendere, votisque inanibus concrepare, manus ad cœlum* tollere, *rebusque admirabilibus motos prosilire, exclamare, in gratiam* cum hominibus *redeunt.*

239. *Et clunibus fluctuare crispatis.*] Probissima lectio. Vide quæ notavimus ad librum secundum.

Pag. 240. *Singulorum partium oppositionibus comparemus.*] Lego, *singulorum parium.* Nam quod summus Iurisc. ad vulgatam lectionem proponebat, id, opinor, magni ingenii lasciviæ ascribi debet.

Pag. 141. *Sunt enim ferocium generum, & mortalitatis obeuntibus functiones.*] Gelenius edidit *obeuntium.*

Pag. 242. *Aut ex roribus exiguis vini.*] Proprie. Silius Italicus:

---- Ante omnia ductor honori
Nominis auguſto libat carcheſia ritu:
Cetera quem ſequitur, Bacchique ex more liquorem
Irrorat menſis turba, ardeſcitque Lyæo.

242. *Atque in deliciis eſſe res eas.*] Dele *in eſſe.*

242. *Nam pulticulæ, tura cum carnibus rapacium alimenta ſunt ignium, & parentalibus conjunctiſſima mortuorum.*] Nempe quia quemadmodum iſta in rogum injiciebantur, ſic & in ſacrificiis in aram accenſam conſumenda imponebantur. De his parentalium inferilibus dicam obiter aliquid, quia rem video nondum ſatis explicatam. Primum igitur quum mortuus cremaretur, cœna feralis in rogum inferebatur. Sic enim inferilia iſta appellant. Apulejus Florid. IV. *Procul igitur faces abigerent; Procul ignes amolirentur; Cœnam feralem à tumulo ad menſam referrent.* Cœnam ſimpliciter dicit Catullus:

Vxorne Mani, ſæpe quam in ſepulcretis
Vidiſtis ipſo rapere de rogo cœnam,
Quum devolutum ex igne proſequens panem,
Ab ſemiraſo tunderetur uſtore.

De hac ferali cœna intelligendus etiam Tertullianus lib. de Reſurr. carn. cap. 1. *At ego magis videbo vulgus tunc quoque, qui ipſos defunctos atrociſſime exurit; quos poſtmodum guloſiſſime nutrit; iiſdem ignibus & promerens, & offendens.* Hunc enim locum ad novendialem cœnam eruditiſſ. homines male referunt. Tum igitur cremata cœna, & in rogum injecta, quum defunctus cremaretur. Sed & poſtea in parentalibus. Rem totam explicat Ovid. lib. II. Faſtorum: cujus verba proponemus, eaque obiter illuſtrabimus, ut totus hic ritus aperte & diſtincte intelligatur.

Eſt honor & tumulis animas placare paternas,
Parvaque in exſtructas munera ferre pyras.
Parva petunt manes: pietas pro divite grata eſt
Munere: Non avidos Styx habet ima deos.
Tegula porrectis ſatis eſt velata coronis,
Et ſparſæ fruges, parvaque mica ſalis.
Inque mero mollita Ceres, violæque ſolutæ:

Hæc

Hæc habeat media tecta relicta via.
Nec majora veto. Sed & hu placabilis umbra eſt:
Adde preces, poſitis & ſua verba focis.
Hunc morem Æneas pietatis idoneus auctor
Attulit in terras juſte Latine tuas.
Ille patris genio ſolemnia dona ferebat:
Hinc populi ritus edidicere pios.

Agit Ovidius de parentationibus, quæ menſe Februario quotannis mortuis perſolvebantur: & ad quas animæ defunctorum excitari credebantur. His igitur verbis, *Eſt honor & tumulis animas placare paternas*, oſtendit unde parentationes appellatæ ſint; nempe quia parentibus perſolvebantur à nepotibus, & eorum manes ita placabantur. Idcirco tumuli inſcripti, ut quiſque ſciret, ubi ſitus eſſet is, quem placare volebat. Lucanus lib. VIII.

Interea parvo ſignemus littera ſaxo,
Ut nota ſit buſto. Si quis placare peremtum
Forte volet, plenos & reddere mortis honores,
Inveniat trunci cineres, & norit arenas,
Ad quas magne tuum referat caput.

Nam buſtum ipſum quandoque ſtipite ſignabant, & ne moveretur ſtipes concremati nomen ibi inſcribebant. Hinc eodem libro:

Nautaque ne buſtum religato ſune moveret,
Inſcripſit ſacrum ſeminuſto ſtipite nomen:
Hic ſitus eſt magnus.

Inſcribebant igitur tumulis defunctorum nomina, ut inibi manes eorum placari poſſent; quam ad cauſſam & alia acceſſit, ut eorum memoria ita conſervaretur, & in poſteros propagaretur: quare res ab iis geſtæ, honores, ceteraque hoc genus alia addebantur. Lucanus eodem libro:

Quod ſi tam ſacro dignaris nomine ſaxum,
Adde actus tantos, monimentaque maxima rerum;
Adde truces Lepidi motus, Alpinaque bella &c.
Quis capit hæc tumulus? Surgit miſerabile buſtum
Non ullis plenum titulis, non ordine tanto
Faſtorum; ſolitumque legi ſuper alta deorum
Culmina, & exſtructos ſpoliis hoſtilibus arcus,
Haud procul eſt ima Pompeji nomen arena
Depreſſum tumulo, quod non legat advena rectius,

Quod

Quod niſi monſtratum Romanus tranſeat hoſpes.

